Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
8 D
1

~~C. 30. f.~~

C. n3. g.

Digitized by Google

14-8-D 1

POENALIVM DISTRICTIONVM EXAMEN, QVIBVS REGVLARES

Punitiuam Iuſtitiam adminiſtrant.

OPERA

P. F. SANCTORII A MELFI

Ordinis Min Strict. Obſeru. S.P.N. FRANCISCI, Rom. Prou. Patris, ac Theologi, in S. Lateranenſi Pœnitentiaria iam Præſidis, & nunc Regalis Monaſterij S. Claræ Neapolis Moderatoris in lucem eductum.

IN QVO PRAEEVNTIBVS VNIVSQVE THEOLOGIAE, Iuriſque prudentiæ facibus, quidquid ad iudicialem ſententioſam materiam ſpectat abſolutè, ac concinnè diſponitur.

IN DVAS PARTES DISTRIBVTVM, QVAS NON SINE FRVCTV peruoluet Eccleſiaſticus Iudex, Forenſiumq. Cauſarum Patronus.

REV.MIS PATRIBVS PRAESIDI, ET ABBATIBVS Congregationis Caſſinenſis Dicatum.

Ex libris Conue... S. Mariæ de Scala 1664



ROMAE, Apud Franciſcum Monetam. MDCXLIX.

Superiorum Permiſſu. Sumptibus Io. Antonij Bertani.

Digitized by Google

CONTENTORVM IN TOTO OPERE

SYNOPSIS.

TOTVM OPVS TRIGINTA CAPITVLIS ABſoluitur, quæ in Quæſtiones, & Difficultates Digeſta, vniuerſam Iudiciorum Regularium materiam complectuntur; ſunt autem ſequentia.

Capitulum	1.	De Correctione Fratrum, & Pœnis imponendis.
Capitulum	2.	De Pœnis in genere.
Capitulum	3.	De Pœna Priuationis Vocis actiuæ, & paſſiuæ Actuum legitimorum, & Officiorum Ordinis.
Capitulum	4.	De Pœna Carceris.
Capitulum	5.	De Tortura.
Capitulum	6.	De Pœnis Inobedientium, Contumacium, & Rebellium.
Capitulum	7.	De Pœnis Proprietariorum.
Capitulum	8.	De Pœnis in Caſtitatis violatores ſancitis.
Capitulum	9.	De Pœnis Apoſtatarum.
Capitulum	10.	De Pœnis alios Infamantium, & Calumniantium.
Capitulum	11.	De Pœnis in falſarios, & falſos ſancitis.
Capitulum	12.	De Pœnis in Libellorum famoſorum fabricatores fulminatis.
Capitulum	13.	De Pœnis latis in eos, qui irreuerenter, vel iniurioſè loquuntur.
Capitulum	14.	De Pœnis Minantium, Percutientium, Vulnerantium, Occidentium.
Capitulum	15.	De Pœnis in Simoniacos, & Subornatores latis.
Capitulum	16.	De Pœnis in Prælatos, vel ſubditos conſpirantium.
Capitulum	17.	De Pœnis in Schiſmaticos Ordinis, ideſt contra Ordinis diuiſionem procurantes.
Capitulum	18.	De Pœnis ad ſæcularia Tribunalia recurrentium.
Capitulum	19.	De Pœnis Incorrigibilium.
Capitulum	20.	De Pœnis Ludentium.
Capitulum	21.	De Pœna Triremium.

Capi-

Capitulum 22. De Pœnis in eos latis, qui abiurauerunt in S. Officio.
Capitulum 23. De Pœnis Sacramentales Confeſſiones Reuelantium.
Capitulum 24. De Pœnis Reuelantium defectus Religionis, & quæ in Diffinitorio tractata ſunt, & de alijs Reuelationibus faciendis, vel omittendis.
Capitulum 25. De Pœnis in Religioſos hoſpites delinquentes infligendis.
Capitulum 26. De Pœnis malè à ſententijs Appellantium.
Capitulum 27. De Pœnis Infamium.
Capitulum 28. De Pœnis Excommunicationis, & Cenſurarum.
Capitulum 29. De Pœnis in eos, qui gratias ſubdolè impetrant.
Capitulum 30. De Pœnis, quibus plectendi ſunt Patres qualificati, ſi eos delinquere contigerit.

F I N I S.

Digitized by Google

REVERENDᴹᴵˢ PATRIBVS,

ET DD. COLENDISSIMIS.

IO. ANTONIVS BERTANVS P. P. F.

CRATYLVS, vt habemus ex Platone Philoſophus, ex recta nominum impoſitione, qua parentes in prima lucis vſura ſuos vocant infantes, eorumq. ingenium mores, & naturam in reliquo vitæ curriculo coniectari facilè poſſe decreuit; at nos diuinis legibus eruditi hæc nihil facimus; cùm à Parentibus nomina pueris imponantur, vel ad excitandam maiom inter viuos memoriam, obliuionis nube fœdatam, & ad po-res immortaliter aliorum exemplo rediuiuã, vel vt ephœbos rum, quorum nomina ferũt patrocinio credamus, & hec cer-r inter cæteras viget opinio. Sæpe numero tamen cùm *Deus* rum omnium moderator alicui nomen imponit; ingens inde rtentum, non ſine *Diuinitatis* afflatu, non mortale ſonans mi-bilite indicit; ideoque ſacris litteris teſtantibus primum no-um Parentem vocauit *Adam*, vt indicaret, quod de terra ſum-us fuerit; Abrahæ Patriarchæ nomini addidit aſpirationẽ, vt ſi-ificaret, quod Pater erat futurus multarum Gẽtium, pleraque-i loca habent ad hanc rem vtriuſque ſacri fœderis Codices; ıc mihi cogitanti pater, quod non temerè ſic fuerit appella-

tus Heros illæ naſcentis Eccleſiæ Benedictus Monaſticæ *Diſciplinæ* conditor, Cœnobiticæ Vitæ Reparator, ſeuerioris legis Inſtitutor eximius, & Caſinenſis Ordinis Pater; cum ex eo quaſi ex Mari Magno plurima Benedictionum flumina in hanc terreſtrem Ciuitatem effluxerint hoc eſt *Dei* Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Benedictina etenim Familia (teſte Trithemio) varias inſtar cæli habet *ſtellas*; Pontifices in ea duo ſupra viginti enituere, primæ tamen magnitudinis ſydera, ſecundæ, Cardinales ducenti, tertiæ, Archiepiſcopi mille ſexcenti, Epiſcopi quatuor mille ſexcenti. Ecquis tandem Martyrum legiones valeat enumerare, Virginum choros, Confeſſorumq. cohortes? Abbates doctrina, & exemplo vitæ præclaros quindecim mille inter quos iure optimo te deſcribendum cenſeo Pater Reuerendiſſ. *D.* Paule Qualea luce auiti ſtemmatis illuſtrem, ab incunabulis ab vberibus Chriſtianæ pietatis enutritum, in adoleſcentia Religioni vouentem, diſciplinæ Regularis obſeruantiſſimum, doctrinæ luce fulgentem. Te ſuiſmet oculis Parens Mantua conſpexit, & habuit propugnatorem cum obſidione cingeretur ab hoſtibus, in laboribus indefeſſum, in periculis intrepidū, perluſtrare xenodochia, miſeris ſubuenire, valetudinarijs inſeruire, cæteris indulgere, ſacra ſynaxi ad mortem ægrotos refocillare, mortuos tandem humare, & reliqua omnia munera pietatis obire patronum, & Eccleſiaſticæ immunitatis acerrimum. Tu enim *Diui* Martini excitatus exemplo ab hoſtibus retuliſti quas pluries ipſi abſtulere pecudes, & in alimentum Monachorum, & Pauperum collocaſti, quin etiam proprium caput obieciſti periculis, & proprio ſanguine perfuſum enituit.

Quid plura eloquar? non nè malum ſane caput, & perditū penitus hominem Caluiniſtici erroris furore debacchātem in perſuaſibilibus diuinæ Sapientiæ verbis ad meliorem, vt aiunt, frugem reuocaſti, & vulgò quem dicunt hęretici, prędicantem lumine veritatis illuſtraſti, & priſtinas eleemoſynas erogaſti, xenodochium ægrotis aperuiſti, quod clauſum fuerat ciſmōtanis aduenis? in ſubleuandis pauperibus miſericors, in procurandis, quæ ad neceſſitatem Cœnobitarum erant ſolertiſſimus, in diſpēſatione omnibus idem, in euitandis ſcandalis oculatiſſimus, in

contu-

contumaces, & diſcolos, ſeuerus erga obedientes, & pœnitentes humaniſſimus, in reparandis, & in ampliorem formam redigendis Monaſterijs magnificētiſſimus, & nunc pro tuorum dignitate meritorum in Generalibus totius Ordinis Comitijs eiuſdem es in Generalem cooptatus Procuratorem, vt quaſi lucerna ſupra Candelabrum poſita Vrbi, & Orbi lucem vndequaque præberes.

Quapropter Virtutum tuarum luce detentus, & de tua in me beneuolentia certior ſæpenumero factus librum hunc, in quo pœnales diſtrictiones exagitantur, quibus Regulares punitiuam Iuſtitiam exercent, quod opus Pater Sanctorius Melphitanus Strictioris Obſeruantiæ *D.* Franciſci egregius noſtri temporis Scriptor elaborauit, meis typis in lucem edere publicam lubenti animo decreuerim; Diui Benedicti vetuſtæ antiquitatis, & integritatis Ordini dicare conſtitui, vt ab hoc Ordine ferè moderandi legem hauriret, & normam, cum ab hoc Ordine tanquam ab equo Troiæ à Græcis immiſſo prodierint pluſquam viginti alij ſacræ Religionis Ordines, qui D. Benedictum ſuum agnoſcunt Inſtitutorem, & Patrem, omnes ſtrenui in Eccleſia milites ſub tanti *Ducis* vexillo acerrimè dimicantes; Sed mens mea eſt illum per te offerre, vt à tuis manibus gratius ſit hoc munus meæ in eandem Religionem obſeruantiæ monimento.

Id ſi præſtiteris, quod vehementer aueo, me non tanto dignum honore in futurum fatebor, cum me tibi quantus ſim, ex toto corde tradam P. Reuerendiſſ. cui *D.* Benedictum Patronum, vbique deſigno.

Lecto-

Digitized by Google

Lectori meo.

SEBRAPHICAS Sanctiones, in practica criminali Summariè, & per quaſdam veluti aphoriſmos adductas, ac in commentarijs ad Ordinis Conſtitutiones, opportuniori tempori ablegatas, ecce nunc tertiò ex profeſſo examinandas aggredior, vt tandem, fax, quæ planiori luxit itineri, ſenticoſis, intricatiſquè ſemitis præferatur. Intentum Authoris.

Nec quia punitiones culpas emendant, & verbo Taciti 3. annal. *Omittere potius prævalida, & adulta vitia, quàm hoc exequi, vt palam fieret, quibus flagitijs impares eſſemus*. ab ipſarum publicatione, & declaratione manum retraxi, quia omnibus compertum eſt, cuiuſcumque, etiam Sanctiſſimè inſtitutæ Reipublicæ polos, & cardines in præmiorum, & pœnarum diſtributione conſiſtere, quibus vniuerſa regendi diſciplina componitur. *Legis enim præmia, aut pœna, vita moderatur humana*, vt ex Sancto Iſidoro retulit *Grat. cap. omnes autem. d. 3. In quibus Republicæ ſalutem ſitam eſſe*, dixit *Ariſt. 1. Rethor. cap. 3.* Aſſertore ſiquidem *S. Cypriano de hab. Virgin. Diſciplina cuſtos eſt ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutaris, fomes, & nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis, facit in Chriſto manere ſemper*. Ex cuius defectu Valentinianos hæreticos progerminaſſe, teſtatur Tertullianus aduerſus ipſos, initio, *Qui diſciplina non terrentur*. Equidem ſi prohibita impunè tranſcendas, *nequè metus vltra, neque pudor eſt*, dicebat Tiberius apud Tacitũ *lib. 3. ann.* quod clarius digeſſit S. P. Damianus in opuſc. 57. inquiens, *vbi penitus diſciplina poſtponitur, vbi deſtricta legitimi rigoris cenſura reprimitur, neceſſe eſt, vt prona ſemper ad malum fragilitatis humanæ conditio, ad illicita relaxetur*, & propterea dicitur *in cap. placuit 21. q. 2.*

Diſciplina quibus polis nitatur.

Diſciplinæ effectus.

Diſciplinæ defectus quid operatur.

ex Conc.Hiſpal. 2. non poterit in Clericis prauaricationis aboleri licentia, niſi fuerit in eis propter correptionem, diſciplinæ ſubſequuta correctio, quod ex Iſidoro relatum fuerat in cap. factæ ſunt d. 4. ſi enim errata non corriguntur, nulla poterit ſubſiſtere Reſpublica, in qua non minoris momenti eſt correctio, quàm miſericordia, dicente Ambroſio *Ser. 8. pſal. 118. verſ. 2. relatus cap. eſt iniuſta 23 quæſt. 4. In ipſa Eccleſia, vbi maximè miſereri decet, teneri debet quam maximè forma iuſtitiæ; quia cum vni indulget indigno, pluribus facit ad prolapſionis contagiũ prouocari; facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi*. Vnde Caſſiodorus *lib. 9. Var. Epiſt. 2.* confeſſus eſt, *Regnum dici integerrimum, ſi nunquam fuerit immutatum. hoc fieri poteſt, cum vndique ſubmouetur effrenata licentia, nec datur auſus menti malignæ ſub abominabili libertate peccare*. Quid plura? *Prælati inſtituuntur in vindictam malorum, laudem vero bonorũ. ad Rom. 13.* & in arca fœderis erat *Vrna habens manna, & virga Aaron, & tabulæ teſtamenti. ad Heb. 9.* quia lex ſine manna miſericordiæ, & præmij, & ſine virga correctionis cuſtodiri nõ poteſt. quia ex Iſaia *cap. 32. opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum.* Cum enim moraliter impoſſibile ſit (adiit Taciti 4. hiſtor. effatum *Vitia erunt, donec homines*) in tam ampla ſocietate, qualis eſt Franciſcana, quæ Regulares omnes ſimul iunctos excedit, defectus, exceſſuſque non committi, ad probi regiminis ſubſiſtentiam opus fuit, non minus legibus ad bonum dirigentibus, & præmia ſpondentibus adornari, quàm etiam punitionum armis decorari, vt vtrumque tempus, & meritorum, & culparum rectè poſſit gubernari, vt pro Imperij mole regenda Iuſtinianus Inſtit. initio faſſus eſt. Quod eleganti paræmia declarauit ipſo antiquior, & ſapientior Salomon Prou. 25. *Aufer* (inquit) *rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur Iuſtitia*

Facilitas veniæ, incentiuum delicti.

Manna; & Virga optima complexio.

Punitiua iuſtitia à religione rubiginé tollit.

ſtitia tronus eius; nimirum Lyrano Interprete; *ſicut ablata rubigine formatur vas puriſſimum, ſic ablata impietate de Regno, remanet purum, & iuſtitia ſolidatum.* Quinimò auſim dicere, nec Deus ipſe, qui homines labiles creauit, reputaretur *Deus*, niſi delicta punitionibus emendaret, quæ fuit Tertulliani mens lib. 1. contra Marcionem c. 26. qui *Deum* fingebat Iuſtitiæ punitiuæ expertem. *Si enim* (inquit) *neque emulatur, neque iraſcitur, neque damnat, neque vexat, vt potè, qui nec Iudicem præſtat; non inuenio quomodo illi diſciplinarum ratio conſiſtat. Quale eſt enim, vt præcepta conſtituat, non executurus, vt delicta prohibeat non vindicaturus? extraneus ſcilicet ab omnibus ſenſibus ſeueritatis, & animaduerſionis!* Hinc idem Tertulianus lib. 3. c. 17. applicat Chriſto Domino illud Deut. 33. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius,* dicens *Chriſtus ſignificabatur taurus ob vtramque diſpoſitionem, alijs ferus, vt Iudex, alijs manſuetus, vt Saluator.* Sed quia hoc argumentum eſt omni lumine naturali, diuino, ciuili, Eccleſiaſtico euidens, illud termino monito S. P. N. FRANCISCI in capitulo Nono Regulæ Prædicatoribus facto, *Annunciando* (inquit) *eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum breuitate ſermonis.* In his enim totius diſciplinæ Chriſtianæ, & regularis œconomia conſiſtit, quia vt refert Corduba eo loco q. 3. *ordinatè proceditur ſecundum illud Pſalmi. Declina à malo, & fac bonum, & ſecundum aliud, oderunt peccare mali formidine pœnæ, oderunt peccare boni virtutis amore.* Quamobrem Capitulum ſeptimum Regulæ inſtituit. *De pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda.* Quia, vt probat *Panor. in c. Ad reprimendam, de off. Ordin.* Ordinatio pœnæ comprimit à malitia, & indirectè dirigit ad virtutem, vt expreſsè dicitur in *c. iam verò 23. q. 6.* eadem fermè ratione, qua ob timorem pœnæ deſiſtitur à malo, & aſſumitur bonum, & homines conſueta diligere ſolent, & Reipublicæ intereſt, ne crimina remaneant

Nec Deus eſſet, ſi non puniret.

Diſcipiina in quo conſiſtat

Digitized by Google

impunita *leg. ſi ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. leg. ſi operis C. de pœnis. leg. ſi longius* §. 1. *ff. de iudic. leg. locatio* . §. *quod illicitè ff. de publ. cap. vt famæ de ſent. excom. Cuiaccius in lib. 9. Codicis Iuſtiniani ad l.* 47. pœna eſt æſtimatio delicti *l. ſanctio ff. de pœnis*. imponitur verò, vt ſublatis malis, cœteri viuant ſecuriores. vel vt is, qui punitur emendetur. *l. ſi pœna ff. eod.* vel vt pœna eius cœteros meliores reddat *l. 7. ff. ad l. ſab. l. 1. ff. ad l. Iuliam repetundarum*. vt iuſſus eſt *Demoſtenes in Nearam*, vt cœteri terreantur exemplo *l. capital.* §. *famoſos ff. de pœnis*. Quæ ratio efficit, vt in animalia nonnumquam pœnæ cõſummantur vt apud *Plin. lib. 8. cap.* 16. *Gen.* 9. *Exod.* 21. *Leuit.* 20. Immo in anima carentia, ex Draconis lege, refert *Pauſanias*, ſi ſtatua offendiſſet, talionem daret. Pœna vnius metus eſt multorum *dicta l.* 1. *C. ad l. Iuliam* .... *c. quapropter* 2. *quæſt.* 7. *cap. ſcienter de Iureiur. Clem.* 1. *de Iud. & Clem.* 1. *de offic. Ordin.*

Quid autem alijs prodeſſe poterit, extra Minoritũ ſodalitium, talis pœnarum examinatio, inde colligetur, quod cum ſint, omnibus alijs ferè regularibus communes, iuuabit, collectas in vnum locum materias, aliqua ſpeciali conſideratione examinatas, habere in quo breuitati ſtudebo, & ab inutili repetitione, eorum, quæ ab alijs tractata ſunt, abſtinere conabor.

Atque hac ratione ſtatuta omnia, Commentarijs adornata in lucem prodibunt: quibus tibi vti, & frui, Lector candidiſſime licet, ſi libet. Sin minus, ne deſpice, quia in re, quæ tibi fortaſſis leuis, & ſuperuacanea videtur, non leuem, ac inanem iuuandi voluntatem affectaui. Vale.

Fr.

F. IOANNES A NEAPOLI TOT. ORD. S P. Franciſci Miniſter Generalis, & ſeruus. Dilecto nobis in Chriſto P. F. Sanctoro de Melfi eiuſdem Ordinis, Prouinciæ verò noſtræ Reformatæ Romanæ Patri benemerito, Concionatori, & Lectori generali, atque ad præſens Regij Monaſterij S. Claræ Neapolis Guardiano ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum iuxta Apoſtolicas ſanctiones, necnon Ordinis noſtri Seraphici Conſtitutiones reuiſum, & approbatum fuerit Opus à te collectum, cuius titulus eſt. De Pœnis Regularium, & ſpecialiter Fratrum Minorum. *Harum noſtrarum facultatem tibi concedimus, quatenus eum typis mandare poſſis. Vale noſtri memor in orationibus tuis. Dat. in noſtro Conuentu S. Mariæ Nouæ Neapolis. Die 30. Decembris 1646.*

Fr. Ioannes de Neapoli Miniſter Generalis.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. Patri Sac. Palatij Apoſt. Mag.

A. Victricius Epiſc. Alat. Viceſg.

Hoc

HOc Opus, quod *Correctiones pœnales, ſiue punitiua iuſtitiæ inter Regulares adminiſtratio inſcribitur* per P.F. Sãctorum de Melfi Rom. Reform. Prou. Min. Obſeru. Patrem, & Sacræ Theologiæ, ſacrorumque Canonum Profeſſorem, iam ſacræ Pœnitentiariæ Præſidem elaboratum, de mandato Reuerendiſſ. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Apoſt. Pal. Mag. Ord. Prædic. vidi, & nihil in eo inueni, quod ſit contra fidem, aut bonos mores, imò multa, & varia eruditione refertum reperi; quapropter typis mandandum vtile fore iudico omnibus Regularibus, præſertim Minoritis, quorum Regulæ, & Conſtitutionibus eſt accommodatum.

Ita cenſeo Ego Fr. Angelicus Verulanus Strict. Obſeruan. Rom. Prou. Reform. Pater, & S. Theolog. Profeſſor.

Imprimatur.

Fr. Hyacintus Pandolfus Reuerendiſſ. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius Ord. Prædicat.

Author

Author Lectori.

Candide Lector, ne mireris ſi plurimis ſcateat Liber erratis, quia ſub prælo paginæ gementes correctorem habuere non ſuum, & eo magis ne graueris, nam Latini idiomatis imperiti ſæpe Typographi dignam merentur excuſationem; hoc omne facilè ſuperaſſem, ſi mihi datum eſſet (dum in lucem produceretur Volumen) adeſſe. Vale.

CON-

CAPITVLVM I.

De Correctione Fratrum, & pœnis imponendis.

RESPONDET titulus ſeptimo Capitulo Regulę, ſupra à nobis allegato; quod agit *De Pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda*. quam nunc in foro tantùm exteriori conſideramus, &

Quæritur primo an Correctio iſta cadere poſſit ſuper peccata venialia.

Reſpondeo primo. Pœnitentiæ, quas ſalutares vocamus, quaſq. emendandis negligentijs quotidianis, verbo tenus, coram communitate, vel etiam priuatè adhibere ſolent Prælati, non ſolùm cadunt ſuper venialibus, ſed vt plurimum ſuper illis cadere ſolent. Vt patet ex Comment. in Statuta, vbi de Capitulo culparum, &c. *cap.8. Stat.6. à fol.*707.

Pœnitentiæ ſalutares ſuper veniali. bus, vt plurimum cadũt.

Reſpondeo ſecundo. Peccata venialia, quæ diſciplinæ regularis ruinam ſolent paulatim inducere, vt temporis iactura, ſilentij fractio, orationis negligentia, aut derelictio, poſſunt in foro exteriori puniri ſecundùm Statuta. diximus, *in Comment. cap.3. Stat.*10. *fol*,217. In his Religioſum peccare mortaliter, & Superiorem teneri ſub culpa mortali hæc peccata corrigere ex *Eccleſiaſtici* 12. *qui ſpernit modica paulatim decidet. Sanchez lib.*1. *in* Decal. *cap.6.num.*19. *Naldus verb. Pralatus nu.*11. *Peirin.tom.*2. *quaſt.* 1. *cap.*5. *num.*63. *Coriol. de caſib. reſer par* 1. *ſect* 1. *art.*5. *num.*11. apud quem *Sotus*, *Bagnes*, *Lopez Medina*, *Sairus*. Et optima quidem ratione, quia parua, & leuia vulnera, ſi non curentur, peiora euadunt, & mortem minitantur. *In pigritijs humiliabitur conſignatio, & in infirmitate manuum, perſtillabit domus. Eccleſiaſtes* 10. Ideſt, ſecundum Gloſſam interlinealem, *In pigritijs*

noſtris, vel Prælatorum humiliabitur ædificium virtutum cuiuſlibet, vel Eccleſiæ.

Punitionis materia eſt peccatum mortale.

Reſpondeo tertio. Peccata, exteriori vltione plectenda, propriè ſunt mortalia. Probatur primo ex cap. 7. regula. *Si qui Fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint, &c.* quæ verba de peccatis, in foro exteriori puniendis, docuiſſe multos, retulimus, vbi de caſibus reſeruatis, *cap. 7. Sta. 1. fol.* 512.

Probatur ſecundo ex *regul. 23. iuris in 6. ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* quia ex *Greg. lib. 7. regeſti epiſt.* 35 *relato cap. 2. de conſtit. Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit.* Nam *voluntate, & propoſito maleficia diſtinguuntur. cap. cum voluntate de ſentent. excom. &* Gloſ. citat. *l. ſi putatator, ff. ad l. Aquiliam.* In qua ſola culpa mortalis puniri mandatur: & adducit rationem à priori, & Scholaſticam. Pœna eſt menſura culpæ. *cap. Sanè 2. de offic. deleg. c. vltimo de tranſact. c. ſicut dignum de homicid.* & eſt de iure diuino: *iuxta menſurã debiti erit, & plagarum modus* Deut. 25. *cap. diſciplina* d. 45. & de iure naturali, dictante medicinam non adhibendam ſano, *Matth.* 9. nec pœnam innoxio. *l. Sancimus C. de pœnis.* Hæc autem, mortalem culpam exquirunt, quia venialia, vt venialia, veniam potius, quam pœnam in externo iudicio, ſollemniter exigendam expoſcunt.

Pœna eſt menſura culpæ.

Quod ſi vim facias in illis verbis regulæ, *Niſi ſubſit cauſa.*

Innocentes quãdo puniri poſſint.

Reſpondeo ex *Gloſ.* & communiter ſcribentibus, aliquando puniri innocentes, non per ſe, & directè, ſed per accidens, & indirectè ratione nimirum boni publici, quod aliquando cum nocentibus innoxios comprehendit, vt interdicto; vt cum ad puniendum patrem affligitur filius *l. Sancimus verſ. pars quodammodo. C. de agricol. l. vlt. C. de impuber.* Subditus reſpectu Superioris *l. iſti quidem in fin. ff. quod metus cauſa. c. ſi ſententia* 16. *de ſent. excom.* Sic etiam parti ſanæ proximæ infirmæ applicamus remedia, cauteria inurendo, cucurbitulas applicando, *l. ſi quiſquis C. ad l. Iuliam maieſt.* Vtilitas enim publica, & totius particulari, & priuatæ præfertur. *l. 1. C. de cad. toll.* Gloſa ponit caſum eius, qui efficitur bigamus ob vxorem corruptam; & ideo ordinari non poteſt; & Clericus leproſus, qui priuari poteſt parte reddituum, ſine culpa, attamen non ſine cauſa. In quibus rationem naturalem licet aduertere: quod abſolutè loquendo, nullus innocens puniri poteſt, niſi cum nocentibus connexionem, & relationem habeat, vt filius cum patre, ſeruus cum Domino, ciuis cum Principe, &c. Idque vt re-

dundans

dundans in punitionem nocentis, vel illius medelam.

Probatur tertio ex Statuto Vallisol. *ann.* 1593. & hoc capitulo inter titulos de pœnis relato. *Illud generaliter decernimus pœnis hic expreſſis ſubiacere, quos ſancta obedientiæ paupertatis, aut caſtitatis votum quoquo modo violare, aut violaſſe, vel aliàs contra generalia, vel prouincialia Statuta facere, aut feciſſe legitimè conſtiterit.* Vtique in materia peccati mortalis, quia ſubnectuntur trãſgreſſionis votorum eſſentialium.

Quæritur ſecundo. Quo ordine, & qua forma corrigenda ſunt peccata in Ordine Minorum?

Reſpondeo primo, *in commentarijs ad Statuta cap.* 7. vnam tantùm examinauimus quæſtionem, an in noſtris iudicijs ſeruari deberet *c. qualiter, & quando 2. de accuſ.* occaſione cuiuſdam Iudicis, in quo ignorantia malitiæ militabat, cui me remitto. nunc autem poſtquam legi in *P. Leone Zambello, in Repertorio morali verb. Prælatus num.* 24. *Quod Prælatus generalis, vel prouincialis poteſt priuare Guardianum ſuo officio, etiam ſine cauſa, ex ſuo beneplacito,* & citat *c. per tuas. de Simon. c. qualiter, & quando 2. de accuſ. Lanor. variar. lucubrat tit. cap.* 23. *num.* 23. 24. etiamſi *electus eſſet à Diffinitorio,* ex *Sigiſmundo de Bonon. de elect. par.* 1. *c.* 7. *num.* 7. & potuiſſet addere *Ioſeph à S. Maria in Tribunali religioſo tract.* 5. *cap.* 6. §. 1. quos omnes citat Barboſa in *d. c. qualiter, & quãdo verb. facilius. Follerium in praxi c* 36. *à num.* 30. Sentiens hanc propoſitionem eſſe in iure improbabilem, & in Minorico Sodalitio falſam propterea, cùm in ſequentibus titulis priuationis, ſuffragiorum, & officiorum inſeruire poſſit.

Reſpondeo ſecundo modus procedendi in cauſis criminalibus regularium, vbi è foro paterno exire oporteat, & punitionẽ aliquã Statutariam infligere non eſt arbitrariùs, ſed canonicus, nimirũ iuxta *c. qualiter, & quãdo 2. de accuſ.* ita affirmãnt *Nau. de accuſ. conſ.* 4. *n.* 3. *Tolet. lib.* 5. *c.* 56. *Director. Inquiſit* 3. *par. de recuſ. quæ fit. vbi & Pegua ſcol.* 20. *&* 21. *Zacchar. Bouer. in* Director *for. iud. part.* 1. *c.* 7. *Lõguſ. de caſib. reſeru par.* 2. *de iuram. falſo in iudicio ſine*, quod poſtea proſequitur per multa alia capitula. *Rodrig. to.* 1. *q.* 3. *art.* 1. *Miranda de ordine iudiciar. tom.* 1. *q.* 3. 6. 7. 8. *& tom.* 2. *in pract. canon. q.* 3. *art.* 1. *Hieronymus* Roder. *reſolut.* 37. *per totum.* Et alij permulti, quos pro hac ſententia refert, & ſequitur. *Peterinus in formul. c.* 16. *n.* 1. 2. 3. *&* 4. *Villagut. in practica criminali lib.* 6. *concluſ.* 5. *Victor. Auerſa in modo procedendi in cauſis regul. cap.* 7. *num.* 8. *not.* 5. *de*

Modus procedendi regularium non eſt arbitrarius.

Iuſt. & iure, quaſt. 4. *art.* 1.

Quinimo ipſe Zambellus, non ſolum in praxi, ſed etiam loco citato, ait, quod ſi procedendum eſſet per captas informationes, Iuris ordo ſeruandus eſſet. qui locus ad hominem retorqueri poteſt, quia ad punitiones & miniſtrandam iuſtitiam parum refert, captas eſſe informationes, dummodo ſubſtantialia iuris ſeruentur, quæ de iure diuino, & naturali in quolibet iudicio inuiolabiliter ſeruari debent. *Clem. ſapè, de verb ſignific. Panorm. in c. qualiter, & quādo cit. & in cap. debiti de iudic. Manſo Victorian. de cauſis Regular. cap.* 17 *part.* 27. *Miranda citatus, Suar. tom.* 4. *de relig. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 1. *Silueſter verb. Iudex* 2. *quaſt.* 7. D. *Anton.* 3. *par. tit.* 9. *cap.* 15. *§.* 6. *Nau conſ.* 1. *in fine de ſent. & re iudic.* quem citat *Coriol. par.* 2. *caſu* 5. § 6. *num.* 1. dicentem *Fratres Minores in iudicijs ſuis ſeruare debent ea, quæ ſunt iure naturali, & diuino neceſſaria ad inquiſitionem, & inuentionem iuſtitiæ*, quod replicat *conſ.* 5. *num.* 10. *de appellat. in fine. Hæc autem* (inquit Coriolanus) *Sunt quatuor. Primum, vt non procedatur, niſi contra accuſatum, denunciatum, aut infamatum. Secundum, vt teſtes examinentur cum iuramento. Tertium, vt abſens vocetur. Quartum vt indefenſus non condemnetur, niſi fuerit contumax.* Do clariſſimum Statutum Ordinis ex Vltramontanis *cap.* 6. *Salmanticenſium cap.* 7. *&* 10. *Valliſoletanorum* 1593. *relatum hoc cap.* 7. *tit. de pœnis in genere. Declaramus, quòd Prælati ad apices iuris non tenentur. non tamen poſſunt in actis iudicialibus, pro eorum arbitrio procedere, ſed iure diuino, ac naturali, ad ſubſtantialem iuris ordinem tenentur.*

In iudicijs tenemur ſeruare, quæ ſūt neceſſaria iure naturali, & diuino.

Probatur autem primo per rationem, quia verba dicti *cap. qualiter, & quando*, quibus innititur, ſunt iſta: *Hunc tamen ordinem circà regulares perſonas, non credimus vſquequaquè ſeruandum, quæ cum cauſa requirit, faciliùs, & liberius, à ſuis poſſunt adminiſtrationibus remoueri*. Si ergo textus requirit cauſam, malè dictum eſt *etiam ſine cauſa*. Item cùm textus affirmet, *facilius, & liberius*, quæ verba, nec omnes cauſas, nec omnes modos procedendi excludunt: ſed ſunt relatiua, & diſpoſita in toto antecedenti capitulo. nam ſi nihil omnino ſeruandum eſſet, non eſt, cur dicere debuiſſet, *facilius. & liberius*. Nam vt bene aduertit *Iaſon in l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* quod dum quis promittit *liberè, & ſine exceptione* completurum, intelligitur non renunciaſſe omni exceptioni, ſed friuolę. & dum Pontifex committit cauſam, *omni exceptione remota*, debet tamen delegatus rationabiles exceptiones admittere,

Liberè, & ſine exceptione quod ſonent.

cere, *cap. ex parte* 2. *de offic. deleg.* & concludit capitulum Alex. III. *niſi exprimatur in litteris noſtris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec anteceſſores noſtri credimus vnquam expreſſiſſe*. Eſſet enim contra ius naturale: iuſtas defenſiones admittens. apparet igitur, quanti valeat illud, *ex ſuo beneplacito*. Pręterea non intendit Pontifex omnem iuridicum procedendi modum Regularibus præcludere, ſed tantum ſollemnitates, & accidentalia cuiuſmodi affirmat *Suar. citatus ex Caetano* 22. *q.* 70. *art.* 2. *& Soto lib.* 5. *de iuſt. q.* 7. *art.* 2. *& Compend. Mendicant. conceſ.* 499. *& ſocetatis verb. correctio* §. 1. idem, nimirum, eſſe regulares perſonas non ſeruare ordinem, *c. qualiter, & quando*, ac procedere *ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta ſimpliciter, & de plano*, ac coincidere cum priuilegio Bonifacij VIII. *Ad augmentum*, Fratribus Minoribus facto, vt in punitionibus Fratrum procedatur, *poſtpoſitis rimulis, & apicibus iuris*. non autem eſſentialibus, quæ omnino obſeruari vult, vt omnes affirmant; vnde idem Bonifacius concludit, *præuia in hoc maturitate, & deliberatione debita obſeruatis*, quid autem ſit, procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicij declarauit *Clemens V. in Clem. ſæpe de verb. ſignific. citata*, ſi ergo requiritur *maturitas*, & *deliberatio*, neſcio quomodo fieri poſſit, *ſine cauſa ex ſuo beneplacito*. procedere ſtultè, & irrationabiliter, quia ratio eſt cauſę redditio, & ſine cauſa eſt, ſine ratione, & tamen *c. per tuas de Simonia* à Zambello citatum habet. *Tales Prælati ex leuioribus cauſis poſſunt ab adminiſtrationibus remoueri, ſicuti quorundam Regularium approbata conſuetudo depoſcit*. Quia, vt inquit *Gloſ. in c. qualiter, & quando cit.* quò ſe ad iſtud remittit, *Non ita ius pingue habent Regulares, ſicuti ſæculares*. neceſſarię ſunt igitur cauſę, licet non adeo graues, ſicuti ad deponendum Epiſcopum. Habent igitur Regulares, aliquod ius, licèt non adeo pingue, ergo ſi eo, ſine cauſa priuantur, iniuria illis irrogatur. Ad hęc non negat abſolutè dictum *c. qualiter, &c.* modos procedendi, ſed ait, *Vſquequaque ſeruandum*, ideſt non ſemper, ergo aliquando, quia exceptio regulam firmat, & quando modus hìc ſeruari non debeat? hic eſt punctus, ſenſus eſt, ſemper ſeruandum eſſe canonicum modum procedendi. quoad veritatem indagandam, non ſemper quoad ſubtilitates, & ſollemnitates, vt ait *Abbas*. Veritas enim nunquam eſt omittenda, vt in dicta *Clem. ſæpe de verbo ſignific. Viuian. in Rationali iuris in d. c. qualiter, & quando Bertus in praxi tit.* 5. *c.* 2. *à num.* 19. Tandem modus procedendi,

Solemnitates in ca[…] ſis regul. n[…] ſunt neceſ[…]ſariæ.

Sine ſtrepi[…]tu, & figura iudicij &c quid impor[…]tet.

Ius ſæcu[…]larium pinguius regularium ma[…]crius.

dendi, quem tradit *Innoc III.* ex generali concil io in dicto *c. qualiter &c.* Eſt naturalis, & diuinus, quia illum probat *ex authoritatibus ueteris, et noui teſtamenti*, *Gen.* 18. *Luc.* 16. adducens clamorem Sodomorum, infamiam, & clamoroſam inſinuationem cõtra Villicum, vnde concludit, *debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt (ſi rei popoſcerit qualitas) canonica diſtrictio culpam feriat deliquentis, ne tamquam idem ſit, Accuſator, & Iudex*. & infra *debet eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum, &c.* Hęc enim omnia ſunt de iure naturæ, & diuino, & conſequenter non eſt concedendum, voluiſſe Concilium generale priuare Religioſos ijs, quibus peſſimi hominum gaudent, & reddere Superiores ſuſpectos, vt ipſi ſint accuſatores, & Iudices, ac malignitatibus patentiſſimum oſtium aperire. Quibus ſi addamus motiuum *c. per tuas. de Simon.* quod Pontifex ad conſuetudines approbatas quorundam Regularium recurrit, probata autem immemorabilis, & nunquam violata conſuetudo noſtri Ordinis eſt, vt nunquam priuetur Guardianus ſine cauſa, & ex beneplacito, ſed ſeruato iuris ordine, auditus nimirum, & defenſus, vel conuictus, aut confeſſus, quam conſuetudinem optimè nouit ipſe Zambellus, vt vel ex hoc tantum capite potuerit ab aphoriſmo publicanda abſtinere. Nec iuuatur ex eo, quod dicit *Conſularem hoc non debere fieri, niſi ſumpta aliqua informatione auriculari, vel patornali à viris probis*, quia vbi eſt debitum, non habet locum conſilium, & vbi ſumus in foro iudiciali, impertinens eſt informatio paternalis, nam paternaliter, & auriculariter audire, non eſt iudicialiter procedere, cuiuſmodi citata iura requirunt.

Traditur modus procedendi.

Probatur ſecundo ſpecialiter pro Ordine Minorum, quia perpetua Statuta Ordinis cõtradictoriè opponuntur propoſitioni Zambelli, quæ cùm ſint confirmata à Sede Apoſtolica in forma ſpeciali, etiam ſi eſſent contra hos canones (quod omnino negamus) obſeruari debent. Primo enim Statuta Papalia Iulij II. c. 8. particula 34. dicunt. *Extra Capitula prouincalia, prout etiã Benedictus XII. determinat, non deſtituantur miniſtri Prouinciales, niſi pro crimine notorio, euidentia rei, vel legitimè probato, ſeu, quia confeſſus eſt, & talis depoſitio fiat per Generalem, vel eius Viſitatores, aut Commiſſarios, cum conſilio etiam, & aſſenſu proborum, & diſcretorum Patrum, vel maioris partis numeri, Cuſtodum, & Guardianorum Prouinciæ. Nec à Prouincialibus extra Capitula, aliter quã*

ibi

Digitized by Google

ibi ſupra deponantur Cuſtodes, *& Guardiani*. Secundo Conſtitutiones Alexandrinę ab Alexandro VI. ſimiliter in forma ſpecifica confirmatę c.7. renouantes ſupradictam Benedicti XII. Conſtitutionem decernunt. *Iuxta Benedicti XII. ſanctionem ordinatur, quod Generalis, & Prouinciales miniſtri, eorumque Vicarij, & Viſitatores ſuper confirmatione, promotione, vel prouiſione ad officia Ordinis, ac etiam ſuper iudiciali correctione in foro publico grauium criminum, conſilium decem probatorum, & diſcretorum virorum requirere teneantur, & illud quod maiori parti conſulentium videbitur, exequantur*. & c.8. repetito Statuto Benedicti, & Iulij, depoſitionem Prouincials fieri mandant, *de conſilio, & aſſenſu, decem, vel duodecim probo vim &c.* Tertio Statuta Salmanticentia pariter confirmata à Iul. III. c.8. Barcinonenſia, ſeu Segouienſia c.6. de corre*ct, §. 1. quibus vtitur altera familia Tolet. 1583. Valliſolet. 1593. quibus noſtra familia regitur decernunt *Prouinciales, Guardianum deponere, aut officio priuare non poſſint ſine conſenſu diffinitorij, niſi caſu quo per Statuta generalia, aut officio aut actibus legitimis priuari deberet*. Quarto, vt alia multa Statuta Ordinis noſtri id ipſum confirmantia ſilentio tantum, adduco Conſtitutiones Vrbanas, quibus Patres noſtri Conuentuales reguntur, quæque à S.D.N. Vrbano VIII in ſpecialiſsima forma, & de cauſa ſcientię confirmatę ſunt. Ea enim c.8. tit.48. num.6. ſanciunt; *licet inferiores Conuentuum officiales ad Superiorum nutum amoueri poſſint, Guardianus tamen, & Regens abſq. legitimo proceſſu, priuari, ſeu ſuſpendi non poſſint*. Quod Statutum videtur declarare dictum c. qualiter, &c. Quia cùm loquatur *de Adminiſtrationibus*, illęque non ſolum ſint Prelatorum, ſed etiam aliorum officialium, vt Magiſtri Nouitiorũ, Vicarij Conuentus, Sacriſtię, Confeſſarij, &c. ad verificandam literam dicentem non *vſquequaque ſeruandum* eſſe inibi pręſcriptum modum procedendi, ſufficit, quod verificetur de remotione ab alijs adminiſtrationibus; non tamen à Guardianatu, Prouincialatu, Generalatu, qui nomine adminiſtrationum Regularium etiam continentur, & ſine cauſa, & ex ſuo beneplacito amoueri, nimis ſcandaloſum, & iniuſtum eſſet, repugnans doctrinę communi, neque à Principe priuari aliquem poſſe ſine cauſa iure quęſito, prout diſputat *Gabriellius lib. 3. tit. de Iur. quæſito non tollendo con. 1.*

Vernmenimuerò, quia allata verba ex Statutis Valliſol. prohibentia priuari Guardianos ſine Diffinitorio, *niſi per Statuta generalia &c.* videntur innuere, quod ſolus Prouincialis ſine Diffinitorio,

rio, poſſit priuare Guardianum, & alios Fratres punire, quando pœna clara ſit in Statuto, & hic punctus eſt grauis hoc loco examinandus eſt. Vnde

Guardiani priuari non poſſunt, niſi cópleto proceſſu.

Reſpondetur Tertio. Priuari non poſſunt Guardiani, niſi completo iuridicè proceſſu ſecundum formam praxis criminalis, & de conſenſu maioris partis Diffinitorij; etiamſi pœna ſtatuta ſit, & delictum euidens. Ita ſtatutum, quo noſtra familia vtitur latum in *Salmant.c.*8- *Neapolit. c.*32. *Valliſol.* 1593. relatumq. *c.* 8. vbi de Diffinitoribus Prouincialibus agitur, quod tale eſt. *Ad Congregationem præterea, quæ vim Capitularem habet, & omnino ad inſtitutionem, & depoſitionem cuiuſcumq. Guardiani, aut Sanctimonialium Confeſſarij, extra Capitulum, vel Congregationem faciendam, vnà cum alijs Diffinitoribus, & diſcretis perpetuis, à Prouinciali ſemper vocandi ſunt. Nec vero Guardianus quiſpiam, aut Monialium Confeſſarius aliter inſtitui, aut deponi poſſit. Quod ſi Guardianorium quiſpiam, aut Confeſſarius Monialium ex Conſtitutionum preſcrito priuationis pœnam ipſo facto incurrerit, officio quidem, Prouincialis arbitrio ſuſpendi poſſit, ſed priuationis pœnam incurriſſe, niſi cauſa coram prædictis Patribus propoſita, & cognita, declarari nequeat. Quod etiam per Viſitatores ſeruandum decernimus, atq. inſtitutiones, & depoſitiones aliter factas, irritas, & nullas declaramus.* Et Statutum Segouienſe Vltramontanę Familię. *c.* 6. *de correctione* §. 2. *Miniſter Prouincialis non poterit omninò Guardianum deponere, aut priuare, ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Prouinciæ. Nulleq. graues correctiones, præſertim Prælatis, & grauioribus Patribus inferantur à Viſitatoribus Prouinciarum, nec à Prælatis Generalibus, ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Prouinciæ*, quod ex *Tolet. ann.*1583. deſumptum eſt, & ex *Salmantic.c.*8. quę quia clariſſima ſunt, declarari non indigent. Ratio autem Statutorum eſt, quia Prouincialis eſt Iudex ordinarius, Epiſcopalem quaſi iuriſdictionem habens, limitatam tamen cum ſuo Diffinitorio, itaut in grauioribus ſine ſui Capituli conſenſu procedere non poſſit, iuxta titulos, *de his, quæ ſiunt à Prelato ſine conſenſu Capituli*, & *cum maiori parte Capituli*, congruit decretum, *Concilij Tridentini tàm ſeſſ.* 6. *c.* 4 *quàm* 25. *c.* 6. *de reformatione* in quibus pręcipitur, *ne Epiſcopus procedat in cauſis criminalibus ſine conſilio, & aſſenſu duorum, à Capitulo electorum, tam in formando proceſſu, quàm in cæteris omnibus actibus, vſque ad finem cauſæ incluſiuè.* conceditur circa atrocia delicta,

Prouincialis ſine Diffinitorio nō poteſt procedere.

vbi

vbi *de perſonali detentione opus ſit*, *quod poſſit ſolus Epiſcopus ad Summariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo*. ad cuius ſimilitudinem (inquit *Rodriq. tom.2. quæſt.21. art.7. & tom.1. quæſt.30. art.17.*) eliguntur in Capitulo prouinciali Diffinitores, cum quorum conſilio, & aſſenſu grauiores Cauſæ priuationis, & punitionis finiuntur. iuxta c. *Epiſcopus nullus. 15. quæſt.7. Caputaquen. deciſ.102. par.2.* Iuxta cuius decreti diſpoſitionem poteſt Prouincialis proceſſus formare, non requiſitis Diffinitoribus, & reum conſtituere, ac carceri mancipare, punire tamen, & priuare, ſine illis non poteſt.

Reſpondeo quarto. Prouincialis non poteſt punire aliquem graui pœna, carceris, exilij, priuationis, ſuffragiorum, nullamque pœnam ſtatutariam aliquem ſubditum incurriſſe, declarare, ſine conſilio, & conſenſu Diffinitorum. Sic ſtatutum *Valliſol.* ex *Rom.* 1575. *cap.8. de officio Miniſtri Prouincialis*. *Prouinciales miniſtri punitiones delinquentium ad Aduentum vſque Generalium non differant, ſed ſecundum ſtatuta, & conſtitutiones, de Patrum conſilio, vbi opus ſit, punire teneantur*. illud autem *vbi opus ſit*, ad grauiores cauſas refertur, quia minores per ſe ſolos expedire poſſunt. Quod declaratur per allegatum ſtatutum Segouienſe, decernens, *Nullæque graues correctiones præſertim, Prælatis, & grauioribus Patribus inferantur, ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Prouinciæ*. quibus verbis non ſolum cauſæ Prælatorum, & grauium Patrum continentur, ſed omnium. tum ex negatiua vniuerſali *nullæque punitiones*, poſita poſt correctionem Guardianorum. nam dictio *nullus*, omnia excludit. vt docent poſt Philoſophos, & Logicos *Seraph. deciſ.843. num.6.* Tuſcus practicar. concluſ. tom.2. lit. D. concluſ.315. & 316. Verall. deciſ.283. num.2. & alij paſſim. tum quia adeſt particula *præſertim*. quæ includit alias perſonas, & caſus. *Capol. de ſimult. contract. num.216. Flamin. Pariſ. de confidentia beneficiali quæſt.29. num.54.* eſt enim relatiua, comparatiua, & diſtinctiua contra alios, eiuſdem materiæ *Bertacchin. in Repertorio. verb. præſertim. Guttierez canon.99. lib.1. cap.20. num.5.* & alij permulti. & quod omnem terminat quæſtionem & aphoriſmus *praxis criminalis Ordinis*, quam in iudicijs omnino ſequi tenemur, quæ *tit. de ſententia pag.40.* decernit. *Nullum ſententiare poterit Iudex ſiue Ordinarius, ſiue delegatus, niſi prius probè cognitis cauſæ meritis, iudicijſque diſcuſſis, cum conſilio & voto Diffini-*

Pœnam grauem non poteſt irrogare ſolus prouincialis.

Dictio *nullus* omnia excludit.

finitorum Prouinciæ. *Vel* (ſi Viſitator *fuerit*) *peritorum*, *& grauium Patrum*, *ſi* Diffinitores *ex vrgente cauſa*, *neceſſum fuerit excludere*. ex quibus declaratum remanet ſtatutum, Valliſolet: ſupra allegatum, *niſi per generalia ſtatuta* &c. quod nimirum priuari poſſit à Prouinciali initiatiuè, ideſt per ſuſpenſionem ab officio non completè, ideſt per diffinitiuam ſententiam. Traditur priuationis ſubſtantia, ſcilicet quod priuentur, non modus, ideſt per ſolum Prouincialem, poſſunt quidem priuari, ſed declarato prius, quod ſtatutum violauerint, quæ declaratio non poteſt fieri à ſolo Prouinciali, reſiſtente lege, ſed cum Diffinitorio, qua facta, iam remanent priuati.

Diffinitorũ obligatio circa iudicia

Super quo obiter noto, teneri Diffinitores ſub peccato mortali, ac reſtitutione damni illati, non minus, ac Iudex, probè noſſe merita cauſæ, quam iudicant *S. Anton par.2. tit. 3. cap.6. §.4.* argumento *c. fin. de iniur. & damno dato*. *Sayrus in Theſaur. lib.12. cap.13. initio*. *Nauar in comm. cap inter verba 11. quæſt.3. concluſ.1. num.18. Arrian. quodl.10. art.5. litera G H. S. Thom. 1.2. quæſt.76. art.2.* quia offendit rempublicam. & ſi taliter periti non ſint, Peritos conſulere. quia ſunt Iudices, & Collegæ *Stat. Rom. 1639. tit. de diffinit. gen. Primarij in ordine Iudices*, & Iudici incumbit *diligere iuſtitiam*. Sap. cap.1. *Nihil ex arbitrio ſuo facere*, *ſed iuxta leges. cap. iudicet. 3. quæſt.7.* Sed quomodo iuxta leges, ſi illas ignoret, vel proceſſus merita non videat? ideo eos peccare mortaliter, fusè probat *Ghiſil. de iudic. regul. cap.7. num.15.* Et pœna arbitraria puniendos eſſe, ſi ex imperitia procedant, probat *Rodriq. tom.2. quæſt.40. art.2. & 3. ex l fin. ff de extraord. cognit.* & pœna priuationis officij, & dignitatis, ſi procedat ex dolo, ideſt tranſgrediendo clarè formam Sacrorum Canonum, iuris ciuilis, Eccleſiaſtici vel Regularis, quia aliter *præſumitur ignorantia*, *non dolus*, *vbi ſcientia non probatur*. vt eſt in *regul. iuris*. Vel ſi ex culpa lata, ſeu ex affectata, & ſupina ignorantia iudicant, quia tunc dolo comparatur. *c. vnico. de ordinat ab Epiſ.* eadem pœna plectendi ſunt. Si autem ex culpa leui, vel leuiſſima, puniendi ſunt pœna mitiori. Hoc non dixerim, vt rigoroſi ſint, ſed vt ſciant eſſe miſericordes, qui ſine ſcientia tales eſſe non poſſunt, cum non calleant, quid condonent, quid è rigore remittant.

Ignorantia quæ dolo cõparatur.

Nec excuſantur, quod iam electi fuerint diffinitores, & non decet tale officium renunciare. quia iuri naturali repugnat, quod profiteantur munus, quod neſciunt *c. non eſt ſine culpa de reg. iur. in 6.*

in 6. ea ratione, ac ſi aliquem cantorem, vel concionatorem eligerent, qui cantare, aut prædicare neſciret, quæ eſt formalis indignitas, ex diametro cum officio pugnans. illumque ad renunciandum adſtringens. *c.non eſt 1. quaſt.1. cap.non eſt ſine de regul. iur.in 6.*

Si dicat aliquis, poſſe in eodem Diffinitorio, dum cauſa diſcutitur, aliquem Diffinitorem imperitum, audire peritiores, & illorum adhærere Sententiæ, ſicuti adhæreret ſententiæ alterius, ad quem conſulturus acceſſiſſet, pro ſui muneris complemento.

Reſpondeo non condemnarem illum peccati in hoc caſu, ſed à culpa mortali non eximerem, eos, qui talem eligerunt. *S.Tho. 12. quaſt.76. art.2.* quia Rempublicam offendunt, & tales labendi, euidenti periculo exponunt. *S. Anton. 3.part. tit. 9. cap. 2. Nau. in manuali cap.25.num.12. & in cap.ſi quando de reſcriptis. except.12. 13. 14. 15. Caiet. in Sum. verb. Iudicis peccata*; qui potius inter audientes, & diſcipulos, quàm inter Diffinitores collocandus fuiſſet; Diffinitoris nomine confuſus, qui beſtias illas apocalipſicas, *Amen.* Conclamantia, imitatur. Sanctè quidem per ſtatuta Ordinis cautum eſt, vt Diffinitores cum ætatis maturitate Prædicatoris, vel Lectoris. Scientiam habere debeant, *vt qui* (inquit *ſtatutum Valliſoletanum ann.*1593. ex *Romano* 1587.) *Prouinciales opera ſtudio, & officio adiuuare poſſint & propterea tales eſſe debent, qui muneribus, & eorum neceſſitatibus pares eſſe valeant.* Diffinire enim (melius dicitur *definire*,& *definitores*, vt monet doctiſſimus vir *Antonius Auguſtinus lib.5. emendationum c.9.*) eſt, *aliquid pro regula ſtatuere l.14. ff.de diuerſ. tempor. generaliter, & ſummatim decernere l.4. § puto de hæred. inſtitut.* & non ſolum eſt, rem quid ſit explicare, ſed ea quoque omnia, quæ ad rem aliquam pertinent determinare. Vide tradita per *Leonardum in commentario Oeconomicorum Ariſt.*& per eundẽ in methodo iuris. Sed quid plura? vel Logici ipſi Definitionem, pro intimæ rei eſſentiæ cognitione, & declaratione vſurpant. ex quibus *Accurtius in l.omnis Definitio.in ff. de regul. iur.* Vnde ſententia, quæ rem vltimò terminat, diffinitiua, vel definitiua appellatur *l.3. C. de ſententia ex breuiculo recitand.* vt pateat quales eligi debent Definitores. Certum eſt enim Definitores eſſe Prouincialium collegas, id eſt magiſtratus eiuſdem poteſtatis. *l.173 ff.de verb.ſignif.* ſic diuti, quia vnà lecti ſint. *Varro lib.5. de lingua Latina.* Hinc, quia Prætores vnà cum conſule eligebantur, & iiſdem auſpicijs crea-

An à culpa excuſantur, eligẽtes diffinitorem ignorantẽ.

Definire quid ſit.

Definitores ſunt prouincialiũ collegæ, & quid ſit collega.

bantur, collegæ Conſulum appellari ſolitum fuit. *Plinius in Panegirico ad Traian. Tullius 9. ad Atticum.* itaque ex officio; & officij qualitate, ac fine deducitur, malè Diffinitorem agere, qui ſemper diſcipulum agit. Quibus addere licet, quæ tradit *Molfeſius tract. 8. cap. 9. num. 93. & 94. post Vaſquez, & Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 9. Sanctum Thomam, & alios,* Iudices non ſolum teneri iudicare ſecundum probata, & allegata, ſed perpendere allegantias Aduocatorum, & videre, quid dicant, quomodo comprobent ſuas defenſiones, vel impugnationes, & ſupplere defectus Aduocati, iuxta titulum in *C. vt quæ deſunt Aduocatis Iudex ſuppleat.* conferendo illorum allegationes cum iure. & certum eſt, hoc præſtari non poſſe ſine ſcientia, & præmandum eſſe in conſcientia, itavt, ſi non fiat, peccetur mortaliter. Saltem doctiores conſulere debent, ne in adminiſtranda iuſtitia, Deo offenſa, & proximo iniuria inferatur.

Iudices ad quid obligãtur in iudicia.

Quod ſi quis abs me ſciſcitetur, quanta ſcientia neceſſaria ſit in definitore, Dico, ſufficere, quod calleat ſtatuta ordinis, nec opus eſt, vt ſciat leges, & canones, quia ſufficit habere perſpecta media ad iudicium ordinata, hæc autem ſunt ſtatuta Ordinis, iuxta quę procedendum eſſe, ſtatuit *Bonifacius VIII. Ad augmentum. Vt ad correctiones, & punitiones delinquentium, Prælati liberè procedere valeant, ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, & facienda Ordinis Inſtituta.*

Quanta ſciẽtia in definitore eſſe debeat.

Si quærat vlterius, An Definitores ſcire teneantur ordinem iuris in formandis proceſſibus neceſſarium.

Dico teneri, quia licet formare proceſſum, ſpectet ad Prouincialem vſque ad ſententiam excluſiuè. Vbi tamen opus eſſet arctatione, quæ ſine conſenſu Diffinitorij infligi non poteſt. Vt dicitur *cap 7. in tit. de Tortura, & Arctatione.* & potiori iure de tortura affirmandum eſt, quia grauior eſt arctatione. Vt reſolutum eſt in practica criminali *tit. de Tortura.* nam licet hæc omnia extra definitiuam ſententiam, contineantur, & ſolum interloquutorias concernant, tamen, quia ſunt inemendabiles per diffinitiuam, *Trid. ſeſſ. 13. cap. 1. de reform.* maturiori ſunt deſtinanda conſilio. quia ſi à definitiua appellatur ad innocentiæ præſidium, & interim ſententia ſuſpenditur, multò magis præſidiari debet innocentia in actibus irretractabilibus, cuiuſmodi ſunt tormenta. *Nauarrus conſ. 2. de appellat.* Sufficit autem ſcire praxim Religionis, & ſecundum illam intelligere an Reus arctari, vel torqueri poſſit, quia ſi pro-

Digitized by Google

ſi proceſſus eſt malè formatus, & eſſentialia in illo ſeruata non ſint, reus torqueri non poterit, ergo Iudices ſcire debent, quando torqueri poſsit, & quando non. quod ſine licentia formandorum proceſſuum, conſtare non poteſt. & ſic, dum de inferendis tormentis, non minus, quàm de ſententiando, cogitur definitorium, Prouincialis docere tenetur de Canonicà formatione proceſſus, vel Inſtrando, & legendo illum coram toto Diffinitorio, vel anticipatè illum tradendo ſingulis definitoribus, ad effectum, vt videant merita cauſæ. an ſcilicet contra reum legitima iudicia, vt tormentis examinari mereatur.

An Definitor credere teneatur Prouinciali circa legitimitatem proceſſus.

Nec credendum eſt Iudici etiamſi perito, quia Definitores ſunt coniudices, & collegę, vt dictum eſt, & non ſatisfaciunt ſuo muneri credendo, ſed inſpiciendo. Et multoties caſus docuit erraſſe Definitores, ac propterea punitos fuiſſe, eo quod ad vnius relationem, etiamſi docti, & probi ad cauſę deciſionem deuenerunt, & alienis oculis cęcutierunt, eorumque ſententias per appellationem euacuatas eſſe, ex eo præcipuè capite, quia forma procedendi iuridica ſeruata non fuit, non quidem iuxta ſolemnitates, & apices, ſed circa eſſentialia; quæ quia defuiſſe non aduerterunt, vel aduertere neſcierunt, grauiſſimo proximi præiudicio, & Ordinis dedecori manus dederunt.

Viſitat[illegible], quibus D[illegible]nitoribus vti tenentur.

Noto etiam, non eſſe arbitrarium viſitatoribus, in decidendis cauſis, Definitores Prouinciæ adhibere, vel ijs relictis alios ipſorum loco aſſumere, quia ſenſus germanus ſtatuti eſt. quod vti debeant Diffinitoribus, iuxta inconcuſſam praxim Ordinis, ſed quia aliquandò accidit, agitari cauſas contra ipſum Diffinitorium, vel Diffinitores ſuſpectos eſſe, ex iuſta, & rationabili cauſa, ne ſolus ipſe Viſitator cauſas terminet, caute prouiſum eſt, vt ipſorum loco, periti & graues Patres in iudicandi munere aſſumantur. propterea additum fuit *ex vrgenti cauſa neceſſum fuerit excludere.* Conſiſtit autem doctrina primò, quia quæſito iure nullus ſine cauſa priuari debet, *c. ſine culpa de regul. iuris in 6.* cum ampliſſimè diſputatis ab *Antoniò Gabrielio lib. 3 concluſ. tit. de iure quæſito non tollendo con* 1, ergo nec Definitores amoueri poſſunt à iudicio cauſarum Prouinciæ, cuius poſſeſſionem habent, ſine cauſa. Secundò, quia contra humanum diuinum, & naturale ius eſt, vt quis ſit iudex in cauſa propria, in qua tanquam reus ſiſtitur. *Panorm. in c. cum veniſſent de iudicijs, & in c. dilectus de pœn. Conſtant in tract de cautè iudicando in tit. de recuſ. iudic. Bald. deciſ. 44. Tiraquel de pan.*

Iudex ſui nullus fit.

tempor:

tempor. cauſa 51. *à n.* 82. *S. Thom*: 2.2. *queſt*: 67. *art*: 1. *ad l.* 2. *qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. om. Iud Scacc. de Iud. c.* 1. *gloſ.* 4. *quæſt.* 7. *à n.* 2. *V nde Ariſt.* 3. *pol.* 1. *c.* 7. dixit *Qui de ſeipſis iudicant, vt plurimù non recti ſunt iudices*. Licèt enim qui Superiorem non cognoſcit, poſſit eſſe iudex in cauſa propria, *l. & hoc Tiberius ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omn. Iud. Innoc. in c. ex parte in Chriſto. de verb. ſignific. Balb decis.* 107. attamen in Diffinitore, quinimo, & ipſo Prouinciali, & Viſitatore, non habet locum, & ideo dum iudicandum eſſet Diffinitorium totum, vel aliquis Definitor, tunc ipſi eſſe iudices non poſſunt. Tertiò quia Iudex recuſatus, vel allegatus ſuſpectus ex cauſa legitima, deſinit eſſe iudex, & acta facta corã Iudice recuſato, vel per iudicem recuſatum, ſunt ipſo iure nulla. Quia iudex recuſatus procedens in cauſa antequam pronunciatum ſit ſuper dicta renunciatione, facit contra iuris normam, vt voluerunt *Bartol. & Alexander in l. quia poterat ff. ad Treb. Gloſ. in l. apertiſsimè C. de iud. & in cap. quoties ep.* 2. *quæſt.* 6. *Hoſt. Io. And. & Anton de* Butr. *in c. ſpeciali de appell. Ancar. & Gemin. in c. iudex de offic. deleg. in* 6. *Abb. in c. quoniam contra de probat.* & alij multi relati *lib.* 1. *comm. iur. tit.* 21. *de offic. iud. num.* 4. Ergo ſi aliquis Definitor, vel totum Definitorium allegetur ex cauſa ſuſpectum, non debet Viſitator iudicare cum Diffinitorio, ſed alijs ſuper quo adeſt Statutum, *Cong. generalis Romanæ ann.* 1603. quod tale eſt, *Caſus item graues, qui in viſitationibus occurrerint, nullo pacto per difinitiuam ſententiam Commiſſarius Viſitator determinet, niſi de conſilio, & conſenſu Diffinitorum. inter quos ſi aliquis ſuſpicione iuſta laborare fuerit deprehenſus, nimirum amicitia, odio, & huiuſmodi, in ipſius locum ad cauſas definiendas ſufficiatur alius pater grauis*.

Allegatus ſuſpectus deſinit eſſe iudex.

Cauſæ ſufficiẽtes ad recuſandum diffinitorẽ.

Cauſas vrgentes, vel recuſandi Diffinitorium, vel alios aſſumendi eoſdem eſſe iudico, quæ ſufficiunt ad recuſandum iudices, vt decretum eſt in *Praxi criminali tit. Quales eſſe debeant Iudices*, nimirum *Inimici, qui iuris ordinem non ſeruauerint, qui parti nimium fauerint, qui inimico, ſupra quam deceat, familiares ſi oſtenderint, qui modum commiſſionis, vel executionis exceſſerint, qui fuerint reo, vel actori coniuncti, qui reos extraiudicialiter grauauerint, qui votum ſuum ad fauorem partis manifeſtauerint, qui recuſantes minati fuerint*, cum iuribus, & authoribus ad marginem citatis; hi enim omnes iure naturali à iudicando repelluntur. Quare non tantum Viſitatores, ſed etiam Prouinciales ob aliquam ex dictis, vel ſimi-

ſimilibus, aut grauioribus cauſis Diffinitores à iudicio remouere debent.

Sed inſurgit dubitatio An dato ſuſpecto aliquo Definitore, vel duobus, vel tribus, vel omnibus, teneatur Prouincialis, aut Viſitator alios loco repudiatorum ſubrogare, an poſſit cum eis, qui reſidui fuerint, ſententiare.

Reſpondeo. Debent Prouinciales ſubrogare antiquiorem in Prouincia Patrem, vel Patres loco amotorum. Viſitator autem debet alios adſciſcere loco ipſorum, qui ſint aptores. Ratio communis eſt, quia præter citatum mox ſtatutum tam in generali *Capitulo Toletano* 1633. quàm *Romano* 1639. Statutum eſt vt deficiente, defuncto, vel abſente aliquo Diffinitore generali, vel Prouinciali ſubrogetur alius loco ipſius. Do verba ſtatuti Romani. *moriente aliquo Diffinitore extra Prouinciam, vel abſente, itaut infra tres dies eius præſentia haberi non poſſit, ſubrogetur alter Pater dignior illius Prouinciæ, aliter electio nulla ſit.* Si igitur ob electionem Vnius Guardiani reparari præcipitur Diffinitorium, multò magis ſupplendus eſt numerus Definitorum deficientium in iudicandis cauſis, quæ aliquando exilia carceres & triremes concernunt; & quod facit mors, & abſentia, facit etiam recuſatio, quia parit eundem effectum, nimirum abſentandi Diffinitorem à Diffinitorio *Io. Gedda. commentario ad* Tit. *de verb. ſignific. ad* §. 1. *l.* 163. *&* 199. *cuiac.* 7. *obſer.* 35. *lib.* 51. *ff. de fidei comm. libert.* §. 5. *conſulto dicitur abeſſe, qui à Tribunali abeſt*, quia licet corpore præſens ſit, animo tamen, & officio abeſt *l.* 5. *ff. de capitu*: Itaque furioſus abſentis loco eſt *l.* 2. §. *penult. ff. de iur.* Codic. *l.* 124. *ff. de diuerſ. regul. Iur. l.* 17. §. *filiofam. ff. de iniur.* Et hoc ſeruandum eſt à Iudice ordinario. Delegatus autem, vel in cauſa, vel ad vniuerſitatem cauſarum non habet hanc reſtrictionem, ſed ſubrogare poterit, quem maluerit, vt citauimus ex practica criminali, tum loco aſſignato, tum etiam titulo. *Canones circa recurſum* &c. verſus finem. Arbitrium autem Viſitatorum debet eſſe regulatum, vt eligant Pares doctos, & probos, peccaturi mortaliter ſi ſecus egerint, ob rationes ſuperius aſſignatas; quia his ſubrogatis incumbit onus rectè iudicandi, nam officium tranſit cum ſuo onere.

Quando Definitores ſubrogandi ſint.

Tandem circa hunc modum formãdi proceſſus, dubitatur, Quare ſtatuentibus pluribus capitulis generalibus, vt *Salmaticenſe c.* 10. *pag. mibi* 68. Romano 1561. *Neapolit. c.* 36. *Cong. generali Rom.* 1603. *Valliſolet.* 1593. *Vt in Viſitationibus contentioſis aſſeſſores* duos

Quare aſſeſſores in excipiẽdis teſtiũ dictis remoti fuerint.

duos, Viſitatores aſſumant, quibuſcum, & dicta teſtium excipere, & rei defenſiones audire debeant. Oppoſitum practica criminali *tit. Inquiſitio ſin.* decretum fuerit, ait enim, *In hac ſpeciali Inquiſitione, ac etiam in omnibus alijs actibus ad forum contenſioſum pertinentibus Iudex Secretarium, ſeu ſcribam peritum, & fidelem ſibi eligere debet, quem notarium ex indulto Apoſtolico creet, ab eoq. fidelitatis iuramentum excipiat. Aſſumere etiam duos Aſſeſſores ad Teſtium, & rei depoſitiones excipiendas, nec Religioni honorificum nec cauſis, vt plurimum vtile euadit, in quibus ſilentium maximè commendatur, &c.* Videtur namq. nimis audax facinus antiquorum prudentiam, & Religionis conſuetudinem condemnare. Eò vel maxime cum ex citato Concilio Tridentino Epiſcopis duo Aſſeſſores aſſignentur in hiſce contentioſis vſitationibus, & aliæ multæ Religiones vſitatores, & Teſtes piè, & laudabiliter adhibeant.

Reſpondeo primo vtrumq; iuri communi conforme eſt *c. quoniã contra de probat.* ibi *ſtatuimus, vt tam in ordinario iudicio, quam extraordinario Iudex ſemper abhibeat, aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter, vniuerſa iudicij acta conſcribant &c.* Veteres de creatione notarij non aduerterunt, de quo nos in Indice practicę criminalis meminimus verb. *notarius*. Quid autem melius ſit; patet ex textu, contraponente *notarium*, ſeu publicam perſonam duobus Viris idoneis. qui principaliter non intenduntur in iure, ſed in defectum Notarij, vt patet in litera. Vnde Notarius habet vim duorum Teſtium. *Maſcardus de probat. concl.* 1095. *n.* 3. *Menochius conſ.* 380. *n.* 5. *Rebuff. de reprobat. Teſtium n.* 125. *Farinac. in praxi crim. par.* 2. *quaeſt.* 65. *n.* 88. *glos. in verb. duos viros.* Quę conijcit, maiorem fidem adhibendam eſſe Tabellioni, quam his duobus, quia relationi vnius Tabellionis præſtatur fides, his autem non niſi, cum duo fuerint. *Abb. in dicto c. quoniam contra à n.* 27. *Repertorium Inquiſit verb. Notarius. Locatus In iudiciali. ibid n.* 4. *Angelus in l. geſta C. de re iud. Curtius Iun tract. feud. par* 7. *quaeſt* 41 *Decius in dicto c. quoniam contra. n.* 35. Ex quorum mente colligitur, plus credendum eſſe Notario ſe ſubſcribenti depoſitionibus, & actibus, quàm Iudici, imo Iudici non eſſe credendum; ſi vel ſua manu acta ſcribat, vel tale quid dictum, vel factum fuiſſe affirmet. *Perez lib.* 5. *gloſ.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin.* Et potius cedi debeat Notario affirmanti in actis

Notarius habet vim duorum teſtiũ.

Notario quanta fides adhibenda.

actis dictum teſtis, quam teſti neganti, quia præſumptio eſt pro Notario contra teſtem. *Rodrig. tom. 2. q. 13. art. 2. Portel. verb. Notarius.*

Ex quibus neſcio ſi probem dictum *Rodrig. ſupra*, excuſantis cõſuetudinem aliquarum Religionum, in quibus Superior inquirit, & propria manu ſcribit dicta teſtium, eo quod leuia vt plurimum inquirantur. & Regulares ſuo iuri per profeſſionem renunciaſſe videntur. admittentis autem notarium in grauibus, tanquam quid eſſentiale iudicio. quia *c. quoniam contra cit.* ęquè vtrumque probat. niſi agatur de pœnitentijs ſalutaribus, in quibus proceſſus non admittuntur.

Hinc patere poterit, quę fides adhibenda ſit viſitationibus generalibus, quæ à ſolo Superiore excipiuntur, & in ſcriptis rediguntur. Licèt enim ſubſcribantur à Regularibus, paternaliter viſitatis, nullam tamen fidem faciunt in foro exteriori, niſi vt (ex notatis) poſſint, deinde ad ſpeciales inquiſitiones deſcendere cum notario, iuramento, &c. Viſitationibus paternalibus a Superiore ſcriptis, an ſtandum.

Reſpondeo ſecundo Non abieciſſe nos omnino iſtos duos teſtes, ſed eos reliquiſſe in caſibus grauibus, Superioribus beneuiſis. Et ſolum abſtuliſſe ligamen, vt procedere poſsint cum ſolo Notario, nec reprehendidiſſe antiquos, ſed meliora pręſtamus. noua enim tam bona, quàm mala dies parit, & ita antiquitati ſtudemus, vt nõ cenſeamus aptiora relinquere. Quod autem meliora ſint.

Reſpondéo Tertio patere ex verbis allegatis. *nec Religioni honorificum, nec cauſis vtile*. Quia cùm certum ſit, Superiores Regulares in bonitate, & rectitudine, vt plurimum præſtare tam clericis, quàm laicis, *Farina: q. 41. nu. 9.* & iſti aſſeſſores adhibeantur, ne iudex iudicium peruertat, vt apertè dicto *c. quoniam contra falſam adſertionem iniqui iudicis, & c. de probat.* Religionis honori derogatur, dum de Superiorum iniquitate, ſupra omnes alios præſumitur. Cum etiam certum ſit, quod veritatem, inquiſitio aſſequi non poſsit, niſi dicta teſtium, ante proceſſus publicationem, ſub ſilentio contineantur, nam *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*, Prouerb. 1. *& Gloſ. in l. ſi quando C. de teſtibus*, dicit, per Danielem indutum eſſe, vt teſtes in ſecreto examinentur *Dan. 13. & Anchar. in Clement ſæpè de verb. ſignific. nu. 43.* colligit, ſecretum in examine eſſe de iure naturali, & diuino. aliàs fruſtraretur finis inquiſitionis: hiſque aſſeſsoribus non præcipiatur imponi ſecretum, & ſilentium, facilè præueniri poſſunt conteſtes, & rei,

adeòut iudicij rigor, & veritatis inquiſitio eludatur. Ideò ſi æquè benè, imò melius cum ſolo notario excipi poſſint dicta teſtium, non eſt, cur nouo ſtatuto modum procedendi cautiorem non reddamus.

Quæritur tertiò.an poſſit Generalis, Prouincialis, vel alius Superior ordinarius, aut delegatus ſuſpendere Guardianum, aut Monialium Confeſſarium, vel ipſum Prouincialem, per ſolam inquiſitionem generalem, nullo formato proceſſu.

Prælatus localis, quãdo ſine proceſſu ab officio remouere poſſit.

Reſpondeo primò affirmatiuè, ſi id fieret ad obedientiæ exercitium, vel aliqualem mortificationem, quæ eſſet ſpecies pœnitentiæ ſalutaris, & ad breue tempus. Ratio eſt,quia ſicuti poteſt Superior in viſitatione imponere Guardianis alias ſalutares pœnitentias, vt ieiunia, diſciplinas, mortificationeſquè, vt de facto accidit, ita poteſt ſuſpendere illos ad aliquos dies. cùm non ſit maior ratio, quod Guardianus coram ſuis ſubditis faciat ea, quæ ſubditi ſunt, quàm remaneat per aliquod tempus ſubditus. colligo conclusionem ex Statutis Ordinis. nam c.7. de verbis inordinatè prolatis, dicitur. *Qua modeſtia vtendum erit quoties Prælati ad Fratres capitulariter congregatos exhortationis verba proponunt. qui ſecus fecerit, corrigatur, vel etiam ſuſpendatur officio. Superioris arbitratu.* & c. 3. *de euagatione tollenda*, dicitur *Cum autem licentias huiuſmodi in caſibus tantùm neceſſarijs concedere Prouincialibus liceat, caueant, ne facultate huiuſmodi abutantur alioquin eadem, Generalis arbitratu priuentur, aut ſuſpendantur officio.* & c.8. *de reſidentia. Si quis autem* (inquiunt) *abſuerit, ſtatuimus, etiam officio ſuſpendendum eſſe; &c. de archiuijs*, ſancitur. *Hæc qui neglexerit, ſuſpendatur officio. &c.* Et infra de lectura Statutorum. *Qui in ſupradictis notabiliter negligentes fuerint. ſuſpendantur, vel priuentur officio.* & infra *Guardiani, qui in ijs negligentes fuerint, ſuſpendantur officio.* & c.6. *de non alienandis libris*, dicitur, *mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub graui ſuſpenſionis pœna, ipſo facto incurrenda, vt nemini prædictos libros vendere. &c.* Ex quibus authoritatibus clarè conſtat, Superiores viſitantes, ſuſpendere poſſe ad tempus Guardianos, etiam ſine proceſſu, & per modum paternalis correctionis, quia aliquæ ex dictis ſuſpenſionibus, leues materias concernunt, vt ſunt verba indebitè prolata, quibus correctiones, vel ſuſpenſiones applicantur, & cùm correctio leuis ſit, & pro illa proceſſus non fiunt, leuis etiam eſſe debet ſuſpenſio, ac ſine proceſſu irrogari.

Non

Non ierim inficias, ſupradictas materias poſſe ita extendi, vt etiam priuationem admittant, vt expreſsè in citatis ſtatutis caueatur, quia *iuxta menſuram delicti, debet eſſe modus plagarum Deut.* 25.attamen vt plurimum iſtæ correctiones in foro paternali imponuntur. Et quando eſſet ad iudicialem ordinem progrediendum, tunc etiam poſſent Superiores ſuſpenſionem ab officio iniungere, quia, vt citatum eſt, ſuſpendere poſſunt, ſine Diffinitorio, non tamen priuare.

Reſpondeo ſecundo. Sine cauſa non poſſunt Prælati Guardianos, & Officiales ſuſpendere. Concluſio duo intendit, & ſuſpenſionem, quę daretur tanquam pœnitentia ſalutaris, & ad mortificationem. & alteram, quæ irrogaretur tanquam pœna. Ratio eſt, quia ſine cauſa ſubditum à Superiore mortificari, eſt omnino à ratione alienum, quia ſubditus promiſit obedientiam, cæcam quidem, ex parte ſui, ſed oculatam ex parte Prælati. ***Nam rationabile debet eſſe obſequium noſtrum,*** **Rom.** 12. & ſicuti Prælatus eſt ***ad ædificationem***, & non ***ad deſtructionem*** 2. *Cor.* 13. ita ſubditus debet eſse paratus ad ſuſcipiendas rationabiles pœnitentias. Habemus enim in noſtro Ordine regulam obedientiæ, nimirum, ***in ijs, quæ non ſunt contraria animæ, & regulæ c.***10. Licet enim ad perfectionem obedientiæ tendentibus expediat, etiam irrationabilia arripere, ad neceſsitatem tamen voti, ea ſolum præſtare tenemur, quæ vel in regula, vel in conducentibus ad regulam continentur, quia cùm præceptum, & obedientia ſint relatiua, eadem eſt obediendi neceſſitas, quæ præcipiendi poteſtas. & in hunc ſenſum, votum obedientiæ declarauerunt ***S. Thomas* 2. 2. *quæſt.*** 104. ***art.*5. *in corp. S. Bonauentura in* 2.*d.*44.*art.*3.*q.* 2. *vbi etiam S. Th. par.*2.*art.*3.*Maironus in* 4.*d.*38. *q.*15.** *Silueſter verb.Religio 6. q. 6.* ***Sanchez lib.6. Moral. c.*2.*num.*2. & 15. *Alphonſus Rodericus* 3 *p. exercitij perfect. tract.*6.*cap.*3. *Vaſquez cap.*2.*tom.*2.*diſp.*158.*cap.*3. *num.*24. *Miranda tom.*1. *quæſt.*26. *art.* 9.** qui docet non eſſe obediendum Prælato, indifferentia præcipienti, niſi bono fine cohoneſtentur. inquit ***Layman lib* 4.*tract.*4.*c.*9.*num.*5.** Tandem ***S. Bernardus lib de præcepto, & diſpenſatione***, inquit teneri ſubditum obedire Prælato præcipienti bona, & inſtituto conformia, quia vltra votum non tenetur, vouit autem obedire in ijs, quæ regulæ conformia ſunt. patet igitur, etiam infligendis mortificationibus cauſam adeſse debere, ſaltem exercitium perfectionis, &c.

Prælatus ab officio, ſine cauſa ſuſpendi nõ poteſt.

Votum obedientiæ declaratur.

Culpa ordinat pœnã.

Hoc autem clarius elucesſcit, ſi ſuſpenſio infligatur tamquam pœna, quæ nullo modo intelligi, nec nomen quidem habere poteſt ſine culpa, ſaltem ciuili, & politica, ſi non Theologica, iuxta tradita per *S. Tho. 2.2. quæſt* 108. *art.* 4. nam pœna, ex *l.* 131. *ff verb. ſignific.* eſt *peccati vltio, & noxæ vindicta.* Et ideò ex menſura delicti, plagarum modus exurgere debet. *Deut.* 25 Hinc nullæ reperiuntur ſuſpenſiones per ſtatuta impoſitæ, quæ culpam non reſpiciant, vt inſpicienti patere poteſt. & eſt traditum in iure, *c. ſatis peruerſum. dict.* 56. Vbi dicitur, *ſatis peruerſum eſt, vt quis ſuis officij priuetur, quem ſua culpa, vel facinus à ſuo gradu non deijcit.* & *l. ſi putator ff. ad l. Aquiliam.* vbi dicitur *nam culpa ab eo exigenda nõ eſt cum diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.* & *c. fœlicis de pœnis in 6.* §. *illud autem* vbi dicitur *Iudex talem pœnam metiatur ex culpa* & infrà. *Proportionetur pœna delicto.* & *c. quæ fiunt, de his, quæ fiunt à maiori parte cap* ſine dicitur, ſed *ſi quis in his deliquerit Eccleſiæ correctioni ſubiaceat, cum peccata ſuos authores tenere debeant: nec pœna ſit vlterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.* Cum alijs iuribus hic à Gloſſa citatis.

Suſpenſio vt cenſura, & vt pœna.

Reſpondeo tertio, diſtinguendo de ſuſpenſione, quia conſiderari poteſt, vel vt cenſura, vel vt pœna. Vt cenſura eſt, qua impeditur perſona Eccleſiaſtica, vti iure aliquo, vel poteſtate Eccleſiaſtica vt tradũt Sũmiſtæ *verb ſuſpenſio. Nauar. c.* 27. *n.* 151. *Suar. de cenſur. lib.* 1. *Auila eod. par* 3. *d.* 1. *dub.* 1. *Sayr. lib.* 4. *Theſ. c.* 1. *Henriquez lib.* 12. *c.* 3. *n.* 2. *Conink. tom.* 2. *diſp.* 15. *dub.* 1. & diuidi ſolet in totalem, ſcilicet ſuſpendentem ab officio, & beneficio *c. tuarum de priuil. Clem.* 1. *de decimis extrau. diuina. de priuil.* Vel partialem, qua ſuſpendatur quis à ſolo officio, vel à ſolo beneficio. nimirum, cum ſuſpenditur à confeſſionibus, vel celebratione, vel concione, vel ordinationis actu, vel ab omnibus his, aut à tota Iuriſdictione, vel ab actu particulari illius, vt eſt beneficij collatio, ſuffragiorum ius, fructuum perceptio, &c. & in caſu noſtro, à concedendis litteris dimiſſorialibus, obedientialibus, aut à toto officio. ita Doctores communiter. qui docent ſuſpenſum à beneficio, non eſſe ſuſpẽſum ab officio. & è contra. quia iſta ſunt diuerſa. *DD.* cum *Gloſ in c. Vintonienſis de elect.* Vnde poteſt exercere actus ordinis, & Iuriſdictionis, ſibi inuicem non repugnantes. Dicunt etiam Doctores

Suſpenſio niſi per mortalem culpã non irrogatur.

ſuſpenſionem, vt cenſuram, non poſſe fulminari, niſi propter culpã mortalem, quia pœna grauis culpam grauem emendat, & cenſura

pœna

Digitized by Google

pœna eſt, vt ex multis probat *Sayrus lib. 4. Theſaur. c. 1. n. 19. Layman lib. 1. tract. 4. de ſuſpenſ. c. 3. initio.* & iſtius cenſuræ transgreſſionem facere irregularem eum, qui ſuſpenſus ab ordine, illum ſolemniter exerceret. non autem ab officio, vel beneficio. authores plena manu citat *Sayrus lib. 4. Theſau. c. 16. n. 2. & infra,* qui *cap. 16.* docet iſtam ſuſpenſionem, ſine abſolutione aliquando ceſſare, dum nimirum lata eſt ad tempus, conditionaliter donec ſatisfaciat, reſipiſcat. in quo ſatis ab excommunicatione diſcedit, quæ etiam ſi feratur ad tempus, donec reſtituat, &c. non tollitur niſi per abſolutionem. cuius rationem *Hugolinus* apud eundem *n. 4.* aſſignat, quia excommunicatio extra Eccleſiæ communionem agit, & reſcindit à corpore ipſius myſtico excommunicatum, ideo ab alio in ſuum locum reponi debet. ſuſpenſio autem non producit hunc effectum. & hæc pauca libaſſe ad notitiam ſuſpenſionis, quatenus cenſura eſt, ſufficiat.

Quatenus verò pœna eſt, induit naturam priuationis inchoatæ, vel imperfectæ, & cenſura appellari non poteſt. *c. quærenti de verb. ſignific. Nauar. in manuali c. 27. n. 152. ſumma corona. de ſuſpenſione, n. 5. Abb. in c. ſæpe contingit de appell. n. 16. apud Layman ſupra n. 3. Suar de cenſ. diſp. 25. lect. 1. n. 2.* qui citat *c. tã litteris. de teſt. c. cum in cunctis §. vltimo de elect. in 6. Clem. 1. §. penult. de hæret. & Clem. 2. de pœnis Innoc. in c. 1. de excep. Prælat. n. 3. Abb. in c. reprehenſibilis. n. 3. de appellat.* aſſertque rationem vniuerſalem, quoties (inquit) ſuſpenſioni imponitur ſolum, vt delictum puniatur, & non vt à contumacia recedatur, non habet rationem cenſuræ, ſed pœnæ. quia licet officia ordinis Eccleſiaſtica ſint, quatenus in perſonis fratrum, qui Clerici ſunt, reperiuntur, & ad miniſtrationem aliquam ſpiritualem in ſubditos habent, & propterea cenſuræ materia eſſe poſſunt; tamen ſuſpenſio, quam inurunt Prælati in officiales delinquentes, reſpicit, vt plurimum officia, quatenus ciuiles adminiſtrationes concernunt. vt puniantur per impedimentum regiminis, in ijs, quæ deliquerunt. dixi vt plurimum, quia aliquando fulminare poſſunt ſuſpenſionem tanquã cenſuram, cuiuſmodi cenſeo eſſe illam, quam vltimo loco in prima reſponſione retulimus de non alienandis libris, de quibus non extrahendis è Bibliothecis cũ ſint excommunicationes fulminatæ, non eſt alienum à ratione, vt ſuſpenſio lata circa eandem materiã, ſit cenſura, idq. conijcitur ex modo loquendi *mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub graui ſuſpenſionis pœna, ipſo facto incurrenda* Suſpenſio vt pœna.

renda

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

renda, &c. quæ forma loquendi ſolet adhiberi in fulminandis cenſuris, ex quo etiam infero, eſſe ſuſpenſionem totalem ab ordine, & officio. quia ſuſpenſio indifferenter lata, & ſine limitatione, de totali intelligenda eſt. *Henriq. lib.* 13. *c.* 32. *n.* 1. *Conink. tom.* 2. *diſput.* 15. *dub.* 1. *n.* 4. *& elicitur* ex citata *extrauag. Diuina. de priuil.* & quia de hac nobis ſermo.

Suſpenſio indifferẽter lata, de totali intelligenda eſt.

Suſpenſio vt pœna ſine proceſſu inferri non poteſt.

Reſpondeo quarto. Suſpenſio ab officio, vt pęna, ferri non poteſt à Prelato ſine precedente iuridico proceſſu. Do ſtatutum laudatũ ſupra *q.* 2. *reſp.* 3. *Quod ſi Guardianorum quiſpiam, aut Confeſſarius Monialium Conſtitutionum præſcripto, priuationis pœnam ipſo facto incurrerit, officio quidem, Prouincialis arbitrio ſuſpendi poſſit.* In quo illud, *ex Conſtitutionum præſcripto* notat cauſam in ſtatutis determinatam, & iuridicum modum procedendi. Subiungit enim, *ſed priuationis pœnam incurriſſe, niſi cauſa coram Patribus propoſita, & cognita declarari nequeat.* Cauſa autem proponi, & cognoſci non poteſt, niſi in proceſſu informatiuo, ſecundum praxim criminalem, diſponatur. In quem ſenſum loquitur ſtatum Segouienſe, eodem loco adductum, quod non replico. & roboratur per ſtatutum noſtræ familiæ c. 7. *Prouincialis ex cauſa legitima, poterit Guardianum officio ſuſpendere, donec Patribus conſultis definiri poſſit, prout iuſtitia ſuaſerit.* Vbi notandum eſt illud *legitima cauſa.* ideſt ſecundum legis præſcriptum concepta *l.* 3. *§.* 1. *ff. de accuſat.* Nam legitimè idem eſt, ac factum ſecundum legem, vt Cit. *c. de off.* vnde illegitimi dicuntur, qui non ſecundum legem nati ſunt. Lex autem noſtra eſt, vt non inferatur pœna grauis, cuiuſmodi eſt ſuſpenſio ab officio, ſine iuridica informatione. ecce ſtatutum c. 7. *Statuimus & decernimus, contra inauditam partem, aut in eum, qui non eſt legitimè, ac ſufficienter conuictus, aut confeſſus, grauem aliquam ſententiam ferri non poſſe, nec debere, qua quis actibus legitimis, aut officijs ordinis priuetur, aut in exilium relegetur, aut aliquo notabili nocumento afficiatur, & latam ipſo Iure nullam eſſe decernimus, atquè oppoſitum facientes actibus legitimis perpetuo priuari debere.* In quo noto primo *legitimum,* ideſt iuridicum modũ procedendi. Secundo *grauem ſententiam* eſſe, priuationem ſuffragiorum, officij exilij, &c. Tertio. *Notabile nocumentum* eſſe ſuſpenſionem ab officio, quia poſt priuationem officij primo loco eſt ſuſpenſio, quæ eſt priuatio inchoata, & inurit maculam commiſſi delicti, & Superioris bonam exiſtimationem corrumpit apud totam Prouinciam, & Religionem

Legitimè fieri quidem poteſt.

Digitized by Google

ligionem aliquando. Quarto *nullitatem ſententiæ*, quæ non debet accipi pro ſententia tantum priuationis finalis, ſed etiam pro ſētētia ſuſpenſionis, alias vanè diſpoſitum eſſet, poſt priuationem, de exilio, & alio notabili nocumento. Itaq; ſententia hoc loco diſtribuitur ad ſententiam priuationis, ſententiam exilij, ſententiam ſuſpenſionis, &c. Equidem ſuſpenſio iuridicè inuri non poteſt, niſi per ſententiam.

In quo ſuppono doctrinam communem, nimirum in omni punitione Criminali requiri ſententiam, idque non tantum in delictis, quæ probationibus Teſtium, & indicijs emendantur, ſed etiam in notorijs, & in comprehenſis in flagranti crimine, in quibus videtur non requiri ſententiam, iuxta tradita per *Boſſium in tit: de denunciat. num.* 10. *& Couar. in repetit. c. alma mater, nu.* 9. *de Sent. excomm. in 6.* attamen ex receptiſſima praxi, & Doctorum Sententia omnino requiritur. *Albert. in 1. parte Statut. quæſt.* 53. *Carer. in praxi num.* 144. *Imola in Clem, Paſtoralis. de offic. deleg. num.* 29. qui de communi teſtatur *Menthiaca controuerſ. Illuſtr. cap.* 13. *num.* 1. *& cap.* 14. *num.* 5. *Marſil. in pract. crimin.* §. *aggredior. num* 133. *Practica Corradi fol.* 238. *Iulius Clarus Sententiarum lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 9. §. *Præterea quæro. & quæſt.* 9. §. *quæro an quando*. Quod ſi requiritur in ijs, in quibus requiri non videtur, multò magis requiretur in punitionibus delictorum non ita euidentium. Et dato, & non conceſſo, quod ſententia ſuſpenſionis non ſit finalis, ſed interlocutoria, certum eſt, in ſcriptis redigendam eſſe. Affero duos aphoriſmos noſtræ *Practicæ Criminalis tit. Sententia. fol* 41. initio. *Sententia quæcumque illa ſit, omnino ex proceſſu dependeat, quæ ſi ex deductis iuſtificari non poterit, declaranda eſt iniuſta, ſubijciquè debet Iudex pœnis contra malos Iudices fulminatis. Debet autem Sententia in ſcriptis ferri.* Hæc autem Statuta quoad ſuſpenſionem ſunt euidentia, quia ſi tenetur Prouincialis, aut Viſitator cauſam ſuſpenſionis diffinitorio proponere iudicandam, nullus ambigit, quin in proceſſu instructa eſſe debeat, & ſcriptis redacta. alias reus erit iniuſtæ ſuſpenſionis, & pœna talionis plectendus. Et ſi reus à ſuſpenſione appellare vellet, certè copia actorum illi concedenda eſſet. poſſet ſiquidem appellare, quia ſuſpenſio non eſt ſententia interlocutoria, ſed punitiua, quæ nec per ſubſequentem ſententiam finalem releuari poteſt, ſicuti carcer, tormenta, &c. ex quo

In omni punitione criminali requiritur ſententia.

Sententia quando iniuſta.

Reſpondeo quinto. Suſpendere Guardianum ob ſolam inquiſitio-

ſitio-

Peccat mortaliter Prouincialis, ſuſpendendo ab officio ſuperiorem localem, per ſolam inquiſitionem generalem.

ſitionem generalem, nulla facta inquiſitione ſpeciali, regulariter eſt peccatum mortale denigratiuum famæ proximi, offenſiuum iuſtitiæ, & plectendum priuatione officij. Patent partes concluſionis ex dictis, quia lędere famam proximi in re graui, eſt peccatum mortale. Vt communiter Doctores. Punire aliquem inauditum, & adhuc non declaratum reum, eſt contra omnes leges, naturalem, diuinam, ciuilem, canonicam, vt ex ſuperioribus patet. Solum affero noſtram praxim de *Reoſol* 35. *Reus* (inquit) *nondicitur, niſi contra quem indicia, probationeſque laborant: nec antequam ad iudicium vocetur per citationem.* & infra: *Non eſt conſtituendus reus, niſi in informatione conſtet, delictum eſſe ſemiplenè probatum, vel adeſſe æquipollentia indicia, ſecus faciens Iudex mortaliter peccabit.* cum authoribus, & iuribus ad marginem citatis. In generali autem inquiſitione, omnia iſta deficiunt. Quod autem priuari debeat officio Iudex ita procedens, patet ex citatis Statutis. pręcipuè illo, *oppoſitum facientes, actibus legitimis perpetuò priuari debere.* & alio, *ſubijcique debet Iudex pœnis contra malos Iudices fulminatis.*

Reus quis dicendus.

In notorijs quid agendũ

Dixi regulariter, quia non nego poſſe contingere caſum ita notorium, & euidentem, quo vel ipſi Guardiano, vel Conuentui, vel fratribus immineat periculum, vel ſcandalum, vt expediat non ſolum Guardianum ab officio ſuſpendere, ſed etiam ab illo Conuentu remouere. Et iuuat amplecti doctrinam ſuperius per *Boſſium, & Couarruuiam* traditam, quod in notorijs non requiratur proceſſus, &c. Extraordinarij enim caſus regulis generalibus non comprehenduntur.

Iudex famæ ſubditi maxime conſulat.

Reſpondeo ſexto. Cum Guardianus ſuſpendi ab officio poſſit, & in ſuo Conuentu, & extra illum: Si ſuſpenditur ob cauſam, quę Conuentui non repugnat, v. g. ob fractam paupertatem, Conſtitutiones, &c. non autem ob ſimultates, rixas, conturbationem fratrum, & pacis violationem: non debet è ſuo Conuentu abſentari. & in alium moraturus tranſmitti. Ratio eſt, quia Iudex tenetur, quantum iuſtitia permittit, conſulere famę proximi, & minus quam valeat, reputationem fratris lędere. Inde fuit Statutum in cap. 7. *Si quis per duos, aut tres Teſtes fuerit conuictus de aliquo crimine, aliàs omnino occulto, tunc non publicè, ſed ſecretò coram Teſtibus reus eiuſmodi puniatur.* Quod in iure naturali fundatur, nam iuſtitia punitiua ad commutatiuam reducitur, ſaltem vt pars potentialis, vt ex *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 108. probant *Molina de Iuſt. tract.* 1. *diſp.*

Punitiua ad commutatiuam reducitur

1. diſp. 12. fin. Peſantius in eundem locum quaſt. 62. art. 2. diſp. 4. quia licet non ſemper reſarciat damnnm, imponit tamen pœnam pro ęqualitate delicti. Cum ergo delictum ſit occultum, occulta etiam eſſe debet punitio, vt hac ratione, & iuſtitiæ, & bono publico, ac particulari proſpiciatur. quam doctrinam noſtro caſui applicare poſſumus, quia quod eſt notum vni Conuentui, non eſt in alijs propalandum. & coram ijs, qui peccare nouerunt Prælatum, eſt adhibenda correctio, vt in emendationem, & in exemplum cedat aliorum.

Reſpondeo Septimo. Suſpeuſio, quam dare poſſunt Prouinciales, & alij Ordinis Prælati, extra Diffinitorij conſenſum, non poteſt eſſe perpetua, ſiue ad tempus, quo officium abſolueretur, ſed vltra tres menſes proferri non debet. Ratio concluſionis eſt, quia ſuſpenſio perpetua, & ad tempus officio commenſuratum, æquiualet priuationi. *Panorm. in c. etſi Clerici de Iud. num 7. Ledeſma 2. par. quæſt. 26 art. 2. de ſuſpenſ. Tolet. lib. 1. inſtr. Sacer. c. 12. Sayrus lib. 4. Theſau. c. 1. num. 26.* priuare autem non poteſt Prouincialis ſine diffinitorio. Hinc Statutum. cap. Generalis. quod ſuſpenſio vltrà tres menſes dilatari non poſſit. *Suſpenſio quãtum durare debet.*

Quæritur quarto. Cum iam ſimus in firmanda forma procedendi in cauſis Criminalibus. An contra inauditum, vel non conuictum, aut non confeſſum, poſſit aliquando ferri grauis Sententia.

Reſpondeo primo cum Statuto, in citato titulo de pœnis in genere *Statuimus, & decernimus, contra inauditam partem, aut in eum, qui non eſt legitimè, & ſufficienter conuictus, aut confeſſus, grauem aliquam ſententiam ferri non poſſe, qua quis aut actibus legitimis, aut officio ordinis priuetur, aut in exilium relegetur, aut aliquo notabili nocumento afficiatur. Et latam ipſo iure nullam eſſe decernimus, atq. oppoſitum facientes actibus legitimis perpetuò priuari debere.*

Fundatur autem Statutum in iure diuino Gen. 18. *deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, aut non eſt ita, vt ſciam.* Luc. 16. *quid eſt hoc, quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ.* quæ loca allegat. *c. qualiter, & quando 2. de accuſ. Ioſuè 7. & ait Ioſue ad Achan, fili mi da gloriam Deo, & confitere, atq. indica mibi quid feceris ne abſcondas. Eccleſiaſtici 19. Antequam ſcruteris non reprehendas, intellige prius & tunc increpa, antequam audias, non reprehendas.* Vt ex *Sancto Damaſo Papa epiſt. 6.* refertur in *c. eorum 11. quæſt. 3.* vbi etiam di- *Audire reũ eſt de iure diuino.*

D citur,

citur, *eorum, qui accuſantur, cauſas diſcutere non licet, priuſquàm canonicè vocati ad Synodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veritatem, & intelligat, quæ ei obijciuntur.* Sic etiam *Gen.* 3. Deus dixit *Adam vbi es?* & c. 4. Caino, *Vbi eſt Abel frater tuus?* & *Matth.* 18. *Tunc vocauit illum Dominus ſuus, & ait illi, ſerue nequam, &c.*

Et naturali. Quid ſit Iudex.

Fundatur etiam in iure naturali. quia Iudex, vt probat S. *Thomas* 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 3. ex *Ariſtotele* 5. *Ethic. c.* 4. eſt quædam iuſtitia animata, ad quam homines recurrunt, vnde eſt medium inter duos, quia dicit ius, quod eſt obiectum iuſtitiæ tendentis ad alterum. ergo ex ſe non poteſt ad iudicium deſcendere, niſi ab altero moueatur, per accuſationem, denunciationem, vel inquiſitionem, Et quia volens præſupponitur notitiam, cum voluntas in incognitum non feratur, neceſſe eſt, vt Iudex volens aliquem iudicare, cognoſcat merita iudicandi, non poteſt autem cognoſcere, niſi per Teſtes, vel Rei confeſſionem id accipiat, hinc in non auditum, non conuictum, non confeſſum procedere non poteſt. quæ ratio euidens eſt, & excludit priuatam ſcientiam Iudicis, ſecundum quam, ſi aliunde neſciat, procedere non poteſt, quia tum eſſet Teſtis, & Iudex, vt dicitur in *c. qualiter, & quando 2. c. licet Heli de accuſ.* quia tunc Iudex non eſſet medium, ſed pars. quod repugnat rationi eſſentiali Iudicis. hinc *art* 15. dicitur *Non eſt conſuetudo* Romanis *damnare aliquem, priuſquam accuſatus, præſentes habeat accuſatores, locumquè defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ obijciuntur.* Quia cum Iudex ſit mediator, & ſine ſcientia procedere non poſſit, nec parti credendum ſit, ideo Teſtes adhiberi debent, & quia poſſunt aliquando Teſtes falſum deponere, auditur Reus, etſi confitetur, ecce confeſſum: ſi defenſione obiecta non diluit, ecce conuictum. hæc eſt omnium doctrina. *Sot. de Iuſt. lib.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 2. *Valentia tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. *puncto* 2. *Tolet.* 5. *inſtit. c.* 56. *Sayr. in claui reg. lib.* 12. *c.* 9. *Petr. de Arag. in cit. Arti.* 5. *S.* Tho. *Bertus Lucenſ. in praxi tit.* 2. *c.* 9. *Farin. q.* 39. *Clarus quæſt.* 85. § *non ſit.* Rod. *tom.* 2. *quæſt.* 17. *art.* 1. *Miranda tom.* 1. *Ordin. iudic. q.* 14. *art.* 2. *Hieron. Roderic. reſolut.* 45. *& quatuor alijs antecedentibus.* apud quem multi alij.

Et in iure poſitiuo.

Fundatur tandem in iure poſitiuo, Eccleſiaſtico, & ciuili. dictis *ecc. qualiter, & quando 2. licet Hæli. ſuper biſ. de accuſat. & inquiſit.* vbi *d. c. graue nimis, c. quamuis, c. eorum* 11. *quæſt.* 3. *Clem. ſæpè de verb. ſignific. § verum quia c. cum omnes, de conſtit. vbi Panor. Felin. & Are-*

& Aretin.Clem.Paſtoralis, *de re iudicata*. vbi *Bartol.l.Iudices.C. de iudicijs.l.abſentem,& l.accuſationis C.de accuſat.& præſcription. l.ſciant cuncti accuſatores. C.de probat. quibus locis*, contra in auditum, vel non conuictum, aut non confeſſum procedi, ſeueriſſimè prohibetur. Vnde *S. Aug.ho.*50.*relatus* 2.*q*.1. *initiò* ait *Nos in quemquam ferre ſententiam non poſſumus, niſi aut conuictum, aut ſpontè confeſſum*. cum ſeqq. capitulis.

Dubitatur autem pro declaratione terminorum, quid ſit procedere contra partem inauditam. Pars inaudita quādo dicatur

Reſpondeo, dupliciter pars non auditur, Primo cum non citatur. Secundo cum illius defenſiones reijciuntur. non citari partem, eſt contra ius diuinum, & naturale, vt probatum eſt, & reddit omnia acta nulla ipſo iure, *Clar.quæſt.*31.*Farin quæſt.*11.*n.*49. *& quæſt.*22.*n.*66.*volum.*1. *Scaccia de veritate quæſt.*52. *à n.*7. *Ancharan.in Clem.ſæpè.de verb.ſignif. num.*37. in qua decernitur *Citationem verò, ac præſtationem iuramenti, &c. intelligimus non excludi*. quia omne iudicium incipit à citatione. vt no. *in c. Sancta Maria de conſtitut.* vbi *gloſ.verſ.non conuenti. & ff. de in ius vocan.in rubrica*, per *Bartol.* & argum.*in l aut qui aliter. in principio*, & ibi *Bartol.ff quod vi, aut clam.* Papienſ.*in practica in forma reſponſionis rei conuenti num.*6. & quia citatio eſt de iure naturæ non poteſt condi Statutum, vt procedatur non citata parte. *Bald.col.*14.*in C.quomodo, & quando Iud. Fel. in c. ex parte* 2. *de offic.deleg.l.*1.*C.de præſcript. longi temporis l. vir bonus ff. de iudica. ſol.& C. ne de ſtat.defun.l ſi.vbi gloſ Ver.non conuenti*. Sed aduertendum eſt, non eſſe neceſſarium, vt citetur pars, dum proceditur per inquiſitionem in proceſſu offenſiuo, quia iſte formatur Teſtibus non examinatis, citata parte, ſed ad inſtantiam fiſci, vel ex officio inquiſitionis, ac ſecretò *Clar quæſt.*2.*Ver.item quæro Chartar.de execut ſent c fin.num.*275. Sed citari debet, completo proceſſu offenſiuo, in eo gradu, vt ille, contra quem inſtituitur, meritò Reus declarari poſſit, quod fit, dum citatur ad comparendum. *c forus.de verb ſignific. et.*15.*quæſt.*3.*c.vlt. c.Paſtoralis* §. *cæterum de re iudic.c.* Vel more regulari, vocatur à Superiore, vel per nuncium literas deferentem, vel ipſius præceptum expedientē. *c.Deus omnipotens* 2.*q*.1. Valet enim plus apud Religioſos obedientiæ exercitium, quàm quælibet Curialis citatio. Nec eſt opus nuncio determinato ex officio, ſed ſufficit quilibet Religioſus, iuſſus à Prælato, etiamſi mitteretur ipſa pars oppoſita, quia etiam

Iudicium à citatione incipit.

Citatio excludi non poteſt.

Pars non citatur, dum proceſſus incipit per inquiſitionē.

Sed illo cōpleto.

Per quem citari debeat religioſus.

D 2 pars

pars poteſt citare ex commiſſione Iudicis. *Gloſ. c. cum ſit de appel. ver. non ſolent. Abb. ibid. col. 6. ver. ſed quæro*, vbi etiam *Felin. ver. citatio verbalis, num. 11.*

Citatur etiã pars. quando præſens fuerit.

Aduertendum Secundo. eſſe citandum eum, qui præſens eſſet in iudicij loco, & ſciret contra ſe actitari cauſam. ita *Io. de Anan. c. cum oporteat. de accuſ. l. de vnoquoquè ff. de re iudic. Speculator tit. de libel. concept. §. ſequitur. Io. Andreas c. fin. de elect. in 6. Bald. authentica. offeratur.* C. *de litis conteſtatione.* ſibi contrarius in *l. accuſatoribus.* C. *de accuſat. col. 2. Felin. c. cum opporteat de accuſac. n. 2.* cum quo *Benedictus de Vadis in repertorio ad Felin. ver. citandus nõ eſt fol. mihi 13. in 4. columna*, ait *Tene indiſtincte, quod data præſentia partis in iudicio, non requiritur alia citatio.* Textus eſt clarus in *l. etiam §. fin. ver. an præſente, vel vocato. ff de miniſtr. arch.* & Ratio eſt, quia citatio fit, ad finem comparitionis, ergo præſens citari non indiget. Vnde *Bald. in l. 1. ff de in ius vocan.* ait, quod præſentia æquiparetur citationi. & ſicut dictum Teſtis non citati, deponentis tamen præſentibus partibus, valet, vt dicit *Bald. l. alia C. de his, qui, vt in d.* Ac præſentatio reſcripti facta præſente parte, excuſat citationem. idem *Bald. c. plerumque de præſcrip.* & ſententia diffinitiua valet, vtraque parte præſente, etiam non citata. *Bald. l. non quicumquè C. de accuſat. Abb. c. tenor. de re iudicata* ita &c. Iſte autem caſus practicari poteſt potius in forenſibus litibus, quàm in cauſis Regularium, qui Rei eſſe non poſſunt, niſi expreſsè citentur. Valere tamen poteſt in repetitione Teſtium, citata parte, vel ad ferendam ſententiam. quia inutilis eſt citatio, ſi ſine illa haberi poſſit effectus ſcientiæ, & præſentiæ Rei, & partis. Quod tamen in proceſſu deſcribendum eſſet, ne contra inauditam partem proceſſum fuiſſe, conſtaret.

Præſentia æquiparatur citationi.

Abſens quãdo citari nõ debeat.

Aduertendum Tertio probabilis doctrina eſt, non eſſe citandum abſentem, quando conſtat expreſsè, nullam defenſionem Reo cõpetere. *Anchar. c. cum olim. de Sentent. & re iudicata.* Et ibi *Gloſ. Abb. c. ex inſinuatione. de appellat. circa finem. Felin. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitut. verſ. 3. limita.* & in dicto *c. cum olim. ver. non eſt citandus. n. 11.* vbi citat *Abbatem, Gloſ. Modernum, Aretin. Ludouic. Innocent, Hoſtienſem, Lapum, Paulum de Caſtro, Imolam, Cardinalem*, & innumera iura. Sic manifeſtè intruſus, expoliatur, inauditus. nec citatur electus, de cuius non iure conſtat notoriè. Sic notorius homicida, vel per aſſaſſinos graſſatus, de quo in *c. 1. de homicidio in 6.* priuatur beneficijs etiam ſi

non

non citetur, & alijs *liberè* conferuntur. ideſt, *ſine contradictione*, vt exponit Hoſtienſis. *ergo* (ſubinſert *Felinus*) *Si non poterat contradicere non erat citandus*. Sic Iudex poteſt ſententiare ſuper nullitate proceſſus, etiam parte non citata, quando notoria eſt nullitas ex defectu incompetentiæ Iudicis. & relictis multis alijs exemplis ibidem adductis. In caſu noſtro non eſt citandus Apoſtata, ad audiendum ſe excommunicatum declarari, quia iam notorium eſt, eum nihil in ſui defenſionem allegare poſſe, cum conſtet, in Conuentu non reperiri *Abb. in c. reprahenſibilis. de appel. Card. in c. graue. de Præben. vbi Imola, Felin. loco citato, & in c. Rodulphus. de reſcriptis*. quia quando notorium eſt, aliquem incidiſſe in excommunicationem, non eſt citandus in declaratoria. Sic etiam non eſt citandus, qui aliquem fratrem, vel vulneraſſet, vel occidiſſet, & infugam ſe conieciſſet, ſi delictum eſſet notorium, & inexcuſabile, & ſic poſſet in pœnam ordinariam, non citatus condemnari. Et Ratio eſt, quia in his caſibus citatio non eſt de iure naturali, cum ſuffragari non poſſit. quæ ratio militat incomprehenſis in infraganti delicto de facie ad faciem *l. in crimine*, *l. in capite quinto, ff. de adult.* vbi nulla poteſt eſſe palliatio, & excuſatio. quia ſi ſuſpicio adeſſet qualiſcumq. defenſionis, citari deberet. vt monet *Abb. in dicto c. olim. & conſil. 68. 2. volum.* licet hęc doctrina ſatis probabilis ſit, tamen cautius eſt, citare abſentem, vbi contra ipſum procedendum ſit, in alijs delictis ab Apoſtaſia, in qua vſus obtinuit, vt conſtito, quod aufugerit, in prima refectione pronunciatur excommunicatus.

Aduertendum Quarto. Licet in *c. ex literis de conſtitut. c. in nomine Domini. de Teſtib. l. conſentaneum C. quomodo, & quando Iudex. & l. contumacia* §. 1. *ff. de re iudic.* cum alijs per *Io. à Roias ſingular. 29. Simanchaſ. Catholic. inſtit. tit. 14. rubrica de contumac. n. 6: & in Enchirid. violata Relig tit. 45. rubr. de abſent n. 3. & 4 Ludouic. à Paramo de orig. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 4. rubr. de forma, & ordine Iudic. Sancti officij n. 65.* quos allegat *Farin. de hæreſ. quæſt. 185. n. 117.* & Antiquiores *Cinus l. 1. de requir. reis. Abb. c. conſuluit de offic. deleg. cum Felin. d. n. 8.* & alij per iſtos citati non ſufficiat vna citatio, maximè cum ad ſententiam procedendum eſt ſed requiritur trina, tamen, quia hoc eſt de ſolemnitate, non de eſſentia iuris, vt diximus in practica criminali *tit. contumacis condemnatio.* §. 2. *fol. 85.* ſufficere vnam citationem, maximè ſi fiat vna pro tribus, & ſit peremptoria, vt ſcripſerunt *Innoc. c. ad petitionem. n. 3.* Quotuplex citatio ſit neceſſaria.

de

de accuſat. Vmbertus locat. de Iudiciali inquiſ. ver. citatio. Decianus in tract. crimin. lib. 5. c. 32. n. 4. Scaccia in tract. de iudici cauſarum ciuilium, criminalium, & Hæretic. c. 43. n. 10 Felin. cit. n. 8. vbi ponit 11. fallentias, huius trinę citationis, quarum prima maximè facit pro nobis, quod ſcilicet ſufficit vna, quando ſummariè procedìtur. *Per Gloſ. in Clement. ſæpè. de verb. ſignific.* nimirum cum proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de piano. quemmodum procedendi ex *Bonifacio VIII. ad Augmentum*. Religioſi noſtri ſeruare tenentur. Adde reliquas, etiam in vim iuris communis. Cum citatus perſonaliter non comparuit, quia non videtur amplius citandus. Quando citatus dixit, ſe nolle comparere. Quando citatus ſtatim ſe abſentauit, naui, vel equo. Quando delictum eſt notorium. Quando Iudex ore proprio citauit. Quando citandus ſe occulrat, nec patitur, citationem ad ipſum peruenire, vel impedit, vel per ſe, vel per alios, tunc enim poteſt condemnari, nec vnica vice citatus, quia pro citato habetur, qui vt citari non poſſet impediuit, vel à ſuis domeſticis impeditus ſuit. *Clem. 1. de foro competenti. Anchar. Clem. dudum de iudicijs n.* 4. & videtur textus in *c. quoniam frequenter. § porro, vt lite non conteſtata & c. conſtitutus de teſtibus*. vt notat *Bartol. in l. 1. § finali ff. quod vi; aut clam.*

Quando ſufficiat vna.

Vel nulla.

Aduertendum Quinto. non poſſe citari ſubditum, in aliena Prouincia exiſtentem. *Angelus in diſputatione incipiente Bononienſis*, Quia realiter, ideſt per capturam, fieri non poteſt citatio, nam talis actus iuriſdictionis non exercetur, niſi vbi eſt authoritas. *c. poſtulaſti*. de foro compet. *l. cum vnus § finali ff. de bon. authorita iudic. poſſiden.* Nequè verbaliter quia cum effectus citationis ſit terrere citatum, qui non cauſatur in alieno territorio. Sequitur non poſſe citari verbaliter in aliena Prouincia, quæ roborantur per *Clem. 1. de foro competenti*, in qua ſolùm Epiſcopis è ſuis ſedibus pulſis, in alieno territorio citare concedirur. non quidem citatione perſonali, ſed per edictum, vel per requiſitionem, aut per ſententiam, vel monitorium. Sic fugitiuum citamus edicto affixo ad valuas refettorij, ſic contumacem definitiuè ſententiamus, ſic Diffinitorem per epiſtolam ad Capitulum conuocamus. *c. cum nobis olim. & c. vltimo de elect. in 6.* & quando prima vice fuiſſet aliquis citatus in proprio territorio, poſſet ſecuoda, & tertia in alieno citari. *Abb. c. licet ratione delicti de for. compet. Innoc. in c. præterea. de dilationibus. & c. 1. de Raptor. Cardin. in Clem. Paſtoralis de re iudicata.*

Subditus in aliena iuriſdictione exiſtens citari perſonaliter non poteſt.

Quãdo poſſit citari in alieno territorio.

dicata. Quod ſi opponas, Prouincialis poteſt per literas obedientiales vocare ad ſe ſuum ſubditum, in aliena Prouincia exiſtentem, vt eſt in praxi, ergo poteſt illum citare per literas. Reſpondeo literæ miſſiuæ non ſunt citatio iudicialis, quia non præſentantur iuridicæ, nec de illarum receptione teſtimonium reddi poteſt. nam cum clauſæ mittantur, conſtare non poterit, quid in illis contineatur, ſicuti conſtare debet de citatione. & literæ, ac obedientiales ſcripturæ miſſæ, vel receptæ, non continentur intra ſpherã fori contentioſi, & iudicialis, ſed paterni, & voluntarij. *Card. in Clem. dudum. de ſepult. c. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* lege *Silueſt. ver. ſententia. n. 7.* vbi ait, *ſed verius eſt ſecundum alios quod ligantur. de offic. legat. c. nouit.* Sed certè fallitur, quia ibi agitur de Legato Apoſtolico, qui non exierat fines ſuæ legationis, licet exijſſet fines Galliæ. & ſic nec de Regularibus loquitur, nec extrà Territorium latum fuit interdictum.

Aduertendum Sexto. Axioma illud, *Citatio perpetuat iuriſdictionem Iudicis delegati*. de quo *Abb. in c. relatum. de offic. deleg. Bartol. l. & quia. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Bald. c. gratum. & c. licet de offic. deleg.* vbi *Anton. de Butrio*; *Felin Imola*, *l. 2. ff. de donat.* Verum eſt in hoc ſenſu. quod ſi delegans moriatur antequam delegatus citauerit partem delegatio ceſſat. Si poſt citationem, non ceſſat. Sic etiam Commiſſarius Viſitator ſi incœperit aliquem actum iuriſdictionis, mortuo, vel amoto delegante, non ceſſat. Secus ſi nullum exercuerit. & hanc eſſe communiorem opinionem, ac ſequendam, dicit *Benedictus de Vadis in Indice ad Felin. ver. citatio. fol. 14. colum. 4. §. 3. vbi ex Baldo, Bartolo, Saliceto, Antonio de Butrio ait*, Mandatum delegatorium ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa eſt incœpta, perpetuata eſt iuriſdictio quoad alias, ſed quia Viſitationis delegatio non incipit per citationem dubitari poteſt, in quo actu perpetuari poſſit, & dico perpetuari per omnem actum, qui iuriſdictionem, & ſuperioritatem indicet, puta, poſt publicationem literarum patentium in vno Conuentu (ante enim non eſt Superior) ſi in refectorio, aut capitulo ſermonem habeat, ſi illi fratres, manus tanquam Superiori oſculentur. Si Prouincialis, vel Superior localis illi præcedentiam tribuat. ſi viſitationem indicat. Omnia enim hæc ſuperioritatem oſtendunt. vt patet ex ratiocinatione *Anton. de Butr. c. relatum de offic. deleg. Imola cit. Gloſ. c. ne aliqui. ver. cœpta de hared. in 6.* quòd cum expediri non poſſit citatio, ſine commiſſione Iudicis, & ſit ſententia

Citatio perpetuat iuriſdictionem.

Viſitatoris iuriſdictio quomodo cõtinuetur.

quæ-

quædam interlocutoria, quæ requirit cauſæ cognitionem; ergo ſi commiſit de citando, eſt vſus ſua iuriſdictione. ſic etiam cum recitati actus, ſint iuriſdictionis, vſus eſt illa. & veriori ſenſu, cum his actibus, dicitur *res cœpta geri* vel *geri cœperit*. nam per commiſſionem de citando, res non eſt adhuc cœpta geri. vt Canoniſtæ dicunt, *Innoc. Io. Caldar. Card. Imola c. licet de offic. de leg. Abb. dicto c. relatum*. Sed de citatione hæc ſatis.

Pars dicitur inaudita, cũ defenſiones non admittuntur.

Pars dicitur etiam inaudita, cum eius defenſiones non recipiuntur. eſt enim (vt dictum eſt) defenſio de iure diuino, & naturali, vt fatetur *Clem. Paſtoralis. de re iudic.* vndè neque per reſcriptum Papæ tolli poteſt. *ibidem* nec Statutum, illam tollens condi, licet poſſit variari defenſionis modus. *Angel. l ſi ſic. ff. de legib. 1. Pelin. c. dilect. de except.* & tolli totum illud, quod ius poſitiuum concernit. *l. quoniam Alexãdrum. C. de adult. Petr. de Anchar. in c. 1. de reſcript. in 6. & c. 1. de conſtit. ibid. & in Clem. Paſtoralis, de ſent. & re iudic. num. 22. Abb. in cap. 1. de reſcript. & cap. in cauſis. de re iudic.* non autem ius naturæ violari vnde neque hæreticis denegari poteſt. *Repertor. inquiſit ver. citatio, ver. copia, ver. defenſores. Carerius in tract. de haret. num* 82. *Pariſ. conſ.* 2. *num.* 172. *lib* 4. *Boſſius tit. de hæret. num* 9. *Direct. inquiſ. par.* 3. *rubr. de defenſ num.* 117. vbi *Penna*, & alij communiter. Vnde tanquam iniquus recuſari poteſt Iudex, negans defenſiones. & quando Princeps reſcriberet, quod in cauſa procedatur, nulla exceptione obſtante. intelligendus eſt de exceptione friuola, non legitima. *c. ex parte de offic. de leg. Bart. in l. 1. ff. quod vi, aut clam. Imola in l non erit ff. de iur. iur.*

Nulla exceptione obſtante. quomodo intelligendum.

Defenſiones à Iudice offerendæ.

Quinimo Iudex debet Reo offerre defenſiones, maximè vbi videret, aliquo modo poſſe innocentiam detegi. *l. etſi non defendantur. ff. de pœnis Farin. quæſt.* 11. *num.* 10. *& quæſt.* 39. *à num.* 90. *& quæſt.* 185. *num.* 211. quo loco citat *Repertorium inquiſit. Simancam. & praxim ſupremi Tribunalis Inquiſitionis Romæ*, in quo carcerato, & inquiſito, etiam non petenti, proceſſus copiæ offeruntur. Nec excommunicatis negantur. *c. cum inter de except. vbi Abb. & in c. dilecti. c. ſignificauerunt. & c fin eod tit* Neq Diabolo negarentur. *Speculator* 3 *par. tit. de Inquiſit* §. *finali Abb. in c. cum contingat. num.* 27. *de for. compet.* Quod ſeruari magis debet, ſi rei ſint perſonæ ſimplices, & idiotæ, &c. *Vulpell conſ.* 24. *n.* 6. *& conſ.* 74. *n.* 7 *& ſeqq.* Imò in cauſa graui, defenſionibus renunciare nequit inquiſitus, quia hac ratione boni nominis curam non habere conuinceretur contra dictum *Curam habe de bono nomine.*

Defenſiones an renũciari poſſint.

eccleſ.

*eccleſ.*41. vt tenuerunt *Gloſ.* ab omnibus recepta in *l.partum inter hærd.ff.de pattis*, quam dicit ſingularem *Bald.in c.cum veniſſet* ; *de teſtibus. idem in l.vnic.col.*14.*C.de confeſſ.Io.Lupus. in Rubr. de donat.inter Vir. & Vxor.* §. 70. *num.*6.*Felin.in dicto c.cum veniſſet. Hippol.in dicta lege vnica num.*170. *& in practica criminali.Aret.* licet *Couar. Var. tom.*1.2.*par.cap.*8.§.*duodecimus num.*16. qui iſtos authores citat, probabiliorem teneat opinionem *Anchārani*, *et Aretini in c.cum Dilecti. de accuſat:num.*6.dicentium non obſtare iacturam famæ quia non tenetur quis ita conſeruare famam illæſam, ſicuti vitam. pro quo citat *Sotum relect. de ſecreto. memb.*1. *quæſt.*3. *Nauar. in c.inter verba.* 11.*quæſt.*3.*corell.*44. *Caiet.* 22.*q.* 73. *art.*2. & arridet, quia regulares minus curare debent famam, quàm ſeculares. niſi eius iactura Ordini incommodaret, cuiuſmodi eſſet, ſi puniendus eſſet Generalis, Prouincialis, vel aliquis Pater grauis, nimis notus, etiam extra Religionem. Conſiderandæ igitur ſunt conditiones ſtatus, qualitatis, grauitatis delicti, &c.

Nec quęlibet defenſio ſufficit, quia qui malè defenditur, indefenſus condemnatur. vt potè ſi Reo incarcerato, petenti defenſiones, aſſignaretur frater imperitus, eo prætextu, quia alius non adeſſet, vel nollet tale munus accipere, vel Sæcularis Patroni copia non concederetur. Tunc enim ſine dubio, indefenſus dici debet. quia defendere aliquem eſt facere, quod Dominus faceret in ſua lite, id eſt nihil omittere, quod ad tuitionem pertinere poteſt. vt ex *Bartolozo de clauſulis Inſtrument.clauſ.*26. probat *Barboſa dict.*81.*num.*1. vbi additur, quod qui tenetur defendere, non ſufficit, quod ſe ingerat, ſed quod non ſit defuturus defenſioni. & ad id multas leges citat. qua in re aduertere debent Iudices, ne in hanc foueam cadant, & ne zelo Religionis iuſtitiæ ordinem confundant. mandatur enim Iudicibus *iuſtitiam diligere Sap.*1. hanc autem culpam eſſe peccatum mortale non ambigo, quia eſt grauiſſimus defectus in adminiſtratione iuſtitiæ.

Qui malè defenditur, indefenſus habetur.

Quid ſit defendere.

Cui ſi quis addat diſplicentiam, quod Reus defendatur, & toruo oculo videat ſtrenuum defenſorem, qui Teſtium dicta conuellat, procedendi nullitates oſtendat, & ad lucem Rei innocentiam adducat: & propterea vix reperiatur vir probus, & ſapiens, qui velit tale munus obire, ne Iudicis indignationem incurrat. Si quis inquam tam peruerſæ mentis Iudex inueniatur, is Miſanthropos, & hominum Oſor, Simone ipſo Athenienſi iniquior, potius quam Iudex exiſtimari debet. Corno inuidentior, qui in viuis liuore paſcitur,

Mali iudicis peruerſus animus ſuggellatur.

ſcitur, & corruptis vlceribus ſaturatur. Cum ex alia parte, Iudex deſiderare debeat potius innocentiam, quam punitionem, & Reũ potius abſoluere, quàm condemnare. *Mar ſil. in ſua pract. §. poſtquam num* 5 *Foller. in pract. crimin. ver. et facta litis conteſtat. n.* 10. *Contard. de offic. Pretoris tit. de negat. crimin. num.* 6. Huc ſpectat titulus noſtræ practicæ Crimin. *Patronus, et defenſiones, per* 4. *§§. fol.* 37.

Quid importet cautela illa. Dummodo habeat teſtes curiæ pro citatis, iuratis, &c.

Quoniam verò non ſolent dari copiæ actorum Reo petenti, niſi interpoſito decreto, & acceptato. *Quod Teſtes Curiæ habeantur pro ritè citatis, iuratis, examinatis, et receptis*, vt traditum eſt etiam in noſtra *praxi* loco citato §. 1. *fol.* 39. *et docuit Foller. in pract. ver. detur copia Capitulorum. num.* 5. *Char. in praxi lib.* 3. *c.* 3. *à num.* 56. *Vulpell. conſ.* 12. *num.* 18. *Cabriel. conſ.* 178. *à num.* 17. Quæri poteſt, non acceptatio talis decreti excludat exceptiones contra formam proceſſus, & eſſentialia iuris ſi obſeruata non fuerint?

Reſpondeo negatiuè, quia ſi in proceſſu non fuerit inſtructum de corpore delicti, ſi Teſtes ſine iuramento, vel non citati, examinati fuerint, ſi de Iudicis authoritate non appareat, ſi Notarius falſitatem aliquam commiſerit. Si ad inſtantiam partis procedatur, & talis quærela non ſit in proceſſu. Si tandem aliquid eſſentiale deeſſe conſtiterit, certè contra formam proceſſus excipi poterit. Tunc enim Teſtes Curiæ ritè examinari non potuerunt, & deficiente fundamento, totum ædificium corruat, neceſſe eſt. nec preſumendum eſt, reum voluiſſe ſibi media vrgentiora defenſionis eripuiſſe. & ſic in *praxi* noſtra *fol.* 39. *§. penult.* dicitur exceptiones elici poſſe *a non ſeruato iuris ordine*, & *fol.* 15. *tit. de forma iuris ſeruanda à Iudice*. dicitur *Præparatoria ſunt, citatio Teſtium, et Rei, delatio iurmenti, conceſſio termini competentis ad comparendum, vel ad probandum, Exceptiones, Defenſiones, Appelationes, quibus non ſeruatis, Iudex officio deſtitui debet, et proceſſus annullari*. Cum iuribus, & authoribus ad marginem citatis; Senſus igitur talis renuuciationis, vel acceptationis tangit tantum accidentalia. Quare ſi nil aliud declaretur, non debet Reus arctari inter nullitatis anguſtias. Nam cum neſciat, ſi conſtet de corpore delicti, ſi Teſtes iurauerint, & ſimilia. non poteſt ſuo conſenſu validare inualida, & cogi ad conſentiendum ijs, quę ignoranter acceptauit non acceptaturus ſi ſciuiſſet. Et licet peritiores Procuratores poſſent tale decretum non acceptare, quo caſu Teſtes denuò examinandi

Digitized by Google

minandi eſſent citata parte, vt antea legitimetur proceſſus, quam eius copia Reo tradatur, vt docet *Chartar. lib. 3. cap. 3. num. 63.* attamen hæc repetitio Teſtium ſanare non poſſet alias nullitates eſſentiales, quas videbit Procurator poſtpuam copia proceſſus ſibi tradita fuerit. facit Praxis Ordinis, quod Reo tradi nō debent nomina Teſtium, niſi in caſu, vt in *practica fol. 38. §. penultimo.* hęc autem repetitio anticipata, huic Statuto repugnat: Quare ad pacem ſeruandam, melius erit proceſſum declarare nullum ex defectu modi procedendi, quam repetere, ac publicare Teſtes. Quinimo *Ambroſin. lib. 3. cap. 1. num. 43. ſui proceſſus informatiui*, teſtatur, In Vrbe nunquam Reos cogi ad habendum Teſtes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis. ob rationem, quam allegat. Nos alias allegauimus. eò vel maximè, cum Regulares non ita periti ſint in formandis proceſſibus, ſicuti ſęculares. & ſatis eſt, ſi eſſentialia obſeruent. lege *Coriolanum par. 2. caſu 5. §. 6. per totum*.

Excipiunt tamen aliquos caſus, quibus defenſiones non dantur. Primo cum agitur de contumaci, qui condemnari poteſt abſens, & indefenſus. nam contumacia declarat, eum nolle defendi. *Farin. quæſt. 185. §. 7. num. 93.* referens ſe ad dicta, *quæſt. 11. tit. de Inquiſit.* & multos citat, *Arcbid. Io. And. Geminian. Francum, Silueſt. Calderin. Vmbertum Locat. Simantam, Campeg. Carer. Decian. Scacc.* & eſt communis opinio. Quia contumax habetur pro confeſſo *c. 2. de confeſſ. in 6. et l. de ætate §. qui tacuit. ff. de inter. act. Papienſis in practica. tit. forma reſponſ. rei conuent. num. 1. Clar. in pract. § finali: quæſt. 31. Follcr. in pract. ver. banniant.* Habetur inquam pro confeſſo, ficto, non verò. & tunc non prius quam declaretur, & pronuncietur. *Felin. in c. cum non ab homine. de Iudic. ver. vtrum autem data. Bartol. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.* & pro pęſenti. *Abb. in c. 2. de delat. num. 18.* et contra contumacem omnia iura clamant. Vnde legitimatur Statutum *practicæ Criminalis tit quam formam iuris*, &c. *fol. 15. Reus citetur, nec abſens, niſi contumax, condemnetur*,

Defenſiones in quibus caſibus non concedun-tur.

Contumax habetur pro confeſſo.

Verum quia in eadem Practica *fol. 39.* fine dicitur *Reus citatus, et non comparens, poſt neceſſarias dilationes, declarandus eſt contumax, et ad pœnam ordinariam condemnandus, à qua releuari non poſſit, niſi voluntariè ſe præſentet*. Dubitari poteſt, an citatus Regularis poſſit, per Procuratorem comparere.

Reſpondeo negatiuè ex *c. veniens. de accuſat. vbi Abb. num. 7. Boſſius in praxi Crimin. tit. de Crimin. Iudic. quis pro abſente in.*

Religoſus citatus an poſſit compare-re per procuratorem.

*teruenire poſſit Anton.Rubeus de pot. procur. in cauſa Crimin. Clar. §.fin. q.*32.*Gomez. tom.*3. *variarum .cap.*1. *num.*12. *Menoch. de Arbitr. lib.*1. *quæſt.*80. & alij multi, quos citat *Barb.* ad dictum *cap.veniens num.*2. Sed redeo ad *Panormitanum*, qui copioſè, & doctè rem hanc examinat. Licet enim in Ciuilibus Procurator admittatur *l.*1.*§.vſus. ff.de Procur.* per totum. attamen in Criminalibus non admittitur vt eſt communior opinio. Quia Procurator debet legitimare ſuam perſonam per ſatiſdationem de iudicio ſoluẽdo *l.quiproprio. ff de Procurat.& inſtit.de Satiſdatione. §.ſi verò.* Non poteſt autem, vbi imponenda ſit pœna corporalis, illam in ſe Procurator ſuſcipere, vt pro alio exulet, fuſtigetur, priuetur, condemnetur ad triremes. *l.relegatorem. ff. de interdictione, & relegat.* Et eſſet contra legem naturæ, ſi puniretur Procurator innocẽs, pro Reo nocente. Sunt enim actiones perſonales, quæ per alios adimpleri non poſſunt, ſicuti nec comedere, videre &c. quod ſi Procurator has pœnas ſubire non debet, eſſet eluſorium iudicium, ſi condemnaretur tanquam præſens, qui abeſt. Sicuti fieri poteſt, quando Reus detinetur in vinculis, tunc enim Procurator admittitur, quia iudicium non eſt eluſorium, ſed cadit ſuper certam, & nocentem perſonam. *Bartol. in l.penult.§. ad crimen. ff. de publicis iudic.* & licet condemnetur abſens, quando eſt contumax. *l.abſentem. ff. de pœnis; & l.ſeruum quoque. ff. de Procurat.* non poteſt tamen condemnari per Procuratorem.

In criminalibus procurator non admittitur.

Procurator abſentis quã do admittitur in criminalibus.

Cum hoc tamen ſtat, vt licet non admittatur Procurator, ad diſputandum ſuper crimine, admittitur tamen ad proponendas exceptiones, & excuſationes pro Reo, vt patet in textu dicti *c. Veniens*. Excuſationes inquam neceſſarias, vt v.g, ſi aliquis Regularis furtum, vel homicidium commiſiſſet, & poſteà in fugam ſe dediſſet, & citatus, venire non potuiſſet, quia in alia Prouincia infirmaretur, vel dum naui veheretur, incidiſſet in manus Turcharum, &c. quas exceptiones acceptare tenetur Iudex, & ſuſpendere iudicium contumaciæ, etiamſi exceptor nullum mandatum haberet. *l.reus. ff. de munerib. & bonor.* nam velit nolit Reus, factum ita ſe habet. debet etiam admitti ad excuſandam innocentiam, quãdo in abſentia procedi poteſt, quia cum hoc teneatur facere Iudex ex officio, multò magis debet admittere monitorem talis innocentiæ. vt eſt caſus ſingularis in dicta *l.ſeruum quoque. §. publicè ff. de Procur. vbi Bartol.* Quia in caſu, quo abſens condemnari poteſt, poteſt Iudex ſupplere defacto, & quærere defenſiones abſentis,

tis, etiamſi aliquibus non arrideat. Nos enim ſuper alios Iudices affectare debemus veritatem, miſericordiam, & acceptare omnes illas exceptiones, quæ in fauorem innocentiæ, & pietatis inclinant, ceteris paribus. Et ſic ſentiunt *Couar. in c. alma mater. de ſent. excom. in 6. par.* 1. §, 7 *n.* 11. *col.* 4. *Clar. dicta quaſt.* 34. *n.* 5. *Maranta de ord. Iud. par.* 4. *init diſt.* 1. *à n.* 58. *Rebuff. tract. de excep. n.*305. *Parladorius c.* 20. *n.* 5. *& infra lib.* 1. *rerum quotid. Farin. quaſt.* 99. *à n.*48. *& à* 212 — Religioſi iudicis partes.

Secũdo.excipiũtur Notorij delinquẽtes, qui nulla valẽt tergiuerſatione celari aut defendi. quia vbi nulla cadere poteſt excuſatio, non eſt opus defenſione. *Abb. in c, accepta de reſtit: ſpoliat. Anton. c. in noſtra de cohabit: Cler. & mul. Milus in repertorio. ver. citatio* 9, 25. *Felin. in c. cum non ab homine de Iudicijs n.*11. *Archidiac. in c. Lotharius* 2. *quaſt.* 1. & ſic communiter dicitur. *in notorijs non eſſe ſeruandum ordinem iuris*. quia non requiritur probatio cum ſit facto euidentiſſima, non citato, quia defendi non poteſt *c. olim de re iudic. c. venerabilem de elect. Clem. Paſtoralis de re iud.* Quid autem ſit notorium & quotuplex, declarat *Silueſt verb. notorium n.* 1 *&* 2. Concluſio ſolum procedit de notorio facti, quod exibet ſe, & offert oculis omnium, ſiue quod negari non poteſt probabiliter *c. veſtra de cohab. Cler. & mul.* cuius populus eſt Teſtis, & non eſt locus inficiationi 16. *diſt. c. in Sacerdotibus c. tua de cohab. Cler. l. pala ff. de ritu nupt.* Qua ratione, qui aliquem in refectorio percuteret. qui in infraganti crimine à Communitate comprehenderetur. in cuius cella mulier reperiretur &c. diceretur notorium, nec opus eſt viridicum modum procedendi ſeruare, ſed Conſtito de notorio etiam indefenſus condemnari poſſet. — Notoriè delinquẽtibus defenſiones non dantur. — In notorijs ordo iuris non ſeruatur.

Dubitatur ſecundo, quid ſit aliquem eſſe conuictum;

Reſpondeo ex communi, Conuictus non dicitur, niſi delictum probatum fuerit, ſaltem per duos teſtes conteſtes, ac integros. *l. vbi numerus ff. de teſtib, l.* 1. *ff. de oper. liber. Gomez de delictis c.* 12. *n.* 9. Conteſtes ſunt. ſi deponant de eodem facto, cum ijſdem circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, ſaltem in ſubſtantialibus. *c. quod verò* 2. *quaſt,* 5. *c. in omni negotio. de teſtibus. c. relatum c. cum eſſes. eodem.* Et eſt de iure diuino, *Deut.*17. *&* 19. *Matt.* 8. 1. Tim. 5. *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*. Hinc Daniel Præsbyteros conuicit de falſo, ex variatione loci. dan. 13. Quod etiam in cauſa hæreſis ſeruandum eſſe, docet *Coriolanus* — Conuictum eſſe, quid ſit. — Teſtes conteſtes qui dicantur.

par.

par.2.caſu 5. §.5.*num*.29. *contra Gomezium, & ab eo citatos c.*12. *num.*12. *Leſſius de accuſatore, & teste dub.* 4. *Bertus in praxi tit.* 13 *cap.vnico* . Integri verò dicuntur, cum nihil illis opponi poteſt, vnde fides minuatur, ſiue vulneretur cuiuſmodi ſunt omes exceptiones, quæ contra Teſtes adducuntur, infamiæ, inimicitiæ conſpirationis &c. de quo *Clar. quæſt.*54. *Boſſius de defenſ.Reorum. num.*7.*Farin.quæſt.*53.

Integri qui

Cõuinci poteſt reus per ſcripturas.

Et non ſolum per Teſtes, ſed etiam per Inſtrumenta, per indubitatas probationes, & per argumenta poteſt conuinci Reus. *Chartar. lib.* 3. *cap* 1. *à num.*12. *Decius in c. at ſi Clerici* . *de iudicijs*, *num.*2. *Boſſius tit.de conuictis.num*.5.*ex l.Sciant cuncti populi. C.de probat*: quia authentica Inſtrumenta Crimen probant. *Panormit, c.cum in Eccleſijs . de maior, & obed. num.*2.contra *Gloſ.* maximè cum directè continent crimen, vt ſi producatur Inſtrumentum ſimoniacum, vel conſpirationem continens, vel ſcriptura libellum famoſum, &c. vel furtum, aut alienationem rerum Eccleſiæ. Vnde in noſtra *praxi fol.*35.*tit. Probationes* . dicitur *Probatio euidentiſſima eſt, quæ ex priuilegijs, Inſtrumentis, & literis, cæteriſquè eius generis eruitur* . ad cuius marginem citantur *c.licet cauſam. de probat. c.pia. de except.in 6*.

Quibus ſcripturis fides adhibẽda ſit.

Aduertendum tamen eſt, non omnibus Scripturis adhiberi fidẽ conuincentem, ſed ijs tantum, quæ publicæ ſunt, & ſine alio teſtimonio, vt veræ recipiuntur, vt ſunt Inſtrumenta manu Notarij cõfecta, & apud nos tabula capituli, & electionis, regiſtra ordinis, & Prouinciæ, libri publici. itaut ſi opus eſſet aliquem vt incorrigibilem expellere, ad probandum, alias fuiſſe correctum, non eſt opus teſtibus, ſed ſufficit, quod notata reperiatur punitio, vel iuridica ſententia in libro Prouinciæ, ad hoc parato. Ita etiam ſi declaranda eſſet nulla profeſſio alicuius, quia cęlauit crimen, vel debita, vel aliquid aliud eſſentiale, ſufficit produci proteſtationem factam à Superiore, dum ad profeſſionem reciperetur, & à profitente acceptatam. nec opus eſt altiori indagine.

Literis prælatorum nõ creditur in præiudiciũ aliorum.

Ex quo colligitur, literis Prælatorum, non eſſe indifferenter credendum in alterius præiudicium, vt putauit *Gloſ. in dicto cap. cum in Eccleſijs verſ. in præiudicium aliorum.* contra quam ſentiunt *Innocent. in c. in præſentia. de renunciatione. & gloſ. ipſa in c. ſicut de ſent. excom. & Panor. ſupra citatus num*.3. niſi agatur de modico præiudicio, vt *Panorm*: interpretatur dictum *cap. tum in Eccleſ.* vel ciuiliter, non autem criminaliter, & vbi agatur de notabili.

& ad

& ad ſummum facerent ſolum ſemipleuam probationem, tanquã vnus Teſtis, & ratio eſt, quia literę factæ à Prælato ſuam voluntatem declarant, non autem alienam, cuiuſmodi facit inſtrumentum â perſona publica confectum ex officio Tabellionatus. vel ad finem conſeruandi memoriam actorum, vt fit in libris Prouinciæ, in quo munere, Superior non procedit vt Teſtis, ſed vt pulica perſona ad id deſtinata; & in conficienda priuata ſcriptura, procedit, vt Teſtis, qui non probat, niſi tanquam vnus. *Speculator in tit. de probat, §. fin. ver. 16. & in titulo de legib. §. ſupereſt. verſ. Creditor quoquè. Anchar. in c. 2. de fid. Inſtrum* Hinc ſi quis Prouincialis ad alium, vel ad Generalem Scriberet, ac ſigillatam à ſe Scripturã mitteret, in qua teſtaretur, aliquem Religioſum in ſua Prouincia commiſiſſe aliquod crimen, non poſſet procedi contra Reum, niſi vt indiciatum, per ſemiplenam probationem, quæ per contrarias probationes elidi poſſet.

Dubitatur tertio Quid ſit aliquem eſſe confeſſum. Cõfeſſio iudicialis duplex.

Reſpondeo ex dictis, Confeſſio iudicialis eſt duplex, altera ficta, quæ reſultat ex contumacia, & ex fuga. altera vera, quæ fit ore proprio ſiue nutu, vel Scriptura, ſi mutus eſſet. *Chartar. tract. de execut. ſent. cap. 2.* fugiens enim à publico carcere, vel à Conuentu, quem loco carceris haberet per fracturam, habetur pro confeſſo, & conuicto *. l. eos ff. de cuſtodia Reorum. Foller. in praxi verſ. Et ſi confitebuntur*. cum ijs, quæ ibidem requirit. *Viuius in ſuis conclaſ. ver. fugiens*. quos citat, & ſequitur *Dom. à ſina relatus lib. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 19. de confeſſis. num. 273. Franciſcus Curtius in addit. ad Practicam Io. Petri de Ferrarijs Papienſis tit. forma Inquiſit num. 16. lit. D. Coriol. par. 2. caſu 5. num. 11. Vmbert. Locatellus in iudiciali inquiſit. ver. carcer num. 16. Farin. quæſt. 30 à num. 195. & quæſt. 193. num. 137. Barth. l. eos. ff. de Cuſtod. Reor. Felin. cap. nullus. de præſump. Bœrius deciſ. 215. num. 9. Gomez. cap. 9. de delicto num. 11. Bertus tract. 17. cap. 5. num. 45.* Nam negari non poteſt, quin fuga faciat ſuſpectum, & inducat plenam probationem *l. impuberibus ff. de ſuſpect. tut.* cum traditis per *Io. Baptiſtam de Plotis in repetit. l. ſi quando. C. vnde vi. num. 883. & Io. Bapt. Zilettum in addit. ad citatam practicam*. Et ratio eſt, quia fugiens reddit ſe contumacem, qui ex dictis in pœnum ordinariam condemnari poteſt.

Fuga è carcere eſt confeſſio.

Fuga inducit plenam probationẽ.

Verum quia, vt in praxi Noſtri Ordinis loco citato dicitur *Reus atus, & non comparens declarandus eſt contumax, & in pœnam ordi-*

de accuſat. Vmbertus locat. de Iudiciali inquiſ. ver. citatio. Decianus in tract. crimin. lib. 5. c. 32. n. 4. Scaccia in tract. de iudici cauſarum ciuilium, criminalium, & Haretic. c. 43. n. 10 Felin. cit. n. 8. vbi ponit 11. fallentias, huius trinę citationis, quarum prima maximè facit pro nobis, quod ſcilicet ſufficit vna, quando ſummariè proceditur. *Per Gloſ. in Clement. ſæpè. de verb. ſignific.* nimirum cum proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano. quem modum procedendi ex *Bonifacio VIII. ad Augmentum.* Religioſi noſtri ſeruare tenentur. Adde reliquas, etiam in vim iuris communis. Cum citatus perſonaliter non comparuit, quia non videtur amplius citandus. Quando citatus dixit, ſe nolle comparere. Quando citatus ſtatim ſe abſentauit, naui, vel equo. Quando delictum eſt notorium. Quando Iudex ore proprio citauit. Quando citandus ſe occulrat, nec patitur, citationem ad ipſum peruenire, vel impedit, vel per ſe, vel per alios, tunc enim poteſt condemnari, nec vnica vice citatus, quia pro citato habetur, qui vt citari non poſſet impediuit, vel à ſuis domeſticis impeditus fuit. *Clem. 1. de foro competenti. Anchar. Clem. dudum de iudicijs n.* 4. & videtur textus in *c. quoniam frequenter. § porro, vt lite non conteſtata & c. conſtitutus de teſtibus.* vt notat *Bartol. in l. 1. § finali ff. quod vi, aut clam.*

[...]ando ſufficiat vna. [...]el nulla.

Aduertendum Quinto. non poſſe citari ſubditum, in aliena Prouincia exiſtentem. *Angelus in diſputatione incipiente Bononienſis,* Quia realiter, ideſt per capturam, fieri non poteſt citatio, nam talis actus iuriſdictionis non exercetur, niſi vbi eſt authoritas. *c. poſtulaſti.* de foro compet. *l. cum vnus § finali ff. de bon. authorita iudic. poſſiden.* Neque verbaliter quia cum effectus citationis ſit terrere citatum, qui non cauſatur in alieno territorio. Sequitur non poſſe citari verbaliter in aliena Prouincia, quæ roborantur per *Clem. 1. de foro competenti*, in qua ſolùm Epiſcopis è ſuis ſedibus pulſis, in alieno territorio citare concedirur, non quidem citatione perſonali, ſed per edictum, vel per requiſitionem, aut per ſententiam, vel monitorium. Sic fugitiuum citamus edicto affixo ad valuas refettorij, ſic contumacem definitiuè ſententiamus, ſic Diffinitorem per epiſtolam ad Capitulum conuocamus. *c. cum nobis olim. & c. vltimo de elect. in 6.* & quando prima vice fuiſſet aliquis citatus in proprio territorio, poſſet ſecuoda, & tertia in alieno citari. *Abb. c. licet ratione delicti de for. compet. Innoc. in c. præterea. de dilationibus. & c. 1. de Raptor. Cardin. in Clem. Paſtoralis de re iudicata.*

[...]bditus in [...]ena iuriſ[...]ctione exi[...]ens citari [...]rſonaliter [...]on poteſt.

[...]ādo poſſ[...]t citari in [...]ieno terri[...]rio.

dicata. Quodſi opponas, Prouincialis poteſt per literas obedientiales vocare ad ſe ſuum ſubditum, in aliena Prouincia exiſtentem, vt eſt in praxi, ergo poteſt illum citare per literas. Reſpondeo literæ miſſiuæ non ſunt citatio iudicialis, quia non præſentantur iuridicæ, nec de illarum receptione teſtimonium reddi poteſt. nam cum clauſæ mittantur, conſtare non poterit, quid in illis contineatur, ſicuti conſtare debet de citatione. & literæ, ac obedientiales ſcripturæ miſſæ, vel receptæ, non continentur intra ſpherã fori contentioſi, & iudicialis, ſed paterni, & voluntarij. *Card. in Clem.dudum.de ſepult.c.cum Epiſcopus de offic.ordin. in 6.* lege *Silueſt. ver. ſententia .n.* 7. vbi ait, *ſed verius eſt ſecundum alios quod ligantur. de offic.legat.c.nouit.* Sed certè fallitur, quia ibi agitur de Legato Apoſtolico, qui non exierat fines ſuæ legationis, licet exijſſet fines Galliæ. & ſic nec de Regularibus loquitur, nec extrà Territorium latum fuit interdictum.

Aduertendum Sexto. Axioma illud, *Citatio perpetuat iuriſdictionem Iudicis delegati*. de quo *Abb.in c.relatum. de offic.deleg.Bartol. l.& quia. ff.de iuriſd.omn.Iudic.Bald.c.gratum. & c.licet de offic. deleg.* vbi *Anton. de Butrio*; *Felin Imola*, *l.2.ff. de donat.* Verum eſt in hoc ſenſu. quod ſi delegans moriatur antequam delegatus citauerit partem delegatio ceſſat. Si poſt citationem, non ceſſat. Sic etiam Commiſſarius Viſitator ſi incœperit aliquem actum iuriſdictionis, mortuo, vel amoto delegante, non ceſſat. Secus ſi nullum exercuerit. & hanc eſſe communiorem opinionem, ac ſequendam, dicit *Benedictus de Vadis in Indice ad Felin. ver. citatio .fol.* 14.*colum.*4. §.3. *vbi ex Baldo, Bartolo, Saliceto, Antonio de Butrio ait*, Mandatum delegatorium ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa eſt incœpta, perpetuata eſt iuriſdictio quoad alias, ſed quia Viſitationis delegatio non incipit per citationem dubitari poteſt, in quo actu perpetuari poſſit, & dico perpetuari per omnem actum, qui iuriſdictionem, & ſuperioritatem indicet, puta, poſt publicationem literarum patentium in vno Conuentu (ante enim non eſt Superior) ſi in refectorio, aut capitulo ſermonem habeat, ſi illi fratres, manus tanquam Superiori oſculentur. Si Prouincialis, vel Superior localis illi præcedentiam tribuat. ſi viſitationem indicat. Omnia enim hæc ſuperioritatem oſtendunt. vt patet ex ratiocinatione *Anton. de Butr. c. relatum de offic. deleg. Imola cit.Gloſ.c.ne aliqui.ver.cœpta de hared. in 6.* quòd cum expediri non poſſit citatio, ſine commiſſione Iudicis, & ſit ſententia quæ-

Citatio perpetuat iuriſdictionem.

Viſitatoris iuriſdictio quomodo cõtinuetur.

Digitized by Google

quædam interlocutoria, quæ requirit cauſæ cognitionem; ergo ſi commiſit de citando, eſt vſus ſua iuriſdictione. ſic etiam cum recitati actus, ſint iuriſdictionis, vſus eſt illa. & veriori ſenſu, cum his actibus, dicitur *res cœpta geri* vel *geri cœperit*. nam per commiſſionem de citando, res non eſt adhuc cœpta geri. vt Canoniſtæ dicunt, *Innoc. Io. Caldar. Card. Imola c. licet de offic. de leg. Abb. dicto c. relatum*. Sed de citatione hæc ſatis.

Pars dicitur inaudita, cũ defenſiones non admittuntur.

Pars dicitur etiam inaudita, cum eius defenſiones non recipiuntur. eſt enim (vt dictum eſt) defenſio de iure diuino, & naturali, vt fatetur *Clem. Paſtoralis. de re iudic.* vndè neque per reſcriptum Papæ tolli poteſt. *ibidem* nec Statutum, illam tollens condi, licet poſſit variari defenſionis modus. *Angel. l. ſi ſic. ff. de legib. 1. Pelin. c. dilect. de except.* & tolli totum illud, quod ius poſitiuum concernit. *l. quoniam Alexãdrum. C. de adult. Petr. de Anchar. in c. 1. de reſcript. in 6. & c. 1. de conſtit. ibid. & in Clem. Paſtoralis, de ſent. & re iudic. num. 22. Abb. in cap. 1. de reſcript. & cap. in cauſis. de re iudic.* non autem ius naturæ violari vnde neque hæreticis denegari poteſt. *Repertor. inquiſit. ver. citatio, ver. copia, ver. defenſores. Carerius in tract. de haret. num. 82. Pariſ. conſ. 2. num. 172. lib. 4. Boſſius tit. de haret. num. 9. Direct. inquiſ. par. 3. rubr. de defenſ. num. 117.* vbi *Penna*, & alij communiter. Vnde tanquam iniquus recuſari poteſt Iudex, negans defenſiones. & quando Princeps reſcriberet, quod in cauſa procedatur, nulla exceptione obſtante. intelligendus eſt de exceptione friuola, non legitima. *c. ex parte de offic. deleg. Bart. in l. 1. ff. quod vi, aut clam. Imola in l. non erit ff. de iur. iur.*

Nulla exceptione obſtante. quomodo intelligendum.

Defenſiones à Iudice offerendæ.

Quinimo Iudex debet Reo offerre defenſiones, maximè vbi videret, aliquo modo poſſe innocentiam detegi. *l. etſi non defendantur. ff. de pœnis Farin. quaeſt. 11. num. 10. & quaeſt. 39. à num. 90. & quaeſt. 185. num. 211.* quo loco citat *Repertorium inquiſit. Simancam. & praxim ſupremi Tribunalis Inquiſitionis Romæ*, in quo carcerato, & inquiſito, etiam non petenti, proceſſus copiæ offeruntur. Nec excommunicatis negantur. *c. cum inter de except. vbi Abb. & in c. dilecti. c. ſignificauerunt. & c. fin. eod. tit* Neq Diabolo negarentur. *Speculator 3 par. tit. de Inquiſit. §. finali Abb. in c. cum contingat. num. 27. de for. compet.* Quod ſeruari magis debet, ſi rei ſint perſonæ ſimplices, & idiotæ, &c. *Vulpell conſ. 24. n. 6. & conſ. 74. n. 7 & ſeqq.* Imò in cauſa graui, defenſionibus renunciare nequit inquiſitus, quia hac ratione boni nominis curam non habere conuinceretur contra dictum *Curam habe de bono nomine. eccleſ.*

Defenſiones an renũciari poſſint.

*ectleſ.*41. vt tenuerunt *Gloſ.* ab omnibus recepta in *l.pa rt um inter bard.ff.de pattis*, quam dicit ſingularem *Bald.in c.cum veniſſet* ; *de teſtibus. idem in l.vnic.col.*14.*C.de confeſſ.Io.Lupus. in Rubr. de donat.inter Vir. & Vxor.* §. 70. *num.*6.*Felin.in dicto c.cum veniſſet. Hippol.in dicta lege vnica num.*170. *& in practica criminali.Aret.* licet *Couar. Var. tom.*1.2.*par.cap.*8.§.*duodecimus num.*16. qui iſtos authores citat, probabiliorem teneat opinionem *Ancharani*, *et Aretini in c.cum Dilecti. de accuſat:num.*6.dicentium non obſtare iacturam famæ quia non tenetur quis ita conſeruare famam illæſam, ſicuti vitam. pro quo citat *Sotum relect. de ſecreto. memb.*1. *quaeſt.*3. *Nauar. in c.inter verba.* 11.*quaeſt.*3.*corell.*44. *Caiet.* 22.*q.* 73. *art.*2. & arridet, quia regulares minus curare debent famam, quàm ſeculares, niſi eius iactura Ordini incommodaret, cuiuſmodi eſſet, ſi puniendus eſſet Generalis, Prouincialis, vel aliquis Pater grauis, nimis notus, etiam extra Religionem. Conſiderandæ igitur ſunt conditiones ſtatus, qualitatis, grauitatis delicti, &c.

Nec quęlibet defenſio ſufficit, quia qui malè defenditur, indefenſus condemnatur. vt potè ſi Reo incarcerato, petenti defenſiones, aſſignaretur frater imperitus, eo prætextu, quia alius non adeſſet, vel nollet tale munus accipere, vel Sæcularis Patroni copia non concederetur. Tunc enim ſine dubio, indefenſus dici debet. quia defendere aliquem eſt facere, quod **Dominus** faceret in ſua lite, id eſt nihil omittere, quod ad tuitionem pertinere poteſt. vt ex *Bartolozo de clauſulis Inſtrument.clauſ.* 26. probat *Barboſa dict.*81.*num.*1. vbi additur, quod qui tenetur defendere, non ſufficit, quod ſe ingerat, ſed quod non ſit defuturus defenſioni. & ad id multas leges citat. qua in re aduertere debent Iudices, ne in hanc foueam cadant, & ne zelo Religionis iuſtitiæ ordinem confundant. mandatur enim Iudicibus *iuſtitiam diligere Sap.*1. hanc autem culpam eſſe peccatum mortale non ambigo, quia eſt grauiſſimus defectus in adminiſtratione iuſtitiæ.

Qui malè defenditur, indefenſus habetur.

Quid ſit defendere.

Cui ſi quis addat diſplicentiam, quod Reus defendatur, & toruo oculo videat ſtrenuum defenſorem, qui Teſtium dicta conuellat, procedendi nullitates oſtendat, & ad lucem Rei innocentiam adducat: & propterea vix reperiatur vir probus, & ſapiens, qui velit tale munus obire, ne Iudicis indignationem incurrat. Si quis inquam tam peruerſæ mentis Iudex inueniatur, is Miſanthro pos, & hominum Oſor, Simone ipſo Athenienſi iniquior, potius quam Iudex exiſtimari debet. Corno inuidentior, qui in viuis liuore paſcitur,

Mali iudicis peruerſus animus ſuggellatur.

ſcitur, & corruptis vlceribus ſaturatur. Cum ex alia parte, Iudex deſiderare debeat potius innocentiam, quam punitionem, & Reũ potius abſoluere, quàm condemnare. *Marſil. in ſua pract. §. poſtquam num* 5 *Foller. in pract. crimin. ver. et facta litis conteſtat. n.* 10. *Contard. de offic. Pretoris tit. de negat. crimin. num.* 6. Huc ſpectat titulus noſtræ practicæ Crimin. *Patronus, et defenſiones, per* 4. *§§. fol.* 37.

Quid importet cautela illa. Dum modo habeat teſtes curiæ pro citatis, iuratis, &c.

Quoniam verò non ſolent dari copiæ actorum Reo petenti, niſi interpoſito decreto, & acceptato. *Quod Teſtes Curiæ habeantur pro ritè citatis, iuratis, examinatis, et receptis*, vt traditum eſt etiam in noſtra *praxi* loco citato §. 1. *fol.* 39. *et docuit Foller. in pract. ver. detur copia Capitulorum. num.* 5. *Char. in praxi lib.* 3. *c.* 3. *à num.* 56. *Vulpell. conſ.* 12. *num.* 18. *Gabriel. conſ.* 178. *à num.* 17. Quæri poteſt, non acceptatio talis decreti excludat exceptiones contra formam proceſſus, & eſſentialia iuris ſi obſeruata non fuerint?

Reſpondeo negatiuè, quia ſi in proceſſu non fuerit inſtrumentum de corpore delicti, ſi Teſtes ſine iuramento, vel non citati, examinati fuerint, ſi de Iudicis authoritate non appareat, ſi Notarius falſitatem aliquam commiſerit. Si ad inſtantiam partis procedatur, & talis quærela non ſit in proceſſu. Si tandem aliquid eſſentiale deeſſe conſtiterit, certè contra formam proceſſus excipi poterit. Tunc enim Teſtes Curiæ ritè examinari non potuerunt, & deficiente fundamento, totum ædificium corruat, neceſſe eſt. nec preſumendum eſt, reum voluiſſe ſibi media vrgentiora defenſionis eripuiſſe. & ſic in *praxi* noſtra *fol.* 39. *§. penult.* dicitur exceptiones elici poſſe *a non ſeruato iuris ordine*, & *fol.* 15. *tit. de forma iuris ſeruanda à Iudice*. dicitur *Præparatoria ſunt, citatio Teſtium, et Rei, delatio iuramenti, conceſſio termini competentis ad comparendum, vel ad probandum, Exceptiones, Defenſiones, Appelationes, quibus non ſeruatis, Iudex officio deſtitui debet, et proceſſus annullari.* Cum iuribus, & authoribus ad marginem citatis; Senſus igitur talis renunciationis, vel acceptationis tangit tantum accidentalia. Quare ſi nil aliud declaretur, non debet Reus arctari inter nullitatis anguſtias. Nam cum neſciat, ſi conſtet de corpore delicti, ſi Teſtes iurauerint, & ſimilia. non poteſt ſuo conſenſu validare inualida, & cogi ad conſentiendum ijs, quę ignoranter acceptauit non acceptaturus ſi ſciuiſſet. Et licet peritiores Procuratores poſſent tale decretum non acceptare, quo caſu Teſtes denuò examinandi

minandi eſſent citata parte, vt antea legitimetur proceſſus, quam eius copia Reo tradatur, vt docet *Chartar. lib. 3. cap. 3. num. 63.* attamen hæc repetitio Teſtium ſanare non poſſet alias nullitates eſſentiales, quas videbit Procurator poſtquam copia proceſſus ſibi tradita fuerit. facit Praxis Ordinis, quod Reo tradi nō debent nomina Teſtium, niſi in caſu, vt in *practica fol. 38. §. penultimo.* hęc autem repetitio anticipata, huic Statuto repugnat: Quare ad pacem ſeruandam, melius erit proceſſum declarare nullum ex defectu modi procedendi, quam repetere, ac publicare Teſtes. Quinimo *Ambroſin. lib. 3. cap. 1. num. 43. ſui proceſſus informatiui*, teſtatur, In Vrbe nunquam Reos cogi ad habendum Teſtes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis. ob rationem, quam allegat: Nos alias allegauimus. eò vel maximè, cum Regulares non ita periti ſint in formandis proceſſibus, ſicuti ſęculares. & ſatis eſt, ſi eſſentialia obſeruent. lege *Coriolanum par. 2. caſu 5. §. 6. per totum.*

Excipiant tamen aliquos caſus, quibus defenſiones non dantur. Primo cum agitur de contumaci, qui condemnari poteſt abſens, & indefenſus, nam contumacia declarat, eum nolle defendi. *Farin. quæſt. 185. §. 7. num. 93.* referens ſe ad dicta, *quæſt. 11. tit. de Inquiſit.* & multos citat, *Archid. Io. And. Geminian. Francum, Silueſt. Calderin. Vmbertum Locat. Simantam, Campeg. Carer. Decian. Scacc.* & eſt communis opinio. Quia contumax habetur pro confeſſo *c. 2. de confeſſ. in 6. et l. de ætate §. qui tacuit. ff. de inter. act. Papienſis in practica. tit. forma reſponſ. rei conuent. num. 1. Clar. in pract. § finali: quæſt. 31. Foller. in pract. ver. banniant.* Habetur inquam pro confeſſo, ficto, non verò. & tunc non prius quam declaretur, & pronuncietur: *Felin. in c. cum non ab homine. de Iudic. ver. vtrum autem data. Bartol. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.* & pro pęſenti. *Abb. in c. 2. de delat. num. 18.* et contra contumacem omnia iura clamant. Vnde legitimatur Statutum *practicæ Criminalis tit quam formam iuris*, &c. *fol. 15. Reus citetur, nec abſens, niſi contumax, condemnetur*,

Defenſiones in quibus caſibus non concedunur.

Contumax habetur pro confeſſo.

Verum quia in eadem Practica *fol. 39.* fine dicitur *Reus citatus, et non comparens, poſt neceſſarias dilationes, declarandus eſt contumax, et ad pœnam ordinariam condemnandus, à qua releuari non poſſit, niſi voluntariè ſe præſentet.* Dubitari poteſt, an citatus Regularis poſſit, per Procuratorem comparere.

Religoſus citatus an poſſit comparere per procuratorem.

Reſpondeo negatiuè ex *c. veniens. de accuſat. vbi Abb. num. 7. Boſſius in praxi Crimin. tit. de Crimin. Iudic. quis pro abſente in-*

teruenire poſſit Anton. Rubeus de pot. procur. in cauſa Crimin. Clar. §. fin. q. 32. Gomez. tom. 3. variarum. cap. 1. num. 12. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 80. & alij multi, quos citat *Barb.* ad dictum *cap. veniens num. 2.* Sed redeo ad *Panormitanum*, qui copiosè, & doctè rem hanc examinat. Licet enim in Ciuilibus Procurator admittatur *l. 1. §. vſus. ff. de Procur.* per totum. attamen in Criminalibus non admittitur vt eſt communior opinio. Quia Procurator debet legitimare ſuam perſonam per ſatiſdationem de iudicio ſoluẽdo *l. qui proprio. ff. de Procurat. & inſtit. de Satiſdatione. §. ſi verò.*

In criminalibus procurator non admittitur.

Non poteſt autem, vbi imponenda ſit pœna corporalis, illam in ſe Procurator ſuſcipere, vt pro alio exulet, fuſtigetur, priuetur, condemnetur ad triremes. *l. relegatorem. ff. de interdictione, & relegat.* Et eſſet contra legem naturæ, ſi puniretur Procurator innocẽs, pro Reo nocente. Sunt enim actiones perſonales, quæ per alios adimpleri non poſſunt, ſicuti nec comedere, videre &c. quod ſi Procurator has pœnas ſubire non debet, eſſet eluſorium iudicium, ſi condemnaretur tanquam præſens, qui abeſt. Sicuti fieri poteſt, quando Reus detinetur in vinculis, tunc enim Procurator admittitur, quia iudicium non eſt eluſorium, ſed cadit ſuper certam, & nocentem perſonam. *Bartol. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publicis iudic.* & licet condemnetur abſens, quando eſt contumax. *l. abſentem. ff. de pœnis; & l. ſeruum quoque. ff. de Procurat.* non poteſt tamen condemnari per Procuratorem.

Procurator abſentis quãdo admittitur in criminalibus.

Cum hoc tamen ſtat, vt licet non admittatur Procurator, ad diſputandum ſuper crimine, admittitur tamen ad proponendas exceptiones, & excuſationes pro Reo, vt patet in textu dicti *c. Veniens*. Excuſationes inquam neceſſarias, vt v.g. ſi aliquis Regularis furtum, vel homicidium commiſiſſet, & poſteà in fugam ſe dediſſet, & citatus, venire non potuiſſet, quia in alia Prouincia infirmaretur, vel dum naui veheretur, incidiſſet in manus Turcharum, &c. quas exceptiones acceptare tenetur Iudex, & ſuſpendere iudicium contumaciæ, etiamſi exceptor nullum mandatum haberet. *l. reus. ff. de munerib. & bonor.* nam velit nolit Reus, factum ita ſe habet. debet etiam admitti ad excuſandam innocentiam, quãdo in abſentia procedi poteſt, quia cum hoc teneatur facere Iudex ex officio, multò magis debet admittere monitorem talis innocentiæ. vt eſt caſus ſingularis in dicta *l. ſerunm quoque. §. publicè ff. de Procur. vbi Bartol.* Quia in caſu, quo abſens condemnari poteſt, poteſt Iudex ſupplere defacto, & quærere defenſiones abſentis,

tis, etiamſi aliquibus non arrideat. Nos enim ſuper alios Iudices affectare dêbemus veritatem, miſericordiam, & acceptare omnes illas exceptiones, quæ in fauorem innocentiæ, & pietatis inclinant, ceteris paribus. Et ſic ſentiunt *Couar. in c. alma mater. de ſent. excom. in 6. par. 1. §, 7. n. 11. col. 4. Clar. dicta quaſt. 34. n. 5. Maranta de ord. Iud. par. 4. init diſt. 1. à n. 58. Rebuff. tract. de excep. n. 305. Parladorius c. 20. n. 5. & infra lib. 1. rerum quotid. Farin. quaſt. 99. à n. 48. & à 212* — Religioſi iudicis partes.

Secũdo. excipiũtur Notorij delinquẽtes, qui nulla valẽt tergiuerſatione celari aut defendi. quia vbi nulla cadere poteſt excuſatio, non eſt opus defenſione. *Abb. in c, accepta de reſtit: ſpoliat. Anton. c. in noſtra de cobabit: Cler. & mul. Milus in repertorio. ver. citatio §. 25. Felin. in c. cum non ab homine de Iudicijs n. 11. Archidiac. in c. Lotbarius 2. quaeſt. 1.* & ſic communiter dicitur. *in notorijs non eſſe ſeruandum ordinem iuris*. quia non requiritur probatio cum ſit facto euidentiſſima, non citato, quia defendi non poteſt *c. olim de re iudic. c. venerabilem de elect. Clem. Paſtoralis de re iud.* Quid autem ſit notorium & quotuplex, declarat *Silueſt verb. notorium n. 1 & 2.* Concluſio ſolum procedit de notorio facti, quod exibet ſe, & offert oculis omnium, ſiue quod negari non poteſt probabiliter *c. veſtra de cobab. Cler. & mul.* cuius populus eſt Teſtis, & non eſt locus inficiationi *16. diſt. c. in Sacerdotibus c. tua de cobab. Cler. l. pala ff. de ritu nupt.* Qua ratione, qui aliquem in refectorio percuteret. qui in infraganti crimine à Communitate comprehenderetur. in cuius cella mulier reperiretur &c. diceretur notorium, nec opus eſt viridicum modum procedendi ſeruare, ſed Conſtito de notorio etiam indefenſus condemnari poſſet. — Notoriè delinquẽtibus defenſiones non dantur. — In notorijs ordo iuris non ſeruatur.

Dubitatur ſecundo, quid ſit aliquem eſſe conuictum;

Reſpondeo ex communi, Conuictus non dicitur, niſi delictum probatum fuerit, ſaltem per duos teſtes conteſtes, ac integros. *l. vbi numerus ff. de teſtib, l. 1. ff. de oper: liber. Gomez de delictis c. 12. n. 9.* Conteſtes ſunt. ſi deponant de eodem facto, cum iiſdem circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, ſaltem in ſubſtantialibus. *c. quod verò 2. quaſt, 5. c. in omni negotio. de teſtibus. c. relatum c. cum eſſes. eodem.* Et eſt de iure diuino, *Deut. 17. & 19. Matt. 8. 1.* Tim. 5. *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*. Hinc Daniel Præsbyteros conuicit de falſo, ex variatione loci. dan. 13. Quod etiam in cauſa hæreſis ſeruandum eſſe, docet *Coriolanus* — Conuictum eſſe, quid ſit. — Teſtes conteſtes qui dicantur.

par.

par.2.caſu 5. §.5.*num*.29. *contra Gomezium, &* ab eo citatos *c.*12. *num.*12.*Leſſius de accuſatore* , *& teste dub.* 4. *Bertus in praxi tit.* 13 *cap.vnico* . Integri verò dicuntur, cum nihil illis opponi poteſt, vnde fides minuatur, ſiue vulneretur cuiuſmodi ſunt omes exceptiones, quæ contra Teſtes adducuntur, infamiæ, inimicitiæ conſpirationis &c. de quo *Clar. quaeſt.*54. *Boſſius de defenſ.Reorum. num.*7.*Farin.quaeſt.*53.

Integri qui

Cōuinci poteſt reus per ſcripturas.

Et non ſolum per Teſtes, ſed etiam per Inſtrumenta, per indubitatas probationes, & per argumenta poteſt conuinci Reus. *Chartar. lib.* 3. *cap* 1. *à num.*12. *Decius in c. at ſi Clerici . de iudicijs*, *num.*2. *Boſſius tit.de conuictis.num.*5.*ex l.Sciant cuncti populi. C.de probat*: quia authentica Inſtrumenta Crimen probant. *Panormit, c.cum in Eccleſijs . de maior , & obed. num.*2.contra *Gloſ.* maximè cum directè continent crimen, vt ſi producatur Inſtrumentum ſimoniacum, vel conſpirationem continens, vel ſcriptura libellum famoſum, &c. vel furtum, aut alienationem rerum Eccleſiæ. Vnde in noſtra *praxi fol.*35.*tit. Probationes*. dicitur *Probatio euidentiſſima eſt , quæ ex priuilegijs , Inſtrumentis, & literis, cæteriſquè eius generis eruitur* . ad cuius marginem citantur *c.licet cauſam. de probat. c.pia. de except.in* 6.

Quibus ſcripturis fides adhibēda ſit.

Aduertendum tamen eſt, non omnibus Scripturis adhiberi fidē conuincentem, ſed ijs tantum, quæ publicæ ſunt, & ſine alio teſtimonio, vt veræ recipiuntur, vt ſunt Inſtrumenta manu Notarij cōfecta, & apud nos tabula capituli, & electionis, regiſtra ordinis, & Prouinciæ, libri publici. itaut ſi opus eſſet aliquem vt incorrigibilem expellere, ad probandum, alias fuiſſe correctum, non eſt opus teſtibus,ſed ſufficit,quod notata reperiatur punitio,vel iuridica ſententia in libro Prouinciæ, ad hoc parato. Ita etiam ſi declaranda eſſet nulla profeſſio alicuius, quia cęlauit crimen, vel debita, vel aliquid aliud eſſentiale, ſufficit produci proteſtationem factam à Superiore, dum ad profeſſionem reciperetur, & à profitente acceptatam. nec opus eſt altiori indagine.

Literis prælatorum nō creditur in præiudiciū aliorum.

Ex quo colligitur, literis Prælatorum, non eſſe indifferenter credendum in alterius præiudicium, vt putanit *Gloſ. in dicto cap. cum in Eccleſijs verſ. in præiudicium aliorum.* contra quam ſentiunt *Innocent. in c. in præſentia. de renunciatione. & gloſ. ipſa in c. ſicut de ſent. excom. & Panor. ſupra citatus num.*3. niſi agatur de modico præiudicio, vt *Panorm*: interpretatur dictum *cap. tum in Eccleſ.* vel ciuiliter, non autem criminaliter, & vbi agatur de notabili.

& ad

& ad ſummum facerent ſolum ſemipleuam probationem, tanquã vnus Teſtis. & ratio eſt, quia literę factæ à Prælato ſuam voluntatem declarant, non autem alienam, cuiuſmodi facit inſtrumentum â perſona publica confectum ex officio Tabellionatus. vel ad finem conſeruandi memoriam actorum, vt fit in libris Prouinciæ, in quo munere, Superior non procedit vt Teſtis, ſed vt pulica perſona ad id deſtinata; & in conficienda priuata ſcriptura, procedit, vt Teſtis, qui non probat, niſi tanquam vnus. *Speculator in tit. de probat, §. fin. ver. 16. & in titulo de legib. §. ſupereſt. verſ. Creditor quoquè. Anchar. in c. 2. de fid. Inſtrum* Hinc ſi quis Prouincialis ad alium, vel ad Generalem Scriberet, ac ſigillatam à ſe Scripturã mitteret, in qua teſtaretur, aliquem Religioſum in ſua Prouincia commiſiſſe aliquod crimen, non poſſet procedi contra Reum, niſi vt indiciatum, per ſemiplenam probationem, quæ per contrarias probationes elidi poſſet.

Dubitatur tertio Quid ſit aliquem eſſe confeſſum.

Cõfeſſio iudicialis duplex.

Reſpondeo ex dictis, Confeſſio iudicialis eſt duplex, altera ficta, quæ reſultat ex contumacia, & ex fuga. altera vera, quæ fit ore proprio ſiue nutu, vel Scriptura, ſi mutus eſſet. *Chartar. tract. de execut. ſent. cap. 2.* fugiens enim à publico carcere, vel à Conuentu, quem loco carceris haberet per fracturam, habetur pro confeſſo, & conuicto *l. eos ff. de cuſtodia Reorum. Foller. in praxi verſ. Et ſi confitebuntur*, cum ijs, quæ ibidem requirit. *Viuius in ſuis concluſ. ver. fugiens*. quos citat, & ſequitur *Dom. à ſina relatus lib. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 19. de confeſſis. num. 273. Franciſcus Curtius in addit. ad Practicam Io. Petri de Ferrarijs Papienſis tit. forma Inquiſit num. 16. lit. D. Coriol. par. 2. caſu 5. num. 11. Vmbert. Locatellus in iudiciali inquiſit. ver. carcer num. 16. Farin. quæſt. 30 à num. 195. & quæſt. 193. num. 137. Barth. l. eos. ff. de Cuſtod. Reor. Felin. cap. nullus. de præſump. Bœrius deciſ. 215. num. 9. Gomez. cap. 9. de delicto num. 11. Bertus tract. 17. cap. 5. num. 45.* Nam negari non poteſt, quin fuga faciat ſuſpectum, & inducat plenam probationem *l. impuberibus ff. de ſuſpect. tut.* cum traditis per *Io. Baptiſtam de Plotis in repetit. l ſi quando. C. vnde vi. num. 883. & Io. Bapt. Zilettum in addit. ad citatam practicam*. Et ratio eſt, quia fugiens reddit ſe contumacem, qui ex dictis in pœnum ordinariam condemnari poteſt.

Fuga è carcere eſt confeſſio.

Fuga inducit plenam probationẽ.

Verum quia, vt in praxi Noſtri Ordinis loco citato dicitur *Reus atus, & non comparens declarandus eſt contumax, & in pœnam*

ordi-

ordinariam condemnandus . à qua releuari non poſſit, niſi voluntariè ſe præſentet . Quæritur quantum temporis expectari debeat, vt contumax præſentatus releuari poſſit? an ſcilicet quocumquè tempore redeuntem etiã poſt annos, Iudex audire debeat ad defenſam, & purgandam contumaciam.

Contumax poſt quantũ temporis ſit audiendus.

Reſpoedeo in *c. rurſus, & c. quicumque* 11. *quæſt.* 3. prohibetur audiri excommunicatum poſt annum, ibi *ſi verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint , nulla eorum vox poſteà penitus audiatur* . Vbi *gloſa* ait, non audiri pro recuperatione bonorum, non autem pro oſtenſione innocentiæ ſuæ. cui ſubſcribunt *Ægid. deciſ.* 668. *num.* 8. *Ripa in c.* 1. *de Iudic. num.* 77. *Menoch. de Arbit. caſu* 416. *num.* 38. *Mareſcot. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 60. Ricciull. *de iure perſonarum extra gremium, &c. lib.* 4. *cap.* 7. *à n.* 7. *Innoc. cap. cum bona de ætat. & qualit. num.* 2. vbi dictum *cap. Rurſus.* citat. *& C. de requir. Reio. l.* 2. igitur etiam poſt annum audiri poteſt. Sententia enim lata contra contumacem, vt talem habitum à Iudice, pleno iure valet. qui ſi doceat legitimo ſe impedimento detentum, reſtitutione reſcinditur, eſt communis opinio ſecundũ *Iaſon. in l.* 2. *§. ſi quis in iudicio ff. ſi quis caut. Bartol. in l. quæſitum . ff de re iudic. & in l.* 2. *ff. de appell. recip.* In quo eſt notandum in cauſa criminali, peti poſſe contra ſententiam, & proceſſum non contra crimen *c. cum Bertholdus. de ſent. & re iudic.* & docuit *Bald. in l. ſi operis. C. de pœnis*, quod intelligo, directè, & principaliter, nam indirectè tollitur crimen, ſi annullatur ſententia, vel Proceſſus.

Quantum autem temporis ſuſtinere debeat Iudex. elici poteſt à regulis generalibus, reſtitutionis in integrum, appellationis proſequendæ, præſcriptionibus, ſicut enim præſcribuntur delicta, *vt l. adulter. C de adulterijs* . poſt quinquennium non poſt quis accuſari de adulterio. & *l. quærelam* C. *de falſ.* ex qua Doctores (aſſertore *Panor in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. num.* 4.) communiter tenent, quod aduerſus quodlibet crimen procedit præſcriptio 20. annorum. quæ licet non currat ex iure canonico, quoad forũ internũ *c. admonere* 33. *quæſt.* 2. *& c. licet de probat.* currit tamen in foro exteriori. itaut ſicuti præſcribuntur iura, actiones, bona, ita etiam delicta. *Boerius deciſ.* 76. *num.* 6. *& Cuiacius lib.* 1. *reſponſ. Iulij Pauli ad l.* 21. *Ad municipalem* . *§.* 6. ait finem vltimum cauſæ criminalis vltra quem lis progredi non poſſit, eſſe annum . *l.* 7. *in fine de muneribus, & honoribus. l.* 1. *&* 2. *C. Theodoſ. ff. vt intra annũ*

Criminum præſcriptio.

cri

criminalis quæſtio terminetur. l. 2. C. Theodoſ. ad l. Cornel. de falſis Apud nos autem minori tempore præſcribuntur regulariter loquẽdo, nimirùm ſpatio trium annorum, quod naturam vſucapionis ſapit, quæ tribus annis abſoluitur: nam in *Statutis Neapolit. cap. 34. Valliſolet. 1593. Roman. in Cong. general. ann. 1603. Segouien. ann. 1621 cap. 6. de correct. circa fin.* quibus vtitur vltramontana familia, & noſtra c. 7 *tit de defectibus opportunè detegendis* ita ſancitum reperitur. *Si quis fratrum tempore viſitationis Miniſtri, aut Commiſſary, tam Generalium, quàm Prouincialium, fratrum defectus non manifeſtauerit, ſed malitioſe, & callide, eos in aliud tempus, cuiuſcumquè ordinis Prælato manifeſtandos; aut literas contra quempiam ſeruauerit, & poſtea in iudicio, ſeu viſitatione deduxerit; vt publicæ tranquillitatis, quietis, & pacis perturbator, alienæ famæ inſidiator, & fraternæ charitatis impugnator, ipſo facto attibus legitimis perpetuò priuatus ſit, & infamis exiſtat, nec audiatur.* nimirum, ne per leue compendium punitionis, ad graue charitatis, & pacis diſpendiùm deueniatur. aſſertore *Auguſtino de conflictu vitiorum, errata delinquentium quandoquè ad tempus ſilentio tegenda ſunt, vt aptiori tempori corrigantur* & vt idem inquit *contra epiſtolam Parmeniani*, quæ loca citant *Statuta Salmant. cap. 10. Cum quis Chriſtianorum in aliquo peccato fuerit deprahenſus, vt anathemate dignus ſit, fiat hoc, vbi periculum ſchiſmatis nullum ſit.* nec maioris periculi eſt *ſchiſma charitatis, quam fidei.*

Dixi *regulariter*, quia ſi *malitio è. & callidè* d non fiat, ſed ſceleris cognitio poſt triennium acceſſerit, poteſt accuſari, & puniri etiam poſt triennium. nam exceptio firmat regulam in contrarium. *de regul. iuris in 6.*

Item, Cum etiam Generalis viſitationem concernat, quiſexennium in officio durat, poterit deportari in viſitatione, quam faceret Generalis, vel eius Commiſſarius, ſi tamen in tranſacto ſexennio delictum ignorauerit.

Item In aliquo enormi delicto. poterit Generalis diſpenſare, vt quis ad accuſandum, & denunciandum admittatur, etiam elapſo ſexennio, quia cum ſit Statutum ordinis, ſuper illud poteſt Generalis authoritas. hinc in citatis Segouienſibus dicitur. *Nec poſt Capitulum celebratum, poſſit procedere* (nimirum Prouincialis) *pro delicti antea à quocumque commiſſis, niſi de conſilio Diffinitory.* quod conſilium à rationabilibus motiuis prodire debebit. alias Diffinitorium peccabit, & puniri poterit;

Item audiri poterit poſt Capitulũ,& Viſitationẽ, *Si viſitationis tẽpore apud eundem Commiſſarium proteſtantur, quod ad alium volunt recurrere Superiorem, ad aliquorum denuncianda delicta quã proteſtationem efficere teneantur, infra terminum ab eodem Commiſſario, vel Superiore ordinario ſibi datum, cum ſpecificatione particulari illius Superioris, ad quem intendunt recurrere.* vt decreuit citata *Congregatio generalis* Romana.

Ex quo colligo, præſcribi poſſe tempus vtiliter comparendi, ad ſuam iuſtificationem, ſicuti præſcribitur tempus accuſandi, cum non minorem vim habere debeat defenſio, quàm offenſio, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt non tantum Philoſophi, ſed etiam Canoniſtæ affirmant *c. hoſpitiolum. diſt.23. l.1. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Inſtit. eod tit. in princip. l. qui accuſare ff. de accuſat. Clem. ex frequenti. num.11. de ſent. excom.*

Reſtitutio in integrũ quando datur.

Reſtitutio verò in integrum nõ datur vltra quadriennium *Clem. ab Eccleſia. ibi Cauſa reſtitutionis huiuſmodi fieri debet intra quadriennium continuum à tempore læſionis.* quod declarat *Abb nu.6. & Petr. de Anchar. initio* tam in contractibus, quàm de ſententijs, & nos ad criminalia applicare poſſumus, licet contumax ius non habeat petendi iſtam reſtitutionem, niſi quia contumaciam ſui præſentatione diſſoluit,& litem reintegrare poterit, ſuamquè innocentiam demonſtrare.

Et ſicut ad appellationem proſequendam conceditur annus, vel biennium, quibus expletis. *non amplius ſuper eodem negocio auditur appellans. c. cum ſit Romana c. ex ratione de appell.* ita eſſe non debet melioris conditionis contumax, vt illi vlterius ſpatium indulgeatur. Quinimo licet caſus in ſtatutis ordinis deciſus non reperiatur, clarè tamen elicitur, nec tantumdem dilationis contumacibus cõcedi. quia c.10. *Statut. Salmãt.* dicitur *Nullus Prælatus Ordinis teneatur ſeruare proceſſus, ſeu confeſſiones fratrum, vel alia acta iudicialia vltra ſex menſes poſt Capitulũ generale, aut Prouinciale, ſi ad illud res eſt deducenda, ſed infra dictum tempus quilibet, qui vult quærelas dare de iniuſtitia ſibi facta, teneatur perſonaliter, vel per literas Significare ſuo Superiori, coram quo quærela erat danda, & elapſo illo tempore imponitur perpetuum ſilentium.* Quod clarius *Segouienſia Statuta c.6. §.2* diſtinxerunt. *Nullus Prælatus vltra ſemeſtre à die, quo eius officium ſpirat, computandum, poſſit reſeruare proceſſus, & actus iudiciales. & niſi intra prædictum terminum iuſtitiam fieri quiſquam poſtulauerit, perpetuum ſilentium impo-*

imponatur. Clarius *Congregatio Generalis Romana ann.* 1603. *Itẽ circa modum ædificandi proceſſus iudiciales, ſeruentur, omninò Conſtitutiones generales, quibus ſuperaddimus, quod tranſacto ſemeſtri, proceſſos omnes comburantur, duabus tamen adhibitis conditionibus. Prima quod ſemeſtre intelligatur poſt concluſam, & terminatam cauſam, pœnæquè inflictæ exequutionem per ſententiam diffinitiuam, ſeu Decretum. Et hoc pacto, perpetuum in illa cauſa componatur ſilentium. Secunda, quod duæ fiant copiæ ſententiæ authenticatæ, quarum vna ponatur in regiſtro Prouinciæ, & in eiuſdem Archiuio conſeruetur. Altera verò ſit penes Miniſtrum Prouincialem*. Quod Statutum relatum fuit deinde *in practica noſtra Criminali. tit Inquiſitio fol.* 22. ex quo tale argumentum elicitùr, Contumax poſtquam ſententiatus fuerit, ſi non reuertatur, & compareat intra illos ſex menſes, qui ſententiam ſubſequuntur, inueniet flammis donatas informationes, vnde ſententiam latam ex actis infirmare non poterit, & conſequenter ſe defendendi facultatem non habebit. *quia omnia quæ mouent Iudicem, non exprimantur in ſententijs proferendis. c ſicut nobis. de ſent. & re iudic.* Vnde ſi ex actis non verificatur, eſt nulla. *Innoc. in c. 2. de libell. oblat. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de ſententia Prælat. ver. quid ſi Iudex pronunciat. Gabr. & Abb. in c. illa propoſitorum de accuſat.* Sententia verificetur ex actis.

Attamen puto ſtante, hoc Statuto, valere communem doctrinam. quia non loquitur Statutum de ſententijs contumacium, quæ adhuc pendent ſub Iudice, & cenſentur potius latæ in odium contumaciæ, quam in cauſæ iniuſtitiam, vt in *l. Præſes C. de pignor.* niſi euidenter appareat oppoſitum. *Abb. in c. quamuis. de re iudic. in 6.* Vnde merito in Statutis dictum eſt, contumacem condemnari poſſe, purgare tamen contumaciam, ſi ſpontanee ſe præſentet. Hinc verificatur aliud Statutum. *Capitul. General. Valliſolet.* 1593. *& Roman.* 1575. relatum in Statuta huius familiæ *c. 2. de Apoſt.* in quo cauetur. *Si propter Apoſtaſiam aduerſus Apoſtatam habeatur ſuſpicio criminoſa, Prouinciales opportunos proceſſus fabricare, & de crimine inquirere diligenter procurent, quos in Prouinciali archiuio ſeruent, vt in eius ſpuntanea, vel coacta reuerſione, in eum iuridicè procedi poſſit*. meritò quidem, qũia proceſſus non eſt completus, cum ſententia executioni mandata non ſit, ſed pendeat à reditu contumacis, contra quem licet abſolutè procedatur pro contumacia, non debet tamẽ abſolutè procedi pro delicto, niſi liqueat

de meritis cauſæ, ſed procedendum eſt, vt notatur in *cap. Prout. de dolo & cont. & in l. conſentaneum C. quomodo, & quando Iudex. Abb. in c. Dudum de elect. num.* 4. nimirum, vt citetur contumax, *Quod ſi venire contempſerit, cauſam definitiua ſententia terminetis.* extantibus tamen in actis cauſæ meritis. alias nec condemnari poſſet, niſi contumacia eſſet indicium ad probandum delictum, quia tunc habebitur pro confeſſo. vniuerſaliter enim pro ſola contumacia in pœnam alterius delicti condemnari non poterit.

Concludo hanc commentationem, remittendo temporis ſpatiũ iudicio boni, ac prudentis ſuperioris, qui in pietate potius abundare debet, quàm in rigore *c. cum Bertholdus. de ſent. & re iudic.* vbi *Innocentius Tertius* dicit, *licet autem iuſtam cauſam abſentiæ, minus ſufficienter Preſbyter probauiſſet, ne tamen præiudicaret opinio veritati. R. Diaconum Cardinalem eis conceſſimus auditorem, &c.* & loquitur de contumace per abſentiam condemnato.

CAPITVLVM II.

De Pœnis in genere.

Pœna quid ſit.

POenam in ea acceptione vſurpamus, qua eſt *delictorum coercitio.* iuxta *Vulpian. in l. aliud eſt fraus. ff. de verb ſignif.* qua delinquentes emendantur. *l. ſi pœna ff. de pœnis*, qua ad vnius exemplum, multi timent *l. 1. C ad l. Iuliam repetundarum*. Cum enim peccatum, in actuali operatione conſiſtens, poſtquam commiſſum eſt, nec infectum reddi, nec emendari poſſit, reſtat, vt peccans in aliorum puniatur exemplum, vt merito dixerit Plato in Gorgia, *nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur.* exulauit ſiquidem ab Eccleſiaſticis, Regularibuſquè iudijcis pœna capitalis *c. nouimus. de verb ſignif.* vbi *gloſ.* & *Panor fuſè c. ſententiam. ne Clerici, vel mon. cap. 1. & 2. diſt. 51. Innoc. in c. qualiter. de accuſat. num. 6.* vnde traditur Curię ſæculari poſt degradationem facinoroſus Clericus, cum proteſtatione, & precibus, ne illius ſanguis fundatur *cap. ad falſa. de crimin. falſ.* & ideo quælibet alia pœna emendationem reſpicit delinquentis, vel aliorum exemplum, & licet perpetui carceres, & triremes, capitali pœnæ æquiparentur, quia vt inquit *Connanus lib. 3. cap. 3. & Vlteius in principio inſtitut. de publicis iudicijs num. 16.* pœna capitis ea dicitur, qua vel

Pœna capitis non imponitur ab eccleſiaſticis.

Carcer perpetuus & triremes capitali pœnæ æquiparantur.

vita,

vita, vel libertas, vel ciuitas, vel honeſtas perditur. Quia caput vel eſt naturale. vel ciuile. naturale adimit mors. Ciuile, cum conſiſtat in libertate, ciuitate, & familia, dicitur amitti deportatione, exilio, addo ego, carcere, & triremibus, quæ deportationis loco ſucceſſerunt. eius rei bonam rationẽ citatus *Connanus* tradit, quia ſicuti capitis naturalis amputatio aliquem ab hominum cœtu eximit, ita cum exilium, carcer perpetuus, & triremes condemnatum è Republica, vel ciuitate, aut Religione eximant, meritò morti ciuili comparantur. ita expreſſè dicitur *l.2. in fin. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & l.3. §.1. ff. de pœnis.* Capitalis pœnæ declaratio.

Attamen licet iure ciuili, & Romano verum ſit, non tamen vſquequaquè omnimoda ſimilitudine in Regularibus tenendum cenſeo. quia exilium, quod infligitur Regulari, illum nec aqua, nec igni interdicit, cum extra Religionem relegari non poſſit. & ad ſummum eum priuat participatione quadam cum alijs, vt ſuffragiorum, officiorum, & actuum huiuſmodi, vel afflictiua corporis maceratione caſtigat, vt ferreis neruis, ieiunijs, flagellis. Triremes, & expulſio ab Ordine magnam cum deportatione ſimilitudinem habent, quia extra Religionem omnino fit, qui his pœnis mulctatur. Et pœna expulſionis appellatur in decreto de *Apoſt, & eiectis, grauiſſimum, atquè extremum expulſionis remedium.* daturquè *cum in profundum malorum labitur. S.Congreg. Concilij in decret. de Apoſt. & eiectis.*

Quæſtio prima, An pœnæ, de quibus agimus, appellandæ ſint canonicæ, Spiritualem iuriſdictionem tantum concernentes.

Reſpondeo negatiuè, quia excepta excommunicatione, quæ eſt pœna, & medicina *c. multi 2. quaſt. 1.* Suponitq. Spiritualem poteſtatem *c. benè quidem. d.96. c. ſi Imperator. c. duo. eod. Pan. in c. ab excommunicato. de reſcriptis num. 5. & 6.* quibus ſuſpenſio, & interdictum adiunguntur, aliæ pœnæ ſunt quidem canonicæ, & eccleſiaſticæ, ſed temporales, iuriſdictionem concernentes, ſed merè temporalem, vt notauit *Innoc. in c. qualiter, & quando de accuſat. à num.6.* quarum permultæ in legibus ciuilibus ſancitæ reperiuntur. vt relegatio, infamia, dignitatis amiſſio, vel ad dignitatem, vel officium, vel forum interdicta adſpiratio, verberum experimentum, carcer, ſeruitus *l. ſi. quis fortè. §. vltimò ff. de pœnis. cum ſequentibus. l. velut fuſtium. l. aut damnum. l. moris eſt. per totum.* quàs Canones ad Eccleſiam tranſtulerunt. Nam de carcere agitur. *c. penult. de hæret. §. vltimo ibi in perpetuo carcere detrudantur.*

Excommunicatio eſt pœna, & medicina.

Pœnæ temporales.

Digitized by Google

tur.De Seruitute *dict*.35.*c.eos*.ibi *vt eorum fœminas mancipent Seruituti*. De detruſione in monaſterium, quæ relegationi ſucceſſit, ſecundum *Innoc*. citatum, agitur *d*. 50.*c.ſi epiſcopus*.ibi *in monaſterium detrudatur, vbi quandiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat*.De amotione ab officio, & degradatione agit *c.qualiter, & quando* 2.*de accuſat*. ibi *Criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, ideſt degradationem intenditur*. & infra, *ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino*. De infamia, expreſsè ex ciuilibus legibus deſumpta paſſim agitur in S. Canonibus vt 2, *quæſt*.3. 6.9.1. *infames*. De verberibus agitur *d*. 45. *c. cum Beatus Paulus*, ibi *exceptis grauioribus*, *& mortalibus culpis*, *nullis debent verberibus ſubiacere*. Sunt igitur, pœnæ iſtæ merè temporales, ne dicam ciuiles, ſolam iuriſdictionem in ſubditos reſpicientes, modo ſit illa eccleſiaſtica, modo laica. vide *Silu. verb. pœna num*.2.

Quæ ſit ratio eccleſiaſticæ pœnæ.

Notauit tamen *Theſaurus par*.1. *praxis eccleſiaſticæ c*.1. ferè ſub initium, Priuationem beneficiorum, officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, inhabilitates, &c. aliquando in conſequentiam oriri à iuriſdictione Spirituali, vt ab excommunicatione, irregularitate, &c. ſequitur priuatio officiorum, inhabilitas, &c. & has penas eſſe ait, propriè, & ex natura ſua eccleſiaſticas. Eſt autem doctrina *Suarij tom*.4. *de Relig. lib*.9.*c*.2.*num*.46. dicentis, ad pœnam eccleſiaſticam duo eſſe neceſſaria. Primum vt ſit aliquo modo ſpiritualis, & non merè temporalis, aut corporalis, vt pecuniaria, & quam Reus non debet voluntariè ſuſcipere, ſed pati. *Nam*(inquit) *talis pœna nec eccleſiaſtica eſt propriè cum à quolibet Iudice imponi poſſit*. Secundum, vt imponatur à Canone, vel Iudice eccleſiaſtico, & citat *Nauar.c*.27. *Sum.num*.259. *& Henriquez lib*.8. *de Indulg. c*.13.*nu*.6. *lit.B*. Sed hæc ſententia vniuerſaliter non eſt ſuſtinenda, quia licet verum ſit, pœnã omnem, vel ſpiritualem, vel à ſpirituali poteſtate manantem, eſſe, tantummodo eccleſiaſticam, non tamen eſt verum, quod omnis pœna propriè eccleſiaſtica debeat rationem ſpiritualitatis imbibere, quia cum Eccleſia ſit quædam Reſpublica, ex corporalibus, & ſpiritualibus miniſtris, & partibus conſtans (eſt enim Eccleſia cœtus fidelium) vtraſquè pœnas Sancire poteſt, quæ eccleſiaſticæ vocari poſſunt. Nec propterea hanc appellationem amittunt, quia aſſumit quaſdam pœnas, iure Ciuili ſancitas. nam hac ratione, neque eccleſiaſticæ erunt pœnæ cõtra hæreticos, quia de ijs decernit lex imperialis, cuiuſmodi eſt bono-

bonorum confiſcatio *c vergentis. c.excommunicamus el 1.de Hæreticis*. quæ Sancita reperitur *l. Manicheos. C. de haret. Authent. Gazzaros. C.eod*. Conſignatio Rei brachio ſæculari morte plectendi *c.de liguribus*. 24. q.5. *c.non vos* 23.q.5. quæ reperitur fulminata in *l eum. qui*. *C.de Apoſtatis*. *l.Arriani*. §. *Manichei*. *C. de haret. l.quicumquè. l.vbicumquè, & ſeq.eod*. ſic etiam Sancita contra Vſurarios, Adulteros, Blaſphemos, &c. contra quos tam Eccleſiaſticæ, quàm ciuiles leges militant. vt non minus eccleſiaſticæ dici debeant. quia ab Imperatoribus latæ fuerint. Verum tamen eſt, quod excommunicatio, ſuſpenſio, &c. ſtrictiori modo eccleſiaſticæ pœnæ appellandæ ſunt, aliæ autem laxiori, intra tamen eccleſiaſticarum pœnarum appellationem compræhenſæ.

Et licet in ſenſu, quo hanc doctrinam adducunt ſupra citati Authores (nimirum, quid nomine pœnarum veniat, dum in Iubileis dicitur, poſſe abſolui *ab omnibus cenſuris, & pœnis*. & aliqui irregularitates includant. quia pœnæ ſunt, ſaltem illæ, quæ ex cenſuris originem trahunt, ſaltem in foro interiori alij excludant, quatenus vltra rationem pœnæ includunt indecentiam, & myſticam quandam ſignificationem, quæ irregularem incapacem reddunt, & ſolummodo habilitandum per diſpenſationē. de qua difficultate non ſupereſt hìc diſputare) vera ſit ſententia, quia cum Sacramento pœnitentiæ ſubijciantur, temporales eſſe non poſſunt, ſed ſpirituales, & à ſpiritualibus trahentes originem. Nos autem loquimur de pœnis in ordine ad exteriorem politicam, ac punitionem, quæ tum ſpirituales, tum temporales eſſe debent, quippe quæ ad minoricæ Reipublicæ gubernationem diriguntur, quæ temporalem, & ſpiritualem iuriſdictionem continet. Ideo ſuos delinquentes excommunicationem ferit, priuatione officiorum, & vinculis ligat, &c.

Quæſtio ſecunda An pœnæ iſtæ in ſolo ſoro exteriori, an verò in foro interiori ligent, & ante ſententiam incurrantur. Leges humanæ an obligent in conſcientia.

Reſpondeo Licet probabile ſit, leges humanas obligare aliquando in conſcientia ad ſubeundas pœnas, etiam ante ſententiam, & delicti declarationem: de pœnis tamen in Franciſcana Religione ſancitis, abſolutè affirmo, eas in conſcientia non obligare, niſi poſt ſententiam, delicti declaratiuam; explico, & probo conclusionem.

Dixi Probabile eſſe, quia non defuerunt, qui probabiliter in contrariam partem deflexerunt. Nam licet *Alphonſus dè Caſtro lib.2. de lege*

de lege pœnali, cum aliquibus Canoniſtis *Panormit. Felino*, & alijs in *c. 1. de conſtitut. Soto lib. 1. de Iuſt. q. 6. art. 6. & lib. 4. q. 6. art. 3. Arrius Piriellus in Authent. niſi triennalis. num. 32. C. de bon. mater Menthaca 1. par. de teſtam. §. 10. num 665.* dicant, teneri delinquentem inforo conſcientiæ ſubire pœnas à lege impoſitas, etiã ante ſententiam, & præcipuè teneri hæreticum conſignare bona ſua Fiſco. Tamen alij apud *Iacobum Simancam de Catholicis inſtitutionibus tit. 9. à num. 157.* vſquè ad finem, vbi fuſiſſimè Caſtrum impugnat. *Bartholomeum à Medina in q. 96. 1. 2. S. Thom. ar. 4. Guttierez lib. 1. can. 99. c 1. à num. 16 & lib 2. c. 5. à num. 28. Suarez de legib lib. 5. c. 5. per totum.* qui ambo fusè diſſentientium Doctorũ ſententias examinant. præcipuè *Suarius*, qui *num* 11. vilicat diſtinctionem Caietani 22. 2. q. 62. ar. 2. & 3. quam amplexati ſunt *Armilla, Ang.* Silueſter, *Victoria, Adrianus, Corduba, Bartol. Bald. Anchar.* ab eodem citati, nimirum delinquentem teneri ſubire pœnas legales, quæ in ſola paſſione conſiſtunt, & non indigent actione externa, ad earumdem executionem, cuiuſmodi ſunt priuatio vocis, inhabilitas ad officia, ad matrimonia, &c. & ſic excommunicatio, irregularitas, impedimenta matrimonij habent paratam executionem, quia non eſt opus, vt peccans aliquid faciat. Sicuti ſi opus eſſet actione externa, vt renunciare beneficium, tradere bona ſua Fiſco, ſubire mortem, carceres &c. & id genus alia, in quibus ipſe eſſet reus, actor, & iudex, non teneretur reus, ante ſententiam tales pœnas ſubire. Quæ opinio communior eſt, & æquitati magis appropiat. Et licet variæ exceptiones ab vtraque parte adducantur, regulæque tradantur ad ſuſtendandas ſententias, eaſquè Canonicis decretis accommodandas; nulla tamen meo iudicio adduci poteſt, quæ vniuerſaliter affirmantem ſentẽtiam ſuadeat. & potius dicto, & conſuetudine pugnatur, quàm euidentibus rationibus.

Qui eas obligare affirment.

Pœnæ conſiſtentes in actione, & paſſione.

Nam (vt meam mentem aperiam) nulla apparet ratio, cur potius ſtatim ligent excommunicatio latæ ſententiæ, irregularitas, impedimentum ex inceſtu proueniens, non vero officij dimiſſio beneficij reſignatio, bonorum confiſcatio. Omnia enim iſta ex eodẽ fonte dimanant, nimirum ex lege, ex Principe, authoritatem præcipiendi, & coercendi habent b...s. iiſdem verbis concipiuntur, ſcilicet *ipſo facto ſit excommunicatus. eo ipſo remaneat irregularis, ſtatim ſine alia declaratione priuatus, & inhabilis ſit. deſtituimus, inhabilitamus, &c.* ex quibus conijcitur, mentem præcipientis eſſe

Sententia communis examinatur

eam-

eamdem, & velle, quod ijdem effectus producantur. Cur igitur non æquam ſortiuntur conditionem? An quia in actione, & non in paſſione conſiſtunt? Sed hoc videt Legiſlator, & tamen in vtrâquè eaſdem pœnales ſanctiones diſtringit, ergo vel nulla, vel ambæ pœnalitates incurrent. Scio varias reſponſiones *Soti*, & aliorum, qui conantur communem hanc doctrinam ſuſtentare, ſed quia eos adduxit, & reijcit *Suarez* loco citato à *num*.9. non exſcribo. Solum examino eiuſdem Suarez reſolutiones in fine capituli, quarum Prima eſt ***Poſſe legem humanam obligare in conſcientia ad pœnam tam actiuam, quàm paſſiuam ante omnem ſententiã, ſi aliũde ſeruetur æquitas: quia Legiſlator poteſt obligare, non ſolum ad ſuſtinendam pœnam, ſed etiam ad agendum, quando pœnalis actio poteſt licitè ab ipſo Reo exerceri, & non eſt nimis acerba, & inhumana.*** Suarez doctrina diſcutitur.

Hæc Concluſio amplectitur perplexitates aliarum ſententiarum, & remanet difficultatibus obnoxia; quis enim iudicabit, ſeruari æquitatem? Reus certè in ſuum fauorem inclinabit; alius Iudex, item æquitatis dirimens, non adeſt. Quod deinde poſſit obligare ad agendum, hoc eſt petere principium, quod non iuſtificatur per addita, ***quando actio licitè poſſit exerceri. & non eſt nimis acerba, & inhumana*** quia redit difficultas iſtius liciti exercitij. Nam cum iſtud licitum ſit relatiuum, vel ad rationem, vel ad aliorum æſtimationem, vel ad delinquentis bonum, varias interpretationes ſuſcipere poterit, & non facilè in praxim deducibile erit. ***Acerbitas*** enim & ***inhumanitas***, non ſunt termini, leges (præcipuè canonicas) concernentes, quia vbi acerbitas, & inhumanitas reperiuntur, Chriſtianæ Legis ratio abſcedit, quia ***lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem Patriæ, tempori, locoquè conueniens***. vt dicitur ***c. erit autem lex. d.4.*** & certum eſt inhumanum idem eſſe, ac iniquum ***Vlpius in l. furti § pactus ne. ff. de his, qui not. inf. nouell nullum credent agricol. in princ. apud Prateium***. Vnde ***Iuſtinianus nouella de releuatione tributorum conſtit. 162.*** inquit ***Præſtantiſſima inter homines bona ſunt iuſtitia, & benignitas, quarum altera æquabiliter ſuum cuiquè tribuit, nequè adpetit aliena, altera ad miſericordiam recurrit.*** quò redit ***acerbitas***, & ***acerbum***, quod immite, & durum ſonant, quodq. ab humanis legibus maximè exulare debet. quia vt inquit ***Papinianus l. ſeruus ea lege. ff de ſeruis exportandis. Quidquid excedit, pœna, non rei perſecutio eſt. & pœnæ non irrogatæ*** Legis qualitates. Inhumanũ idem eſt, ac iniquum. Acerbum idem ac immite.

indignatio, ſolam duritiam continet. quia commentatore *Bartolo*, *non poteſt exigi pœna niſi interſit*. & non intereſt, niſi naturæ, & rationi accommodetur. *Durum* autem, & *acerbum* rationalis natura abhorret. & ipſemet *Suarez c.7.* fusè probat, legem ferri debere ad commune bonum. nec intelligo Acerbitatem, ſenſui repugnantem, quia ſine controuerſia eſt, ſenſui repugnare, omne illud quod nocet, & neminem appetere poſſe per ſenſum, quæ ſenſui repugnant. ſed repugnantem rationi, quæ cogitur acceptare bonorum confiſcationem, carceres, deportationes, & mortes, etiamſi inferiori portioni repugnent, quia nimirum ratio dictat, vt patiamur pœnam, ſi committimus culpam, quæ cum enormis eſſe poſſit, per acerbam pœnam emendari rationi conſentaneum eſt.

Cum autem addit *Poteſt Superior propter alias rationes iuſtas obligare ſubditum ad ſimilem actionem, ergo ob delictum*. Non video vim aſſumpti, quia ſenſus eſſet, ſicuti obligat ante ſententiam, & in conſcientia, vt ſubditus remaneat inhabilis ad officia, irregularis, priuatus fructibus, &c. dum eſt Simoniacus, hæreticus, &c. ita obligare poteſt, motiuo obedientiæ, humiliatis, charitatis, vt non recipiat dignitates, non promoueatur, non faciat fructus ſuos, non contrahat matrimonium cum Berta. & ſimilia. Sed quid hoc? feruntur ne iſta præcepta in communi? ad communitatem? in conſcientia? antequam ſuperior nihil ſciat? erunt ne iſta præcepta, lex? poterit ne ſuam authoritatem ad iſtas actiones extendere? quando probatum eſt hoc aſſumptum, quod tam placatè ſupponitur? itaut è contrario inferatur concluſio tam controuerſa?

Secunda propoſitio Suarez eſt. habere locum in pœnis moderatis, non in grauiſſimis. præſertim quando requirunt hominis executionem.

Tertia In pœnis priuatiuis, vbi non requiratur actio. præcipuè in cenſuris.

Confiteor has propoſitiones eſſe collectas ex aliorum ſententijs. eas tamen ratione conuincente non probari, præſertim cum tales punitiones ſint effectus iuriſdictionis externæ, quæ occulta punire non poteſt, quia Eccleſia non iudicat de occultis. Scio diſtinctionem de merè, & per ſe occulto, cuiuſmodi eſt mentale, & de occulto per accidens, quale eſt illud qnod de facto ignoratur quidem, attamen publicari poſſet, & de ſua natura eſt publicabile.

Occultum duplex, per ſe, & per accidens.

Attamen diſtinctio difficultatem non euacuat, quia certum eſt, Eccle-

Eccleſiam non poſſe iudicare de cogitationibus quæ ſoli Deo patent. *Gerſon. in regul. moralib. Dur. in 4.d.11. q.8. Palud. ibid.d.3. Alma. d.17.q.1.art.3. Caiet. & Victor.*22.q.11.*ar.*3. *apud Simancbas de Catbolic. inſtit.dit.42.num.*4.*l.cogitationis.ff.de pœnis.C.tua nos. c.ſicut.de Simon.c.bumanæ auerſ.22.q*5.1.*reg.c.*16. 1.*cor.*4. Et nunquam reperitur præceptum impoſitum de mero actu interiori, niſi referatur, ad exteriorem, quod etiam aliqui negant, vt *Silu. ver. excom.*7. *Almainus de pot.ciuili c.*3. *Nauar. de pœnit.d.*5. *in princ. & in c fin. de Simon num.*20. *apud Suarez lib.*4. *deleg. c.*13. *nu.*4. vt Deuotio in recitatione officij *c.dolentes de celebr. miſſ.* Recurſus ad Tribunalia ob accuſationem abbatis.&c. *Clem.*1 *de Stat. mon.* Contritio in confeſſione. *c. omnis vtriuſquè ſexus .de pœnit.& remiſſ.* Intentio ſuſcipiendi debitum ordinem in beneficio *c.cõmiſſa. §.cæterum. de elect. in* 6. Intentio lucri, aut odium in Inquiſitore *Clem.*1.*§. verum. de hæretic.* vt eſt communis opinio. ergo vanum eſt recurrere ad hanc diſtinctionem, ac propterea dicendum eſt, Axioma illud, *Eccleſia non iudicat de occultis*. referri ad illud, quod Eccleſia neſcit. Et ratio à priore eſt, quia punire aliquem, eſt actus iudicij, iudicium eſt actus intellectus, ſcientis practicè & in indiuiduo, ergo vbi non eſt practica cognitio delicti, non poteſt eſſe iudicium, nec exerceri iuriſdictio *c.erubeſcant impij .d.* 32. *in fine .ſecretorum autem, & cognitor Deus, & Iudex eſt*. Aliud eſt enim, quod ſecrectum delictum ſciri poſſit, & ad Eccleſiæ notitiã deuenire. Aliud, quod ignotus actus puniri poſſit. Nam ſicut ſe habet actualis punitio ad actualem delicti cognitionem, ita cognitio poſſibilis ad punitionem poſſibilem. nimirum, quia quando ſciretur, tunc puniri poſſet; nec benè refertur actualis punitio ad futuram, & poſſibilem cognitionem. Imò ad cognitionem impoſſibilem, quia ſupponimus aliquem commiſiſſe delictum, pœna dignũ, in loco, vbi nullus aderat. tunc enim impoſſibile eſt probatu, & quod in Eccleſiæ notitiam peruenire poſſet. niſi ad reuelationem, & miracula recurramus. & graue eſt tale delictum ſecretum, & occultum ita puniri ab Eccleſia, ſicuti puniretur, ſi iuridicè probatum fuiſſet, quod rationi, & æquitati, ac Sacris Canonibus repugnat. idque probo apertè, examinando capitula, vbi de delictis occultis diſponitur. Nam *c.ſi omnia* 6.*q.*1. dicitur *ſi omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent*. vbi relinquuntur *occulta*. vt dicit *Gloſ.* non quidem *occulta mentalia*, ſed illa quæ vocamus *occulta per accidens*. Nam caſus in gloſ. figuratur,

Eccleſia nõ iudicat de occultis, nec per ſe, nec per accidẽs.

Probatur Eccleſiam nõ iudicare de occultis per accidẽs.

ratur, quod *quidam accuſabant Prælatos ſuos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant*. Equidem de cogitationibus internis accuſationem non inſtruebant. & *c. erubeſcant impij d. 32.* reſpondet Vrbanus II. Patriarchæ Gradenſi *De manifeſtis quidem loquimur, ſecretorum autem cognitor Deus, & Iudex eſt*. vbi de Clericorum Concubinatu loquitur, & opponit manifeſtum occulto, quod probari non poteſt, non autem, quod mentale ſit. quia de his, nõ quæſierat Patriarcha, ſed de his, qui mulierculas habebant. & *c. conſuluiſti 2. q. 5. Stephanus V.* Epiſcopo Maguntino reſcribit, *occulta verò, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum*. & loquitur de occultis contrapoſitis ijs, quæ per Teſtes probari non poſſunt. nam ſequitur. *Hi autem, qui probantur, vel confitentur, talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio.* & in textu patet, agi de puerulis in parentum lectis oppreſſis. quod ſcelus ad mentale ſtultè reduci conaretur. & *c. ſicut tuis. de ſimonia*, dicitur *Quod ſi exceſſus eorum* (qui pecunias dederunt pro acquirendo alteri beneficio) *eſſet Eccleſiæ manifeſtus, quæ nõ iudicat de occultis, pœna eſſent canonica feriendi*]. Quod replicat in ſequenti *c. tua nos*. *Quia nobis datum eſt, de manifeſtis tantum modo iudicare*. in quibus capitulis, verbum *Manifeſtum*. contraponitur, non *mentali*, ſed non *probato iuridicè*. & *c. Chriſtiana 33. q. 5. Non habent latentia peccata vindictam*. & eſt *latens*, quod probari non poteſt, nam concludit, *Cum ergo par cauſa ſit*, (nimirum de viro, & vxore adulteris) *interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit*. quia vt *gloſa* probat, non deficit ius, ſed probatio. *l. duo ſunt Titij. ff. de Teſt. tut.* & Eccleſia potius ſequitur opinionem, quàm veritatem. *argum. §. Tria ſunt. poſt c. infamis. 3. quæſt. 7.* & maximè ponderanda eſt ratio, cur occulta peccata à Sacris Canonibus Deo referuentur, quia inquiunt, Deus ſecretorum eſt cognitor, vt præcipuè videre eſt in citat. *cc. erubeſcant. & Tua nos*, in quibus dicitur, *Deus cognitor eſt: & Iudex. Scrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum*. quaſi dicant, Deo non competeret eſſe Iudex, niſi occulta eſſent illi patentia. & vix concipi poteſt, quomodo Iudex ſibi ignotum punire valeat, niſi dicamus fortuito impetu duci, & veluti alterum, Lamech cæcas eiaculare ſagittas.

Hæc dixerim, non quod animus ſit à receptiſſima opinione diſcedere, de incurſu cenſurarum etiam in occultis per accidens, ſubſcribo enim communi ſententiæ, ſed vt pateat, eam nulli alteri fun-

fundamento initi, niſi conſuetudini, & traditioni, quæ quantum valeant, prudentium, & peritorum Cenſuræ demonſtrant. *Lege Sanchez lib.6.in Decal.c.16.num 98.& c.17. num.40. & lib.9. de matrim. diſp.30.num.2.& Peirinum ad conſt.6. Iulij II. num. 20.* qui eum citat.

Sed hac quæſtione miſſa, probo alteram concluſionis partem: nimirum, quod in Franciſcano Ordine, pœnæ quæcumque, non incurruntur, niſi poſt ſententiam declaratiuam. Nam in Statutis dicitur expreſsè *c.7.de pœnis. Vbicumque taxatur pœna, ipſo facto incurrenda, decernimus, in pœnam huiuſmodi neminem incurrere. niſi poſt declarationem factam à Prælato.* & infra *Declaramus quoquè, quod vbicumquè in conſtitutionibus cenſura excommunicationis, aut ſuſpenſionis etiam latæ ſententiæ continetur, cenſura huiuſmodi ante declarationem, vt ſupra non incurritur.* Nec ſine ratione, quia expedit Regularium conſcientias à pœnarum, & cenſurarum laqueis extricare. præcipuè Franciſcanorum, quibus ex regulæ declarationibus, multa præceptorum, ad mortale obligantium, Sarcinæ imponuntur, vt videre eſt in *Clem. exiui de verb. ſignific.*

Pœnæ in Franciſcana Religione ante declarationē non incurrũtur.

Inſtabis, Cur pluries replicatur in huius Ordinis Conſtitutionibus, *ipſo facto ſit excommunicatus, eo ipſo priuatus remaneat*, &c. Si ad paratam executionem obligari fratres non intenduntur? Superfluum enim, & nugatorium videtur.

Reſpondeo, Reſoluendæ ſunt Conſtitutiones in comminatorias, non in fulminatorias. nec argui poſſunt de nugacitate, & ſuperfluitate, quia ad incutiendum terrorem, & ad monendos ſubditos, in re ſpeciali, cum fulminatorijs particulis exagerantur. Nequè iſta interpretatio à iure, eiuſquè declaratione exorbitat, quia ex communi doctrina, quam refert *Suarez de leg.lib.5.c.8.num.3.* quoties imponitur pœna ipſo iure, vel facto, vel Statim, vel ante ſententiam, & concernit actionem hominis, tunc non eſt fulminatoria, ſed comminatoria, & irrogari debet per ſententiam, non quidem condemnatoriam, ſed declaratoriam, qui eſt vnus effectus huiuſmodi ferendi leges. idquè probat *Suar.* ex *l. eius qui delatorem. ff. de iure Fiſci.* vbi *Bartol. & Felin. in c.vltimo de reſcriptis n.37. & Bartholomeus Medina in c.2. quæſt.46. art.4. fol.mihi 513. ver. ad ſecundum.* Additque poſita declaratione criminis, retrotrahi pœnam ad tempus commiſſi delicti *l.vlt C.ad l.Iuliam Maieſtatis*, & infirmari ius, quod peccans in tali re habebat. *Simanchas tit.9. num.21.*

Pœnales cõſtitutiones in Ordine Minorum ſunt cõminatoriæ.

*num.*21. qui citat *c. cum ſecundum. de Heret. in 6.* & *l. vltimam*, *C. ad l. Iuliam Maieſtatis . Medina citatus fol.*514. *Suar.* citatus apud quem *Tiraquellus*, *Couar. & alij Clarus lib.*5. §. *hæreſis*. Infirmari (inquam) quia facilius eo priuari poteſt ob culpam , non quod integro iure dignitatem , & prælaturam non poſſideat. Hoc enim non diminuitur .

Quæſtio tertia . An Conſtitutionum pœnalium tranſgreſſio culpam inducat , & qualem , & quomodo eius diuerſitas conijcienda ſit .

Lex humana obligat in conſcientia.

Reſpondeo primo , Examinauimus hanc quæſtionem in noſtris commentarijs ad Statuta Ordinis *c.*2.*Stat.* Sed fuſius *c.*12.*Stat.*12. *q.*2. ad quæ hæc addo . Lex humana obligat in conſcientia ad pœnam , ſeruato iuris Ordine , vt ſcilicet eam ſubeat , dum à Iudice declaratum fuerit , iuxta ſuperiorem doctrinam . Ratio eſt , quia ſecus vana eſſet , ſi vim obligandi non haberet . neque enim timeretur , contra Sententiam Apoſtoli *ad Rom.*13. *non enim ſine cauſa gladium portat, Vindex enim eſt, &c.* neque à Diuina Lege manare probaretur, contra dictum prouerb. 8. *per me Reges regnant , & legum conditores iuſta decernunt.* quod aduxit S. *Thom.* 12. *quæſt.* 96. *ar.*4. ad hanc concluſionem probandam. Vnde ad Rom. 3. dicitur . *Qui poteſtati reſiſtit , Dei ordinationi reſiſtit . Et ſibi condemnationem adquirit* . & 1. *pet.*2. *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum . ſiue Regi , quaſi præcellenti , ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis* . quia (vt idem *Paulus* diſcurrit à Priore ,) *non eſt poteſtas , niſi à Deo* . quia ſicuti nullum eſt bonum participatum , niſi ab imparticipato dependeat , ita nulla eſt legum latio , niſi à diuina deriuetur , Quare concluſionem hanc eſſe de fide definitam in *Conc. Conſtantienſi* contra *Vuicleph* , & contra *Luter.* 27. *articulum* per *Leonem* X. docet Laudatus ſupra *Medina* ferè ſub initio §. *Sed probatur.* fusè probant *Turrianus aduerſus Mandebur. lib.*5. *c.*9. *Driedo de liber: Chriſtiana lib.*2.*c.*1. *Gerſonem* impugnans , ſentientem Legem purè humanam non obligare in conſcientia *Suarez lib.*5. *de legib c.*8. *Peſantius in* 2. *S. Thom. q.*108. *art.*4. *diſp.*6. *Couar tom.*1. *par.*2.*c.*6.§.8.*num.*12. qui citat *l. fin* §. *ſi verò* . C. *de iure delib l ſi quis in tantam.* C. *vnde vi & c. cum ſecundum. de hæret. in* 6. *Bartol. in l eius qui delatorem . ff de iure Fiſci. Felin. in c. Rodulphus . de reſcript. num.*37.

Non omnis conſtitutio pœnalis obligat ad peccatum.

Reſpondeo Secundo. Non omnis Conſtitutio pœnalis obligat in conſcientia ad peccatum . Ita vt illam tranſgrediens , & culpæ , &

pœnæ

pœnæ ſit obnoxius. Eſt contra *Couar. tom.1.par.2.in c. peccatum.* §.5. *num.* 2. *Caſtro lib.1. de pot.leg.pœnalis à c.*8. *S.Thom.*1.2.*q.*96. *art.*4.& 2.2.*q.*108.*ar.*8. & ibi *Caiet, Gabrielem, S. Antonin. Adrian. Maiorem*, *Driedonem Abb.Felin. Decium*, *Parnormitanum*, citatos à *Couar. ſupra num.*3. *Medinam* citatum, initio, *Silueſtr. Armillam*, *Bellarmin.* citatos à *Suarez lib.*5. *de legib.c.*4. initio *Sot. lib.*1 *de Iuſt. c.*6.*art.*5. Omnes enim iſti ſentire videntur, non dari legem pœnalem, quæ in conſcientia non obliget ad culpam ſui generis. Tamen reſponſionem noſtram docuerunt *Nauar.in c.fraternitas.* 12. *quaſt.*2 *num.*22. & *c.*23 *num.*55. *Victoria relect. de pot. ciuili num.*20.*Suarez ſupra num.*2.qui aliquos ex citatis in contrarium, nobiſcum ſentire probat, & in primis *S.Thom*·2.2.*quaſt.*186. *ar.*9.*Io.de Sal. de leg.d.*10.*tit.*5.*Duard. in Bullam Cœna lib.*3. §. 8. *q.*2. *a num.*2. præcipuè *num.*28. & infra *Angelus ver. pedagium*. §.6. Ratio eſt, quia licet pœna culpam reſpiciat, vt illius emendatiuam. *Omnis enim pœna, ſi iuſta eſt* (inquit Auguſtinus 1.*retract. c.*9.) *peccati pœna eſt.* non tamen omnis culpa eſt Theologica, quæ animam venialiter, vel mortaliter afficiat, ſed Ciuilis, Phyſica, & vt ita dicam materialis, ſeù naturalis, eiuſmodi ſunt leges ludentium, artificum, & huiuſmodi, quorum culpas emendat pœna ſatisfactionis conuenctæ. Nec repugnat dari legem obligantem ad ſolam pœnam, vt ſunt conſtitutiones Patrum Prædicatorum, vt etiam teſtatur *S.Thom*·2.2.*quaſt.*186. *ar.*9. Clericorum Regulariũ Societatis Ieſu, Minoricæ Religionis, & aliorum, quicquid dicant *Medina.ex Soto* citato in fine 4.*art.* (qui pœnas non eſſe pœnas, ſed conuẽtiones affirmat) *Laymã lib.*1.*tra.*4.*c.*15.*n.*1.*qui Silu.*& *Sãch.* pro ſe citat: *Peſant.* ſupra *concluſ.*2. principali, eas non eſſe leges, quaſi leges non ſint, quæ ad culpam non obligant, quia vt optimè *Suarez* ſupra *num.*4. gratis id aſſeritur, & cum pendeant à iuriſdictione legiſlatiua Capituli Generalis, veræ legis rationem habent. & abſurdum eſt dicere, quod Religiones tam amplæ ſine legibus gubernentur. eo vel maximè cum ferantur ad externam polliticã, cuius intereſt, vt præcepta adimpleantur, ſiue virtutis amore, ſiue pœnæ formidine. cum multoties nonnulli potius pœnas, quam culpas formident. Et non video, vnde libido hæc multiplicandi culpas oriatur, cum æquè benè effectus legis habeatur per pœnarum exactionem, ac per culparum incurſum.

Accedit regula legis *c. ſine culpa de regul. iur. in* 6. *ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus* igitur ſine culpa poteſt irroga-

irrogari punitio , hinc irregularitas ex defectu lenitatis , hinc bigamia , hinc dimidiatio fructuum in Præsbitero , qui in lepram incidit , vt refert *Gloſ.* in hanc regulam .

Sed inquit *Couar. citatus nu.*3.non minor poteſtas eſt in Principe erga ſubditos , quam in Patre erga filios ; at filij peccant mortaliter non obediendo parentibus , lapidibus enim obruebantur , *Deut.*21.ergo & ſubditi .

Confirmatur , quia in omni benè ordinata Republica eſt ſuum caput , cui myſtica membra ſubmittuntur , & obediunt , ergo fractio obedientiæ , in qua Statuta fundantur eſt peccaminoſa , vt etiã arguit *Soto lib.1. de Iuſt quæſt.6.art.4. circa finem* .

Filij non ſemper peccant mortaliter , cum non parent .

Reſpondeo negando ſemper filios peccare aut mortaliter , aut venialiter , niſi enim materia grauis ſit , vel adſit contemptus , vt dicemus , nullam culpam mortalem adeſſe , omnes dicunt . & nequè venialem , ſi filius formaliter non tranſgrediatur præceptum , vt non obediat . & grauiſſima debuit eſſe inobedientia filij illius , qui tanquam rebellis lapidebatur .

Statuta quomodo in obedientia fundantur .

Ad confirmationem dico , non omnia præcepta formaliter fundari in voto obedientiæ , niſi tranſcendentaliter , nam praxis docet , apponi ſolere , In virtute ſanctæ obedientiæ , &c. quoties Prælatus à ſubdito exigere vult obedientiæ penſum . Et licet remotè ſeruent ſubditi Statuta , quia vouerunt obedientiam , alias ſubditi non eſſent , attamen formalis ratio ſeruandi Statuta , non eſt præciſum obedientiæ exercitium , ſed conuictus politicus , cuiuſmodi videre eſt in omni benè conſtituta Republica , in qua errata pœnis ſancitis emendantur .

Statuti tranſgreſſio qua ratione ad peccatum obliget .

Reſpondeo tertio. Tranſgreſſio Statutorum obligat ad peccatum mortale , vel veniale ex vi materiæ , vel contemptus . non ex vi mentis Legiſlatoris , aut ex verbis legis . Quia ſi Legiſlator expreſſis verbis præcipiat rem leuem , non propterea ad mortale obligabit , & è contra , ſi rem grauem præcipiat remiſsè , & frigidè obligabit ad mortale ; & multa ad mortale obligant , quæ præceptiuis verbis , aut ſub anathemate non præcipiuntur . vt ieiunium . & multa præcipiuntur expreſsè , quæ ad mortale non obligant , vt non mentiri , non iraſci , vt aduertit *Caiet opuſ.27. quæſt.21.* contra *Siluestr. ver. lex q.8. & 17. & ver. præceptum. & ver inobedientia.* Si obijcias *Clem. exiui de verb. ſignific. § Item quia* . ex verbis præceptiuis , aut præcepto æquipollentibus , conijcitur , & mens legiſlatoris , & obligatio ad mortale , *quæ videri poſſunt* (inquit Pōtifex)

tifex) æqui pollentia præceptis , ex vi verbi , vel ſaltem ratione materiæ , ſeu ex vtroquè , &c. & ſupra §. *cum autem* . *quoad quædam ipſorum ex vi verbi , tranſgreſſio eſt mortalis* . *& quoad quædam alia , non*. ergo eſt falſa concluſio . eò vel maximè cum iſta decretalis , licet regulam Fratrum Minorum declaret, ipſa tamen declaratio , & declarationis termini ſunt vniuerſales,& ex iure communi deſumpta . vt optimè notauit *Trullus Aragonius in lib. de Canon. Regul.lib.4. præludio 3. num.3.*

Reſpondeo Termini quidem communes ſunt, ſed applicati particulari regulæ , ac ſpeciali materiæ , non quidem nudè acceptæ , ſed per conſenſum Religionis taliter interpretatæ . vt expreſsè dicit , *Clem.5.Ordo communiter ſenſit , & tenet, & tenuit ab antiquo, quod vbicumquè ponitur in regula hoc vocabulum* , teneatur , *obtinet vim præcepti* , *& obſeruari debet à Fratribus vt tale* : & nihilominus , non ſola vis præcepti , facit culpam mortalem , ſed præcepti particularizati , vt in eadem Clem. conſpicitur , in qua talia præcepta declarantur, de Tunicarum numero, de Calceamentis, de Equitatione , de Veſtium vilitate , de Ieiunio , diuinoquè Officio , de Infirmorum cura , ac ſeruitio , de Prędicatione , de recurſu ad Prelatos , de receptione Nouitiorum , *Hæc inquam* infert Pontifex) *omnia ſunt à Fratribus tanquam obligatoria obſeruanda* . obſeruanda quidem , non ex vi verbi , ſed ratione materię grauis. Cœterum , vt dictum eſt , non omnia verba pręceptiua mortalis reatus culpam inferunt . Declaratio Clem.V.ſuper Regulã S.P Fr.vnde orta.

Reſtat igitur , vt Primo ex materia Secundo; ex modo tranſgreſſionis legis conijciamus culpam . Et quidem quoad materiam,certum eſt , ſi grauis ſit , vt potè pręcepta per ius diuinum , aut naturale , ſi ad Communitatis bonum graue ordinata , ſi charitatis offenſiua, & quid ſimile , tunc obligat ad culpam mortalem . & huc intrant Statuta ad cuſtodiam votorum eſſentialium , ad legitimas profeſſiones, electiones,receptiones ad pacis, & concordię vinculũ, ad Scandalorũ remotionem,ad ieiunia, officia,cœteraq; huiuſmodi; Et ratio à priore eſt, quia Leges feruntur ad bonũ publicum , igitur nõ eſt in poteſtate Principis, vt ſine materia, bonum publicum non concernente, obliget communitatem,quia non tenetur vtcumquè obedire pręcipienti, ſed ſi ad ædificationẽ præcipiat. & bonum cõmune promoueat . Cum autẽ bonum habeat ſuos gradus , ſequitur etiam, vt eoſdem lex ſortiatur, quę tale bonum, tanquam proprium obiectum reſpicit . Hùc reducuntur etiam illa Statuta, quę grauem Ex quo cõij ciatur culpa in Statuto.

H pœnam

pœnam irrogant, vt priuationis officij, carceris, triremium, &c. quæ ſub excommunicatione præcipiunt, irregularitatem importãt, infamiam inurunt, &c. nam iſtæ pœnæ non imponuntur, niſi vbi grauis materia ſubeſt.

Modus trãſgreſſionis variat culpas.

Modus item tranſgreſſionis, ſicuti variari poteſt, ita etiam culpa ex tranſgreſſione augeri, vel minui. Iſte autem modus eſt multiplex, nimirum per ignorantiam, fragilitatem, malitiam, timorem; & ſupponendo commmunem doctrinam de ignorantia, de qua nos loco citato initio huius quæſtionis *Stat.13.dubio* 1. Certum eſt Fragilitatem, ſeu infirmitatem, niſi grauis materia ſubſit, non inducere peccatum mortale, vt ex Sancto *Bernardo lib. de diſpenſ. & præcepto*, probat *Driedo lib.3. de liber. Chriſtiana cap.5. ad nonum argumentum*, eſt enim fragilitas, potius diminutiuum, quam auctiuum peccati, qua apud Deum dicere poſſumus, *ipſe nouit figmentum noſtrum pſ.*102. quia homines ſumus, *homo ſicut fœnum, &c.* Contemptus autem licet à *Caiet.verb.contemptus*, non reputetur ſemper peccati mortalis reatus, quia poteſt contineri intra Limites præcæpti, ex ſua natura non obligantis ad mortale: quidquid dicat *Suarez infra cit.nu.*20. de qua re, vide *Peirinũ tom.*1. *quæſt.*1.*cap.*5. §.1. *per totum præcipuè dicto* 4. tamen hoc caſu excepto, ſemper eſt peccatum mortale, quia formaliter repugnat authoritati præcipientis, & obedientiæ præcepto. quod 1.*reg.*15. *Scelus idolatriæ, & quaſi peccatum Ariolandi* appellatur. & iuxta Chriſti Domini Sententiam *Luc.*10. in perſona Superioris mediatè contemnitur Deus, dicens, *qui vos ſpernit, me ſpernit.* Vnde S.Thom. 22.q.105. art.1.ad 1. dicit eſſe peccatum mortale illam inobedientiam, qua quis contemnit Superioris præceptum, & vt inquit *Suarez* infra citandus, minus exiſtimat Superiorem. Qua in re iuuat referre, quæ docet *Driedo* loco citato, contemptum eſſe triplicẽ. Primo cum quis aliquid vel facit, vel omittit, ea intentione, vt faciat contra voluntatem Superioris, nolens illi obedire, illumquè contemnens. *S.Thom.*2.2.*quæſt* 186.*art.*1. & hic, ſine dubio eſt peccatum mortale. Secundo, cum non vult obedire, tenens Superiorem præcipere non poſſe, niſi quòd Deus præcipit, & hic non ſolum eſt peccatum mortale, ſed error in fide. *Huſſitarum*, *Vuicleſitarum*, & Modernorum hæreticorum. niſi euidenter illi conſtaret, Superiorem præcipere, quæ non poteſt, vt eſſet in noſtro Ordine, quæ ſunt contra Animam, Regulam, Conſtitutiones. Tertio, cum quis paratus eſt quidem obedire, ſed accedente occaſione

Fragilitas minuit peccatum.

Cõtemptus quando inducit mortale.

Cõtemptus triplex.

labitur

labitur in rem vetitam; tunc peccat quidem mortaliter, ſi res grauis ſit, & ſi habeat animum peccandi, prout ſe ſe occaſio obtulerit, ſiue leuis ſit materia, ſiue grauis. tunc enim ex præparatione voluntatis,& ex habituali, vel virtuali intentione peccat, etiã ſi actualiter non transgrediatur præceptum. Quare contemptus non fundatur formaliter in ſola inobedientia, quia hic eſt conceptus transcendentalis, in omnibus peccatis incluſus. Quicumquè enim peccant, Superioris præcipientis obdientiam violant: At non omnis inobedientia mortalis eſt, ſed interdum venialis; Sed illa quæ obedientiæ recalcitrat, quæ (*Bernardo* aſſertore) obedientiæ inſidiatur, quæ è languore inertiæ, in ſuperbiæ tumorem euadit. Vnde idem *Bernardus* notat incitata Scriptura 1.*Regum*. non dicere Prophetam, ſcelus idolatriæ eſſe non obedire, ſed nolle acquieſcere, quia non obedire, ex fragilitate, timore, ignorantia, infirmitate, ſæpe accidere ſolet. attamen nolle acquieſcere, eſt ſe obedientiæ rebellem, contumacemquè prębere. Hæc ſufficiant in re communiter recepta, Authores videri poſſunt apud *Couar ſupra num.3. Medinam citatum, Driedonem, Suarez lib.3. de leg c.28.n.2. & 13. Gutierez. can.99. lib.1. cap.30. num.16. Summiſtas ver. Contemptus. Canoniſtas in c. non concupiſcentiam de conſtit.* vbi *Panormit. c relatum. Ne Clerici, vel Monachi c. cum quidam de iure iur. vbi Felin. c. nullus d.55.*

Cui doctrinæ Seraphica adhęrens Religio, lege cauit, Fratres nõ peccare mortaliter in transgreſſione Statutorum, niſi ex grauitate materiæ, & ratione contemptus; vide in Comment. loco citato *Statuto* 12. vbi contra *Portel.* fusè iſta Statuta congeſſimus,& cõſenſum totius Religionis aperuimus.

Quæſtio quarta. Vnde cognoſci poſſit Conſtitutio merè pœnalis.

Reſpondeo, multum refert cognoſcere, quæ Lex ſit merè Pœnalis, quęuè, vltra pœnam obliget etiam in conſcientia ad culpam. quia cognito ſemel, legem, ſolam pœnam intendere, nulli dubium eſt, non obligare ad culpam; & quod tales Leges dentur, conſtat ex Superiori *quæſtione reſponſione* 2. quia ſi dantur leges obligantes ad ſolam pœnam; & non ad culpam, dantur etiam leges purè pœnales. Tota difficultas eſt in aſſignandis indicijs, quibus dignoſci poſſint. Lex merè pœnalis, vnde dignoſcatur.

*Peſantius citata diſput.6. in. q.*108. 2.2; *S. Thom. art.4.§ quæres quomodo* multas regulas adducit ad conijciendas Leges merè pœnales.

nales. Primam intentionem Legiſlatoris. Sed hanc ex parte ſupra reijcimus. Secundam ex eadem intentione, qua Superior vellet quidem aliqua fieri, ſed ſi non fiant, non curat multum, ſolum imponit pœnam non facientibus. Sed hæc eſt petitio principij, & pura imaginatio, quis enim cordatus præcipit, quæ non multum curat fieri? & vnde hanc infirmam mentem coniectari poterimus? Tertiam ex qualitate pœnæ. Sed nos quærimus de his pœnis, an vltra pœnam aliud prætendant. Tandem (inquit) *Si ex verbis legis id elicere non poſſumus, putandum eſt obligare ad culpam. quia peccata ex ſua natura obligant ad culpam.* Sed cur non potius ad pœnam? quæ interpretatio legis eſt iſta, quæ in deteriorem partem inclinat? & quænam peccata ſunt iſta, quæ obligant ad culpam, cum ipſa ſint culpa? melius Suarez mox citandus, in dubio ait, credendum eſſe legem pœnalem.

Suarez dicto lib. 5. *de leg.c.*4 per totum præcipuè à *num.*8. multa dicit, ex primò circa intentionem Legiſlatoris, ſine qua nulla eſt obligatio. Verum cum hæc intentio nota non ſit, & ex verbis legis, vel ex materia venari debeat, non eſt cur in illa perſiſtamus, niſi id expreſsè declaret. Adducit præterea conſuetudinem, & ſenſum communitatis illud declarantem, cuiuſmodi in Noſtro Ordine multa ſub peccato mortali obligāt, alias non obligatura, eo quod *ita tenuit, & tenet Ordo,* vt citauimus ex *Clem.exiui de verb. ſignific.*

Ad hæc, verba legis præceptiua, *mando, præcipio, per obedientiam, ſub excommunicatione*, &c. Satis clarè indicare culpam, vltra pœnam. quod ſi ſolum conditionaliter præcipiatur, ſi quis extrahit triticum, perdat merces; ſi quis arma deferat, ſoluat tot ſcuta, &c. quia tunc in libertate ſubditi eſt vel obſeruare præceptum, vel ſoluere mulctam. niſi ex ratione pœnæ aliud ſuadeatur, vt ſi quis hoc fecerit, ſit excommunicatus, quia tunc contumacia infert culpam. vel etiam conditio materiæ grauis, quam grauis ſequatur pœna, mortis, mutilationis, triremium, &c. Tandem coronidem apponit, *Quando nihil horum interuenit, ſed materia eſt politica, vel non magni momenti, aut neceſſitatis ad bonos mores, & forma præcipiendi eſt tantum conditionata, & pœna non nimis grauis, ſignum ſufficiens eſt, talem legem non obligare in conſcientia.* quibus verbis in re non adeo clara, ſubſcribo.

Statuta Minorum omnia ferè pœnalia. Ex quibus colligo primo, in noſtro Ordine omnia ferè Satuta eſſe merè pœnalia, quia omnia quaſi conditionaliter pœnas irrogāt, vt vi-

vt videre eſt in *praxi* criminali §. *applicatio ſingularum pœnarum, &c. fol.*8. niſi vbi materia culpam indicat.

Colligo Secundo, exceptis ijs, quæ continent diuinam legem, vel regulam, &c. omnia alia eſſe purè pœnalia, quia ijs exceptis, nullum obligat ad culpam, vt ſupra ex noſtris commentarijs citàuimus.

Quæſtio quinta De diuerſitate pœnarum, & præcipuè, quæ dicatur Pœna ciuilis, quæ Criminalis, quę Perpetua, quę ad Tempus, quæ Ordinaria, quę Extraordinaria, quæ Arbitraria.

Reſpondeo primò, Parum videtur referre apud Regulares cognitio criminalis, & ciuilis cauſæ, aut iudicij, ſeu actionis, ſed quia per ea, quæ tradit *Clarusqua ſt.* 1. *lib.* 5 *ſententiarum* §. *final. initio,* iuuat talis cognitio, quia in plerifquè locis conſtituuntur Iudices maleficiorum, & criminalium. quę ad ſuos Iudices ſpectant. In criminalibus proceditur per capturam, non admittitur Procurator, infertur tortura, non omnes Teſtes admittuntur, requiruntur probationes, luce meridiana clariores, quæ non ſunt neceſſaria in ciuilibus; Itaquè Competentia Iudicis, Modus procedendi, Ratioquè probandi, notitiam horum terminorum expoſcit. quæ in regularibus iudicijs non eſt reperire, quippè qui nec Iudices maleficiorum, nec altercationem in competentia, nec diuerſitatem in probationibus admittunt, vſi ſuis legibus, quę certos procedendi modos adſciſcunt. *Pœnarum ciuilium, & criminaliũ cognitio.*

Attamen iuuat terminos prælibare, relictis diſputationibus, quas videre eſt apud *Clar. cit. Veſtrium in praxi Rom Cur. cap.* 2. *num.* 2. *Butrium. Rub. de* Iud. *colum.* 1. *Aretin. ibid. num.* 12. *Decium nu.* 96. *Ripam num.* 92. *Nau. num.* 31. *Marant. de ordine Iud. par.* 4. *diſt.* 1. *num.* 2. *Maſcard. de probat. con.* 463. *nu.* 3. *Farin. lib.* 3. *qq. Crimin. q.* 100. *num.* 4. relicta etiam acceptione Ciuilis, prout contra Canonicum diſtinguitur. Nam etiam in iure Canonico dantur delicta ciuilia, & criminalia, ſicut in iure Ciuili, vt per *Bartol. in tract. de diff inter ius can. & ciuile num.* 12. & ſunt clari textus in *l.* 1. *ff de pub. Iud. cum duob. ſeqq. Inſtit. eod. tit. cap. infames.* 6. *quæſt.* 1. *Hinc.*

Reſpondeo 2. differentia Criminalis, & Ciuilis Cauſæ eſt, quod Criminalis actio reſpicit vtilitatem, & vindictam publicam, Ciuilis verò vtilitatem, & commodum priuatum. ita ſupracitati Authores, quos refert, & ſequitur *Moneta de conſer. Iudicibus cap.* 7. *à num.* 208. fusè, & doctè, & alij multi, quos citat *Clar.* ſupra. *Differentia inter illas.*

Pro-

Probatur per *c. quicumquè* 2. 11. q. 3 *quicũquè intra anni ſpatium ciuiliter, ſiuè publicè, cauſam ſuam*, &c. vbi gloſ. *publicè idеſt criminaliter*. & citat. l. 1. de public. iudicijs. publica eſſe dicuntur quę criminalia ſunt, vt *Maieſtatis, adulterij, ſicarij, veneficij, parricidij, peculatus teſtamentorum, vis publicæ, & priuatæ, ambitus repetundarum, annonæ, quæ capitali pœna, vel aqua, & ignis interdictione, vel metallo, aut deportatione puniuntur*. ad quorum vindictam quilibet de populo poteſt agere. inquit enim *Inſtit. de publ. iud. §. publica autem. publica delicta dicuntur, quod cuiuis ex populo executio eorum plerumquè datur*. Modo ſit pecuniaria pœna dummodo applicetur Fiſco, modo ſit extraordinaria, ſi tamen ad publicam vtilitatem tendat, criminale iudicium conſtituit, vt idẽ *Moneta num.* 211. probat contra communem, quia parum refert, qua pœna quis puniatur, dummodo principaliter intendatur vindicta, bono publico conducens etiamſi pœna parti applicetur, quia illud præcipuè ſpectandum eſt, quod delicta puniantur, *cum maximè Reipublicæ interſit, ne delicta impunita remaneant. l. ſi ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam §. æſtimatio v. Cum nequè impunita maleficia eſſe oporteat*. quo loco multa alias leges citat *gloſ.* & ad ſuſtentandas vtcumque dictas ſententias dicentium eſſe ciuilem, dum pars commodum recipit, declarandę ſunt de commodo, quod recipit pars, ſibi iure, diuino, & naturali applicato, non de pœna à lege impoſita, etiam ſi parti applicetur, quia detrahere ex bonis Rei, & applicare Actori, pœna eſt, Communitatem à delinquendo deterrens. Dantur enim delicta, quę publicam iuſtitiam offendũt, vt Herefis, Simonia, &c. & hęc ſunt merè criminalia. dantur etiam quę publicam, & priuatam iuſtitiam violant vt homicidium, furtum, iniurię. & hęc quatenus bonum publicum offendunt, pœna legis plecti debent, & à quolibet particulari ad vindicatiuam iuſtitiam trahi poſſunt; quatenus verò proximo damnum inferunt, debent per ęquiualentiam reſarciri, & ab intereſſe habentibus publicari; quę cauſę mixtę appellantur. *c. tua. de Procurat.* vbi agitur de accuſatione adulterij, quæ poteſt eſſe criminalis, prout reſpicit vindictam publicam, & ciuilis prout concernit bonum priuatum ſcilicet thori ſeparationem. *Huiuſmodi accuſatio* (inquit *Innocent.* 3.) *& ſi de crimine fiat, non eſt tamen criminalis, ſed quaſi mixta inter ciuilem & criminalem*. Poteſt igitur agi de crimine, non criminaliter, ſed ciuiliter, cum nimirum non agitur ad criminis pœnam, vt vindicta eſt, ſed ad partis intereſſe. cuiuſmodi ageret

Publica iudicia.

Cauſa mixta

ret quis de furto, non vt fur puniatur, ſed vt reſtituat *l fin. ff. de furtis l. fin. ff. de priuil. delictis. Inſtitut. de ieiunijs Rebuff. in l. rei appellatione ff. de verbor. ſignif.* facit *cap. per tuas. de Simonia*; vbi dicitur *Cum ageretur non Criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed Ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur, tanquam immeritus, & damnoſus*. Itaque de ſimonia vtroque modo agi poteſt; Ex quo textu, licet eliciant multi, eſſe cauſam ciuilem, vbi pœna ex traordinaria imponitur; attamen melius dici poteſt per ea, quæ idem *Moneta d num.* 221. adducit non dici Ciuilē ob extraordinariam pœnam, quia hæc pœna non eſt extraordinaria, cum à Iure imponatur, ſed quia cedit in commodum priuatum Eccleſię, cui ſimoniacus ille erat *damnoſus* licet poſſit eius punitio in publicam etiam vtilitatem vergere, quatenus *immeritus*, tamen patet potuiſſe intentari actionem Criminalem, non tamen intentatam fuiſſe. cuiuſmodi ſentiunt *Io. Bapt. Cauialus in rub. C. de Iud. Ripa rubr. de Iud, num.* 94, *& Decius num.* 32. Sed hæc ſupremis labijs libaſſe ſat eſt. Pœna extraordinaria an faciat cauſam ciuilē.

Rſpondeo 3. vt in facto cognoſcamus, quæ apud nos ſint cauſæ criminales, & quæ ciuiles. Dico primo illas ad quas proceditur ex Officio, & per Inquiſitionem eſſe Criminales. ita *Doct. in Rubr. de accuſat. & in* Rubr. *de Iudijcis*, vbi *Nauar. num.* 33. *cap. Inquiſitionis*. de acuſat. *ibi ſi contra quempiam per Inquiſitionem probatum fuerit, quod deponeret accuſatum criminaliter, & conuictum. & cap. qualiter, & quando* 2. *eod. tit.* vbi etiam *Doct.* Et ratio eſt, quia ſicut accuſatio concernit, vt plurimum bonum actoris, poteſt etiā intendere bonum publicum, dicto *c. qualiter, & quando el.* 2. *de accuſat.* §. *verum*, vbi dicitur, *quod criminalis accuſatio capitis, diminutionem intendit*. ideſt degradationem, quod etiam facit denunciatio iudicialis, quæ (vt dictum eſt in noſtra Praxi criminali *tit. Denunciatio fol.* 18.) reſpicit punitionem, actum iuſtitiæ vindicatiuæ, & bonum publicum, vt malus puniatur ad aliorum exemplum. & tunc ſi probatum fuerit delictum, quod poſt pœnitentiam impedit executionem Ordinis, aut retentionem beneficij, vt homicidium, ſimonia, &c. tunc imponenda eſt pœna ordinaria. vt *cap. inquiſitionis. cit. de accuſat.* §. *ſecundo quaſiſtis*. Ita inquiſitio, bonum publicum. vnde & criminale iudicium inſtruit, Dico 2. delicta grauia, grauiora, & grauiſſima, de quibus in noſtra *praxi Criminali tit. Delictorum diſcrimina. fol.* 5. *& 6. & fol.* 13. *tit. Denunciatio*, criminalem actionem, vt plurimum inſtruunt, quia ferè Cauſæ criminales in regularibus quæ..

omnia

omnia communitatis bonum concernunt; dixi (vt plurimum,quia nonnulla ſunt inter ipſa, quę priuatum bonum reſpiciunt, vt ſunt actiones iniuriarum, percuſſiones, vulnerationes, minæ, & hiſſimilia. de quibus poteſt etiam inſtrui Cauſa criminalis, tamen concernunt intereſſe partis. Vnde potius ciuiliter, quam criminaliter ſunt tractanda; Dico 3. priuatio officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, actuum legitimorum, &c eſt Cauſa criminalis. contrarium ſenſit cum alijs *Clarus cit.§.ſcias etiam duo eſſe.* dicens *extraordininaria eſt, quod quis propter crimen priuetur officio, beneficio, dignitate, adminiſtratione, tutela, &c. Farin. dicta quaeſt.90. num. 16. & 19.* apud quem multi alij. Sed ratio dicti noſtri eſt, tum quia hæ priuationes in iure, & Statutis ſunt pœnę ordinarię, vt patet inſpicienti Bullas Apoſtolicas, Statuta municipalia, & *c. qualiter, & quando 2.§.ſed cum ſuper exceſſibus. de accuſat*: vbi dicitur *Quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione remoueatur omnino*. quo loco duas pœnas ordinarias, & criminales aſſignat, Degradationem, & Priuationem, licet ſecunda ſit leuior prima, non tamen fit, vt ſecunda non ſit criminalis, quia imponitur ob grauem exceſſum. Tum etiam quia tales punitiones maximè ordinantur ad publicam vtilitatem, ſubiungit enim textus. *Ad corrigendos itaquè ſubditorum exceſſus tantò diligentius debet Prælatus aſſurgere, quantò damnabilius eorum offenſas deſeret impunitas*, quia nimirum, Communitatem offendunt. & dum puniuntur, *timore pœnæ cæteri à ſimilibus abſtinebunt. cap. peruenit de exceſſ. Prælat.* cum alijs iuribus, in hęc verba à *Gloſſa* citatis. Nec pro aduerſarijs facit, quod concludit *Innocentius III.* ordinem iudiciarium non eſſe vſquequaquè ſeruandũ cum Regularibus. *qui cum cauſa requirit facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri*. quaſi non ſit cauſa criminalis, in qua cum tanta facilitate, & libertate proceditur dicentibus Authoribus, Probationes in criminalibus eſſe debere luce meridiana clariores, & ſummoperè ſeruandam eſſe formam Canonicam, ſaltem in his cauſis. Non inquam iuuari poſſunt, quia modus procedendi canonicus non excluditur, & neceſſariæ, clareq́uè probationes non reijciuntur, vt probauimus *cap.1. quaeſt.2.* Sed tantummodo innuitur maior facilitas procedendi, ſiue quia Regulares ob votum obedientię humiliores eſſe debent. ſiue quia officia eis in titulum non conferũtur. Quinimo ex ipſo contextu deducitur eſſe cauſas criminales, cum ſubnectantur decreto *qualiter, & quando debeat Prælatus*

latus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus. & forma tantum aliquantulum immutata, ergo ipſa ſubſtantia criminũ in Regularibus retinetur, quæ criminales actiones inſtituunt.

Reſp. 4. Quando tempore Pœna concluditur, tunc ex illo metienda eſt: ſi enim dicitur, priuetur per triennium, carceretur per ſemeſtre, &c. eſt Temporalis; ſi autem additur, ſit perpetuo ſuſpenſus, iure ſuffragiorum perpetuo careat, &c. eſt Perpetua, & hoc paſſim videre eſt in Sacris Canonibus, Apoſtolicis Bullis, & Statutis Ordinis *cap.7.* Et inde in *Praxi noſtra criminali, in tit. de Applicatione pœnarum fol.8.* Pœna temporalis, & perpetua,

Remanet ſolummodo examinandum, an Pœna lata indefinitè, & indeterminatè, vt *priuetur officio, priuatus ſit actibus legitimis, carceribus mancipetur, &c.* ſit pœnà perpetua, vel temporalis. Iuuat enim cognitio talium terminorum, quia contra Contumaces *cap.7.* ſancitur, *Pœna contra inobedientes ſtatuta eſt carceratio, & actuum legitimorum priuatio.* & in Proprietarios. *Proprietariorũ pœna eſt carceratio, & actuum legitimorum priuatio.* & in imprimi facientes libros ſine licẽtia *cap.9. Ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit*; In Fornicarios recidiuos *cap.11. Quod ſi in idipſum adhuc inciderit, aut ad triremes condemnetur, aut perpetuis carceribus omnino mancipetur*; & nonnulla alia his ſimilia. Cum enim in aliquibus peccatis determinetur pœna, vel ad tempus, vel perpetua; in alijs Superiorum arbitrio committatur, non videtur poſſe appellari arbitraria, vbi per leges non conceditur, itaquè ad perpetuitatem inclinandum eſt. Repugnat autem rationi, & æquitati dare perpetuum carcerem Proprietario, vel Inobedienti, aut perpetuos triremes Fornicario. ergo examinari debent Statuta ſecundum principia iuris.

Dico igitur primo Pœnæ, quæ tractum temporis non requirunt, ſed vnico actu abſoluuntur, vt ſunt priuationes officiorum, & ſuffragiorum, mulctæ pecuniariæ, fuſtigatio, mutilatio, &c. Sunt perpetuæ. ita *Panorm. in c. ex literis. de conſtit. Angelica verb. pœna num.22.* Ratio eſt, quia momentanea ſemel executioni mandata vlteriorem ſui ſuſpenſionẽ non relinquunt, & forma ſemel è ſubiecto ablata, nihil ſui, niſi priuationem, importat. Poſtquam enim quis officio priuatus eſt, non poſſidet amplius illud. cuius oppoſitum videtur in ſuſpenſione, quæ etiamſi eſſet perpetua, vt eſſe poteſt, ex *Innoc. in c. ad hæc. de appellat. Nauar. in manuali cap.27. num.162. Enriq. lib.13. cap.31. §.3. Hugol. de cenſuris tabula 4. cap.4.* Pœnæ quæ vnico actu abſoluũtur, ſunt perpetuæ. Suſpẽſio an poſſit eſſe perpetua.

*cap.*4.quo caſu multum accederet ad priuationis naturam. *Panormit. cap. at ſi Cleric. de Iudic. Ledeſma 2. par. q. 26. art. 2. Tolet. l. 1. cap.* 12. non tamen eſſet priuatio, ſed ſemper remaneret intra naturam ſuſpenſionis, quæ non aufert totaliter officium, ſed executionem ſuſpendit. fructus amittit ſuſpenſus, non titulum: priuatus autem amittit vtrumquè. *Panor. in cap. cum bona. de ætat. & qualit. Ordin.* Hinc ſuſpenſio de ſua natura eſt reuocabilis, priuatio minimè, niſi iure extraordinario. & ſi ſuſpenſio accipitur, vt cenſura, facit exercentem irregularem, non ſic priuatio arg. *c.* 1. *de ſent. & re iudic. in 6. cap. medicinalis. de Sent. excomm. in 6. Maiol. lib. 3. de irregul. cap.* 19. *num.* 2. hæc omnia ex *Sayro lib. 4. Theſau. cap. 2. num.* 25. & 26. Citat pro hac concluſ. *Angelum in l. Illicitas. ff. de offic. Præſid. in fin.* quæ tamen hoc probare non videtur, ait enim *Præſes Prouinciæ, ſi mulctam, quam irrogauit, redigi non poſſe deprehenderit, neceſſitatem ſolutionis moderetur, reprehenſa exactorum illicita auaritia, remiſſa propter inopiam mulcta.* aliud eſt enim condonare ob inopiam, aliud ſolutionem ſuſpendere. niſi cum *Gloſ. verb. reprehenſa*, dicamus. *Quia ſi fuit remiſſa pœna propter inopiam, licet fiat poſtmodum ſoluendo, tamen non debet iterum exigi.* Quam Gloſam, valde ſingularem dicit *Baldus hoc loco*, eamquè amplectitur *Bartolus ibidem* eliciendo argumentum à contrario ſenſu.

Pœna impoſita ob crimen dignũ pęna perpetua, eſt perpetua.

Dico 2. Pœna impoſita iuridicè non interlocutoriè ob crimen dignum pœna perpetua, perpetua declaranda eſt, citatur *l. Imperator Antoninus. §. idem reſcripſit ff. de pœnis. Eum qui admiſſo ſuo Decurionis filij honorem amiſit, non poſſe in pœnis euitandis, Decurionis filij honorem vindicare.* vbi *Glos. ſi non lite conteſtata in iudicio ſollemniter damnaret aliquem de crimine capitali, hæc interlocutio vltra ſuum tempus non extenditur.* quare infertur. quod per diffinitiuam ſententiam lata pœna ob capitale delictum, perpetua eſſe debeat. clarior eſt *l. ſi Præſes. ff. eod. ſi non diſtinxit Præſes, vtrum Iulia publicorum, aut Iulia priuatorum, tunc ex crimine erit æſtimandum.* & in hanc ſententiam ſcripſit *Innoc. in c. quod tranſlationem. de offic. deleg. Panorm. ſupra*, & communiter Doct. in *c. ex litteris. de conſtit.* vnde *Gloſſ. in Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. § ſi quis autem ver. pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat.* inquit, *Pœna de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adijcitur.* Delicta autem digna pœna perpetua debent eſſe grauiſſima, cuiuſmodi multa in Statutis Ordinis reperiuntur.

Sed

Digitized by Google

Sed obijcitur ex dicto *c. ex literis*, nam ibi dicitur *Quia tamen conſtitutum non fuit, vt in perpetuum huiuſmodi priuatio perduraret, cum tam iuris canonici, quàm noſtri moris exiſtat, vt is, qui propter contumaciam communione priuatur, cum congruam ſatisfactionem exhibuerit, reſtitutionem obtineat*. ergo priuatio, non eſt perpetua, niſi declaretur contra primam concluſionem, & etiam contra ſecundam, quia non habetur reſpectus ad crimina, ſed ad pœnas lege ſancitas.

Reſpondeo, hic non agitur de priuatione officij, quæ ſemel lata, eſt de iure ordinario, irreuocabilis, ſed de priuatione à communione, quæ pendet à lapſu temporis, & à ſatisfactione, qua præſtita, ceſſare debet etiam, & pœna. & iſte fuit punitus ob contumaciam, non ob delictum, vt notat *Glos. verb. in perpetuum*. & contumacia ſæpe purgatur. & valet regula *Gloſ.* Aliud eſt aliquem ſimpliciter excludere, aliud in perpetuum excludere. vt cum dicitur *c. non oportet.* 2.33. *q*.4. *Quod ſi factum fuerit, ſeparentur*. de nuptijs tempore vetito contractis, vbi *Glos. Ad tempus*. ſecundum diſpoſitionem *c. litera. de matrim. contract.* vbi caſus hic decernitur. & in *extrauag. Execrabilis. de pot. & dignit. §. porrò quia. ver. Inhabiles penitus ad eccleſiaſtica beneficia cenſeantur*. inquit ex *Innoc. & Hoſtienſ. Qui ſimpliciter deponitur, perpetuò deponitur. Si tamen id crimen comportet, & cauſa iuridicè cognita*. & *l. coiri ſocietatem. ff. pro ſocio* dicitur, *& ſi non fuerit diſtinctum, coita eſſe vniuerſorum*, ſicuti *l. ſeruus*. C. *de pœnis. ſeruus ſub pœna vinculorum ſine temporis præfinitione, domino reddi iuſſus, perpetuò vinctus eſſe debet. c. reperimus*. §. *illi verò*. 1. *q*. 1. *ſi Clerici fuerint, bonoris amiſſione mulctentur. ſi Laici, anathemate perpetuò condemnentur*. vbi *Glos. in cap. ex literis. verb. in perpetuum*. dicit *ob criminis deteſtationem*. & ponderanda eſt cauſa eiuſdem *Gloſ. circa talia conſideranda eſt cauſa, ſeu natura cuiuſcumque negotij*. quia pro diuerſitate materiæ, etiam pœnarum duratio extenditur.

Dico 3. In Dubio, pœna exiſtimanda eſt temporalis. Ita *Angelica* citata *in fine*. ex communi. eſt prima ratio generalis, quia *Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt, priuſquam exaſperandæ. l. Interpretatione ff. de pœnis*. & in pœnis facienda eſt mitior interpretatio. de *reg. iur. in 6. & fauorabiliores ſunt Rei, quàm Actores. l. Fauorab. de reg. iur.* & vt dicitur *l. ſemper ff. eod. ſemper in dubijs benigniora præferenda ſunt*. Cum iuribus allegatis per *Gloſ.* in *regul.* 49. *in 6.* quorum omnium cauſam reddit *Marcellus lib.* In dubio, pœna æſtimanda eſt temporalis.

Iudex quid affectare debet.

2. *de publicis iudicijs l. reſpiciendum:ff. de pœnis. Nec enim ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæquè res expoſtulat, Statuendum eſt. Planè in leuioribus Cauſis, proniores ad leuitatem Iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis, ſeueritatem Legum, cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequi.* Vnde emergit ſecunda ratio ſpecialis *l. ſine præfinito. ff. de pœnis ſine præfinito tempore in metallum dato, decennij tempore præfinita videntur.* Igitur in pœna, quæ capitalis dicitur, condemnatio indefinita, decennio terminatur, vt ſciamus in ſimilibus, & minoribus delictis pœnas ad tempus breuius coarctare. Non enim Proprietarij, Fornicatores, decennali pœna Carceris puniri merentur, niſi qualificata adeo eſſent delicta, vt aggrauare pœnas oporteat. Cuiuſmodi oportere cenſeo in Recidiuo, cui triremium pœna decernitur, vel carcer perpetuus. Ex quo decennales triremes irrogari poſſent, vt Carceri perpetuo æquipararetur.

Declaratio durationis pœnarum ad quos ſpectat.

Hanc autem declarationem durationis temporalis pœnarum ſpectare ad Prouincialem, & Diffinitorium, nulli dubium eſt, quia eſt earumdem Iudex ordinarius, cui etiam, vt plurimum pœnarum arbitrium commendatur. Sine quo pœnæ quæcumque inferri prohibetur.

Pœna ordinaria quænam ſit.

Reſpondeo quinto. Pœna ordinaria eſt, quam Leges, & Statuta decernunt: Extraordinaria autem, quam imponit Iudex rationi, & æquitati conformem. Scio *Zaſium* apud *Prateium*, & alios, Ordinaria dicere, quæ traduntur quidem lege, plebiſcito, S.Conſulto, Prætorum edictis, Principum Conſtitutionibus generalibus. Sed quæ tamen faciunt regulam generalem, & vniformiter actus humanos dirigunt, nulla facta ſpeciali perſonarum mentione, cuiuſmodi ſunt contractus, obligationes, ordinationes ordinariæ, appellationes, ſucceſſiones, teſtamenta, vſucapiones, præſcriptiones, pignora. Quæ autem certum perſonarum, negotiorum, rerumuè genus concernunt, cuiuſmodi ſunt priuilegia, iniuriarum vindicationes proprio facto, à iure indultæ, & his ſimilia Extraordinaria denominare. & citantur *l. nullo modo:ff. ad l. Corneliam de falſis. l. 1. §. neceſſariò:ff ſi mul. vent. nom: in poſſeſſ. l. quemadmodum ff. ad l. Aquilan. l. 1. ff. de operis noui nunc. §. nunciatio. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuili §. planè ex his l. 1. §. fin. ff. de Conſtit. Principum.* & alia multa, quæ in ſingulari tractatiuncula, inſerta in intellect. ſuis ſingularibus, idem *Zaſius* adducit, attamen in hac ſignificatione hos terminos non examinamus, ſed in ordine

dine

dine ad iudicia ; quæ ſolemnibus formulis exercentur. *Inſtit. de ſucceſſ. bonor.* Sollemnibus, inquam, in noſtris Conſtitutionibus,& Praxi iudiciaria determinatis, quia ſi ſolemnitates obſeruare vellemus, omnia noſtra iudicia eſſent extraordinaria, quippe *l. 49. ff. de negot. geſt.* extraordinaria appellantur, quæ fiunt, nullo ſolemni obſeruato. & ſtrictius, ordinaria iudicia, illa dicere volumus, quæ arbitralibus opponuntur *l. 5. C. de arbitr.* Sicut enim Ordinarij Iudices ſunt, Præſides Prouinciarum, qui à Iure poteſtatē ſortiuntur *l. fi. C. de mo. mult. & l. 2. C. de proxi. Sacror. Scrin.* & videre eſt in *tit. de offic. Iud. ordin.* vbi *Gloſ. Pan.* & alij. Nam qui iure, vel Principis beneficio, vniuerſaliter, & ad vniuerſitatem Cauſarum iuriſdictionem exercet; ex communiter ſcribentibus, Ordinarius appellatur: ſicuti ordinarium dicitur, quod iuris ordine, & communiter fit, *l. 33. §. publicè ff. de Procurator.* ita ordinaria pœna eſt, quæ iure ſancita eſt, quæ omnes tangit, quæquè ſine perſonarum acceptione irrogatur. Modò lata ſit in Sacerdotes, in Prælatos, in Laicos, circa electiones, circa crimina,&c. quia omnes in ſuo genere comprahendit. Ordinarius iudex quis.

Qua doctrina declarari poſſunt iudicia, quæ exercentur circa Patres Ordinis, & qualificatas perſonas, de quibus in *c. 7. inter* haſce pœnales, quas commentamur, ſanctiones, dicitur *Patres Ordinis, aut qui Prouinciales fuere à Prouinciali, vel Commiſſario Viſitatore, officijs priuari, aut notabili confuſione, & punitione affici, non poſſint, Niſi de conſenſu Patrum Prouinciæ, aut Capituli Prouincialis.* Cum enim ab ordinario Diffinitorij iudicio eximentur, & ob qualitatem perſonarum, omnibus Patribus, vel Capitularibus ipſorum Cauſæ committantur, meritò poſſunt vocari iudicia extraordinaria, non tamen propterea, quæ illis irrogaretur hoc natura appellanda eſſet, quia punirentur, non pœna lata in Patres (quæ non extat) ſed in delicta, vbicumque illa reperiantur.

Concludo igitur, illas pœnas eſſe ordinarias, quæ in Statutis Ordinis, & in ſacris Canonibus, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, reperiuntur. illas verò extraordinarias, quæ Iudicis, vel Diffinitorij arbitrio relinquuntur: argumento *c. ad abolendam. §. præſenti, de Hæret. & c. inter. de purg. canon.* de quibus, quia multa ſcitu digna continent. Pœna arbitraria quæ dicatur, & quid ſit arbitrarium.

Reſpondeo 6. De Pœnis arbitrarijs nonnulla diximus in Commentarijs noſtris ad ſtatuta Ordinis *c. 1.* occaſione declarandi verba

ba illa, *Superioris arbitrio*. quibus addo. Arbitrarium dici, quod alicuius arbitrio relictum eſt, vt ex *Placito in Amphi. & Pœn.* colligitur. Cuius duo ſunt genera, Vnum, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum parere debemus. includitquè liberam, plenam, & abſolutam poteſtatem, & voluntatem, quæ tamen, licet liberæ ſint à ſtricti iuris ciuilis, vel etiam Canonici, & ſtatutorum obligatione, non tamen à iuris gentium regulis, & naturalis æquitatis. *Felin. in c. canonum ſtatuta. de conſtit. Bart. in extrauag. ad Reprimend. in ver. videbitur. Bald. in l. 1. ff. de euict. colum. 1. & l. 1. & l. diuus. ff. de milit. teſt. l. prohibitum. C. de iure fiſci. Clem. Paſtoralis de re iudic*: Secus enim operari, eſſet Sine ratione, & ſtultè procedere. vt ait *Cic. 4. Tuſcul.* Alterum, cum remittitur arbitrio Iudicis, & tunc nequè à legibus liberum eſt, ſed idem eſt, ac arbitrio boni viri, de quo *Cic. in Lælio*, *Bonus vir eſt, qui ita ſe gerit, ita viuit, vt eius probetur fides, integritas, liberalitas, nec ſit in eo ulla cupiditas, vel libido. & lib. 3. offic. Non cadit in virum bonum mentiri emolumenti ſui cauſa, criminari, præripere, fallere; ſuum nomen amittere, ſi fidem ei, iuſtitiamquè detraxeris*. vnde idem eſt Iudex, & bonus vir *l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig. & l. ſed ſi vnius. §. ait Prætor. ff. de iniur.* & Scribentes in *l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Ludou. Rom. conſ. 376. circa fin.* qui allegat. *l. eas cauſas. ff. de condit. & demonſtr. Marſil. in praxi §. diligentes. n. 24.* Itaquè ex communiter Scribentibus apud Clarum *lib. 5. §. fin. quæſt. 31. §. Arbitrio atque balia*. Arbitrium, quod Iudici committitur in maleficijs puniendis debet reduci, & reſtringi ad ius commune, excepto modo procedendi, & circà aliqua leuia. & ex communi aduertit, quod licet datum ſit à lege arbitrium, non tamen cenſetur remota cognitio cauſæ, ſed remiſſa ſubtilitas. & probè quidem. quia ſecundum *Ariſtot. 1. Rhet.* quam pauciſſima Iudicis arbitrio relinquenda ſunt, quia Iudex affectione non caret, qua caret Lex. & arbitria ſunt redacta ad formam iudiciorum *l. 1. ff. de arbitris*, & firmant *Pan. c. cum Ioannes de fid. Inſtrum. n. 13. argumen. c. 1. de dilat. Sotus in 4. diſtinct. 27. q. vn. art. 5. côcluſ. 4. Nauar. de ſponſal. conſ. 23. n. 1.*

Bonus vir.

Bonus Iudex.

Quid ſit Arbitrio ſuo cõmittimus.

Quomodo autem debeat procedere Iudex arbitrarius docet *Repertorium inquiſitorum, verb. arbitrare. in addit. fin.* nimirum à Similibus ad ſimilia, interpretando, & ſupplendo per iuriſdictionem, quæ deſiderantur. vt elicitur ex *l. non poſſunt. l. nam vt. ff. de arbitr.*

Arbitrarius Iudex quomodo procedere debeat.

Vnum

Vnum adnotauerim circa arbitrium Iudicis Regularis, ſcilicet, non eſſe liberum illi mutare ordinem iuris,& modum procedendi, cuiuſmodi Iudici arbitrario conceditur, ſed tantum in infligenda pœna, maiori, vel minori, quia circa modum procedendi ſeruare debet Praxim criminalem, prout decretum eſt:ſententiam autem mitigare, vel augere poterit, pro qualitate delicti, vt dicitur in Praxi *crimin. tit. Sententia, fol.* 41. *fine* cum Doctoribus ad marginem citatis. Ordinariè enim mitiorem pœnam debet imponere, niſi qualitas delicti, & circumſtantiarum ſit talis, quod de iure, & conſuetudine ſit ordinaria pœna imponenda. *Alexan. conſ.* 121. *n.* 7. *in vltimo volum. Socin. Senior in c. licet. de pœnis.* Omnis enim Iudex, qui poteſt de cauſa cognoſcere, poteſt ex cauſa pœnam alterare, & commutare. vt ex communi teſtatur *collect. commun. opin. tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 30. *de pœnis n.* 30. per *Soccin. ſupra n.* 21. *Deci. conſ.* 100. *n.* 10. *volum.* 1. *Menoch. de arbit.*

Iudex qui poteſt de cauſa cognoſcere poteſt pœnam alterare.

An autem poſſit Iudex arbitrari in Pœnis Statutarijs. Reſpōdeo, Adeſt aphoriſmus in citata *Praxi criminali, tit. De Applicatione pœnarum fol.* 14. fine: vbi regulariter prohibetur, ſed conceditur, mutatis circumſtantijs. cum ibidem allegatis. Cœterum Iudices legibus cautiores eſſe non debent. *Nouella* 82. & corruptas videri ſententias, ſi ſint legibus mitiores ſcripſit *Symmachus in epiſtolis.* ac puniri Iudicem, qui molliorem, quam ſint ſtatuta, ſententiam protulerit, decernunt *l. ſeruos. in fine. ad l. Iuliam de vi. & l.* 8. C. *Theodoſ. de appellat.* Vnde *l.* 19. *ff. de verb. oblig.* præcipitur, vt contenti ſimus pœnis, legibus compræhenſis. vt refert *Cuiaccius in lib.* 9. *C. tit.* 47.

Iudex mitior lege eſſe nō debet.

Sed quid ſi Lex alternatiuè loquatur, *Imponatur talis, vel talis pœna*, an eligenda eſt, arbitrio Iudicis, an vero Rei.

Reſpondeo ſi verba diriguntur ad Iudicem, ipſius eſt determinare *Pan. in c. inter cœteras de reſcript. facit l. ſi fugitiui.* C. *de ſer. fug.* ſi diriguntur ad Reum, optio eligendi penes Reum ſtat. vt in *l. quicumquè. C. eod.* Verum vt idem *Pan.* aduertit, talem electionem eſſe debere Iudicis, quia ſecus, alternatiua fruſtraretur, nam Reus ſemper mitiorem eligeret. & eſt ſententia *Gloſ. in c. citatā inter cœteras. & c. quoniam vt lite non conteſtata.* Iudicis enim eſt, conſiderare circumſtantias loci, temporis, perſonæ, &c. *l. reſpiciendum ff. de pœnis. Tabiena verb. pœna. n.* 12. *Armilla ibid n.* 8. quæ ſententia omnino tenenda eſt, quia in Statutis Regularibus Rei criminum ſe habent merè paſſiuè, & totum negotium punitionis Iudi-

Quid ſi lex alternatiuè loquatur?

Iudici reſeruatur *Nau. de pœnit. diſtinct. 5. Cap. 1. §. ponat. n. 12.* qui citat *Gloſ. & Dominicum in c. fraternitatis. 34. diſt. gloſ. 5. & Archid. 1. q. 2. in ſum. Panor. & Imolam in c. à crapula. de vita. & ho. Cleric. Panor. item, & Anan. in c. ſicut. de Iudais.*

Si verba legis nec ad Reum, nec ad Iudicem referantur, quis eliget?

Quod ſi quis interroget, ſi, nec ad Iudicem, nec ad Reum verba referantur, ſed dicatur, *vel exulet, vel carceretur*, quis debet eligere?

Reſpondeo, Licet *Bart. in l. 1. §. expilatores ff. de effractor.* ſentiat, optionem permitti Reo, quia odia reſtringenda ſunt, & in mitiorem partem inclinandum eſt; attamen, cum ſit effectus Iudicij, & exercitium iuriſdictionis, quod talis, aut talis pœna imponatur, non video quomodo Reus præualere debeat, & eſſe ſui Iudex. etſi enim Iudex in mitiorem partem inclinare teneatur, tamen conſiderare circumſtantias criminis, omninò ſpectat ad Iudicem.

Quantum ſe extendat arbitrium ſuperioris, ſi illi remittitur punitio.

Ex quibus omnibus concluditur, quod quando in Statutis dicitur; Qui fregerit ieiunium, *ſuffragiorum iure priuandus eſt, Prouincialis arbitratu,* Qui miſsã notabiliter celebrare deſtiterit, *in pane, & aqua ieiunare debet; Prouincialis arbitrio.* Obſcena cum ſcãdalo proferens, puniendus eſt, *etiam cum Pœna carceris, & grauiori, Superiorum arbitratu.* Libellos famoſos fabricans, *ſemeſtri carcere maceretur, vel amplius, Superiorum arbitratu.* Qui ſeculares veſtes induerit ad recitandas comędias, *carcere, priuatione officij, vel ſuffragiorum, à Superioribus eſt puniendus.* Concedens dimiſſorias pro ſuſcipiendis Ordinibus, non ſeruatis ſeruandis, *ſuſpendendus, vel etiam priuandus eſt officio. Superiorum arbitrio.* Tertiò in Fornicationem lapſus *perpetuò ad officia Religionis inhabilis ſit, vel etiam ad triremes mittatur, Superioris arbitrio*, Prælatum vulnerans, *ad triremes mitti, Superiorum arbitrio debet.* Conſpirator *omnibus Ordinis officijs priuatus ſit, Superiorum arbitrio.* Reuelãs confeſſionem puniri debet *perpetua priuatione actuum legitimorũ, facultate audiendi confeſſiones*, carceratione, vel arctatione, *Superioris arbitrio.* Et multa alia his ſimilia, quæ ex Statutis Ordinis, in noſtra Praxi Criminali collegimus, *tit. de Applicat pœn. à fol. 8.* Quando, inquã, ſub his loquendi formis arbitrio Superiorum remittuntur, non eſt intelligendum, quod poſſint Superiores liberè circa pœnas diſponere, ſed attendere debent ſimilia Statuta, & ſacros Canones, conſiderare criminis qualitates, ac perſonarum, & ſecũdum illa rationabiliter ſententiare. Non enim dum dicitur de

ieiu-

ieiunij fractura, *ſuffragiorum iure priuetur, Prouincialis arbitratu*. Poteſt Prouincialis Reum non priuare, quia illi non committitur libera diſpoſitio, priuandi, vel non priuandi, ſed tempus, quo talis priuatio durare debet. Secus eſſet eluſoria Conſtitutio, quia dato, quod Prouincialis illum non priuaret, Reus nullam pœnam ſubiret. cum non detur illi optio aliam pœnam irrogandi. hoc autem eſt contra rationem, quia omnis culpa mortalis pœnam ordinat, eſt enim pœna æſtimatio delicti. *l. ſanctio ff. de pœnis*. & ſupplicium peccati. *Cic. in Piſonem. apud Caiaccium ſupra de pœnis initio*. & Reipublicæ intereſt, ne delicta impunita remaneant. *l. ſi ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. ſi operis C. de pœnis l. ſi longius* §. 1. *ff. de iudicijs l. locatio* §. *quod illicitè ff. de publ. c. vt fama de ſent. excomm.* Solummodò igitur relinquitur arbitrium temporis, vt nimirum, ſi grauiter, frequenter, ſcandaloſè fregerit ieiunium, longiori priuatione præmatur. Quem ſenſum habet ſequens pœna de relinquentibus celebrationem miſſarum. Sic etiam de vulnerante Superiorem localem, ad triremes, quidem mittendus eſt omnino, ſed tempus pœnæ, Superioris arbitrio relinquitur, niſi quis deſipere vellet, & talem ſacrilegum pœna eximere, eò quòd arbitrio Superioris remittatur. Pari ratione diſcurrendũ eſt de Conſpiratoribus. & vniuerſaliter, vbi Statutum determinat vnam pœnam, eamque Prælati arbitrio remittit, declarandum eſt, de ſola duratione pœnæ, non de pœna ipſa, ob prætactam rationẽ. Vt quid enim genus pœnæ decerneret, ſi illam Iudicis arbitrio remittere intendebat? Dum autem ſancitur in obſcenè loquentes, puniendos eſſe, *etiam cum pœna Carceris, & grauiori, Superiorum arbitrio*. arbitrium ſolum eſt circa grauiorem pœnam irrogandã, non circa Carcerem. Inquit enim Statutum, *& ſi in eo genere vitioſus fuerit, itaut ſcandaloſit, etiam Carceris pœna puniatur, & grauiori etiam Superiorum arbitratu*. Vbi ſuppoſitis frequentia actuũ, qua vitioſus dici mereatur, & ſcandalo, non poteſt Prouincialis illum non carcerare, poteſt tamen, eundem non grauius punire, & Carcerem vel contrahere, vel extendere. Similiter de libelli famoſi fabricatore, poteſt Prouincialis eum grauare, vltra ſemeſtrem carcerem, non citrà. Comędias recitantes carcere puniendi ſunt, & circà hoc non poteſt Prælatus arbitrari, niſi circà tempus recluſionis, ſed poterit circà priuationem officiorum Ordinis, vel ſuffragiorum, itaut alterutrum ex iſtis irrogare poſſit. dixi alterutrum, quia tenetur, alteram ſaltem ex his priuationibus

Reipublicæ intereſt reos punire.

K iniun-

iniungere. Cuiuſmodi etiam de reuelante confeſſiones ſacramentales dicendum eſt. Is ſiquidem neceſſariò priuandus eſt actibus legitimis, facultate confeſſiones excipiendi, & inſuper carcerari, vel arctari debet. Et in his duobus ſtat Superioris arbitrium, imponendi ſcilicet vnum ex ipſis quod non extenditur ad omnes ſuperiores pœnas, quas apertè, Statutum infligi decernit. De alternatiuis autem illis, *ſuſpendendus, vel priuandus eſt officio.* in concedente dimiſſorias, &c. & non reſidente. optio apud Iudicem manet; ſicuti de fornicario, vel *deſtituendo ab officijs Ordinis, vel ad triremes damnando*. In quibus etiam caſibus, arbitrium regulari debet à ratione, conſiderando circumſtantias delictorum temporis, loci, perſonæ, publicitatis, ſcandali, &c. aliàs Iudex peccabit mortaliter, & tenebitur ad damna, & intereſſe, reſtitutionẽ famæ, & ſimilia. Si enim cum in reſcriptis dicitur. *Prout vobis videbitur; prout vobis placuerit.* conceditur arbitrium rationi ſubiectum, id eſt, quod ratio dictat, vt eſt textus expreſſus in *l. fideicommiſſum* 2. *ff. de fideicommiſſ. Libert.* & notauit *Gloſſ. in c.* 2. *de corpore vit. in verb. viſum. & Abb. in c. cauſam. de elect.* & dat exemplum *Paulus Carrarienſis in primam regulam iuris. art.* 1. *puncto* 4. *n.* 3. Si quis facultatem liberam habeat confitendi cuicumque voluerit, non poteſt confiteri, niſi approbato ab Ordinario poſt *Conc. Trident. ſeſſ.* 23. *c.* 15. Niſi aliter exprimatur, quia iſta libertas regulari debet per leges. & videndus eſt *Baldus in c. olim nobis. de elect. Gloſſ.* 2. *in c. cum Virum. de regul. Abb. in c.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſionis, & fruct. Innocent. in c. veniens. de renunciat. Graffius de Arbitris in prax. à n.* 1. *Practica Papienſis verb. Summariè* §. 16. *cum additionibus ad verb. liberum arbitrium.* qui omnes declarant regulandas ſecundum leges, & rationem, cõmiſſiones, quæ fiunt ſub his verbis. *Diſcretioni tuæ committimus. Arbitrio tuo, miſericordiæ tuæ. Senſui tuo, &c.* Si, inquam, reſcripta Apoſtolica hunc ſenſum habent, multò magis eundem habere debent Statuta Ordinis. Tandem aduerto, Arbitrium Superioris, non eſſe illius tantum, ſed etiam totius Diffinitorij, quia Cauſæ omnes, & ſententiæ, ac iudicia, ad Diffinitorium ſpectant. vt fuſe probauimus ſupra *cap.* 1. *q.* 2.

Arbitrium à quo regulari debet.

Reſcriptum *prout vobis videbitur vel placuerit*, quid importet.

Quid *diſcretioni tuæ arbitrio tuo miſericordiæ tuæ* cõmitimus?

Arbitrium ſuperioris includit diffinitorium.

Quæſtio ſexta. An in pœnis detur extenſio de caſu in caſum. & An impoſita pro delicto, extendatur ad actum proximum.

In pœnis nõ fit extenſio.

Reſpondeo primò. Vniuerſaliter per famoſum Doctorũ axioma, In pœnis non fieri extenſionem *c. in pœnis c. odia. de regul. iur. in* 6.

c. pœna

*c.pœna de pœnit.diſt.1.Gloſ.ſingul.in Clem.1.de conſanguin.& affinit. Io.de Imola.Io.And.in c.odia, & in c.Conſtitutionem.de regul.iur.in 6. Gemin.in c.ſi poſtquam de elect. in 6.& c. Statutum; eod.Tabiena,Angelus,Silueſter,*qui ad verbum omnia ex Angelo tranſcripſit. *verb.pœna n.* 5. quia pœnæ molliẽdæ ſunt, non exacerbandæ,ideo in eis ſtricta interpretatio facienda eſt *l.interpretatione.ff.de pœnis,l.actum* §.*in pœnalibus ff.de regul.iur.regula in pœnis extra eod.tit.*Verum communis opinio tenet, extẽdi in delictis,quæ Reipublicæ præiudicant.Itaquè publicus fauor communitatis,& Religionis extendit pœnas. cuiuſmodi pœna lata contra homicidas extenderetur in conſulentes,& adiuuantes. Sic etiam lata contra componẽtes libellos famoſos,vel Religionem infamãtes, & ſimilia,quia in his caſibus materia eſt fauorabilis Reipublicæ *l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquiliam,* & conſequenter, non extenduntur odia. quæ ſententia procedit ſaltem in grauioribus delictis, vt firmat *Hoſtienſis in c.fin. de immunitate Eccleſiaſtica;*non autem in leuibus, vt teſtatur *Abbas,ibidem n.9.& in c.inter alia.n.* 23. *eod.* Authores autem, qui ſententiæ ſubſcribunt refert *Viuius opuſ.* 269. *apudcomm. opin. Iur.cit. n.* 110.

Pœnæ molliendæ.

Pœnæ extẽdũtur in delictis reip. nocẽtibus.

Extenditur etiam in correlatiuis, in quibus eadem ratio ſubſiſtit,non autem è contra per text. *in l.fin. C. de reſcind. vend. Abb. in c. ex reſcripto. de locato, & cond. n.*13. cum *Gloſ.* dicente, pœnam impoſitam Conductoribus, non exrendi ad Locatores. & eodem *Abb. in c. ſuper eo. de Vſur.* docente, pœnam inflictam danti ad vſuras, non debet intelligi repetita in accipiente. quia in vtriſquè eſt diuerſa ratio, in illo nimirum peccatum vſuræ, in hoc vexationis redemptio. *Anchar. in Clem.* 1. *de Vſuris. Io de Anan. in c.ſuper eo.eod. Gloſ.in c. debitores de Iur.iur. Bartol. in l. vlt. de i ndic. iud.* At ſi eſſet eadem ratio, vt in vendente frumentum, ne Ciuitas Annonæ caritatem patiatur, quæ in emptore replicaretu, quia tam per vendentem, quàm ementem, Ciuitati incommrodatur. & in hoc caſu, non ſolum extenderetur diſpoſitio ſtatuti, ſed etiam pœna, quod *Abbas in dicto c.ex reſcripto. n.* 14. negauit, ſibi contrarius in *prœm.Decletal.*& certè communis opinio Canoniſtarum, vel ipſo *Panor.* teſtante *in c. quia Clerici de iure patr. & in c. fin. de reſcript.* eſt,quod extenſa conſtitutione pœnali ob identitatem rationis, extenditur etiam, & pœna. *Gemin. in c.* 1. *de tempor. ordin.in* 2. *fall.Bald.in l.libellorum ff. de his,qui,*

Item in Correlatiuis.

Item in idẽtitatem rationis.

Digitized by Google

not. inf. Ludou. Rom. conſ. 20. *&* 129. *apud Auell. ſupra in Panor.* Equidem relatiuorum eadem eſt natura, vnde permiſſum, vel negatum vnum, permittitur, & negatur alterum, etiam in pœnalibus, authores vide apud *Panor. in dicto c. ex reſcripto in additione Ant. Franc.* eſt textus clarus *in l.* 1. *C. de Cupreſſis ex Luco lib.* 11. *fine.* In ea enim puniuntur Emptores Cupreſſuum ex iſtorum in luco Daphnenſi, & additur, *non minore diſpendio, & alio ferendo, qui vendere arbores auſus fuerit quas non licet Emptoribus comparare.* Vt ibidem notauit *Bartol qui in l. legem Iuliam Miſcellam. C. de indicta viduitate.* docet, correctum in vno correlatiuo, corrigi etiam in alio, etiam in materia pœnali. quam doctrinam ſequitur, & pluribus probat *Ioſan in dicta l. legem Iuliam n.* 17. *concluſ.* 2. exemplificans de pœna impoſita Actori, quæ cenſetur etiam impoſita Reo. *gloſ.* 1. *de confeſ. in* 6. *c.* 1. *l. per inter vallum ff. de Iudic. Paulus in c. quia Clerici. de iurepatron.* vbi hanc opinionem dicit eſſe communem. Et de pœna loquente de Marito, extendi ad Vxorem, & in *prima concluſ. Bartol n.*4. lex corrigẽs pœnas in Reo, corrigit etiam in Actore, & *n.* 5. *ex Gemin. in c.* 1. *de tempor. ord. in* 6. quod eò ipſo, quod lex eximit Monacum, quando vendit, eximit etiam Emptorem.

Correctum in vno correlatiuorũ corrigitur in alio.

Loquens de marito extenditur ad vxorem.

Et ex *Imol. in dicto c.* 1. *de temp. ord.* permittens emere ſine ſolutione gabellæ permittit etiam vendere. *& num.* 6. præſcribente Statuto, quod poſt tantum temporis tollatur debitum, præſcribitur etiam, & creditum ex *Baldo in rubr. de reb. credit. & num.* 7. Notarius prohibitus recipere pecuniam, prohibitus eſt, etiam ſi illi vltrò offeratur, *ex Bart. in l. inuitus, ff. de regul. iuris: & num.* 15. *ex Gemin. in c.* 1. *de dolo, & contum. in* 6. quod obtento priuilegio, quòd Reus perſonaliter compareat, debet etiam perſonaliter comparere Actor.

Non exiſtẽte eadẽ ratione in correlatiuis, nõ extenditur pœna.

E contrariò autem, non exiſtente eadem ratione in vtriſq; correlatiuis, non debet fieri extẽſio. Hinc forenſis prohibitus emere immobilia, non eſt prohibitus vendere. *Barth. in l. multum intereſt, ff. de verb. ſignific.* Item Statutum vetans Sororem ſuccedere Fratri, non valet è contra. *Bald. in l. lege* 12. *tabularum C. de legat. hæred.* quia per fratrem bona non exeunt extra familiam, vt in ſorore. Itẽ prohibitio, *c.* 1. *de locat. per Gloſ.* quod hoſpitia alijs locata non conducantur, non afficit Dominos. Item quod licet iniuria facta Vxori cenſeatur facto Viro, non valet è contra, quia Vxor non

debet

Digitized by Google

debet defendere Virum, & pro illo agere, ſicut Vir pro Vxore. *l. 2. ff. de iniurijs; & l. 1. eodem.* Mitto alia, quæ *Iaſon* hoc loco refert.

Cœterum in pœnis non fieri extenſionem de caſu in caſum, patet ex *l. factum cuiquè. § in pœnalibus de regul. iur.* vbi *Decius, Thomas de Thomaſet. in floribus legum regul. 209. & 227. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 51. n. 12. Burg de Pace conſ. 8. n. 2.* etiamſi adſit rationis ſimilitudo, *Ioan. Andr. in regul. odia. de regul. iur. in 6. Dueg. regul. 287. Garc Girond. de priuileg. explicatione n. 546. Corſetus in Singulari verb extenſio n. 1. Tiraquellus de retractu in præfat. n. 62. 63. Farinacc. fragment.* Criminal. *part. 2. lit. E. n. 115. & 117.* & alij multi, quos citat Barboſa *Axiom. 166. n. 3. & 7. & Axiom. 181. n. 9.* Quod autem dicit *Abb. in Clem. 1. de deſcriptis initio* Conſtitutionem pœnalem extendi propter identitatem Rationis etiam non expreſſæ, ſed veriſimiliter, & indubitanter præſumptæ, quia, vt idem replicat in *Clem. cum Romani de elect. n. 8.* taciti, & expreſſi non eſt differentia, vt in *l. cum quid ff. ſi cert. petat: & in regul. fin. de regul. iur in 6. & l. non dubium. C. de legib. ſequens Gloſ. & Io. Andr. Bart. &* alias allegans leges, & quod dicit *Ripa tract. de peſte n. 283.* Statutum pœnale, etiam exorbitans, ex identitate rationis, de ſimili, ad ſimile extendi, vt de hoc eſſe communem opinionem. Cum *Decio conſ. 334. n. 1.* Puto interpretandum eſſe iuxta poſitas regulas, quod ſcilicet extendetur in delictis Reipublicæ nocentibus &c. Quia Statutum loquens in materia pœnali non debet extendi ad alium caſum, vt dicunt *Io. Andr. in c. odia. cit. Angelus, & Caſtr. l. 1. ff. quod quiſq. iur.* Vbi dicit hoc vſu receptum eſſe.

Quomodo in pœnis nõ fit extenſio.

Etiã ſi adſit rationis ſimilitudo.

Taciti & expreſsi non eſt differentia.

Reſpondeo ſecundò. Pœna impoſita delicto, per Statutum, infligi non poteſt, niſi delictum, cum effectu coniunctum ſit. & conatus, non poteſt puniri, niſi lege cautum ſit, aut deuentum ſit ad actum proximum, & tunc non pœna ordinaria, ſed extraordinaria, pro maiori, vel minori approximatione ad actum. Concluſio multos, grauiſſimoſque habet Patronos. *Abb. in c. Conſtitutis de eo, qui mitt. in poſſ* qui citat *cap. cum in cunctis de elect.* iuncto *c. perpetua eod. in 6. & Ioan. Andr. in regul. in pœnis Bartol. in l. diuus de Siccarijs; & in l. 15. qui cum telo C. ad l. Corn. de Siccar.* & addit rationem, quia Statutum ponit pœnam ei, qui commiſit delictum perfectum, ergo non debet intelligi de eo, qui non perfecit, licet voluntatem habuerit perficiendi, quia fictè dicitur

Pœnæ intelligi debent cũ effectu.

citur perfeciſſe, non verè. ſed relinquo aliorum citationes ſufficiat vnus, aut alter pro omnibus *comm. opin. iuris tom. 2. tit. 30. de pœnis n. 169.* apud quas, alij multi *Clarus* §. *vltimo quaſt. 92.* qui ad Satietatem, Authores citat. dicitq. licet ex iure communi, puniatur conatus, & effectus, tamen ex vniuerſaliſſima, ac receptiſſima conſuetudine, non punitur, niſi ſequatur effectus. Excipit tamen atrociſſima delicta, v. g. Læſæ Maieſtatis, oppugnatæ patriæ, Simoniæ, volentis propinare venenum, adde tu, Stupri in Maſculos *Clar. lib. 5.* §. *Sodomia. verſ. quæro nunquid* qui cum Afflicto in mitiorem inclinat, & fuſiſſimè *Viuius opin. 725. Clar.* §. *fornicatio ver. cum Moniali, Vezinus, Bonacoſſa,* Emanuel *Suarez apud comm. opin. iur. tom. 2. tit. 7. n. 150. 151. & 152.* Violationis Monialium, *Clar.* §. *crimen læſa maieſtatis verſ. dubiũ eſt.* Tentatæ necis in Generalem, aut Prouincialem quia Generalis eſt Princeps. Vide *commun. opin. tom. 2. tit. 5. à num. 1.* Ordinis diuiſio, proditio, oppugnatio. & in his, ac ſimilibus caſibus &c. quia vidit, vario modo practicari apud diuerſa Tribunalia, ſentit ipſe, remittendum eſſe iudicio prudentis Iudicis, quia conſideratis circumſtantijs perſonarum, locorum, & temporum, in pœnam ordinariam, vel extraordinariam deſcendat. Conſulit tamen (cui & ipſe ſubſcribo) vt etiam in conatu, & progreſſu ad actus proximos delicto, non irrogetur pœna ordinaria, ſed extraordinaria, pro maiori vel minori approximatione ad delictum. Ratio omniũ eſt, quam docui ex *Abbate*, quia plus debetur delicto iam patrato, quàm conatui. Illud punitur pœna ordinaria, ergo iſtud non debet eadem pœna mulctari.

Quando punitur conatus.

Saltem pœna non ordinaria.

Et in actu nimis proximo.

Dixi maiori, vel minori, quia ſi eſſemus in actu nimis proximo, vt ſi nudus cum nuda in vno, eodemq. lecto reperiretur, ſi oſculans, tangens, accintus ad proximam actus conſummationem, in clauſo cubiculo, cum pulchra muliere, &c. licet *Marcus Blanch. in tract. de indic. ex præſumptione cõmiſſi n. 69. Ioſephus Fontanellus conſ. 97. n. 33. in 2. volum. conſil. Criminal. Decius, & Panor. in c. Præterea. 27. de Teſtib. & c. cum non ab homine. de Iudicijs Angelus tract. de maleſic.* §. *che hai adulterato la mia Donna pag. 75. à n. 41. Petrus Philippus Corneus conſ. 192. n. 11. 12. in 4. volum. Matth. de Matheſil. notabili 119. Roſell inter conſilia Baldi conſ. 445. libr. 2. Grauet. conſ. 205. n. 21. 2. par. conſil. Hippolitus de marſ. repetit. rubrica C. de probat. n. 257* dicant hos actus proximos non probare adulterium, nec puniri poſſe, niſi quoad ſepara-

Adulterium quomodo probetur.

parationem thori, & ad sūmum procedi poſſe ad pœnam pecuniariam, quia adulterium non probatur, niſi Teſtes deponant vidiſſe pudenda ad inuicem innexa,& inſerta. nec ob violentas probationes pœna corporali mortis, poſſe aliquem puniri *l. abſentem. ff. de pœnis; vbi Gloſ. Bart. & alij*, quam opinionem communiorem eſſe affirmat *Gandinus in tractatu de malefic. tit. de præſumption.* Attamen, licet ſuſtineri poſſet in foro, vbi pœna ſanguinis imponenda veniret, in foro tamen regulari, vnde talis pœna exulauit, ſentio cum *Gloſ. in l. quod ait verſ. in rebus. ff. ad l. Iul. de adult.* dicente. *Quod in filia adulterum deprahenderit, non otioſum videtur. In ipſis rebus venereis deprahenſum occidi*. ex cenſione *Vlpiani Labeonis, & Pomponij, & ibi D. Barboſa in l. 2. §. ſi ſimul. eod. cum authoritate c. c. Præterea 27. de Teſtibus. c. ex literis 12. c. 3. loco. 13. de preſumption. Bartol. in l. capite 5. ff. eod. & in l. 3. de furtis. Petro de Barboſ. conſ. 96. volum. 1. crimin. Angelo conſil. 44. n. 15. 16. in matrimonio conſummato vol. 1. Didaco Epit. 4. lib. decret. par. 2. c. 7. 1. tom. Philip. Corneo conſ. 171. volum. 2. Nicolao Bellono in repet. Rub. C. de edend. n. 63. Maſcardo de probat. 1. par. conſil. 59. & ſequent.* Hi omnes tenent adulterium eſſe difficilis probationis, & non poſſe probari niſi per coniecturas, quia eſt actus, de ſui natura multum ſecretus, qui tenebras affectat, ac caliginem, arbitroſq. fugit. Vnde numquam puniretur, nec in Regulari ambigerem eum ad pœnam ordinariam condemnare, ſi ad hos actus proximos deueniſſet, probatum eſſet.

Quæſtio 7. An pœna extendatur ad mandantes, conſulentes, adiuuantes, non impedientes.

Reſpondeo 1. Si in Statuto expreſsè cauetur, vt tali pœna, etiam mandantes, conſulentes, &c. puniantur, nulli dubium eſt, quod ad illos etiam extendatur. quia verbis Statuti ſtandum eſt. *l. is qui nauem. ff. de exercito. l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legib.* 1111. *Angelus de Gambaleonibus conſ.* 51. *apud Zelettum ſupra n. finali. Bald. l. qui cum vno. §. poſt deſertionem. ff. de re militari. Bartol. in l. quoties. ff. de action & obligation. Matth. Philicianus conſ. 24 in. 2. volum. Ziletti n. 7. Alex. Magius conſ. 54. ibidem n. 7. citans l. proſpexit. ff qui, & à quibus.*

Pœna ad mā dantes &c. quando extendatur.

Reſpondeo 2. mandans fieri delictum, tenetur ad pœnam ordinariam, etiamſi de mandante non fiat mentio. eſt magis communis opinio, vt refert *Gandinus in tractatu de tranſact. in fine. Albertinus in 3. par. Statutorum quæſt. 44. n. 15. Carerius in practica fol.*

Mandans tenetur ad pœnam ordinariam.

caſol. 305. *n.* 62. *apud Clar. quæſt.* 81. *verſ. ſed quæro. circa finem.* licet ipſe, præuia conſuetudine, taliter ſtatutum interpretante, ſentiat cum *Bartolo in l. ſed etſi vnius.* §. *ſeruus. n.* 2. *ff. de iniurijs;* & *in l. aut qui aliter. ff. quod* ui, aut clam; quem ſequuntur *Decius, Curtius Iunior, Alex. Auguſtinus ad Angelum, Bolognettus, Boſſius, Iaſon, Plaza, Villalpandus, Taegius,* quos ipſe refert, & *Bulgarin. de Bulgar. conſ.* 78. *n.* 45. 46. *in* 2. *volum. conſil. Crimin. Ziletti.* docentes non eſſe extendendam pœnam ad mandantem, ſi ſtatutum loquatur in perſonam, puta ſi quis occiderit, ſi quis vulnerauerit. quia cum mandans non dicatur propriè facere, ſed interpretatiuè, vt omnes ſcribentes affirmare, dicit *Vincentius Paleo conſ.* 65. *Alexand. lib.* 4. *n. x* 1. non debet puniri ſicuti puniretur, qui propriè facit. Si uerò ſtatutum loquatur in rem, ſeu maleficium, puta pro homicidio ſit pœna mortis, pro fornicatione carcer &c. tunc æquè puniendum eſſe, & operantem, & mandantem. Quæ diſtinctio mihi non placet, quia realiter idem eſt, ſtatuere in rem, ac ſtatuere in perſonam, cum res, niſi per perſonam fieri non poſſit, & idem omnino eſt, pœna homicidij eſt mors, & qui occiderit, moriatur, quia illa in iſtam reſoluitur pœna homicidij eſt mors, ideſt, qui homicidium commiſerit moriatur. & ſic in facti contingentia conſuluit decapitandum eſſe, qui mādauit propinari venenum, etiamſi effectus ſequutus non fuerat *Io. de Lignano conſ.* 20. *volum.* 1. *conſ. Criminal. Zilett. n.* 2. *ex l.* 1. *ff. de extraord. Crimin. Bart. in l. non ſolum.* §. *ſi mandato. ff. de iniurijs.* Quinimo magis puniendus eſt mandans, quàm exequens, quia ille eſt Cauſa principalis, iſte inſtrumentalis, vt de Lenone dicitur, qui magis punitur, quam adulterans, quia corrumpit ſe, & alium per notata à Doct. in *l.* 1. *ſi lenones. C. de Epiſcop.* & *Cler.* & in *c.* 1. & *fin. de raptu Virgin.* Ratio mihi ex dictis vnica eſt, quia mandans eſt cauſa principalis delicti, non minus obligata ad damni reſtitutionem, quam exequens, iuxta ea, quæ de iubente fieri damnum, ſcribentes adnotant. præcipuè *Molina tom.* 3. *diſput.* 729. *n.* 6. *Rebellus* 1. *par. lib.* 2. *quæſt.* 14. *ſectione* 3. *n.* 13. & cum pœna vindicet delictum, ſequitur, quod idem delictum eadem pœna plectatur. Agentes enim, & conſentientes pari pœna puniuntur, vt eſt formatum axioma. *Mantua conſ.* 251. *n.* 24. *lib.* 1. & qui cauſam damni dat. damnum dediſſe videtur. *glos. fin. in c. Preſbyterum de homicid. vbi Abb. n.* 2. *l. Iubemus* §. *œconomus,* vbi *Gloſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. notum* 2. *quæſt.* 1. *c. ſ78. ſſip ſattɔvcn*

& man-

Mandans, interpretatiuè cēſetur facere non propriè.

Mandās qua ratione magis puniēdus ſit.

Agentes, & conſentientes pari pœna puniūtur.

& mandare plus eſt, quàm conſentire, & mirum eſt, quomodo in hac Concluſione hæſitent, qui dicunt conſulentem puniendum eſſe æquali pœna, vt cum multis tenet *Clar. quæſt.* 88. *initio* ſicut etiam conſentientem, de quo ſi per viam authoritatis conſenſit, tenet idem *Clar. quæſt.* 87. *verſ Hæc autem omnia;* puniri debere plus quàm ipſum delinquentē. Cum tamen meo videri plus ſit mandare, quàm conſulere, & conſentire, quia qui mandat antecedenter conſentit, & maiori pondere conſulit, nam efficacius, & durius obligat mandatum, quàm conſilium, *Baldus in l.* 1. *C. de ſer. fugit. colum.* 2. *Corn conſ.* 57. *n.* 6. *volum.* 4. *Angel. Aret. de maleſic. Carrer. in pract. Crimin.* §. *circa n.* 57. *Grammat. volum.* 6. *fin. citati à Riminaldo conſ* 105. *Crimin. vol.* 1. Vide etiam pro noſtra ſententia *Corſetum in Repertorio Abb. verb. mandans. n.* 7. *Bald. conſ.* 103. *in* 2. *volum. n.* 2. *Bartoloz. in conſil. Crimin. conſ.* 70. *n.* 33. *Gloſ. in l. liber homo ff. ad l. aquiliam.*

Plus obligat mandatum quam conſilium.

Ad quam doctrinam parum refert, diſtinctio illa, de Mandatario parato, vel non parato ad committendum ſcelus, etiam ſi mandatum non accepiſſet, vt benè idem *Clar. ſupra initio* adnotauit ex *Iaſone Gloſ.* & alijs multis, quia ex *Bart. in l non ſolum, ff. de iniurijs n.* 19. eadem pœna, indiſtinctè puniendus eſt mandans, qui Mandatarius. Quod tamen nollem ità indiſtinctè accipi, nam ſi conſtet, Mandatarium reſolutè, & infallibiliter commiſſurum delictum, independenter à mandato, non video, quomodo in vim mandati puniri poſſit, quia cum non ſit cauſa delicti, nec delicti pœnam ſubire debet. & communis doctrina Theologorum eſt, declarantium verba illa *Iuſſio, conſilium* &c. non teneri ad reſarciendum damnum, qui mandaſſet, vel conſuluiſſet fieri damnum ei, qui iam paratus erat illud cauſare, nec *iuſſio*, vel *conſilium* aliquid ponderis firmato, patrandi delictum animo, addiderunt. patet ſiquidem manifeſtè ex ratione naturali, quia non punitur, qui delictum non committit, & hoc eſt certum in foro conſcientiæ, nam non eſt irregularis mandans, vel conſulens homicidium, ſi in illud non aliqua ratione influxit *S. Thom.* 22. *quæſt.* 62. *ar.* 7. *& in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 1. *art.* 1. *quæſtiune. vltima.* vbi *Palud. quæſt.* 2. *art.* 3. *S. Anton. par.* 2. *tit.* 1. *c.* 12. §. 12. *Adriā. in* 4. *de reſtitut. dub.* 1. *Sylu. verb reſtitutio* 3. *quæſt.* 6. *dict.* 3. *&* 4. *Nauar c.* 17. *n* 17. *Leſſ lib* 2. *c* 13. *dub.* 2. *n* 6. *Sà verb. reſtitutio n.* 39 contra *Caiet. in* 2. 2. *cit. Med quæſt.* 7. *&* 8. *de reſtit. Sot. lib.* 4. *quæſt.* 7. *art.* 3. *Molin. cit. diſput.* 736.

Mādatarius paratus, & nō paratus.

Mādans homicidium, ſi nō influit, non eſt irregularis.

L n. 5.

n. 5. In foro autem exteriori, eſſet difficilis probationis. & adhuc probari deberet, mandantem cognouiſſe, mandatarij confirmatam voluntatem ad malum, & ſolum cum illo verbis, & materialiter, non formaliter luſiſſe; quia hoc non probato, iam conuictus eſt, habuiſſe animum occidendi per alium, & per ſe non ſtetiſſe, & intrat reſolutio de conatu, & effectu ſupra poſita.

Mandatum tacitum & expreſſum. Notandum eſt etiam, quod cum mandatum puniri debeat, illud duplex eſſe, vel expreſſum, vel tacitum. Expreſſum eſt, quod verbis vel nutibus, vel ſcripto declaratur. Tacitũ autem eſt, quod ex ſignis conijcitur, vt ſi Dominus dicat ſeruo vt Henricus IIII. Rex Britanniæ in morte S. Thomæ *multi comedunt meum panem, & nemo proſpicit meis iniurijs. Non reuertaris in domum, niſi aliquid noui me ſentire facias. Bonus es ad comedendum, non autem ad faciendam vindictam. Vade, volo homines reſolutos, non ignauos, &c.* & puniendum eſſe etiam hoc mandatum tacitũ, probat *Clarus cit. verſ. ſed hic incidenter.* Quinimò ad ratihabitionem trahi doctrinam, probat *regula iuris in 6 Ratihabitionem retrotrahi & mandato, non eſt dubium comparari. l. ſemper, qui non prohibet; & ibi Decius ff eod. ex Palud in 4. diſt. 5. quæſt. 2. art. 3. Sylu. verb. reſtitutio. 3. quæſt. 6. diſt. 2. Angelus verb. furtum. n. 20. Nau. c. 17. n. 133. &* Qui ex tali ratihabitione, reſtitutionis obligationem non reſultare, quia non eſt cauſa damni, cum ad præterita non ſit potentia, ſentiunt, vt *Medina quæſt. 7. de reſtit Rebellus, 1. par. lib. 2. quæſt 4. ſect. 2. Molina ſuprà n. 3. Leſſiu. lib. 2. c. 13. dub. 2. n. 13. Vaſquez de reſtit. c. 9. §. 1. n. 19.* Tenent tamen valere in contractibus, qui ex alterius conſenſu pendent, & in pœnis delictorum, quæ irrogantur ratam habentibus patrationem delicti, ac ſi antea conſenſiſſent. *Gloſ.* communiter recepta, in *l. 1. § deieciſſe ff de vi, & vi armata* & communem cum *Baldo.* dicat *Clar. quæſt 86. §. quæro nunquid* qui putat diſtinguendum, de delictis, quæ fieri ſolent in libidinem, & guſtum operantis, vt adulterium, comeſtio, &c. in his enim non præſumitur conſenſus alterius, niſi fierent in alterius iniuriam. & quæ fieri poſſunt propter vindictam, vt homicidium, incendium, & in his præſumitur, & punitur. Additque doctrinam communem *Gloſ. citat. § deieciſſe. Aretini conſ. 163. n. 3. Gloſ in Clem. 1. de pœnis ver.* Rata. *Colleg. Florent. inter conſilia Curtij cōſ.* 21. *n.* 7. quod ratihabitio includit primò, quod delictum ſit commiſſum nomine meo, & Secũdò, quod ego ſciens nomine meo commiſſum fuiſſe, illud approbo

Ratihabitio retrotrahitur.

Ratihabitio quid includat.

& tan-

& tanquam nomine meo factum ratifico. Altero enim ex his deficiente, non eſt ratihabitio. In dubio autem, quod quis ratum habet aliquod delictum, cenſendum eſt, quod ratum habuerit, tanquam ſuo nomine commiſſum, ex *Saliceto in l. non ideo minus. C. de accuſat.* Vnde ad defenſionem, probare debet, quod nomine ſuo non ſit geſtum.

Addo, in dubio de ratihabitione, non cenſeri ratum habuiſſe, quia in dubijs pro reo tenendum eſt, & arbitrandum, non pro delicto. ex communi &c. nec cenſeri poteſt, niſi expreſsè probetur.

Reſpondeo 3. Conſulentes delictum, eadem pœna corripiendi ſunt, qua delinquentes. Illud conſilium hic intelligo, quo quis alias non peccaturus, perſuadetur efficaciter ad delinquendum, & eſt cauſa efficax delicti, diciquè ſolet doloſum de quo *regula 62. iuris in 6.* ait *Nullus ex conſilio, niſi fraudulentum ſit, obligatur. & conſilij non fraudulenti, nulla eſt obligatio. regula 47. ff. eod.* Dolus autem eſt *machinatio ſtudioſa. l. 1. ff. de dolo malo.* vt contradiſtinguatur à dolo non malo, quia dolus malus eſſentialiter includit voluntatem efficacem nocendi proximo contra rationem, vnde qui doloſè occidit, pœna capitali *l. Corneliæ de Sicarijs tenetur* vt in *l. 15. qui cum telo. C ad l. Corn. de Sicar. & l. 1. §. ſi apud ſeruum. ff. depoſiti*, & ibi *Gloſ.* & ideo in omni delicto præſumitur *c. 1. de præſumpt. l. 1. C. de Sicar. & notat. Gloſ. in l. ſi non conuitij C. de iniurijs Bartol in l. Aurelius. §. idem quæſijt ff. de libr. legat.* Vnde probari non indiget in delictis. *Salycetus in l. 1. C. de Sicar n. 1.* Concluſionem ſic declaratam firmant Doctores, quos plena manu citat, & ſequitur *Clar. quæſt. 88. initio* & eſt communis omnium opinio. Ratio eſt, quia conſulens eſt cauſa delicti, nam ſine tali conſilio, non fuiſſet patratum. Quam extendit idem *Clar.* ad exhortantem, quia *exhortari*, & *conſulere* idem ſunt, niſi quod exortans addit energiam, & conuicto intellectu, mouet voluntatem.

Conſulens eadem pœna punitur & quid ſit hoc conſilium.

Dolus quid, malus & bonus.

Dolus in omni delicto præſumitur.

Verum ſi delinquens aliàs fuiſſet determinatus, vel non ita determinatus ad committendum delictum & propter conſilium, & exhortationem, maiori reſolutione, & pondere motus fuiſſet, vel completè motus, tunc puniendus eſſet, ſecundum menſuram additarum virium, & cauſatum exceſſum. *S. Antonin. par. 2. tit. 1 c. 12. §. 12. Nau. n. 20. Leſſ n. 6. Medina qu eſt. 8. §. ſequitur amplius*, ſupracitati. *Maior. in 4. diſtinct 15. quæſt. 26. Couar.*

regul. peccatum par. 2 §. 12 *fine. Petr. Nau. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 48 *licet* Clarus mox citatus, ſine dicat, *ſi aliàs fuiſſet commiſſurus, non teneri.* cum communi. cum *Alber. in l. ob hæc verba. ff. de his, qui notantur* infamia. ſed declarandus eſt iuxta poſitam doctrinam, de eo, cui nihil addidiſſet conſilium, quippe obfirmatus erat ad delinquendum. In quo obiter aduerto vim conſilij, quod cum mãdans fieri delictũ excuſatur, ſi reuocet mandatum, quia datum fuit nomine, & contemplatione mandantis, & ideo ſufficit reuocatio illius, quæ perueniat ad notitiam mandatarij; in conſiliante non eſt ita, nam poſtquam datum eſt conſilium, & per efficaces rationes perſuaſus eſt operans, non ſufficit dicere, *Reuoco conſilium*, vel ſeriò contrarias rationes adducere, quia ſi conſultus, per iſtas nouas rationes, à perſuaſione iam indita, non remouetur, conſulens eſt in culpa delicti. Ita *Innoc. & Abb in c. ad audientiam. de homicidio Syluester. verb. homicidium* 1. *n.* 11. *& verbo maudatum n.* 5 Nau. c. 27. n. 33. *Molin. tom.* 3. *tractat.* 2. *diſp.* 731 *Gomez reſolut. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 40. *&* 44 *Tolet. lib.* 1. *c.* 85 *Leſſ. loco citato*. Niſi conſilium à ſola conſulentis authoritate penderet, quod reuocatum cenſeri debet, retractato conſilio, cum propriæ culpæ, vel erroris profeſſione.

Si mandans reuocat mã. datum, non tenetur ad pœnam, nõ ita in conſulente.

Adiuuans eadem pœna plectendus.

Reſpondeo 4. Adiuuantes in patratione delicti, eadem pœna plecti debent. Ita communis opinio apud *Clar. quæſt.* 90. cò vel maximè, ſi ante patrationem tractauerint, & deliberauerint; & fundamentum eſt, quia ſunt concauſa delicti, ergo comparticipes pœnæ.

Sed quot modis poteſt quis adiuuare? Reſpondeo comitando, aſſiſtendo, arma præbendo, equos ad fugam parando; domum ad abſconſionem commodando, promittendo auxilium, fauorem pro indemnitate euaſione, &c.

Quid ſi adiuuatit, poſt delictum? Reſpondeo mitius eſt puniendus, quia verè delicti cauſa non fuit, niſi præceſſiſſet delinquendi tractatus.

An pręſtito auxilio poſt delictum, pręſumendus ſit particeps conſilij, & tractatus antecedentis. Reſpondeo affirmatiuè, niſi contrarium probetur, quia non erat illi affinis, amicus, nullum inde emolumentum capiebat, quod auxilium fuerit valde remotum à delicto, vt ſi fugientem, ne in Curiæ poteſtatem veniret, domi ad latitandum excepit, &c.

Sed ſi alter fuiſſet patraturus delictum ſine tali iuuamine, quid iuris?

iuris? Reſpondeo, debet mitius puniri. quia non eſt cauſa totalis delicti.

Si ſola adſiſtentia iuuaſſet, nec aliquid aliud præſtitiſſet? Reſpondeo ſi adſtitiſſet iuxta delinquentē, ex quo ille audacior euaſiſſet, auxilium dediſſe præſumitur, niſi probet contrarium, quod diuidendi cauſa, vel caſu adfuiſſet. hæc omnia cum ſuis iuribus, & authoribus ex *Claro citato*.

Reſpondeo 5. Non prohibentes delictum, tunc tantum eadem pœna puniri debent, cum illis ex officio incumbit cura, & deſēſio, ſeu impedimentum delicti, & poſſunt impedire, & non impediunt. *Abb. in c. fin. de iniur. & damn. dato n. 4. & in c. nouit ille. de iudicijs n. 37. ex c. 1. diſtinct. 25.* dicente *Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum poſſit, non excludit. quia error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur, nec caret Scrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. c. error. diſtinct. 83. Clar. quæſt. 87. ver. dictum. eſt*, tenet cum multis, quos citat, in iure ciuili non eſſe obligationem impediendi delicta, etiam cum quis poſſit. In iure autem Canonico, licet *Plaza* dicat eſſe communem opinionem Canoniſtarum, quod teneatur impedire, ipſe tamen dicit cum *Decio*, contrariam ſententiam eſſe communem. & ideo concludit *Nō puto recedendum eſſe à communi opinione, ſcilicet, quod nunquam quis puniatur, ex eo, quod delictum non prohibuerit, etiamſi potuerit excepto caſu laſæ maieſtatis*. Addit tamen puniri debere, ſi in delictum conſenſit per viam authoritatis, & defenſionis, pluſquā ipſe delinquens, v.g ſi Prælatus diſſimulat in ſua Diœceſi prædicari falſam doctrinam. de Domino Ciuitatis, qui non curat perſequi latrones, & aſſaſſinos. in minoribus autem delictis, dicit eſſe pari pœna puniendos, permittentes, & delinquentes. & ſic noſtrę ſententiæ ſubſcribit. quia licet verum ſit, non eſſe cautum in iure, quod non impedientes puniantur, ſermo eſt de illis, quorum non intereſt ex officio, impedire. ſecus ſi illis incumberet. v.g. Pater reſpectu filij, Tutor reſpectu pupilli, Magiſter reſpectu diſcipuli, Superior reſpectu ſubditi &c. Iſti enim tenentur ex officio impedire damna, & mala. ſi enim Cuſtos, Depoſitarius, &c. permittit incendi, deprædari Domum, cum poſſit, prohibere, quis dubitat teneri de damno? Ideo inter principia reſtitutionis ponūtur. *Mutus, non obſtans*. & eſt communis omnium ſententia. *Andreas Gaillius lib. 2. obſeruat. 64. S. Thom. 2. 2. quæſt 62. art. 7. Adrianus*

Non prohibens delictū quando ſit puniendus.

 in

in 4. de reſtitut. Vbi de concurrentibus cũ fure §. *eſt dubium apud Doctores; Nauar. in c. non inferenda 23. quæſt. 3. & in Manuali c. 14. n. 136. & c. 24. n. 15. & ſequentibus, & lib. 3. conſil. 3. in fine de teſtamentis, & lib. 5. conſ. 7. de iniurijs edit. 2. Molina diſput. 375. fine, Leſſius c. 13. dup. 10. n. 24. P. Nauar. lib. 3. c. 1. n.* 224. tenentur enim omnes iſti, non ſolum ex charitate, ſed etiã ex iuſtitia ad cuſtodiendum, defendendum, & impediendum.

Quæſtio 8. Quia actum eſt in 3. reſponſione de dolo, quæritur, an Statutum inferens pœnam, liget, ſi dolus non interuenerit, &c.

Lata culpa non equiparatur dolo.

Reſpondeo, negatiuè loquendo de delictis, quæ dolo conſumuntur, *Capolla conſ. Crim.* 33. qui dicit communem. Neq. ſufficit lata culpa in criminalibus, quia iſta non æquiparatur dolo, vt communem dicit. *Iaſon l. in actionibus n. 23. & 26. ff. de in litem iurand. Blancus in practica criminali à n. 137. Nunius de los Corregidores in principio; Bermondus de Concubin. n. 71. Dias reg. 540. Claudius in l. 1. n. 33. ff. de leg. Marſil. conſ. 67. n. 40. Clarus quæſt.* 84. *verſ.* 1. Et hanc doctrinam valere non ſolum in pœna mortis, ſed etiam mutilationis, ac cuiuſcumquè pænæ corporalis, affirmãt inter alios. *Clarus citatus, & Gloſ. in l. in actionib. citata, Verb. non etiam ob culpam Marſilius, & alij.*

Delicta quæ ſine dolo cõmittuntur.

Reſpondeo 2. Delicta, quæ in fragilitate, & ignorantia conſiſtunt, vt Lapſus carnis, Iracundia puniri poſſunt, etiam ſi dolus non interueniat. ad intelligentiam declaro melius rationem doli, & culpæ. Culpam enim Legiſtæ, & Canoniſtæ diſtingunnt in latã, leuem, & leuiſsimam, quæ omnes diſtant à culpa Theologica, quã nos diuidimus in mortalem, & venialem, quia nomine culpæ Supradicti intelligunt defectum diligentiæ, quam adhibere ſolent diligentes, diligentiores, diligentiſſimi. & latam vocant, defectum illius diligentiæ, quæ adhiberi ſolet, & debet à perſonis ordinario modo diligentibus, vt eſſet, ſi quis librum relinqueret in foro. Hoc enim nullus diligens faceret. Leuem appellant defectum diligentiæ, quam vſurpare ſolent diligentiores, vt ſi ammittas librum, quia eum in cubiculo, non clauſo reliquiſti. Diligentiores enim ſolent claudere cubiculum. Leuiſſimam tandem nominant defectum diligentiæ, qua vti ſolent diligentiſſimi, vt ſi non in foro, non in cubiculo non obſerato, ſed in cubiculo clauſo repoſueris libros, clauſo inquam, quia putabas eſſe clauſum, cuius experimentum non feciſti, oſtium impellendo, &c. & tunc commiſiſti culpam leuiſſimam, quæ culpæ multoties peccata Theologica

Culpa apud iuriſtas &c. quæ, & quotuplex.

eſſe

eſſe non ſolent, ſed potius defectus memoriæ, & artis.

Itaq. cum dicimus, in contractione pœnarum non ſufficere culpam latam, intendimus pro culpa, defectum naturalem, ſine dolo. Nam nomine doli mali intelligimus fallaciam, calliditatem, machinationem ordinatam ad decipiendum, & fallendum aliquem, cum formali propoſito nocendi, & peccandi *l. 1. §. dolum, malum. ff. de dolo; ex Labeone, Silueſter. verb. culpa n. 2. Nauar. c. 17. n. 177. Molina citat. diſput. 293. Io. Faber. Inſtitut. quibus modis contrahitur obligatio §. Item is cui*, & inter cæteros *Io. Caluinus in lexico verb. dolus ex Briſtionio, Oldrado Prateio*, qui doli ſpecies eſſe dicunt *Calumniam*, ideſt quæ *falſa* crimina intendit. *Prauaricationem*, quæ vera abſcondit: *Tergiuerſationem*, quæ ab accuſatione deſiſtit: *Cauillationem*, quæ falſis diſputationibus imponit, & veris falſa colligit. Soletquè dolus ad aliquod maleficium determinatum influere, v. g. furtum, homicidium, periurium, falſum aliquando producit factum crimino ſum, quod tamen ſpeciali nomine non eſt ſignificatum, & communiter appellatur *Stellionatus*. Titulo de *Criminibus nominatis, & l. 1. ff. Stellionat*.

Dolus malus. Doli ſpecies

Itaq. vt multa paucis complectantur, Dolus malus (detur enim & bonus ideſt ſolertia, cum ægros fallimus, vt curemus, *latrones, hoſtes*, decipimus, & ſtratagemmate eludimus, ſic Salomon veram matrē dolo bono diſcoperuit *3. reg. 3.* & Carolus magnus, Patrem, & filium in furcam agi iuſſit, vt Patrem nocentem, ob filij pieta em, inuenit. vt refert *Andreas de Iſernia in c. 1. de pace tenenda) eſt Ratio vafra decipiens alium. Calliditas, machinatio, fallacia, ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum. l. 1. §. dolum malum. ff. de dolo malo.* in qua diffinitione Calliditas &c. eſt genus, ad fallendum, eſt differentia. *Vlpianus in l. 1. ff. de dolo malo*.

Dolus bonus.

Ex alia parte conſtat apud Theologos, & Philoſophos, ac Iuris peritos, peccatorum radices, non tantum eſſe ex malitia, quæ dolum aliquando importat, ſed etiam ex fragilitate, & ex ignorantia *c. ſicut tribus de pœnit. diſt. 2. 15. q. 1. c. illa cauenda ſunt*: multa citat *Gratianus* ibidem dicens Infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi eſt ignorantia, Carnis infirmitas eſt concupiſcentia. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt, quam Apoſtolus corpus mortis appellat, & *l. idem iuris ff. ad l. Aquilam.* Caius ait *Non videtur iniquum, ſi infirmitas cul-*

Peccatorū radices.

pæ adnumeretur. S. Thomas 1.2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *&* 78. *art.* 1. *& quæſt.* 1. *de malo q.* 3. *art.* 12. *Tabiena verb. peccatum, Ignorãtia, infirmitas, malitia. Angelus verb. malitia Azor. lib.* 4 *c.* 2. *quæſt.* 8. *S Bonauentura in* 4. *diſt.* 22. *art.* 2. *quæſt.* 3. *Nauar. in c. Sciendum n.* 5 *diſt.* 2. *de pœnit. Petrus Sot. par.* 2. *inſtit. Sacerd. de ratione medendi peccatis, lect.* 3. Omnes ex *S. Auguſtino lib.* 3. *de lib. arbit. c.* 13. Cui peccatorum diuiſioni, idem *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 158. *art.* 9. *ad.* 3. Cum *Caiet. Silueſter verb. contemptus. Nauar. c.* 23. *n.* 42. *Vaſquez diſput.* 158. *c.* 4. *n.* 37. *Valent. tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. *Sanchez in morali lib.* 1. *c.* 5. *n.* 8. *Suar. de leg. lib.* 3. *c.* 25. adiungunt contemptum, qui facit, vt non ſeruetur lex, quia illi ſubiectus, quis eſſe nolit ob indignationem, vel quod vilis, & abiecta appareat, cum ſua legiſlatrice poteſtate.

Sine dolo delicta committi poſſunt.

Ex quibus omnibus patet, quam falſa, vel diminuta ſit ſupradicta ſententia, quod delicta puniri non poſſint, in quibus dolus non probetur, vel præſumatur, iuxta quod dicit *Odofredus Benauentanus conſ.* 1. *inter conſil. crim. diuerſ. volum.* 2. *n.* 6. lex poſitiua nihil facit eſſe delictum, niſi ex dolo, & illud principaliter, in puniendo conſiderat. vt *l.* 1. *ff. de abigen. §. penultimo. l. in lege. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & l. ſi quis. ff. ad Sylaniam.* quia hac ratione, nec adulteria, fornicationes, aliaq. peccata carnalia, nec ieiuniorum fractiones, & ſimilia, quæ in fragilitate fundantur, nec blaſphemiæ, iniuriæ, homicidia, furta, rapinæ, &c. quæ ab iracundia ſubita dependent, puniri poterunt. quia in his nullus apparet dolus. & tamen peccata grauiſſima ſunt. Nec video poſſe ſaluari communem iſtam ſententiam, niſi dicamus, Leges, & Authores citatos loqui de illis delictis, in quibus dolus locum habere poteſt, iuxta ſpecies illius ſupra recenſitas. eò vel maximè, cum ex dictis, in legibus ciuilibus peccata ex fragilitate, ignorantia, malitia, & contemptu reperiantur, & puniri mandentur. Vel niſi dolum laxemus, extendamuſquè ad voluntatem peccandi cum cõpleta ſcientia, & affectu tranſgrediendi legem, & non tantum ob fragilitatem, vt cum quis mechatur, non tantum propter veneream delectationem, ſed etiam vt legem tranſgrediatur. Quæ reflexio nec dolum ſapit, nec facile eſſet inuenire, cum (niſi ſit diabolus, vel diabolicus) nullus peccet, vt legem violet, ſed vt ſibi conſulat, motus ab aliquo bonitatis obiecto, vtili, vel delectabili, & neſcio, ſi aliquis reperiatur, qui delectationem de legis tranſ-

Lata doli acceptio.

greſſione

greſſione concipiat, & licet adulterari poſſit cum dolo, decipiendo fœminam, vel maritum, tunc iſtud ſpecificatur à fragilitate ad quam ordinatur. Quidquid ſit, dico punienda eſſe ſcelera, etiã ſi dolum non oleant, prout in Statutis ſancita reperiuntur.

Quæſtio 9. An pœna Statutaria, moderetur pœnas in iure determinatas. itaut ſtandum ſit illis, non iſtis. puta in iure communi decernitur homicidam occidendum eſſe; In Statutis autẽ mittendum eſſe ad triremes. In iure blaſphemus fuſtibus cædi mandatur, pædicones igne abſumi, libellorum fabricatores vltimo ſupplicio plecti, Sacerdotem adulterum, in Monaſterium perpetuò detrudi, &c. In Statutis autem imponitur pœna ieiunij, perpetui carceris, priuationis ſuffragiorum, exilium, fuſtigatio, &c. An ſtandum ſit iuridicis, an ſtatutarijs pœnis?

Qui ſentiant poſſe imponi pœna legis vel ſta ſtatutaria.

Reſpondeo negatiuam ſententiam tenuit *Bartol. in l. 1. nu. 1. ff. de vi bonorum raptor.* & communem appellat *Cynus in l. qui ſepulchra. C. de ſepulchris violat.* vbi & *Angel. & Salicetus, Abbas in c. de cauſis de offic. delegat.* & in facti contingentia ſentijt *Guido de Suzaria conſ. 1. crimin. volum. 1. Ziletti*, probans poſſe Iudicem imponere pœnam maiorem legis, relicta pœna minori Statuti, etiamſi iurauerit obſeruare Statuta. Tum quia in maiori minor continetur, *ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi ſtipulanti mihi, & l. diem proferre §. ſi plures ff. de arbitr. & ſi res pluris eſt, vtique tanti eſt*; *l. cum furti ff. de in litem iurand.* & cùm tutior via in dubijs ſit eligenda *c. habuiſſe diſt. 33. & c. illa de elect.* & tutior ſit maior, quæ minorem comprehendit, maiori ſtandum eſt. Eò vel maximè, cùm pœnæ arbitrio Iudicis demandentur. *l. de ordine in fine, ff. ad municip. & l. 1. ff. ad Turpillian.* quia eſt quæſtio facti. & non licet Iudici minorare pœnam legis, *l. fin. C. ne ſanctum baptiſma iteretur*, Et maximè ſi in Statutis non ſit derogatio legis communis, facta à Principe, ſeu non ſint confirmata à Papa in forma ſpeciali, quia derogare iuri communi, nulli præter Summum Pontificem, licet.

In maiori minor continetur.

Pœnæ Iudicis arbitrio commendãtur.

Pœna Statuti, non legi. eſt attẽdẽda

Attamen cum communiori ſententia tenendum eſt, nimirum, attendendam eſſe pœnam Statuti non legis communis. Ita *Bald. in l. data opera. C. qui accuſat. & l. 2. fin. C. de reb. creditis, & l. qui ſepulchra. fin. C. de ſepulchr. viol.* cum *Saliceto, Maſcard. in pract. crimin. §. quæritur à num. 5.* & ita tenet totus mundus, vt paſſim Doctores affirmant in *c. de cauſis de offic. deleg.* præcipuè *Decius n. 86. Alberic. in tract. Statut. in q. 8. 1. part. Claus quæſt. 85 verſ. debis*

bet etiam, Qui hanc opinionem magis communem, & à conſuetudine approbatam dicit, & fatuum eſſe Iudicem, qui aliam pœnam à Statuto imponeret. citatquè Practicam *Carrerij nu* 14. *Alc. conſ.* 453. *Gandin. in titul. de aliquibus quaſt. nu.*4.*Gramm. conſ.*35.*n.*56. qui omnes hanc ſententiam magis communem aſſerunt. Adde *Burſat. conſ.*94.*num.*4.*lib.*1.*& Hippol. in pract. crimin.* §. *quaritur*. infinitis ad hoc relatis Doctoribus, *Iacobus de Beluiſo in diſput. ſuper l.*1.*C. de requir. reis*; *& Matth. Philitiani conſ.*24. *volum.*2.*nu.*5. vbi allegat *Bald. in l. qui cum vno. ff. de re militari, & Bartol. in l. quoties. ff. de actionibus, & oblig.* & *Modeſtum Polentonum conſ.* 84. *nu.*34. *volum.*2. dicentem, Iudicem non habere arbitrium, vbi Statutum pœnam limitatam ponit, & citat *Baldum in repertorio ſuper Innoc. verb. appellatio*. Ratio concluſionis eſt, quia leges moribus vtentium approbantur, nec à ſpeciali communitatis conſuetudine recedendum eſt, cùm ipſa ſibi proſpexerit media, ad quietem, & tranquillitatem conducentia. & ſuauia arripienda ſunt, ſi ſanitati accōmodatiora reperiantur, vt ſunt, quæ ab ipſa Republica, pro talibus reputantur & cum vtraquè (inquit Clarus) tendat ad vindictam, vna per aliam tollitur. quæ deductio eſt efficax, quando pœnæ eſſent incompaſſibiles, ſecùs minimè.

Ad illud autem, quod adducebatur in oppoſitum, minorem in maiori contineri, verum eſt, ſed, cùm minor ſufficiat, fruſtra ad maiorem recurrimus. & vbi pœnæ molliendæ ſunt, contra rationem itur, cum exaſperantur. Tutior autem, non eſt maior, ſed ſtatutaria. Et arbitrium Iudicis in minorem inclinare debet, niſi delicti qualitas aliud ſuaderet, quia tunc, ſicut poteſt minuere pœnas, ita & augere, vt alibi diximus. Quod autem Regulares præcipuè Minores, ſibi Statuta formare poſſint, & ſecundum illa vindicare delicta, eſt Conſtitutio *Bonifacij VIII. ad augmentum*; alibi à nobis relata. & ſubſequentes confirmationes Statutorum *Alexandri VI. Martini V. Iulij II. & III.* in forma ſpecifica. Nec debēt Regulares dirigi ſecundum leges, quibus ſtudendi, eiſdem eſt adempta facultas, aut iuri communi attendere, quibus ſimplicitas, & deuotio commendantur. Eò vel maximè cùm non ſanciatur contra leges, & iura communia, ſed determinentur pœnæ, nulla facta mētione de illis, quod eſt aliter, non contra decernere.

Punitus pœna commenſurata delicto iterum puniri non poteſt.

Quæſtio 10. An plures pœnæ pro eodem delicto imponi, & an pro eodem, quis pluries, vel à pluribus Iudicibus puniri poſſit.

Reſp. I. Si pœna fuerit commenſurata delicto: & ea quis punitus

ſemel

ſemel fuerit, nec illa multiplicari, nec iſte iterum ab alio puniri poterit; fundamentum habet in lege diuina, dicente Naum 1. *Non conſurgit duplex tribulatio. Deus non iudicabit bis in idipſum.* & in ratione naturali, quam tangit *S. Thom. 2. 2. quaeſt. 99. art. 4. ad 2. & quaeſt. 39. art. 4. ad 3.* quia pœnæ huius vitæ ſunt medicinales, ergo vbi non ſufficit vna, adhiberi debet altera; & qui per vnam eſt correptus adæquatè, altera non indiget; hinc *c. quaſi nos 23. quaeſt. 5. diuinæ, & humanæ leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem perturbantes, à ſæcularibus poteſtatibus comprimantur.* quia nimirum ſola excommunicatio non eſt adæquata pœna ſchiſmaticis, ſed adhuc debent comprimi brachio ſæculari. Quod eſt fundamentum, cur perpeſſa pœna in hac vita, adhuc reſtat aliquid puniendum in altera, quia, vt inquit idem *S. Thom. quaeſt. 2. de malo art. 10 ad 4. Pœnæ, quæ inferuntur à Deo in futura vita, reſpondent grauitati culpæ,* vnde Apoſtolus ad *Rom. 2.* dicit, *Quod iudicium Dei eſt, ſecundum veritatem, in eos, qui talia agunt. quia pœnæ, quæ infliguntur in hac vita, ſiue à Deo, ſiue ab homine, non ſemper reſpondent grauitati culpæ.* Et ſic non debet ſæpius quæri de eodem delicto, nec pluribus legibus, quis reus fieri. *l. Senatus, ff. de legibus. l. an & eodem. ff. de exceptione rei iudicatæ,* quia ſcilicet ſupponitur adæquatè emendatum: Vnde conſtat in iure, pluribus pœnis, & ſæpius quis punri poteſt, quoties minor eſt pœna, & maior potuit imponi, *l. cum ex vno ff. de action. & obligat. & l. qui ſeruum, & l. quoties §. 1. eod. l. 1. & l. ad l. Aquiliam. l. ſi vulnerato, ff. de vi bonor. rapt, & c. attendendum 17. quaeſt. 4. c. & ſi Clerici in fin. de iudicijs,* vbi dicitur. *Sed non debet quemlibet depoſitum, pro ſuis exceſſibus, (cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione conterere) Iudici tradere ſæculari.* quia nimirum fuit per depoſitionem complete punitus. quę loca adfert *Iacobus de Beluiſo vol. 1. conſ. criminal. cōſ. 9. n. 2. & 29.* & vt ſenſit *Martinus de Garratis conſ. 61. vol. 1. cit. n. 15.* Non eſt mirum, ſi vnum delictum plures Iudices habeat *l. 1. C. de ſportulis. Baldus in l. qui furem. ff. de Statut. homin.* & vt ſcripſit *Io. de Riccijs conſ. 27. in 2. volum. Conſil. Crimin. n. 5.* imponere duplicem pœnam in eodem caſu, eſt contra *l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. 11. & l. qui decem. de do. pæle.* Concordantes, ſcilicet, quando pœna non fuerit adæquata, poteſt in iudicium vocari, duplicari autem ſine hoc, minimè. *Clarus quaeſt. 57. ver. dictum eſt.* hanc doctrinam cum *Baldo, Paulo Caſtrenſi,* à Senatu Mediolanenſi, & per multas leges probat, aſſerens, punitum minori pœna, adhuc non poſſe

Cur perpeſſa pœna in hac vita, adhuc in alia punimur.

poſſe amplius puniri, & allegans praxim quotidianam, & rationem, quia Axioma Iuriſtarum, *De eodem delicto ſæpius non eſt quærendum*. Verificatur vtrobiquè. Niſi interceſſiſſet Iudicis fraus, & colluſio, qui voluit minorem pœnam, delicto valde graui imponere. Nam in hoc caſu, ſentit, poſſe Reum iterum accuſari, & puniri, apud Iudices eiuſdem, non diuerſi dominij, puta ſub diuerſis Viſitatoribus, vel Prouincialibus eiuſdem Prouinciæ, diuerſis Generalibus &c. Neq. hic modus procedendi eſſet, *Parem in parem imperium habere*, quia reſpicitur delinquens, qui ſub omnibus Superioribus eſt ſeruus pœnæ. Et licet difficile videatur inter Regulares reperire delicta, quæ in ſolidum puniri poſſint à diuerſis Prouincialibus, & tunc vnus independetur ab alio, poteſt de illo iudicare, etiamſi Cauſa apud aliud Tribunal terminata ſit, iuxta tradita per *Baldum* relatum ab *Aret. in c. de his n. 20. de accuſat. & Iacobum Beluiſum conſ. 9. ſupra citatum*. Quia etſi caſus contingere poteſt, vt Alumnus alicuius Prouinciæ delinquat in Prouincia Romana, & tunc puniri poſſit ab vtroquè Prouinciali. Eò vel maxime, ſi à Romano Prouinciali ſecundum rigorem Statutorum punitus non fuiſſet, & tunc poſſet ſuus Prælatus, per reliquum pœnæ in illum aduertere, iuxta poſitam doctrinam. Attamen, cum Conſenſus Religionis ſit vnus in omnibus Prouincijs, eiſdemquè legibus omnes gubernentur, completè punitum in vna, non poterit iterum puniri in altera. qua de re adeſt Statutum expreſſum. *Titulo de Correption. & pœnis. Prouinciales Miniſtri in hoſpites, & aduenas in ſuis Prouincijs delinquentes, ordinariam iuriſdictionem habeant, eos capiendi, carcerandi, & per determinatas pœnas puniendi, & ſi ab Ordine expulſi, aut ad triremes damnati non fuerint, ad propriam Prouinciam cautè remittantur, cum ſententia, contra eos lata, quam Ordinarius ipſorum, diligenter exequi teneatur. puniendus à Generali, ſi neglexerit*. Quo Statuto vtitur etiam altera Familia *c. 6. de correctione delinquentium* §. 22. Sancitum in *Tolet. ann.* 1583. & antiquiori *Salmant. c. 2.* expreſſèque traditum in *c. 1. 3. q. 6. & c. 1. de raptoribus, & incendiar.* itaquè ceſſat locus præuentionis, vel punitionis inſolidum. Quod Statutum intelligi debet iuxta traditam doctrinam, nimirum, ſi punitio data fuerit, *ſecundum determinatas pœnas*. qui ſi Prouincialis exceſſiſſet modum, non debet Ordinarius ſubditum ſuum punire ſecundum latam ſententiam, ſed poſſet illam moderari. ſicuti poſſet illam augere, ſi alius notabiliter defeciſſet. Quinimo ſi ſententia non verificaretur ex actis, vel non eſſet ſeruata Praxis Criminalis Ordinis, vnde ſententia eſ-

De eodem delicto ſæpius non eſt quærendum.

Par in parē non habet imperium.

Punitus cōpletè in vna Prouincia non debet puniri in alia.

Digitized by Google

ſet nulla, neque poſſet illam executioni mandare. cum ipſe non debeat eſſe Miniſter paſſionis, & ignorantiæ alterius Prouincialis. Quia licet iſte non ſit Delegatus, nec dependens illius, ſed ambo parere debent Capitulo Generali præcipienti, & ſunt ſub eodem Principe, & iuriſdictione (quo caſu admittit executionem Sententiæ alibi latæ, *Clarus quæſt.52.verſ. ſed pone, & quæſt.96.verſ. item quæro.cum Paulo de Caſtro*, qui dicit eſſe communem opinionem.) attamen ex præſcripto Legis municipalis, ſi Sententia eſt iuſta, illã exequi tenetur; ſin minus, nequaquam. & ſi habet, vnde nouum proceſſum formet, poteſt nouum Iudicium inſtituere, & nouam Sententiam ferre.

Dices, ſi in eiſdem Statutis reperiantur pœnæ diuerſæ ſancitæ pro eodem delicto, quam pœnam infligere teneatur Iudex? *Veg. in cap. primo Statutorum num.* . . . . dicitur. *Qui in Miniſtrum Prouincialem, vel Commiſſarium ipſius rebellauerit, vel non obedierit, carceris pœna, & ſuffragiorum priuatione puniatur, Generalis arbitrio*. Capitulo verò ſeptimo, Titulo de Correctionibus, & pœnis num. . . . dicitur. *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat, & carceri mancipetur, ad arbitrium Prouincialis*. Item in primo Capitulo num. . ſancitur, *Qui Generalibus rebellauerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, &c.* & in cap 7.num. . . dicitur, *Qui Commiſſario à Generali miſſo ſe exhibere præſumpſerit, ipſo facto ſit excommunicatus, nec non priuationis perpetuæ officiorum, & inhabilitatis in poſterum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ pœnas, ipſo facto incurrat*. Et ne quis dicat hoc non eſſe Statutum Religionis, ſed ſanctionẽ *Gregorij XIII Quoniam noſtro*. quæ non loquitur de inobedientia, & rebellione in perſonas Generalium, ſed Commiſſariorum ab ijſdem miſſorum ad viſitandas Prouincias; ſubiungo aliud immediatum Statutum. *Quibus omnibus, ac etiam ſemeſtris carceris mancipationi ſubiaceat, qui Miniſtro, vel Commiſſario Generalibus rebellauerit*. Igitur in rebellantem Prouinciali eſt carcer, & priuatio arbitraria Generali, per vnum Statutum. & priuatio triẽnalis per aliud. in rebellantem Generalibus eſt priuatio ſexennalis, per vnum, & perpetua, cum deſtitutione ab officijs, & inhabilitate, ac excommunicatione per aliud. quibus igit[illegible] m eſt?

Pœnæ diuerſæ in Statutis pro eodem delicto.

Reſpondeo Primò [illegible] pœna[illegible] mp[illegible] Iudicis [illegible] P[illegible]

Digitized by Google

dicamus, Iudicem, mitiorem imponere deberet. per l. *interpretatione. ff. de pœnis*. vt allegat *Cynus de Piſtorio conſ.* 14. *in* 1. *volum. Conſil. Criminal. num.* 5.

Pœnæ, quãdo cõtinuari poſſunt, continuandæ ſunt.

Reſpondeo ſecundò, quando in eodem delinquente (maximè ſi delictum enorme, atroxquè fuerit) poſſunt continuari pœnæ diuerſæ, poteſt Iudex omnes illas infligere. Vt eſt in citatis Statutis, augere priuationem ſuffragiorum, extendere tempus carceris, addere priuationi inhabilitatem, &c. Hæc enim non repugnant, nam ſicut Gregorius XIII. omnes has pœnas rebellantibus impoſuit, ita etiam potuit Religio ex ſuo Statuto illas applicare. & ſic in facti contingentia, penſatis qualitatibus inobedientiæ, & rebellionis, poteſt, & debet Iudex priuare rebellem officijs, ſuffragijs, habilitate in perpetuum. in qua pœna includitur ſexennalis, & omnis alia temporaria pœna.

Quod autem dicebatur de rebellante Prouinciali, quod priuari deberet per triennium, & ad arbitrium Generalis, facilem habet interpretationem, tum quia Generalis poteſt arbitrari ad trienniũ: Tum quia, poteſt pœnam extendere, ſi delicti circumſtantiæ illud ſuadeant.

Inſtabis, in Statuto primi Capituli dicitur, *puniatur carceris pœna, & ſuffragiorum priuatione, Generalis arbitrio* cap. verò ſeptimo hoc arbitrium remittitur ipſi Prouinciali, *ſuffragiorum iure triennio careat, & carceri mancipetur, Prouincialis arbitrio.* dabitur ne præuentioni locus?

Generali locus præuentionis datur.

Reſpondeo, debet Generalis præuenire, & rationi conformius erit, ne ipſe Prouincialis ſit Iudex in cauſa propria, vt diximus in Commentario ad hoc Statutum cap. 1. Præterea in priori Statuto priuationis tempus non erat determinatum, cuiuſmodi ad triennium reductum eſt poſtea. & in ſecundo additur de rebellante in Guardianum, ijs verbis. *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit*. & in ordine ad hunc rebellem, datur arbitrium Prouinciali, tanquam Iudici in cauſa alterius, non ſua. Et ſic Statuta concordant, vt rebellio in Prouincialem ſtet iudicio Generalis, rebellio autem in Guardianum iudicetur à Prouinciali. Itaquè illud *carceri mancipetur, arbitrio Prouincialis* tantùm intelligitur de rebelle in Guardianum, non in ſe ipſum.

Huius autem ſecundæ reſponſionis aſſertores habemus. *Benedictum Capram in ſuo tractatu concluſ.* 68 *&* 69. *Clar. qu. eſt.* 82. *ver. Statutum. Abb. in cap. de cauſis nu.* 14. *de offic. deleg. Angelum, & Salice-*

licetum in l. quiſepulchra. C. de Sepulchr. viol. Viuium lib. 1. *opin.* 277. *Soarez ver. pœna n.* 152. 153. 154 *Soccinum Seniorem in c. vt famæ n.* 99. *de ſent. excomm.* & eſt clarus textus *in c. fœlicis* §. *per hoc de pœnis in 6.* vbi Bonifacius Octauus nouas, & grauiſſimas pœnas ſancit contra inſequentes, & interfectores Cardinalium, relictis tamen in ſuo vigore pœnis ciuilibus, vbi *Gloſ.*

Quæſtio XI. An pœnæ aliquando ex qualitate perſonæ minui poſſint: puta quia nobilis eſt, quia doctus, quia in ſua Religione conſpicuus.

Reſpondeo primò. Vniuerſaliter tenendum eſt illud *Amb. lib. de Noe, & arca c.* 4. *Probati Viri genus, virtutis proſapia eſt, quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt. etenimſamilia hominum ſplendore generis nobilitantur, animarum autem gratia clarificatur ſplendore virtutis* de quo & *Chriſoſtomus ho.* 23. *in geneſim* con mētans illud *gen.* 6 *Hæ ſunt generationes Noe. vir iuſtus, &c.* ait *Scriptura aures noſtras impleuit, quaſi genealogiam ipſius narratura &c. relictis tamen omnibus, Noe* (inquit) *vir iuſtus, atquè perfectus Vidiſti admirabilem genealogiam?* & poſt. *quæ enim vtilitas, ex claris probiſquè parentibus originem ducere, te autem bona vita eſſe expertem? aut quod damnum fuerit, ſi parentes, & progenitores fuerint ignobiles, & obſcuri, ipſe autem virtutibus floreas?* Quæ eſt ſententia diuina 1. *reg.* 2. *qui ſpernunt me erunt ignobiles*; Qua licet verum ſit nobilitatem, eſſ. *ius ſanguini immutabile l. ius agnationis. ff de pac. & dignitatem à parentibus delibatā. Bart. in l. fin. C. de ſeru. fugit.* quod per ingreſſum Cleri, & Religionis non ammittitur, vt notat *Lud. Rom. Singular.* 37. incipiente, *Vtrum Nobili*, cuius oppoſitum viſus fuit dixiſſe *Abbas in c. nobilis. de purgat. Can. n.* 5. *& c. Dudum de el. Ɛt. n.* 2 vbi ait, *in Religioſis autem non attenditur nobilitas.* & fauent *c. ſcripſit.* 27. *q.* 2. *cum Gloſ. c. preſens* 20. *quæſt.* 3. *& Fel. in c. cum deputati col.* 1. *verſ. nota quatuor effectus de Iudicijs Lapus alleg.* 100 *Gughel Benedictus in c. & Vxorem n.* 210. quem tamen loquuntur de iure Comitatus, & Ducatus, &c. qui per Religionis ingreſſum perduntur, ait *Zach.* in hunc locum, & *Ant. Franc.* ibidem ſubiungit, non dixiſſe Abbatem quod per ingreſſum Religionis perdatur ius ſanguinis, & nobilitatis, ſed quod inter Religioſos non attenditur nobilitas ſanguinis. & ſi mercatura nobilitatem non tollit, *l. nobiliores C. de commercijs & Mercator. Io. Andr. in c. venerabilis de Prabendis.* Multo minus perditur per Religionem, in qua augetur nobilitas, eo quod Religioſus fit miles

Nobilitas in virtute conſiſtit.

Nobilitas quid.

Nobilitas per ingreſſum religionis nō amittitur.

miles Chriſti, & licet titulatus ammittat ius dominij, Ducatus &c. remanet in eo militia, quæ nobilitat *c. grandi. de Supp. neg. Prælatorum. in 6. c. degradatio de pœnis eod. lib.* & Sanguinis deſcendentia, quæ nũquam ammitti poteſt Quod ſi in Religione ſeruus èuadit, liber, non eſt præſumendum, nobilem perdere iura naturæ: & ſi in Eccleſia nobilitatur quis eò ipſo, quod ſit Clericus, vt notauit *Io. Andr. in c. venerabilis de ſer. non ordinand.* Tria enim inducunt nobilitatem, *Natiuitas*, *Honor*, *Scientia*, aliqui addunt *Diuitias*, quatenus, ſcilicet non impediunt, ſed fouent nobilitatem, quæ paupertate contemnitur, iuxta tradita per *Bart. in l. 1. in repet. C. de dignit. lib. 12.* Sciẽtia enim æquiparatur nobilitati. *Abb. in c. de multa. de Præbẽdis n. 5.* Imo præfertur, *Rom. Singul fol. 32. Cyn. in l. quiſquis C. de poſthumis*, quia ſciẽtia nõ prodeſt ſolũ habẽti, ſed toti Eccleſiæ, quia mundus ſine literis regi non poteſt. *Authen. habita. C. ne ſi pro pag.* & Eccleſia indiget viris Litteratis ad ſui regimẽ *c. cum ex eo. de elect.* & eminens ſcientia præferendus eſt in ſucceſſionibus, nobili genere *Rom ſingular fol. 19.* nam *virtute decet non ſanguine niti*: rationem adfert *Abb. in c. cum cauſam de Præb. num. 4.* quia naſci nobilem, fortis eſt; ſcientem eſſe, virtutis; & adducit inuectiuam Ciceronis contra Saluſtium, *Satius eſt me meis fulgere moribus, quam maiorũ opinione niti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exẽplum. quod enim deſinit in te, incipit in me.* Vnde optimè *Paulus de Caſtro conſ. 108. & 209.* dixit nobilitatem non conſiderari ex progenie, ſed ex virtute, & nobilitatem ſolam eſſe, quæ ornat animam virtutibus, *vt Card in Clem. 1. de ſent. excom. init.* & *c. Venerabilis de Præben. l. 2. §. ſed amplius. ff de execut. tut.* & ibi *Bart.* vbi habetur, quod nobilitas ex ſcientia cauſetur *l. prouidendum C. de poſth.* Tandem, vt innumera prætercam, quæ adducit *Tiraquell de nobilitate*, *Guttierez de primogenitura.* ſuppoſito, quod in Religione remaneat nobilitas ſanguinis, quæ indelebilis eſt, & maximè, ſi fuerit ſcientia, & virtutibus conſpicua (vt veram, & Chriſtianam, ac religioſam nobilitatem complectamur) An in pœnis haberi debeat reſpectus ad iſta, itaut mitius ſit puniendus nobilis, doctus; ac in aliqua profeſſione eminens, quàm cæteri in Religione delinquentes.

Nobilitas ex quibus producitur.

Nobilitati ſcientia cõparatur.

Pro affirmatiua facit. *c. grauem de pœnis* vbi Honorius III. nobilitati deferri præcipit, ibi *volentes tamen nobilitati parcere*. circa excommunicatum Comitem Regiſten, & in excommunicatione per duos annos inſordeſcentem, ac de hæreſi ſuſpectum. Vbi *Abbas*, *Alex. de Neuo*, quibus concordant, *l. nemo C. de Summ. Trinit. &*

ſic

fid. Catholica, in qua ſerui, & ignobiles, plus puniri mandantur, quàm nobiles, & ingenui. & *Gloſ. in c. cum quidam. de iur. iur.* quam communiter receptam dicit *Didacus. lib. 2. reſolut. c. 9 n. 3. & Clar. quæſt. 60. Ver. prodeſt etiam*; dicunt, nobilitatem prodeſſe delinquenti, vt pœna corporali mitius puniantur nobiles, & in dignitate conſtituti, quàm plebei. Vnde nobiles non fuſtigari, non ſuſpendi, non viles pœnas pati, vſu receptum eſt. *Suarez ver. Nobilitas. n. 32. Couar. lib. 2. Variarum. c. 5. n. 3. & 4.* apud quem iura, & Doctores multi. Niſi de proditione agatur. Petrus Caballus in tract. de omni genere homicidij, *n.* 402. & 612. *Marſil. ſingulari* 16. *Arnob. problem.* 71. *Bologn. conſ.* 37. *col.* 6. *Bald. in l. nemo poteſt. initio C. de ſum. Trinit. & fid. Cath.* qui tamen excipit, Niſi pœnæ eſſent determinatæ, quibus pariter puniri deberent nobiles, & ignobiles. *Bald. C. de fid. Inſtr. fin. l.* 2. quod non placet *Couar. lib. 2. Variar. n. 4. verſ. 6. bis*, quia etiam in pœnis determinatis, nobilis eſt mitius puniendus, idq; probat de pœna talionis, quæ accipienda eſt cum diſtinctione perſonarum, ex *Ariſtotele 5. eth. c. 5. & 1. Rhetor.* & ex text. claro *l. 2. C. vt intra certum tempus crimina*. & ex ratione, quia minor pœna, quæ datur nobili eſt maior ſecundum exiſtimationem, eadem, quæ datur ignobili. ſicut etiã minus punitur, peritus inſignis in arte, quàm homines ordinarij, vt eſt communis opinio apud *Clar. ſupra ver. pariter*. In qua quæſtione multa examinat, quæ pœnas vel tollunt, vel minuunt, vt *Aetas*. quia infans, qui non eſt doli capax, non debet puniri, ſicuti & pupillus, niſi ſit proximus pubertati, doli ſit capax, & in committendo deliquerit. & in his etiam circumſtantijs, non poteſt affici pœna capitali, aut membri mutilatione, ac etiam neque tali pœna puniri poterit, poſtquam ad perfectam ætatem perueniſſet, quia pœna non ſeruatur in poſterum, ſed debet decerni in ætate delicti. Senes verò, pœna ordinaria puniendi ſunt, & aliquando mitius, ſi magna eſſet ſenectus. *verſ. ſucceſſiuè quæro*. Excuſat etiam *Furor*, ſi tempore commiſſi criminis adfuiſſet, vel ſi adeſſet poſt delictum, quo caſu aliqua pœna extraordinaria puniendus eſſet, vt multi volunt. *verſ. Item quæro*. ſicuti *Ira*, quæ eſt breuis furor, ſi proueniat ex iuſta cauſa, ſaltem à tanto, ſi non à toto. ideſt à pœna ordinaria. verum ſi probaretur, graui iracundia motum ad aliquod delictum, cum illa rationem lædat, eſſet etiam abſoluendus à pœna ordinaria, *verſ. eſt etiam ira*. ſic etiam *Amor*, qui & ipſe eſt furoris ſpecies, ſi eſſet vehemens, poſſet excu-

Quæ pœnas minuant.

M fare

ſare in parte, & aliquando in totum, prout magis, & minus excederet. *verſ. eſt & amor*. Pariter excuſat *Ebrietas*, quæ ſine deliberatione inducta eſſet non verò ſi data cauſa. ſaltem à pœna ordinaria *verſ Prætereà quæro*. & *Somnus*, in quo poſitus, quis deliquiſſet, ſi ſolitus in hoc delinquere, domum non clauſiſſet &c. ſed puto etiam in hoc caſu à pœna ordinaria abſoluendum, quia non operatur cum electione, & humanè *ver. quæro etiam pone*, & *Ignorantia* etiam iuris, excuſat à dolo, niſi ignorans ex officio ſcire debuiſſet, vt Iudex. vel niſi ſtatutum ignoratum eſſet in iure communi, in quo ignorantia non militat. dicerem excuſare omnem ignorantiam antecedentem, quæ eſt cauſa actus, ſaltem à tanto, ſi non à toto. maximè vbi Conſtitutio ſcientiam requireret, quam omnis ignorantia tollit, *verſ. quæro nunquid.* Excuſat *Vis*, & *Metus*, vt ſi non faciat delictum, occideretur, vel damnum æquale pateretur à Domino imperãte &c. quod eſſet alteri allaturus. quia tunc eſſet, non alium occidere, ſed ſeipſum defendere. *verſ. ſolet dubitari*. circa medium. & *verſ. quæro modo*. Excuſat *Prouocatio*, quia quod facit prouocatus, præſumitur facere ad ſuam defenſionem, ſaltem eſt mitius puniendus. *verſ. Nunc quæro*. In quo gradu reponitur *iuſtus dolor*, vt mariti occidentis Vxorem, in adulterio depræhenſam verſ. *ſed hic quæro*. Valet *meritorum probatio* in Principem, Rempublicam, Religionem. *verſ. vtilis*. ſi ſtante ſtatuto, quod puniatur, qui primus manus violentas iniecerit, & de duobus, ſe percutientibus, neſciatur, quis fuerit primus ad percutiendum, vterquè eſſet abſoluendus vel mitius vtriquè puniendi, ne delicta impunita remaneant. *verſ. Vidi ego*. An autem ratione *amicitiæ* Iudex poſſit temperare pœnam, licet aliqui affirmẽt, id tamen facere non poſſet Iudex inferior, ſed Princeps. & niſi pœna eſſet arbitraria. ordinariè enim legibus ſtare debent Iudices, & non iudicare ſecundum affectus, qui eos punibiles redderent. ver. legitur. ſed de his ſatis.

Nobilitas quomodo non æſtimetur in religione

Ad quæſtionem igitur Reſpondeo 2. licet in Religione, iuxta praxim, nunquam variatam, nobilitas ſanguinis, titulum, & æſtimationem non habeat. ad quam nobiles veniunt, vt ignobiles fiant. ſed magnificat nobilitas virtutum, & meritorum excellentia, quibus ditatos, *equites tabulæ rotundæ* fratres ſimplices, & humiles vocabat ſanctus P. Franciſcus. *Piſa. lib. 2. confor. 6. Vbertin. lib. 5. c. 7* quiquè ad ſui Ordinis perniciem, nomen daturos præuidit, nobiles, & literis tumentes. Vel ex ipſa Synodo diabolica, pro-

pe

pe Aſſiſium coacta, tamen de ijs habendam rationem, ſaltem in modo procedendi, affirmo. adeſt enim *ſtatutum c. 7. n. 30.* prohibens Prouincialibus, & Prouinciarum Viſitatoribus, ne in Patres Ordinis, Prouinciæquè officiorum priuatione, vel notabili punitione, aut confuſione animaduertant, ſine conſilio, & conſenſu maioris patris Patrum Prouinciæ. & cap. 8. titulo de Commiſſarijs Viſitatoribus §. 44. *n.* 20. inhibetur Viſitatoribus, priuare officio Prouinciales ſine conſenſu Patrum, ac Generali prius monito. quibus ratio habetur ad merita, & dignitatem, quæ fratres nobilitant. Nam in moderatione pœnarum, ſentio ſtandum eſſe ſtatutis, quæ inter nobiles, & plebeios diſtinctionem non faciunt, & pœnæ æqualiter in omnes fulminatæ ſunt; nec excipiantur inſignes litterati, eminentes Concionatores, rerum vſu periciſſimi, officijs laudabiliter functi, conſpicuo ſanguine prognati, Quinimo ſolent apud Regulares aggrauare delicta tituli iſti conſpicui quia (vt inquit *S. Gregor. ho. 9. in Ecc. dum creſcũt donationes, creſcunt donorum. & tanto eſſe humilior. atq. ad ſeruiendum Deo promptior. quiſquè debet ex munere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione*, & vt cecinit *Iuuenalis*.

Statuta inter nobiles & plebeios diſcrimen non ponũt

Omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. & ratio eſt in promptu, quià nobilitas debet eſſe incentiuum virtutis, ſcientia, maiorem cognitionem ingerit; Vnde qui cum nobilitate, & ſcientia delinquit, maiori pœna eſt dignus, ſicuti maiori ab altitudine cadit. hinc parcitum eſt multitudini, cum Madiantis peccanti, & in Principes ſæuitũ. *Nu. 25. Tolle cũctos Principes populi, & ſuſp. de eos cõtra ſolem in patibulis*, & ſpecialiter memoratur vltio quã fecit Phinees in vnum qui *ingreſſus fuerat ad ſcortũ Madianitidem. vocabaturque Zambri filius Salũ dux de cognatione Simeon: porro mulier madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi, filia Sur Principis nobiliſſimi madianitarum.* quia vt inquit *S. Petr. Damian. lib. 1. epiſt. 6. Carnales illecebræ in eminentioribus perſonis, acrius ſunt perſequendæ. & Dominus, cum omnis Iſraelitica plebs non diſpari diſcrimine teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit, aduerſus autem ſolos Principes, in furorem ſe dignæ anim aduerſionis erexit. quia reatus adulterij in perſonis clarioribus debet durius vindicari.* Præcipuè ſi nobilitati, & ſcientiæ ſit ſacerdorium copulatum, quia tunc in immenſum aggrauatur delictum. Adſit *S. Amb. lib. de dignit. ſacerdotali c. 3.* dicens *Quod ſumus profeſſione,*

Dignior debet eſſe melior

Nobilitas maximè fedaturob im. pudicitias.

bet etiam, Qui hanc opinionem magis communem, & à conſuetudine approbatam dicit, & fatuum eſſe Iudicem, qui aliam pœnam à Statuto imponeret. citatque Practicam *Carrerij nu* 14. *Alc. conſ.* 453. *Gandin. in titul. de aliquibus quæſt. nu.*4. *Gramm. conſ.*35. *n.*56. qui omnes hanc ſententiam magis communem aſſerunt. Adde *Burſat. conſ.*94. *num.*4. *lib.*1. *& Hippol. in pract. crimin. §. quæritur.* infinitis ad hoc relatis Doctoribus, *Iacobus de Beluiſo in diſput. ſuper l.*1. *C. de requir. reis*; *& Matth. Philitiani conſ.*24. *volum.*2. *nu.*5. vbi allegat *Bald. in l. qui cum vno. ff. de re militari, & Bartol. in l. quoties. ff. de actionibus, & oblig.* & *Modeſtum Polentonum conſ.* 84. *nu.*34. *volum.*2. dicentem, Iudicem non habere arbitrium, vbi Statutum pœnam limitatam ponit, & citat *Baldum in repertorio ſuper Innoc. verb. appellatio*. Ratio concluſionis eſt, quia leges moribus vtentium approbantur, nec à ſpeciali communitatis conſuetudine recedendum eſt, cùm ipſa ſibi proſpexerit media, ad quietem, & tranquillitatem conducentia. & ſuauia arripienda ſunt, ſi ſanitati accõmodatiora reperiantur, vt ſunt, quæ ab ipſa Republica, pro talibus reputantur & cum vtraquè (inquit Clarus) tendat ad vindictam, vna per aliam tollitur. quæ deductio eſt efficax, quando pœnæ eſſent incompaſſibiles, ſecùs minimè.

Ad illud autem, quod adducebatur in oppoſitum, minorem in maiori contineri, verum eſt, ſed, cùm minor ſufficiat, fruſtra ad maiorem recurrimus. & vbi pœnæ molliendæ ſunt, contra rationem itur, cum exaſperantur. Tutior autem, non eſt maior, ſed ſtatutaria. Et arbitrium Iudicis in minorem inclinare debet, niſi delicti qualitas aliud ſuaderet, quia tunc, ſicut poteſt minuere pœnas, ita & augere, vt alibi diximus. Quod autem Regulares præcipuè Minores, ſibi Statuta formare poſſint, & ſecundum illa vindicare delicta, eſt Conſtitutio *Bonifacij VIII. ad augmentum*; alibi à nobis relata. & ſubſequentes confirmationes Statutorum *Alexandri VI. Martini V. Iulij II. & III.* in forma ſpecifica. Nec debēt Regulares dirigi ſecundum leges, quibus ſtudendi, eiſdem eſt adempta facultas, aut iuri communi attendere, quibus ſimplicitas, & deuotio commendantur. Eò vel maximè cùm non ſanciatur contra leges, & iura communia, ſed determinentur pœnæ, nulla facta mẽtione de illis, quod eſt aliter, non contra decernere.

Punitus pœna commenſurata delicto iterum puniri non poteſt.

Quæſtio 10. An plures pœnæ pro eodem delicto imponi, & an pro eodem, quis pluries, vel à pluribus Iudicibus puniri poſſit.

Reſp. I. Si pœna fuerit commenſurata delicto: & ea quis punitus

ſemel

ſemel fuerit, nec illa multiplicari, nec iſte iterum ab alio puniri poterit; fundamentum habet in lege diuina, dicente Naum 1. *Non conſurgit duplex tribulatio. Deus non iudicabit bis in idipſum.* & in ratione naturali, quam tangit *S. Thom. 2.2. quæſt. 99. art. 4. ad 2. & quæſt. 39. art. 4. ad 3.* quia pœnæ huius vitæ ſunt medicinales, ergo vbi non ſufficit vna, adhiberi debet altera; & qui per vnam eſt correptus adæquatè, altera non indiget; hinc *c. quaſi nos 23. quæſt. 5. diuinæ, & humanæ leges ſtatuerunt, vt ab Eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem perturbantes, à ſæcularibus poteſtatibus comprimantur.* quia nimirum ſola excommunicatio non eſt adæquata pœna ſchiſmaticis, ſed adhuc debent comprimi brachio ſæculari. Quod eſt fundamentum, cur perpeſſa pœna in hac vita, adhuc reſtat aliquid puniendum in altera, quia, vt inquit idem *S. Thom. quæſt. 2. de malo art. 10 ad 4. Pœna, quæ inferuntur à Deo in futura vita, reſpondent grauitati culpæ,* vnde Apoſtolus ad *Rom. 2.* dicit, *Quod iudicium Dei eſt, ſecundum veritatem, in eos, qui talia agunt: quia pœnæ, quæ infliguntur in hac vita, ſiue à Deo, ſiue ab homine, non ſemper reſpondent grauitati culpæ.* Et ſic non debet ſæpius quæri de eodem delicto, nec pluribus legibus, quis reus fieri. *l. Senatus, ff. de legibus. l. an & eodem. ff. de exceptione rei iudicatæ,* quia ſcilicet ſupponitur adæquatè emendatum: Vnde conſtat in iure, pluribus pœnis, & ſæpius quis punri poteſt, quoties minor eſt pœna, & maior potuit imponi, *l. cum ex vno ff. de action. & obligat. & l. qui ſeruum, & l. quoties* §. 1. *eod. l. 1. & l. ad l. Aquiliam. l. ſi vulnerato, ff. de vi bonor. rapt, & c. attendendum 17. quæſt. 4. c. & ſi Clerici in fin. de iudicijs,* vbi dicitur. *Sed non debet quemlibet depoſitum, pro ſuis exceſſibus, (cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione contererе) Iudici tradere ſæculari.* quia nimirum fuit per depoſitionem complete punitus. quę loca adfert *Iacobus de Beluiſo vol. 1. conſ. criminal. cõſ. 9. n. 2. & 29.* & vt ſenſit *Martinus de Garratis conſ. 61. vol. 1. cit. n. 15.* Non eſt mirum, ſi vnum delictum plures Iudices habeat *l. 1. C. de ſportulis. Baldus in l. qui furem. ff. de Statut. homin.* & vt ſcripſit *Io. de Riccijs conſ. 27. in 2, volum. Conſil. Crimin. n. 5.* imponere duplicem pœnam in eodem caſu, eſt contra *l. Titia.* §. *qui inuita. ff. de leg. 11.* & *l. qui decem. de do. pąle.* Concordantes, ſcilicet, quando pœna non fuerit adæquata, poteſt in iudicium vocari, duplicari autem ſine hoc, minimè. *Clarus quæſt. 57. ver. dictum eſt.* hanc doctrinam cum *Baldo, Paulo Caſtrenſi,* à Senatu Mediolanenſi, & per multas leges probat, aſſerens, punitum minori pœna, adhuc non

Cur perpeſſa pœna in hac vita, adhuc in alia punimur.

poſſe

poſſe amplius puniri, & allegans praxim quotidianam, & rationem, quia Axioma Iuriſtarum, *De eodem delicto ſæpius non eſt quærendum.* Verificatur vtrobiquè. Niſi interceſſiſſet Iudicis fraus, & colluſio, qui voluit minorem pœnam, delicto valde graui imponere. Nam in hoc caſu, ſentir, poſſe Reum iterum accuſari, & puniri, apud Iudices eiuſdem, non diuerſi dominij, puta ſub diuerſis Viſitatoribus, vel Prouincialibus eiuſdem Prouinciæ, diuerſis Generalibus &c. Neq. hic modus procedendi eſſet, *Parem in parem imperium habere,* quia reſpicitur delinquens, qui ſub omnibus Superioribus eſt ſeruus pœnæ. Et licet difficile videatur inter Regulares reperire delicta, quæ in ſolidum puniri poſſint à diuerſis Prouincialibus, & tunc vnus independetur ab alio, poteſt de illo iudicare, etiamſi Cauſa apud aliud Tribunal terminata ſit, iuxta tradita per ***Baldum*** relatum ab ***Aret. in c. de his n. 20. de accuſat. & Iacobum Beluiſum conſ. 9. ſupra citatum.*** Quia etſi caſus contingere poteſt, vt Alumnus alicuius Prouinciæ delinquat in Prouincia Romana, & tunc puniri poſſit ab vtroquè Prouinciali. Eò vel maxime, ſi à Romano Prouinciali ſecundum rigorem Statutorum punitus non fuiſſet, & tunc poſſet ſuus Prælatus, per reliquum pœnæ in illum aduertere, iuxta poſitam doctrinam. Attamen, cum Conſenſus Religionis ſit vnus in omnibus Prouincijs, eiſdemquè legibus omnes gubernentur, completè punitum in vna, non poterit iterum puniri in altera. qua de re adeſt Statutum expreſſum. ***Titulo de Correption. & pœnis. Prouinciales Miniſtri in hoſpites, & aduenas in ſuis Prouincijs delinquentes, ordinariam iuriſdictionem habeant, eos capiendi, carcerandi, & per determinatas pœnas puniendi, & ſi ab Ordine expulſi, aut ad triremes damnati non fuerint, ad propriam Prouinciam cautè remittantur, cum ſententia, contra eos lata, quam Ordinarius ipſorum, diligenter exequi teneatur. puniendus à Generali, ſi neglexerit.*** Quo Statuto vtitur etiam altera Familia ***c. 6. de correctione delinquentium*** §. 22. Sancitum in ***Tolet. ann.*** 1583. & antiquiori ***Salmant. c. 2.*** expreſſèque traditum in ***c. 1. 32. q. 6. & c. 1. de raptoribus, & incendiar.*** itaquè ceſſat locus præuentionis, vel punitionis inſolidum. Quod Statutum intelligi debet iuxta traditam doctrinam, nimirum, ſi punitio data fuerit, ***ſecundum determinatas pœnas.*** qui ſi Prouincialis exceſſiſſet modum, non debet Ordinarius ſubditum ſuum punire ſecundum latam ſententiam, ſed poſſet illam moderari. ſicuti poſſet illam augere, ſi alius notabiliter defeciſſet. Quinimo ſi ſententia non verificaretur ex actis, vel non eſſet ſeruata Praxis Criminalis Ordinis, vnde ſententia eſ-

ſet

De eodem delicto ſæpius non eſt quærendum.

Par in parē non habet imperium.

Punitus cōpletè in vna Prouincia non debet puniri in alia.

Digitized by Google

ſet nulla, neque poſſet illam executioni mandare. cum ipſe non debeat eſſe Miniſter paſſionis, & ignorantiæ alterius Prouincialis. Quia licet iſte non ſit Delegatus, nec dependens illius, ſed ambo parere debent Capitulo Generali præcipienti, & ſunt ſub eodem Princ pe, & iuriſdictione (quo caſu admittit executionem Sententiæ alibi latæ, *Clarus quaſt.52.verſ ſed pone, & quaſt.96.verſ item quæro.cum Paulo de Caſtro*, qui dicit eſſe communem opinionem) attamen ex præſcripto Legis municipalis, ſi Sententia eſt iuſta, illã exequi tenetur; ſin minus, nequaquam. & ſi habet, vnde nouum proceſſum formet, poteſt nouum Iudicium inſtituere, & nouam Sententiam ferre.

Dices, ſi in eiſdem Statutis reperiantur pœnæ diuerſæ ſancitæ pro eodem delicto, quam pœnam infligere teneatur Iudex? *Veg. in cap. primo Statutorum num.* . . . . dicitur. *Qui in Miniſtrum Prouincialem, vel Commiſſarium ipſius rebellauerit, vel non obedierit, carceris pœna, & ſuffragiorum priuatione puniatur, Generalis arbitrio*. Capitulo verò ſeptimo, Titulo de Correctionibus, & pœnis num. . . . dicitur. *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat, & carceri mancipetur, ad arbitrium Prouincialis*. Item in primo Capitulo num. . ſancitur, *Qui Generalibus rebellauerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, &c.* & in cap.7.num. . . dicitur, *Qui Commiſſario à Generali miſſo ſe exhibere præſumpſerit, ipſo facto ſit excommunicatus, nec non priuationis perpetuæ officiorum, & inhabilitatis in poſterum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ pœnas, ipſo facto incurrat*. Et ne quis dicat hoc non eſſe Statutum Religionis, ſed ſanctionē *Gregorij XIII Quoniam noſtro*. quæ non loquitur de inobedientia, & rebellione in perſonas Generalium, ſed Commiſſariorum ab ijſdem miſſorum ad viſitandas Prouincias; ſubiungo aliud immediatum Statutum. *Quibus omnibus, ac etiam ſemeſtris carceris mancipationi ſubiaceat, qui Miniſtro, vel Commiſſario Generalibus rebellauerit*. Igitur in rebellantem Prouinciali eſt carcer, & priuatio arbitraria Generali, per vnum Statutum. & priuatio triẽnalis per aliud. in rebellantem Generalibus eſt priuatio ſexennalis, per vnum, & perpetua, cum deſtitutione ab officijs, & inhabilitate, ac excommunicatione per aliud. quibus igitur ſtandum eſt?

Pœnæ diuerſæ in Statutis pro eodem delicto.

Reſpondeo Primò ſi pœnæ eſſent incompoſſibiles, tunc arbitrio Iudicis remittuntur. *l 1 §.expilatores .ff.de effract. Dynus in l. in Prouinciali .ff.de noui operis nunciatione*, niſi æquitati inhærentes, dica-

Pœnæ incõpoſſibiles Iudicis arbitrio remittuntur.

dicamus, Iudicem, mitiorem imponere deberet. per l. *interpretatione. ff. de pœnis*. vt allegat *Cynus de Piſtori o conſ.* 14. *in* 1. *volum. Conſil. Criminal. num.* 5.

Pœnæ, quãdo cõtinuari poſſunt, continuandæ ſunt.

Reſpondeo ſecundò, quando in eodem delinquente (maximè ſi delictum enorme, atroxquè fuerit) poſſunt continuari pœnæ diuerſæ, poteſt Iudex omnes illas infligere. Vt eſt in citatis Statutis, augere priuationem ſuffragiorum, extendere tempus carceris, addere priuationi inhabilitatem, &c. Hæc enim non repugnant, nam ſicut Gregorius XIII. omnes has pœnas rebellantibus impoſuit, ita etiam potuit Religio ex ſuo Statuto illas applicare. & ſic in facti contingentia, penſatis qualitatibus inobedientiæ, & rebellionis, poteſt, & debet Iudex priuare rebellem officijs, ſuffragijs, habilitate in perpetuum. in qua pœna includitur ſexennalis, & omnis alia temporaria pœna.

Quod autem dicebatur de rebellante Prouinciali, quod priuari deberet per triennium, & ad arbitrium Generalis, facilem habet interpretationem, tum quia Generalis poteſt arbitrari ad trienniũ: Tum quia, poteſt pœnam extendere, ſi delicti circumſtantiæ illud ſuadeant.

Inſtabis, in Statuto primi Capituli dicitur, *puniatur carceris pœna, & ſuffragiorum priuatione, Generalis arbitrio* cap. verò ſeptimo hoc arbitrium remittitur ipſi Prouinciali, *ſuffragiorum iure triennio careat, & carceri mancipetur, Prouincialis arbitrio.* dabitur ne præuentioni locus?

Generali locus præuentionis datur.

Reſpondeo, debet Generalis præuenire, & rationi conformius erit, ne ipſe Prouincialis ſit Iudex in causa propria, vt diximus in Commentario ad hoc ſtatutum cap. 1. Præterea in priori Statuto priuationis tempus non erat determinatum, cuiuſmodi ad triennium reductum eſt poſtea. & in ſecundo additur de rebellante in Guardianum, ijs verbis. *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit*. & in ordine ad hunc rebellem, datur arbitrium Prouinciali, tanquam Iudici in cauſa alterius, non ſua. Et ſic Statuta concordant, vt rebellio in Prouincialem ſtet iudicio Generalis, rebellio autem in Guardianum iudicetur à Prouinciali. Itaquè illud *carceri mancipetur, arbitrio Prouincialis* tantùm intelligitur de rebelle in Guardianum, non in ſe ipſum.

Huius autem ſecundæ reſponſionis aſſertores habemus. *Benedictum Caoram in ſuo tractatu concluſ.* 68 *&* 69. *Clar qu eſt.* 82. *verſ. Statutum. Abb. in cap. de cauſis. nu.* 14. *de offic. deleg. Angelum, & Salice-*

licetum in l. quiſepulchra. C. de Sepulchr. viol. Viuium lib. 1. opin. 277. Soarez ver. pœna n. 152.153. 154 Soccinum Seniorem in c. vt famæ n. 99. de ſent. excomm. & eſt clarus textus *in c. fœlicis* §. *per hoc de pœnis in 6.* vbi Bonifacius Octauus nouas, & grauiſſimas pœnas ſancit contra inſequentes, & interfectores Cardinalium, relictis tamen in ſuo vigore pœnis ciuilibus, vbi *Gloſ.*

Quæſtio XI. An pœnæ aliquando ex qualitate perſonæ minui poſſint: puta quia nobilis eſt, quia doctus, quia in ſua Religione conſpicuus.

Reſpondeo primò. Vniuerſaliter tenendum eſt illud *Amb. lib. de Noe, & arca c. 4. Probati Viri genus, virtutis proſapia eſt, quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt. etenim ſamiliæ hominum ſplendore generis nobilitantur, animarum autem gratia clarificatur ſplendore virtutis* de quo & *Chriſoſtomus ho. 23. in geneſim* commentans illud *gen. 6. Hæ ſunt generationes Noe. vir iuſtus, &c.* ait *Scriptura aures noſtras impleuit, quaſi genealogiam ipſius narratura &c. relictis tamen omnibus, Noe* (inquit) *vir iuſtus, atquè perfectus Vidiſti admirabilem genealogiam?* & poſt. *quæ enim vtilitas, ex claris probiſquè parentibus originem ducere, te autem bona vita eſſe expertem? aut quod damnum fuerit, ſi parentes, & progenitores fuerint ignobiles, & obſcuri, ipſe autem virtutibus floreas?* Quæ eſt ſententia diuina *1. reg. 2. qui ſpernunt me erunt ignobiles*; Quia licet verum ſit nobilitatem, eſſ. *ius ſanguini immutabile l. ius agnationis. ff de pac. & dignitatem à parentibus delibatã. Bart. in l. fin. C. de ſeru. fugit.* quod per ingreſſum Cleri, & Religionis non ammittitur, vt notat *Lud. Rom. Singular.* 37. incipiente, *Vtrum Nobili*, cuius oppoſitum viſus fuit dixiſſe *Abbas in c. nobilis. de purgat. Can. n. 5. & c. Dudum de el. ct. n. 2* vbi ait, *in Religioſis autem non attenditur nobilitas.* & fauent *c. ſcripſit. 27. q. 2. cum Gloſ. c. præſens 20. quæſt. 3. & Fel. in c. cum deputati col. 1. verſ. nota quatuor effectus de Iudicijs Lapus alleg 100 Guglhel Benedictus in c. & Vxorem n 210* quem tamen locutum de iure Comitatus, & Ducatus, &c. qui per Religionis ingreſſum perduntur, ait *Zach.* in hunc locum, & *Ant. Franc.* ibidem ſubiungit, non dixiſſe Abbatem quod per ingreſſum Religionis perdatur ius ſanguinis, & nobilitatis, ſed quod inter Religioſos non attenditur nobilitas ſanguinis. & ſi mercatura nobilitatem non tollit, *l. nobiliores C. de commercijs & Mercator. Io. Andr. in c. venerabilis de Præbendis.* Multo minus perditur per Religionem, in qua augetur nobilitas, eo quod Religioſus fit

Nobilitas in virtute conſiſtit.

Nobilitas quid.

Nobilitas per ingreſſum religionis nõ amittitur.

miles

miles Chriſti, & licet titulatus ammittat ius dominij, Ducatus &c. remanet in eo militia, quæ nobilitat *c. grandi. de Supp. neg. Prælatorum. in 6. c. degradatio de pœnis eod. lib.* & ſanguinis deſcendentia, quæ nũquam ammitti poteſt Quod ſi in Religione ſeruus euadit, liber, non eſt præſumendum, nobilem perdere iura naturæ: & ſi in Eccleſia nobilitatur quis eò ipſo, quod ſit Clericus, vt notauit *Io. Andr. in c venerabilis de ſer. non ordinand.* Tria enim inducunt nobilitatem, *Natiuitas, Honor, Scientia*, aliqui addunt *Diuitias*, quatenus, ſcilicet non impediunt, ſed fouent nobilitatem, quæ paupertate contemnitur, iuxta tradita per *Bart. in l. 1. in repet. C. de dignit. lib.* 12. Sciẽtia enim æquiparatur nobilitati. *Abb. in c. de multa. de Præbẽdis n.* 5. Imo præfertur, *Rom. Singul fol.* 32. *Cyn. in l quiſquis C. de poſthumis*, quia ſciẽtia nõ prodeſt ſolũ habẽti, ſed toti Eccleſiæ, quia mundus ſine literis regi non poteſt. *Authen habita. C. ne ſi pro pag.* & Eccleſia indiget viris Litteratis ad ſui regimẽ *c cum ex eo. de elect.* & eminens ſcientia præferendus eſt in ſucceſſionibus, nobili genere *Rom ſingular fol.* 19. nam *virtute decet non ſanguine niti*: rationem adfert *Abb. in c. cum cauſam de Præb. num* 4. quia naſci nobilem, fortis eſt; ſcientem eſſe, virtutis; & adducit inuectiuam Ciceronis contra Saluſtium, *Satius eſt me meis fulgere moribus, quam maiorũ opinione niti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exẽplum, quod enim deſinit in te, incipit in me.* Vnde optimè *Paulus de Caſtro conſ* 108. & 209. dixit nobilitatem non conſiderari ex progenie, ſed ex virtute, & nobilitatem ſolam eſſe, quæ ornat animam virtutibus, *vt Card in Clem. 1. de ſent. excom. in it.* & *c. Venerabilis de Præben l 2. §. ſed amplius. ff de execut. tut.* & ibi *Bart.* vbi habetur, quod nobilitas ex ſcientia cauſetur *l prouidendum C. de poſth.* Tandem, vt innumera prætercam, quæ adducit *Tiraquell de nobilitate, Guttierez de primogenitura.* ſuppoſito, quod in Religione remaneat nobilitas ſanguinis, quæ indelebilis eſt, & maximè, ſi fuerit ſcientia, & virtutibus conſpicua (vt veram, & Chriſtianam, ac religioſam nobilitatem complectamur) An in pœnis haberi debeat reſpectus ad iſta, itaut mitius ſit puniendus nobilis, doctus; ac in aliqua profeſſione eminens, quàm cæteri in Religione delinquentes.

Nobilitas ex quibus producitur.

Nobilitati ſcientia cõparatur.

Pro affirmatiua facit. *c grauem de pœnis* vbi Honorius III. nobilitati deferri præcipit, ibi *volentes tamen nobilitati parcere*. circa excommunicatum, Comitem Regiſten, & in excommunicatione per duos annos inſordeſcentem, ac de hæreſi ſuſpectum. Vbi *Abbas, Alex. de Neuo*, quibus concordant, *l. nemo C. de Summ. Trinit.* &

ſic

fid. Catholica, in qua ſerui, & ignobiles, plus puniri mandantur, quàm nobiles, & ingenui. & *Gloſ. in c. cum quidam. de iur. iur.* quam communiter receptam dicit *Didacus. lib. 2. reſolut. c. 9 n. 3. & Ciar. quæſt. 60. Ver. prodeſt etiam*; dicunt, nobilitatem prodeſſe delinquenti, vt pœna corporali mitius puniantur nobiles, & in dignitate conſtituti, quàm plebei. Vnde nobiles non fuſtigari, non ſuſpendi, non viles pœnas pati, vſu receptum eſt. *Suarez ver. Nobilitas. n. 32. Couar. lib. 2. Variarum. c. 5. n. 3. & 4.* apud quem iura, & Doctores multi. Niſi de proditione agatur. Petrus Caballus in tract. de omni genere homicidij, *n.* 402. & 612. *Marſil. ſingulari 16. Arnob. problem. 71. Bologn. conſ. 37. col. 6. Bald. in l. nemo poteſt. initio C. de ſum. Trinit. & fid. Cath.* qui tamen excipit, Niſi pœnæ eſſent determinatæ, quibus pariter puniri deberent nobiles, & ignobiles. *Bald. C. de fid. Inſtr. fin. l. 2.* quod non placet *Couar. lib. 2. Variar. n. 4. verſ. 6. bis*, quia etiam in pœnis determinatis, nobilis eſt mitius puniendus, idq; probat de pœna talionis, quæ accipienda eſt cum diſtinctione perſonarum, ex *Ariſtotele 5. eth. c. 5. & 1. Rhetor.* & ex text. claro *l. 2. C. vt intra certum tempus crimina*. & ex ratione, quia minor pœna, quæ datur nobili eſt maior ſecundum exiſtimationem, eadem, quæ datur ignobili, ſicut etiã minus punitur, peritus inſignis in arte, quàm homines ordinarij, vt eſt communis opinio apud *Clar. ſupra ver. pariter*. In qua quæſtione multa examinat, quæ pœnas vel tollunt, vel minuunt, vt *Aetas*. quia infans, qui non eſt doli capax, non debet puniri, ſicuti & pupillus, niſi ſit proximus pubertati, doli ſit capax, & in committendo deliquerit. & in his etiam circumſtantijs, non poteſt affici pœna capitali, aut membri mutilatione, ac etiam neque tali pœna puniri poterit, poſtquam ad perfectam ætatem perueniſſet, quia pœna non ſeruatur in poſterum, ſed debet decerni in ætate delicti. Senes verò, pœna ordinaria puniendi ſunt, & aliquando mitius, ſi magna eſſet ſenectus. *verſ. ſucceſſiuè quæro.* Excuſat etiam *Furor*, ſi tempore commiſſi criminis adſuiſſet, vel ſi adeſſet poſt delictum, quo caſu aliqua pœna extraordinaria puniendus eſſet, vt multi volunt. *verſ. Item quæro*. ſicuti *Ira*, quæ eſt breuis furor, ſi proueniat ex iuſta cauſa, ſaltem à tanto, ſi non à toto. ideſt à pœna ordinaria. verum ſi probaretur, graui iracundia motum ad aliquod delictum, cum illa rationem lædat, eſſet etiam abſoluendus à pœna ordinaria, *verſ. eſt etiam ira.* ſic etiam *Amor*, qui & ipſe eſt furoris ſpecies, ſi eſſet vehemens, poſſet excu-

Quę pœnas minuant.

M ſare

ſare in parte, & aliquando in totum, prout magis, & minus excederet. *verſ. eſt & amor*. Pariter excuſat *Ebrietas*, quæ ſine deliberatione inducta eſſet non verò ſi data cauſa. ſaltem à pœna ordinaria *verſ Præterea quæro*. & *Somnus*, in quo poſitus, quis deliquiſſet, ſi ſolitus in hoc delinquere, domum non clauſiſſet &c. ſed puto etiam in hoc caſu à pœna ordinaria abſoluendum, quia non operatur cum electione, & humanè *ver. quæro etiam pone*, & *Ignorantia* etiam iuris, excuſat à dolo, niſi ignorans ex officio ſcire debuiſſet, vt Iudex. vel niſi ſtatutum ignoratum eſſet in iure communi, in quo ignorantia non militat. dicerem excuſare omnem ignorantiam antecedentem, quæ eſt cauſa actus, ſaltem à tanto, ſi non à toto. maximè vbi Conſtitutio ſcientiam requireret, quam omnis ignorantia tollit, *verſ. quæro nunquid*. Excuſat *Vis*, & *Metus*, vt ſi non faciat delictum, occideretur, vel damnum æquale pateretur à Domino imperāte &c. quod eſſet alteri allaturus. quia tunc eſſet, non alium occidere, ſed ſeipſum defendere. *verſ. ſolet dubitari*. circa medium. & *verſ. quæro modo*. Excuſat *Prouocatio*, quia quod facit prouocatus, præſumitur facere ad ſuam defenſionem, ſaltem eſt mitius puniendus. *verſ. Nunc quæro*. In quo gradu reponitur *iuſtus dolor*, vt mariti occidentis Vxorem, in adulterio depræhenſam verſ *ſed hic quæro*. Valet *meritorum probatio* in Principem, Rempublicam, Religionem. *verſ. vtilis*. ſi ſtante ſtatuto, quod puniatur, qui primus manus violentas iniecerit, & de duobus, ſe percutientibus, neſciatur, quis fuerit primus ad percutiendum, vterquè eſſet abſoluendus vel mitius vtriquè puniendi, ne delicta impunita remaneant. *verſ. Vidi ego*. An autem ratione *amicitiæ* Iudex poſſit temperare pœnam, licet aliqui affirmēt, id tamen facere non poſſet Iudex inferior, ſed Princeps. & niſi pœna eſſet arbitraria. ordinariè enim legibus ſtare debent Iudices, & non iudicare ſecundum affectus, qui eos punibiles redderent. ver. legitur. ſed de his ſatis.

Nobilitas quomodo non æſtimetur in religione

Ad quæſtionem igitur Reſpondeo 2. licet in Religione, iuxta praxim, nunquam variatam, nobilitas ſanguinis, titulum, & æſtimationem non habeat. ad quam nobiles veniunt, vt ignobiles fiant. ſed magnificat nobilitas virtutum, & meritorum excellentia, quibus ditatos, *equites tabulæ rotundæ* fratres ſimplices, & humiles vocabat ſanctus P. Franciſcus. *Piſa. lib. 2. confor. 6. Vbertin. lib. 5. c. 7* quiquè ad ſui Ordinis perniciem, nomen daturos præuidit, nobiles, & literis tumentes. Vel ex ipſa Synodo diabolica, pro-

pe

pe Aſſiſium coacta, tamen de ijs habendam rationem, ſaltem in modo procedendi, affirmo. adeſt enim *ſtatutum c.* 7. *n.* 30. prohibens Prouincialibus, & Prouinciarum Viſitatoribus, ne in Patres Ordinis, Prouinciæquè officiorum priuatione, vel notabili punitione, aut confuſione animaduertant, ſine conſilio, & conſenſu maioris patris Patrum Prouinciæ. & cap. 8. titulo de Commiſſarijs Viſitatoribus §. 44. *n.* 20. inhibetur Viſitatoribus, priuare officio Prouinciales ſine conſenſu Patrum, ac Generali prius monito. quibus ratio habetur ad merita, & dignitatem, quæ fratres nobilitant. Nam in moderatione pœnarum, ſentio ſtandum eſſe ſtatutis, quæ inter nobiles, & plebeios diſtinctionem non faciunt, & pœnæ æqualiter in omnes fulminatæ ſunt; nec excipiantur inſignes litterati, eminentes Concionatores, rerum vſu peritiſſimi, officijs laudabiliter functi, conſpicuo ſanguine prognati, Quinimo ſolent apud Regulares aggrauare delicta tituli iſti conſpicui quia (vt inquit *S Gregor. ho. 9. in Ecc. dum creſcūt donarationes, creſcunt donorum. & tanto eſſe humilior. atq. ad ſeruiendum Deo promptior. quiſquè debet ex munere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione*, & vt cecinit *Iuuenalis*.

Statuta inter nobiles & plebeios diſcrimen non ponūt

Omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe

Crimen babet, quanto qui peccat maior habetur. & ratio eſt in promptu, quià nobilitas debet eſſe incentiuum virtutis, ſcientia, maiorem cognitionem ingerit; Vnde qui cum nobilitate, & ſcientia delinquit, maiori pœna eſt dignus, ſicuti maiori ab altitudine cadit. hinc parcitum eſt multitudini, cum Madiantis peccanti, & in Principes ſæuitū. *Nu.* 25. *Tolle cūctos Principes populi, & ſuſp. de eos cōtra ſolem in patibulis*, & ſpecialiter memoratur vlrio quā fecit Phinees in vnum qui *ingreſſus fuerat ad ſcortū Madianitidem, vocabaturque Zambri filius Salù dux de cognatione Simeon: porro mulier madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi, filia Sur Principis nobiliſſimi madianitarum*. quia vt inquit *S. Petr. Damian. lib.* 1. *epiſt.* 6. *Carnales illecebræ in eminentioribus perſonis, acrius ſunt perſequendæ*. & *Dominus, cum omnis Iſraelitica plebs non diſpari diſcrimine teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit, aduerſus autem ſolos Principes, in furorem ſe dignæ animaduerſionis erexit. quia reatus adulterij in perſonis clarioribus debet durius vindicari*. Præcipuè ſi nobilitati, & ſcientiæ ſit ſacerdorium copulatum, quia tunc in immenſum aggrauatur delictum. Adſit *S. Amb. lib. de dignit. ſacerdotali c.* 3. dicens *Quod ſumus profeſſione,*

Dignior debet eſſe melior

Nobilitas maximè fedatur ob impudicitias.

Mali ſacerdotes quàm peſſimi.

actione potius, quàm nomine demonſtremus. vt nomẽ congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimẽ immane: ne ſit honor ſublimis, & vita deformis: ne ſit deifica profeſſio, & illicita actio. locutionẽ ſimulemus columbinã & mentẽ habeamus caninam; ne profeſſione mõſtremus ouinã, & ferocitatẽ habeamus lupinã. & mirũ eſt, quod dixerunt *Chriſoſtomus & Euſebius*, ille *ho.3.* in acta. *Non arbitror* (inquit) *inter ſacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multo plures, qui pereant.* iſte *Epiſtola ad Damaſum de morte Hieronymi Ecce mundus vndiquè feruet ſacerdotibus, & tamen tam ſunt rariſſimi ſacerdotes, quod vix de centum vnus reperiatur bonus. Nulla certè in mundo tam crudelis beſtia, quàm malus ſacerdos nã corrigi non patitur, neque veritatem vndique audire poteſt, & vt breuiter dicam, omnes praeminet malitia.* Etenim nil iuuant ſanguinis, & intellectus qualificationes, niſi ad moralitatis normam deſcendant. & multò minus ſi moralitatem euertant. Samuelis filij ad Principatum Patris non ſunt adſciti, quia patris virtutem non ſunt ſequuti. Moiſes non filios, ſed Ioſue ſucceſſorem reliquit, quia Patris virtutum hæredes non fuerunt. Quid filios Samuelis (inquit *Chriſoſtomus ho. 9. in matth.*) neceſſitudo tenuit parentis, cuius non fuerant virtutis hæredes. *Quid etiam Moiſi liberis paternæ profuit cura iuſtitiæ, cuius eius imitatio non ſucceſſit? itaq. nequè ad illos Patris imperium, quaſi ex ſucceſſione defertur, qui illum vocabulo tantum ſignificabant parentem: ſed ad eum Reipublicæ adminiſtratio migrat, qui illius erat filius, virtute non generatione. Vidiſti certè quod non ſuffecerit filijs ad Præfecturam paterna nobilitas. vitia quidem voluntatis* (nota) *vicerunt priuilegia naturæ.* & de Hebręis ſubiungit. *Iudæi quondam filiorum Dei honorẽ gaudebant, ſed decoloratos vitijs, nihil iuuit tanta nobilitas. Si igitur quis Dei filius factus, niſi huic generis meritum virtutis addiderit, maius profectò habebit ſupplicium; Quid mihi iam Auorum, & Proauorum memores dignitates?* Atque in hunc ſenſum etiam Iuriſtæ & Canoniſtæ ſubſcribunt. Dum enim in dicto *c. grauem. de pœnis.* nobilitati parcitur, id tantum in corporalibus arbitrarijs verum eſſe affirmant, non in cauſa fidei, & pecuniarijs pœnis, *Gloſ. in c. non cogantur. diſtinct. 41. Bart. l. pedius. §. Diuus ff. de incendio, ruina, & naufr. Cynus, & Bald. copioſè in l. vlt. C. de ſum. Trinit. & fid. Cath.* quinimò plus puniri debere nobiles, quàm plebeios, affirmant *Archid. c. quicontra. 24. quæſt. 1. Felin. c. Paſtoralis, & c. cum quidam. de iur. iur. Tiraquell. de pœnis temperandis cauſa 31. n. 25.*

Digitized by Google

num. 25. *Simancaſ. tit.* 46. *num.* 68. quia plus exemplo nocent. Vnde *Paulus IV. in Conſtit. Cum ex Apoſtolatus.* grauiſſimas pœnas, in cauſa hæreſis, nobilibus infligi mandat. Sed hæc de pœnis in communi, dicta ſufficiant.

CAPITVLVM III.

De pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, Actuum legitimorum, & Officiorum Ordinis.

Quæſt. I. *Quid nomine priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac Actuum legitimorum intelligatur in Ordine, & in iure communi.*

RESp. I. ex Statutis Gen. *cap.* 7. *num.* 1. *Priuatio iuris Suffragiorum, ſiue vocis actiuæ, & paſſiuæ, eſt inhabilitas ad ferenda, & conſequenda Suffragia. itaut nec eligere, nec eligi ad quodcumque officium Ordinis, ſic priuati poſſint.* & vt nulla remaneat difficultas, declaratur Statutum; *Poteſt tamen ad Sacros Ordines promoueri, & quos habuerit exercere. ſicuti etiam prædicare, legere, confeſſiones audire, item ſuffragari in receptione* Nouitiorum *ad profeſſionem, eorumdem Magiſter, & monialium Confeſſarius eſſe.* De actibus autem legitimis ſic. *Priuatio actuum legitimorum eſt inhabilitatio ad omnia Ordinis officia, quæ cum dignitate, & ſuperioritate coniuncta ſunt, vt miniſteriatus, Diffinitoratus, Guardianatus, poteſt tamen ſacros Ordines exercere, & ad illos promoueri, prædicare item, & legere, ſed ſæcularium confeſſiones audire non poteſt, benè quidem Monialium; Eſſe nouitiorum magiſter, & ad illorum profeſſionem ſuffragia ferre.* De priuationem autem officiorum Ordinis, ſic, *Officiorum Ordinis priuatio eſt inhabilitatio, non ſolum ad omnia prædicta, ſed etiam ad Confeſſionis,*

Priuatio vocis actiuæ & paſſiuæ quid imp[illegible]

Et actuum legitim[illegible]

Et officio[illegible] Ordinis.

prædicationis, lectionis, paternitatis, & Viſitationis munera obeunda. poterit tamen ſacros ordines recipere, ac ſacras eorum functiones exercere, qui ſic priuatus fuerit. Itaq; hæ duæ priuationes in omnibus conueniunt, excepta confeſſione ſæcularium. Vtræquè enim ad officia Ordinis inhabilitant, quæ ſunt ***Miniſteriatus, Diffinitoratus***, & ***Guardianatus***. Nam ſub nomine miniſteriatus intelligitur ***Generalatus***, tam in Miniſtro, quàm in ***Vicario***, quàm in ***Commiſſario*** Generalibus. Omnes ſiquidem iſti eamdē ſortiuntur authoritatem. & Prouincialatus, cum quo eſt ***Vicariatus Prouinciæ***; Sub nomine Diffinitoratus intelligitur etiam ***Cuſtos***, qui eſt primus in Diffinitorio, & his maiores ***Procurator Ordinis***, & ***Commiſſarius Curiæ***, qui ſunt etiam Diffinitores, & Patres in Capitulo generali. Sub nomine Guardianatus, intelliguntur etiam ***Præſidentes***, & ***Vicarij***, qui cum authoritate Guardianis competente Conuentus independenter, & in abſentia eorum gubernant. & ſic patet, has priuationes amplecti, omnia officia Ordinis, deſcripta initio Cap. 8. Statutorum generalium exceptis Commiſſarijs, & Viſitatoribus Prouinciarum, & ad cauſas ſpeciales miſſis, de quibus eſt particularis difficultas. Ex quo infertur mitiorem apud nos eſſe priuationem ſuffragiorum, priuatione actuum legitimorum, quia hæc (vt diximus) ſuperaddit, quod his deſtitutus, ſæcularium confeſſiones, non poſſit excipere. & omnium maior eſt priuatio officiorum Ordinis, qui adimit lecturam, confeſſionem, prædicationem, paternitatem, viſitationem. Cœterum quid nomine officiorum Eccleſiaſticorum accipiendum ſit, diximus in noſtris Commētarijs ad cap. 8. Statutorum, initiò. Ex noſtris enim Sorbus, Souſa, Rodrig. Miranda; horum officiorum notionem deſumpſerunt ***Bonac. diſput. 3. de Largit. munerum puncto 5. n. 2*** & alij, quos citat, & ſequitur ***Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis par. p. c. 28. quæſt. 1.*** qui non contineri ſub nomine officiorum Ordinis Diffinitores, Diſcretos, & Procuratores ad Capitula mittendos cum aliquibus affirmat, ſed concilientur ſententiæ, per ea, quæ infra diffic. 4. dicam.

Officia Ordinis quæ

Porrò priuatio, ſupponit habitum, non tantum in Logicis, & Phiſicis, ex quibus priuatio à negatione diſtinguitur, quia illa eſt carentia formæ in ſubiecto apto, iſta in ſubiecto non apto recipere, & habere illam, vt cæcitas in homine, & in lapide; ſed etiam in iure ***l. decem. ff. de verb. oblig. c. quod verò 32. quæſt. 2.*** vbi ***Gloſ. in verſ. demum. Abbas in c. de inſi-***

Negatio, & Priuatio.

infidelibus de conſanguinitate n. 5. *Iaſon in l. manumiſſiones ff. de. Iuſt. & iure*. Vnde talis pœna ſupponit aptitudinem illius, qui ea puniendus eſt, cuiuſmodi ſunt omnes Fratres, qui ius ad Ordinis officia obtinent.

Quam autem antiqua ſit in Ordine pœna iſta, colligere eſt ex Statutis veteribus, ſed cum aliqua diuerſitate. Nam in Statutis *Farinerijs c.7. verſic. Diſtrictè per obedientiam præcipit*. decernitur. *In priuatione officiorum Ordinis intelligitur priuatio, non ſolum prælationis ſed confeſſionis, prædicationis, lectionis, diffinitionis, viſitationis. & electionis ad Capitulum pro diſcreto. In priuatione verò actuum legitimorum, nolumus, quod intelligatur priuari executio Ordinum, vel teſtificatio in iudicio, niſi ſpecialiter exprimatur*. edita autem fuerunt hæc Statuta in Capitulo generali *Aſſiſij ann.* 1354. *per Guglielmum Farinerium* Generalem. In *Salmanticenſibus cap.7.* quæ ad marginem citantur, reperitur, *Declaramus inſuper, quod in priuatione officiorum Ordinis, intelligitur priuatio, non ſolum prælationis, ſed etiam confeſſionis, prædicationis, lectionis, diffinitionis, viſitationis, & electionis in Diſcretum, ad Capitulum mittendum, non tamen vocis actiuæ in electione eiuſdem. In priuatione autem actuum legitimorum, nolumus, quod intelligatur priuari quis executione Ordinis, ſiue voce actiua, aut lectione, ſiue prædicatione, vel teſtificatione in iudicio, niſi ſpecialiter exprimatur. benè tamen intelligitur priuari confeſſione, ſaltem ſæcularium*. fuerunt autem edita hæc ſtatuta *ann.* 1553. *ſub Iulio III.* quæ id ipſum acceperunt ex ſtatutis *Alexandrinis c.* 7. editis Interamnæ. In generali Capitulo ſub *Alexandro VI. ann.* 1500. dicentibus *In priuatione officiorum Ordinis non ſolum intelligitur priuatio prælationis, ſed etiam prædicationis, confeſſionis, lectionis, viſitationis, diffinitionis, paternitatis, & electionis pro Diſcreto ad Capitulum. In priuatione autem actuum legitimorum non intelligitur executio Ordinum, vel teſtificatio in iudicio, niſi ſpecialiter exprimeretur*. inſerta tandē in Statutis Vrbanis Patrum Conuentualium *ann.* 1628. *cap.* 10. *tit.* 12. *declar.* 2. & 3. *In pœna* (inquiunt) *priuationis officiorum, declaratur, & ordinatur, vt non prælaturæ tantum, ſed prædicationis, confeſſionis, lectionis, viſitationis, paternitatis, diffinitionis, electionis pro Diſcreto, & Cuſtode Cuſtodum priuatio pariter intelligatur; Priuatio actuum legitimorum eſt inhabilitas ad vocem actiuam, & paſſiuam, in quacumquè electione, & diffi-*

Pœnarū antiquitas in Ordine.

finitione Capituli In hac verò priuatione non intelligitur executio, vel teſtificatio in iudicio. & pro noſtra Vltramontana Familia in Statutis *Barcinonenſibus his antiquioribus cap. 6 de correctione* §. 5. *&* 6. factis ſub Eugenio 4., & Nicolao 5 *ann* 1451 & deinde per varia comitia generalia reformatis vſquè ad *ann.* 1618. in *Congregatione generali Segouienſi*, ſic decretum reperitur. *Pœna priuationis officiorum Ordinis ſolum includit inhabilitatem, ne quiſquam poſſit eſſe Prælatus, præſidens, Commiſſarius, Viſitator, Vicarius, vel Confeſſor Monialium. Priuatio verò actuum legitimorum non ſolũ eſt inhabilitatio ad prædicta omnia Ordinis officia, ſed etiam eſt inhabilitatio ad eſſe Diffinitorem, Diſcretum, Cuſtodem, Lectorem, Confeſſorem, & Magiſtrum Nouitiorum, & ad habendam vocem actiuam & paſſiuam in quacumquè electione. Qui verò ſic priuatus eſt, poteſt quorumcumquè Sacrorum Ordinum exercitium exequi, & eſſe Teſtis in iudicio, & ſi non fuerit ordinatus, poterit etiam ſacris ordinibus initiari* Vbi aduertere licet, non fuiſſe factam in antiquioribus mentionem, de priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſed tantum officiorum Ordinis. & actuum legitimorum. ea fortaſſe ratione, quia ius ſuffragij eſt actus legitimus cuiuſcũque Regioſi non impediti.

Priuationes iſtæ in ſacris canonibus reperiũtur.

Reperiri autem in iure priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, actuum legitimorum, & officiorum, manifeſtè probatur, quia licet ſub his terminis non legatur, reperitur tamen multis modis inflicta. Nam excommunicati excommunicatione maiore, voce actiua, & peſſiua deſtituuntur, cum nec eligere, nec eligi poſſint. *c. Poſtulaſtis cum ſeq. de Cleric. excom. c. cum bona. de ætate, & qualitate c cum dilectus. de conſuetudine c. ad probandum de ſent. & re iudic Quo titulo c. ſi celebrat.* decernitur, Excommunicatum excommunicatione minori poſſe eligere, non tamen eligi. *c. cum Vintonienſis. iuncto c. cum in cunctis. de elect.* itaque priuatur voce paſſiua. non actiua, ſicuti ſuſpenſus à beneficio, poteſt in Eccleſia, in qua eſt ſuſpenſus, eligere, non tamen eligi dictis c. c. cum Vintonienſis, & cum in cunctis de elect. Panor. in c. Apoſtolice. de excep. quia ius eligendi adnectitur Ordini. Suſpenſus autem ab officio, neutrum poteſt. *Gloſ. in Clem. cupientes. de pœnis Panor. in c. cum dilectus. de conſuetud.* & eſt text. expreſſus in dicto *c. ſi celebrat.* multò magis ſi ſuſpendatur, vel abſolutè, vel à beneficio, & ab officio, quia tunc nulli dubium eſt, priuari

vtro-

vtroquè ſuffragio *c.* 1. *& 2. de iudic. in 6. & c. benè quidem diſtinct. 96. & c. verum diſtinct.* 93. quia cum inhibeatur illi exercitium Ordinis, & officij (quod ad rem noſtram pertinet) inhibentur illi etiam omnia, quæ ab eo fundamento dependent, *c. cum Paulus* 1. *q.* 1. *Tabiena verb. ſuſpenſio. n.* 4. *&* alij ſummiſtæ, & Canoniſtæ communiter. & paſſim leguntur inualidatæ electiones factæ, à non habentibus vocem actiuam, vt *c. bonæ mem. S. Cremonenſ. de elect.* vbi legitur *Interdicentes ei contradictionis vocē*. & *c. quis quis.* electioni; conſentiens, eligi per abuſum ſæcularis poteſtatis, priuatur voce paſſiua. ibi *electionis commodo careat*, *& ineligibilis fiat* & eligentes ſuſpenduntur ab officio, & beneficio. *& per triennium eligendi poteſtate priuati*. & *c. quia propter* non ſeruantes formas præſcriptas electionis, voce actiua priuantur, *Qui verò contra præſcriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur*. & *c. cum Cumana. Electores hac vice, eligendi poteſtate priuantes* & *c. innotuit*. Illegitimus poteſt poſtulari, non eligi. & ſic paſſim in ſacris canonibus. ex quibus elicimus priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, vel coniunctarum, vel diſtinctarum. Ac inſuper habemus priuationem officiorum Eccleſiaſticorum, ac beneficiorum, vel perpetuò, vel ad tempus, vt Clericus hæreticus, qui ipſo iure eſt beneficio, & officio priuatus. *c. quo iure diſtinct.* 8. *iunct. gloſ.* vbi notant *Prapoſit.*, *Domin. & Compoſtell.* in *c. quod ſicut. de elect. Anchar. conſ.* 288. apud *Felin in c.* 2. *de reſcript. Nicol. milis in repertorio verb. Hæretici*. Diaz in pract. crimin. c. 116. n. 2. cum additione Salſedo in hunc locum, ſicuti Hæreticorum filij, & fautores. *Couar. lib.* 2. *variar. c.* 8. *n.* 4. & alij apud dictum *Salſedo* ſupra; & qui matrimonium contrahunt *Gloſ in c.* 1. *de Cler. coniug. Paulus*, *& Alex. in l. ſi à primo. ff. de liberis, & poſthum. Nau. in c. ſi quando. excep.* 5 *de reſcript. Couar. in* 4. *decret.* 2. *par. c.* 6. §. 3. *n.* 5. Sodomitæ item omni officio, & beneficio priuantur, nedum per Conſtitutionem *Pij V.*, ſed etiam in iure communi, per notata ab *Anton.*, & alijs in *c. niſi cum pridem* §. 1. *de renunciat. in c. vltimo de tempor. ordin.* & alij apud *Adnot. ad Diaz c.* 89. *pag.* 370. ſed in re tam clara non amplius immororor. Quoad actus legitimos habemus regulam 50. *iuris in 6. Actus legitimi conditionem non recipiunt, nequè diem*. qui autem ſint actus legitimi declarat eadem regula, vnde canonica deſumpta eſt. *ff. de diuerſis regul. iuris l.* 7. dicens, *Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel*

Actus legitimi quinã ſint in iure

condi-

Digitized by Google

conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, Serui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis additionem &c. ſed quia hæc ad rem noſtram impertinentes ſunt. ſi quidem acceptilatio eſt, verborum conceptio qua Creditor debitori acceptum fert. ſiue *eſt imaginaria ſolutio. quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, ſi id velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere Quod ego tibi promiſi, habes ne acceptum? & Titius reſpondeat, habeo; Vel tot denarios acceptos habeo? Inſtit. lib. 3. Tit. 30. quibus modis tollitur obligatio* §. 1. vbi *Vulteius n.* 4. *Cuiac. in Paratitlis de acceptilat. n. 5. obſeru. 36.* reliqua clariora ſunt &c. ſed iuuat eiuſdem Cuiaci doctrinam adducere circa actus legitimos legales *lib. 28. qq. Papiniani tit. ad legem 77. de regul. iuris.* Is enim primo refutat diſinitionem illam, *Actus legitimi ſunt, qui iure peraguntur ſolemnibus verbis.* nam, inquit, pleraquè fiunt ſollemnibus verbis, vt ſtipulatio, quæ non ſunt actus legitimi. adducit deinde aliam. Actus legitimus eſt, qui in iure peragitur ſollemni ritu, & iuris ordine, vnde infert, omne genus actus legitimi ſunt legis actiones, quæ in iure peraguntur. & idem ſunt legis actiones. & actus legitimi. ex quo teſtimonij dictio, vocatur actus legitimus. *l. penult. C. de hæred. ſed* largo modo, quia verè teſtificari non eſt actus legitimus, ſicuti nec lictorum executiones quia licet lege agant, dum ſentẽtiam ex Iudicis imperio exequuntur. Tamen, quia non comprehenduntur in quinque actibus in l. numeratis, non ſunt actus legitimi. quibus addere alios non audet, ſicuti faciunt alij, qui adijciunt *vſurpationem*, & *Dationem Procuratoris, ſtipulationem teſtamenti*, ac vniuerſaliter omnem contractum, qui eſt ſtipulationis concluſio. *Iuſiurandum, Vadimonium*, ideſt promiſſionem factam ſiſtendi in iudicio, *ſatiſdationem comperendinationem* ex iure veteri, ideſt denunciationem factam vtriſquè litigatoribus ad inuicem in perendinum diem, id eſt, intra triduum ex *Briſſonio*. Tandem addit *ſollemnitate verborum* hodie non eſſe neceſſariam, cum omnia extra ordinem agãtur. Hæc adnotaſſe iuuabit, ad cognoſcendum quomodo apud nos dilatari, vel reſtringi poſſint actus legitimi, ſi id accidit in legibus, & earumdem expoſitoribus, ex quibus omnibus affero doctrinam Angeli ver. *Actus legitimi* (inquit) *legitimus eſt, qui obuenit, vel firmatur à lege. l. lege obuenire*; quæ eſt 130. *ff. de verbo. ſignific. vt emancipatio, acceptilatio &c. ſecundum verò Ordinem* mino-

Accepti latio quid

minorum, eſt regere, prædicare, confeſſionem audire, legere, viſitare, diffinire, eligere, eligi, accuſare, teſtificari, & ad Ordines promoueri, qui omnes intelliguntur ſolùm, nomine actuum legitimorum, & non alij. potuiſſet addere, *Ordines exercere, neceſſaria à Superiore exigere, alios tueri in defenſionibus, ſui gradus exceptiones expetere, in Capitulo ſuam Sententiam aperire*, & his ſimilia, quia non minus iſta per noſtras Leges nobis adueniunt, & firmantur, quàm illa, ſed quia iſti actus creſcunt, & decreſcunt in priuationibus, non ad apices iuris, ſed pro Capitulorum generalium arbitrio, ideò non eſt circa hoc nimis immorandum, ſed ſtandum eſſe, Statutorum generalium editioni cenſeo. Actus legitimi in religione.

QVAEST. II. An rationi, & iuri ſupradicta priuationum notiones reſpondeant. Et prima difficultas eſt, an priuatus voce actiua, & paſſiua poſſit eſſe Vicarius Conuentus; Et pro parte affirmatiua eſt clara, quia hoc iure priuatus, non poteſt eligi ad quodcumq. officium Ordinis. & cap. 8. *initio, inter officia Ordinis numerantur* Guardiani, Præſidentes, Vicarij; *igitur*.

Reſpondeo, diſtinguendo de Vicarijs, vt in noſtris Commentarijs dictum eſt, ex *Rod. to 3. q. 76. art. 1.* aut enim ſunt Vicarij, qui in abſentia Guardianorum iuriſdictionem exercent, quiquè nomine etiam Præſidentis aliquando veniunt: Vel in Diffinitorio eliguntur, ac gubernant, non authoritate Guardianorum, ſed Capituli, & tunc dico, priuatos iure ſuffragiorum, non poſſe in Vicarios, nec eligi, nec inſtitui, quia, vt citauimus, hic Vicariatus eſt officium Ordinis, & paſſiuam capacitatem ſupponit, qua poſſit in tale munus eligi, quo à Statuto priuatus exiſtit. Vel inſtituuntur Vicarij à Guardianis, in quorum abſentia, per aliquod breue tempus, regunt Conuentus, & tunc dico, poſſe ad tale munus aſſumi, ex duplici ratione, tum quia hoc non eſt officium Priuatus voce actiua, & paſſiua, an poſſit eſſe Vicarius Conuentus

ficium Ordinis, rigoroſè ſumptum. Tum quia non eligitur, & ſic vocem paſſiuam non ſupponit. Vnde tales, ex eodem *Rodriguez* non habent iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatã à Guardianis, qui poſſunt, & aliquando ſolent, delegationem limitare, v. g. vt non poſſint Fratres extra Conuentus mittere, non aſcultare culpas, non ſalutares pœnitentias iniungere, &c. & ſic eſt delegatio tumultuaria, non à iure, vel à Statuto. quod non poſſent facere Guardiani, ſi tales Vicarij à Capitulo inſtituerentur. quia qui tribuunt Guardiano authoritatem ſuo Officio competentem tribuunt etiam Vicarijs facultatem illis commenſuratam. Vnde poſſet quidem Guardianus aliqua præcipere, maioris conſiderationis, quæ Vicarius, etiam in ſua abſentia obſeruare teneretur, vt per Statutum Reformatum *cap.* 8. *num.* 61. præcipitur, cuiuſmodi eſſet, ne bona Conuentus diſtraherentur, ne circa diſciplinam regularem committeretur exceſſus, & omnia alia, quæ ad candorem Ordinis cederent, non poſſet tamen impedire, ne quotidianos defectus emendaret, ne Fratres, iuxta incidentes difficultates, extra Conuentum mitteret, &c. quia licèt Vicarius ſit ille, qui gerit vices alterius, iuxta tit. *C. de officio eius, qui gerit; &c. l.* 2. & conſequenter ad alterius voluntatem regulari debet; tamen, quia à Capitulo inſtituuntur, vt in abſentia Guardianorum, eorumdem vices gerant, tantam authoritatem habent, quantam ipſimet Guardiani. *Compend. Priuil. de Vicarijs*, §. 5. & ſic patet, quod nam ex his, ſit officium Ordinis nec ne. In quem ſenſum interpretandum eſt Statutum Vltramontanum ſupra relatum, quo priuatus officijs Ordinis nō poteſt eſſe *Vicarius, uel Confeſſarius Monialium*. Loquitur enim de Vicarijs electis in Diffinitorio, & de ijs qui Monialium confeſſiones excipiunt, qui apud Hiſpanos Vicarij Monialium appellantur, eliguntur què in Diffinitorio, ſicuti ipſimet Guardiani, & de ipſis habetur maxima ratio, quippè qui ſunt Prælati Monialium, & ſuorum ſociorum, maximè, ſi non in Conuentibus Fratrum, ſed apud Moniales hoſpitantur. De quibus in iiſdem *Vltramontanis Statuti cap.* 5. §. 1. *verſu Caueant Confeſſores*. & ſequenti. non autem de Vicarijs à Guardianis inſtitutis. *Ex hoc oritur*.

Vicarius in abſentia Superioris localis tenetur illius mandata ſeruare.

Se-

Digitized by Google

Secunda Difficultas, An Confeſſarius Monialium ſit Officium Ordinis.

Reſpondeo ex noſtro Statuto, negatiuè quia, priuatus voce actiua, & paſſiua, eſt inhabilis ad officia Ordinis, ſed tamẽ poteſt eſſe. *Confeſſarius Monialium*. Item priuatus actibus legitimis, redditur incapax omnium officiorum Ordinis, cum ſuperioritate, & iuriſdictione coniunctorum, tamen admittitur ad Confeſſoratum Monialium. Ex Vltramontano autem, priuatus officijs Ordinis, non poteſt eſſe Vicarius ſeu Confeſſarius Monialium, ergo numerantur inter Officia Ordiuis. Dico tamen æquiuocè ſumi officia Ordinis, nam aliquando largo modo officia Ordinis appellantur, quæ Ordo demandare ſolet, modo ſint cum authoritate, & iuriſdictione coniuncta, modo non, & in hac lata acceptione intrat Confeſſarius Monialium, apud Vltramontanos, & in priuatione officiorum Ordinis. aliquando ſtrictè, & in proprietate iuris officia Ordinis accipiuntur, & tunc ſolùm concernunt Prælatos. cuiuſmodi in *Vltramontanis Statutis cap. 7. §. 2. initio* enumerantur, nimirum ***Miniſtri*, *Commiſſarij*, *Generales*, *Cuſtodes*, *Guardiani*, *Præſidentes*, *Commiſſarij*, *ſeu Viſitatores Prouinciarum***. de quibus eligendis, tanquam veris Officialibus Ordinis multa iuridicè ſtatuuntur. & in hunc ſenſum nos accipimus officia Ordinis, è quibus Confeſſarios Monialium expungimus. Non iuerim tamen inficias, inter Ordinis officia adnumerare hos Confeſſarios, quando vt diximus, Monaſterium Monialium regerent, & aliquos Fratres apud ſe continerent, Guardianis non ſubiectos, cuiuſmodi multi ſunt in Ordine, vt Neapoli in Monaſterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cuius Prælatus, & Guardianus appellatur, & aliquos Confeſſarios gubernat, vt taceam de Guardiano Sanctæ Claræ eiuſdem Vrbis, quia ipſe confeſſiones Monialium non excipit. & ne fiat redarguitio ex nomine Guardiani, eſt Conuentus Auenionenſis, quem Confeſſarius regit, quiquè per alios ſub ſe Cappellanos Fratres continet, & ſunt in Italia Monaſteria aliquot, quæ à ſolis Confeſſarijs, independenter à Guardinis regebantur. Hi enim habent ſuperioritatem cum iuriſdictione coniunctam, & conſequenter ſunt veri Prælati, & Officiales Ordinis, vt in noſtris Commentarijs *cap. 1. Stat. 4.* diximus.

Confeſſarij Monialium munus non eſt officium Ordinis.

Tertia difficultas, decernit Statutum, priuatum voce actiua, & paſſiua, poſſe ſuffragari *in receptione Nouitiorum ad profeſſionem*.

nem. Quæro cur hoc? & an poſſet ſuffragari in electione Diſcreti, ad Capitulum Prouiniale mittendi, vel etiam eligi in Diſcretum.

Ius ſuffragandi in receptione Nouitiorũ, & ad electionem Diſcreti.

Reſpondeo primò, ratio Statuti eſt, quia ſuffragari in receptione Nouitiorum, eſt quidem actus legitimus, non tamen officium Ordinis, ideò ſub vocis actiuæ, & paſsiuæ priuatione non compræhenditur. Senſus enim illorum verborum, *nec eligi*, *nec eligere poteſt*, eſt quod non poſsit conſequi, nec dare officia Ordinis, vt immediatè declaratur. vnde ab oppoſito, cum eſſe Diſcretus, ad Capitulum Prouinciale mittendus, ſit officium Ordinis, merito, eo iure priuatur, vt citata *Salmaticentia* affirmant, quæ etiam dum de priuatione officiorum Ordinis loquuntur eſſe Diſcretum, prohibent, non tamen illum eligere, quia hoc ſpectat ad priuationem vocis actiuæ, & paſsiuæ, non autem ad priuationem officiorum. & in odioſis ſtricti iuris interpretatio facienda eſt. *de regul. iur. in ſexto, cap. in odioſis*. Qua in parte congruentius, & cohærentius ad iuris apices loquutum fuiſſe Statutum noſtrum, Vltramontano colligitur, quia cum diſcretatus iſte ſit officium Ordinis, debuit numerari inter priuationes officiorum eiuſdem. & non tantùm remitti ad priuationem actuum legitimorum. Eò vel maximè cum Diſcretus localis, ad Capitulum mittendus, inſtituatur pro ferendo ſuffragio in actibus Capitularibus, & Canonicis electionibus. vbi etiam dum tales diſcreti exſibilati non eſſent. Ad diſcretatum verò localem, ideſt, eum, qui ex antiquioribus in Conuentu iure ipſo adſcitus cenſetur, dum de priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ agitur, dico hoc iure priuatũ non eſſe, quia Diſcretatus iſte non eſt officium Ordinis, & ad hoc munus non eligitur, ſed ſuccedit ex habitus antiquitate, qua non eſt priuatus. eſſet autem, ſi illud ei competeret habiti officij ratione, puta, ſi fuiſſet Pater Prouinciæ, & è Patratu deiectus eſſet, eſſet conſequẽter deiectus ab ea ſucceſſione, quã patratus inferret, quia datum pro cauſa, cauſa non exiſtente, non ſubſiſtit. & ablato principio, conſequentia etiam auferuntur.

Quarta difficultas. Dicitur in Statuto, vbi de priuatione actuum legitimorum, his priuatum intelligi deſtitutum, omnibus Ordinis officijs, *quæ cum ſuperioritate, & iuriſdictione coniuncta ſunt*. & inter illa numeratur *Diffinitoratus*. & in *S*almanticenſibus inter officia Ordinis, numeratur Diſcretatus pro Capitulo

tulo Prouinciali, prout etiam reperitur in Alexandrinis, & Vrbanis. Quæro nunc, Cur Diffinitoratus dicatur officium, cum ſuperioritate, & iuriſdictione coniunctum? nam Diffinitores, & Diſcreti non ſunt Superiores, nec aliquam iuriſdictionem habēt, aut exercent. Nam licèt Iuriſdictio ſecundùm *Azonem*, ab *Angelo* citatum, ſit iuſta quædam, & legitima poteſtas. & Diffinitor habeat poteſtatem eligendi, & decernendi in Capitulo, & Diffinitorio, tamen, quia talis poteſtas coercitionem non habet, iuriſdictio dici non poteſt, *cap. Paſtorales de offic. deleg.* quia vt dicitur *l. fin. ff. de officio eius, cui mand. ſine modica coertione nulla eſt iuriſdictio*. & Diffinitores nullum tale ius habent. ergo indebitè ijs adnumeratur. Iuriſdictio quid, & quotuplex.

Reſpondeo, Iuriſdictionem variè accipi in iure. Primò enim non dicitur Iuriſdictio, quaſi à ditione, & poteſtate dicatur, vt voluit *Accurſius*, ſed à dictione; quia ditio, ſeu poteſtas Iuris non eſt apud Iudicem, ſed apud Principem, quia Iudex dicit ius, & ius dicens appellatur, ſtatuere autem ius ſpectat ad Principem, vnde *l. 1. ff. de iuriſdict. omnium Iud. & ibi Accurſ. Gloſ. & Bartol.* Iuriſdictio dicitur, *Poteſtas de publico introducta, cum iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ neceſſitate*. & ſecundum hanc acceptionem, Diffinitores iuriſdictionem non habent, quia Superiores, & ius dicentes non ſunt. Et iuriſdictio in hoc ſenſu apud Capitulum Generale reſidet, quia ſolorum Magiſtratuum, & nō Iudicum eſſe, conſtat, ex *l. 5. & 57. ff. de re iudic. Scæuola l. 88. ff. de ſolut.* Vnde ad tuendam iuriſdictionem, manant à Capitulo Statuta, quæ noſtra edicta vocari poſſunt, vt Superiores iudicēt, vt in ius vocati accedant, vt ſatiſdationem faciant, vt fugitiuos non retineant, vt à talibus, & talibus caueant, vt alteri poſſeſſionem ex iure conceſſam non impediant, vt Superiorum album non corrumpant. (album enim erat tabella alba publicè expoſita, in qua Prætores, quid acturi eſſent in toto anno, vel al aliquo tempore, quiduè vetarent, præciperent, &c.) deſcribebant. *Cu. iac. lib. 8. obſeru. 15. Hotob. Vulteius Inſtit. de action. ad* §. *11. n. 3.* Vnde album corrumpere, erat quouis modo turbare, mutare, radere, tollere talem matriculam. Hinc illa, *Albo adſcribi. Ab albo eximi, In album referri. ideſt*, publicis tabulis inſeri, notari, abquè ijs deleri, apud *Briſſionium*, *Vulteium*, *Io. Caluinum*. Quod ad regulares relatum eſſe poteſt, dum libri in archiuijs conduntur, dum facta, & dicta deſcribuntur, dum facienda,

1\.

Diffinitores an iuriſdictinem habeant.

Albũ quid.

da, & vetanda in publicis locis, Capitulo, Refectorio edictis mandantur, vt munera ſibi iniuncta ſuſcipiant, & adminiſtrent, vt Generalibus, Prouincialibus, Guardianis, obediant, & cætera, quæ ad bonum Ordinis regimen Capitula generalia, vel etiam Prouincialia decernunt. *Gaddeus de verb ſignific. ad l.1. num. 9.* Secundò iuriſdictio accipitur pro iuris ratione, pro æquitate, ac rectæ ſententiæ ferendæ ratione. ex *Vlp. l.20. ff. famil. Erciſcundæ.* Vnde iuriſdictionis forma, iudiciorum Ordo etiã appellatur *l. 1. C. vbi in rem actio.* exor. & pro iudiciali cognitione, quam Magiſtratus exercet. dictus *Scæuola l.* 88. *de ſolut.* & in vniuerſum iuriſdictio accipitur, pro omni notione, quæ Magiſtratus iure competit, vel cognitione, pronunciatione, iure, decreto, in quacumque cauſa, ſiue illa ſit ciuilis, ſiue criminalis, quæ quidem Magiſtratui primo conuenit, illo autem mediante, Iudicibus, & Tribunalibus, vt *Prateius* adnotauit. & in hoc ſenſu Diffinitores iuriſdictionem habent, quia & ipſi ius dicunt aſſiſtendo, conſulendo, conſentiendo Prouincialibus, cognoſcendo, iudicando, & decernendo occurrentes cauſas Prouinciæ. Sunt enim Iudices, & Aſſeſſores, ac Collegæ, vt alibi dictum eſt. ac conſequenter Superiores in ijs, qui ipſorum iuriſdictioni, & iudicio ex lege ſubduntur.

Quinta Difficultas, Quia Priuatus voce actiua, & paſſiua, poteſt eſſe Confeſſarius tam ſæcularium, quàm monialium. priuatus verò actibus legitimis, intelligitur priuatus facultate auſcultandi confeſſiones ſæcularium. & priuatus Officijs Ordinis, vtrorumquè confeſſiones excipere nõ poteſt. Quæro qua ratione iuſtificari poterit tanta diuerſitas? Primò enim cum maius ſit eſſe Confeſſarium Monialium, quam ſæcularium, quia circà illarum confeſſiones excipiendas, & Capitulum vnanimi conſenſu decernere, & ſpecialiter Ordinarius conſuli debet. & qui approbatus fuerit ad audiendas confeſsiones ſæcularium, non intelligitur ad Monialium confeſsiones admiſſus. quinimo nec Superiores ipſi ſuarum Monialium confeſsiones excipere poſſunt, niſi ab Epiſcopo particulariter admittãtur, vt ex nuperrima conſtitutione *Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs*, cautum fuit. de qua nos in Commentarijs noſtris egimus *c. 11. Stat. 7. fol.* 852. ex quo apparet, quam graue munus ſit Monialium Confeſſarius inſtitui. ergo potius in grauiore pœna priuationis actuum legitimorum, Confeſſa-

feſſariatus Monialium adimi, quam ſæcularium oportebat. Secundò auſcultare Confeſſiones, præcipue ſæcularium, inter officia Ordinis reponi non debuit, quia hoc ad Ordinem non ſpectat, cum ſit merum munus Clericorum ſæcularium, qui ex iure tale munus exercent, nos autem ex Priuilegio ***Bonif. VIII. ſuper Cathedram. Bened. XI. inter cunctas, de Priuil. Clem. V. Dudum. de Sepulturis. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. Rodrig. tom. 1. quæſt. 58. art. 1.*** cur igitur priuatus officijs Ordinis, priuatur facultate auſcultandi Cōfeſſiones ſæcularium?

Reſpondeo primò pœnas haſce fundari quidem in iure, ſed nō ita iuribus adæquari, vt ab illis, nec latum vnguem diſcedant, & vt vidimus ex *Cuiacio*, etiam ipſi iuris interpretes in aſſignandis actibus legitimis variant. Vt non ſit mirum, Regulares in ſua placita deſcendere. Itaquè ſine lapſus nota, potuerunt Generalia Capituli, pœnas augere, minuere, tranſponere, & immutare.

Quid grauius ſit, auſcultare Cōfeſſiones ſæcularium, an Monialium.

Reſpondeò ſecundò licèt Confeſſariatus Moniali ũ maioris cōſiderationis eſſe appareat, quam ſæcularium, id tamen non eſt ex ratione Confeſſionis, ſed perſonarum, quia cũ Moniales ſint lapſibus pronæ, & labendi in ſe, & in alijs materiam faciliter miniſtrare poſſint, & ipſarum fragilitate nonnunquam vſus ſit puritatis, & animarum hoſtis, luceantquè, vel minima circa Moniales errata, in Chriſtianæ Religionis, & Diuini cultus perniciem. Sancta Mater Eccleſia, & Religiones ſeduliorem curam circa perſonas, quæ continuam cum Monialibus conſuetudinem habere debent, adhibent, Cœterum, compertum eſt, minus peccare Moniales, quàm ſæculares; & peritiores eſſe debere Confeſſarios ſæcularium, quam Monialium, quippe qui de beneficijs, Simonia, furtis, homicidijs, vſuris, cambijs, alijſquè materijs, quæ grauiſſima delicta ſuſcipiunt, quæquè in Monialibus, nec ſuſpicari fas eſt, inſtructi eſſe debent. Vnde ſine hæſitatione concluditur, maioris dignitatis & meriti eſſe Confeſſarios ſæcularium, quam Monialium, & ſolent aliqui Epiſcopi imperitioribus Confeſſarijs concedere facultatem excipiendi Confeſſiones puerorum, & Mulierum, non tamen ſæcularium quorumcumque, ſicuti iunioribus. earumdem fœminarum confeſsiones excipere prohibent ne lapſui materiam ſubminiſtrent. maius igitur eſt, audire ſæcularium, quam Sanctimonialium Confeſsiones, & ideò in maiori priuatione compræhenſum.

Cõfeſſoriatus ſæcularium, an ſit officiũ Ordinis.

Reſpondeo Tertiò, concedo, quod audire Confeſsiones ſæcularium non ſit officium Ordinis, tamen quia ſolet Ordo hanc facultatem in Capitulis indulgere, & eſt in Religione conſpicua, non immerito, laxata acceptione officiorum Ordinis, inter illorum priuationem adſcribitur. Quam ſolutionem habere poteſt alia difficultas, nimirum, priuari lectura, prædicationequè, ille, qui ab officijs Ordinis deſtituitur. quia ſcilicet, & iſta munia Ordo diſpenſare ſolet, ſuntquè præcipuas, de quibu in Capitulis ratio habetur, & officia Ordinis, ideſt ab Ordine conferri ſolemniter ſolita, appellari poſſunt.

Maius eſt magiſter ũ Nouitiorũ, diſcretatu.

Sexta Difficultas. Quia priuatus actibus legitimis poteſt eſſe Magiſter Nouitiorum, non verò Diſcretus pro Capitulo. Quæritur, An ſit maius officium Magiſterium Nouitiorum Diſcretatu? & ſtatim affirmatiuè reſpondendum eſt, quia non eſt maius in Ordine, & profundioris conſiderationis officium, quàm Nouitios benè educare, vt à nobis fusè tractatum eſt in Comment. ad c. 2. Statut. . . . . debent enim Magiſtri Nouitiorum eſſe Sacerdotes, quinquagenarij, docti, prudentes, probiſſimi, Guardianatus munere antea inſigniti, &c. pro Diſcretis autem, & Laici eligebantur, & iuuenes, ſaltem Sacris Ordinibus initiati. Nec circa morum qualitates præſcriptum eſt, niſi in Ordine ad ſuffragandum in Capitulo, & de habitus antiquitate. Vide igitur ſi cum Magiſtris Nouitiorum Diſcreti conferri poſſint.

Diſcretus, quatenus vocalis, dignior eſt.

Reſpondeo totum hoc verum eſt, attamen, quia Diſcretus dirigitur ad electionem Prouincialis, & eſt Vocalis in Capitulo, quod non habet Nouitiorum Magiſter, pluris ſit Diſcretus Magiſtro Nouitiorum, in hac præciſa ratione.

Septima Difficultas, quia in Superioribus facta eſt mentio *Paternitatis*, qua carent priuati officijs Ordinis, tam in Alexandrinis, quàm in noſtris. quæro, quid nomine paternitatis intelligi debeant.

Pater naturæ, & reuerentiæ titulus.

Reſpondeo Pater, non ſolùm naturæ nomen eſt, ſed & Religionis, & reuerentiæ. Vnde & Dij, Patres à Poëtis appellantur, Virgilius. *Huc ades ò Lenæe Pater*. & Romulus centum, qui ſibi à Conſilijs in adminiſtranda Republica adeſſent, elegit, quos ab ætate Senatores, & à reuerentia Patres, & ab adnotatione conſcriptos, appellauit *Saluſt. in Catilin. Tit. Liuius lib. 1. Feſtus. Prateius, Crunanus lib. 1. cap. 12. num. 1. Geddæus in Comment. ad*

1. *plebs eſt.* 238. *ff. de verb. ſignif.* Quiquè à Numa Pompilio Patres patrati, in Fecialium Collegio dicti ſunt, ideſt perfecti. & Patres Patriæ, qui eam, quam Patres in filios, ij in Ciues poteſtatem haberent, non quidem imperij, ſed honoris cauſa, vt ipſi tanquam Patres ſubiectos admonerent, & amarent vt filios, Ciues, & Principes tanquam parentes obſeruarent. *Senec. lib. 1. de clementia*, qui declarat, cur Principem, *Patriæ Patrem appellemus*. apud *Spiegellium*. Quam appellationem in Sacra Scriptura reperimus. Eliſeum dixiſſe Eliæ *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & Auriga eius*. 4. Reg. 2. & Iob. 34. dixit Eliù ad Eliphas. *Pater mi, probetur* Iob *vſquè in finem*. & Ioſeph *Gen*. 45. *num*. 8. dixit fratribus, *Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me, quaſi Patrem Pharaonis* & eod *lib. cap*. 41. *n*. 43. *Vt omnes coram illo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent, vniuerſa terra Ægypti*: & in Hebræo habetur verbum אברך Aurech, quod Hieronymus vertit *Pater tener*. & Rex Tyri mittens Hiram a d Salomonem, ſummum artificem 2. *par*. 2. *nu*. 13. ait. *Miſi ergo tibi virum prudentem, & ſcientiſſimum Hiram Patrem meum*. & Rex Arthaſerſes *Eſth*. 13. *n*. 6. de Aman loquens ait, *Iuſſimus, vt quoſcumquè Aman, qui omnibus Prouincijs præpoſitus eſt, & ſecundus à Rege, & quem Patris loco colimus*. Itaquè ex hac nomenclatura Patres Ordinis, & Prouinciæ nuncupamus, quos inter cœteros honore, & renerentia dignos merita virtutum, & functi officij prærogatiua demonſtrant. eis nimirum, qui in Ordine Generales, Prouinciales, vel Diffinitores extiterint, quibus, ex peractis dignè muneribus, reuerentia quędam accedit. De his Patribus varijs in locis Statuta Ordinis meminerunt, præcipuè *cap*. 8. *n*. 1. & ampliſſimè in *Statutis Neapolit. cap*. 32. quæ paternitati votum actiuum, conſultiuum, & deciſiuum in omnibus Prouinciarum, reſpectiuè Capitulis, & Congregationibus, in perpetuū conceſſerunt. quæ tamē, ob iuſtiſſimas cauſas à *Clem. VIII. Gregor. XV.* & *Vrban. VIII.* ac varijs Generalibus comitijs reuocata fuere, non quoad omnia, quæ paternitatem concernunt, ſed quoad votum tantum, & ſuper intendentiam in Capitulis, & Cōgregationibus: remanſit ſiquidem Patribus (exceptis Generalibus emeritis, qui etiam votum haben[illegible] ecedentia, & antelatio, cum facultate eligendi ſibi ſoc[illegible] [illegible]os, præ-

Patres Ordinis variè qualificati.

Senſus igitur huius [illegible]ionis [illegible] æn[illegible] [illegible]e, an-
ceden[illegible] [illegible] ſ[illegible]ni[illegible]

Digitized by Google

ſocium ſibi eligere, nec habere poſſit. Ac inſuper, quod vocandi non ſint ad aliquas Congregationes, quæ fieri ſolent in prouincijs, ad quas Patres Prouinciæ conuocari iubentur, & licet vt plurimum ad illas cum voto conueniant, attamen aliquæ ſine voto Patrum electiuo conficiuntur, vt eſt condemnatio alicuius Patris Prouinciæ, ad quam alij eiuſdem Prouinciæ conuocantur. quia tamen cum aliquo voto adeſſe debent, vel conſultiuo, vel electiuo, vel deciſiuo, his omnibus abſtinere debet paternitate priuatus.

Octaua Difficultas, Quid ſentiendum ſit de Viſitatoribus, & Commiſſarijs Prouinciarum, an ij comprehendantur ſub his pœnarum generibus. Et quidem non comprehendi ſub priuatione ſuffragiorum, patet, quia ea tantum inhabilitat ad conferenda, vel conſequenda Ordinis officia, quæ per electionem conferuntur. Commiſſarij autem, & Viſitatores non eliguntur, ſed per delegationem voluntariam inſtituuntur, & ſic videtur, quod Generalis, vel Prouinciales poſſint deſtinare Commiſſarios, & Viſitatores, etiamſi eſſent ſuffragiorum iure priuati. Quod effugiant etiam priuationem officiorum Ordinis probatur, quia in noſtro Statuto, dicitur quidem, quod his priuatus non poſſit obtinere officium Viſitatoris, attamen, cum non explicet hoc etiam de Commiſſarijs, & poſſit mitti Commiſſarius ad cauſas ſpeciales, abſquè eo quod inſtituatur Viſitator Prouinciæ, vel Conuentus, puta ſi procederetur per viam denunciationis, vel accuſationis, aſſignatis teſtibus, & non per viam inquiſitionis, certè non apparet ratio, cur deſtinari non poſſit.

Priuatus iure ſuffragiorum, nō poteſt deſtinari Commiſſarius, aut Viſitator.

Reſpondeo tamen, quocumquè harum priuationum genere notatus, nec Viſitator, nec Commiſſarius deſtinari poteſt. Ratio (quoad priuationem iuris ſuffragiorum, de qua eſt maior difficultas) eſt, quia priuatus iure ſuffragiorum non poteſt eligi ad quodcumquè officium Ordinis; at Viſitatoratus, & Cōmiſſariatus ſunt officia Ordinis (& quidem ex præcipuis) ergo ad illa eligi non poteſt. Sed inſtitutio facta à ſolo Prælato eſt electio: & qui illā conſequitur, id aſſequitur per ſuffragium actiuum Prælati, in quo, ipſe priuatus habet ſuffragium paſſiuum, ergo hoc iure gaudere non poteſt. argumentum clarum eſt; ſolùm reſtat docere, quomodo inſtitutio, & delegatio ſit electio. & hoc eſt facile, quia electio

Electio quid ſit.

tam ex *Ariſtotele . . . Ethic. . . . quàm ex cap. 19. fin. C. de fideiuſ.* eſt liberum eligendi arbitrium. & iuxta terminos Canonicos, eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatē Canonica vocatio. *Io. Andr.*

Andr. c. non poteſt. de Præbend. in 6. quem omnes ſequuntur. ex *c. cum in cunctis, c. cum Eccleſia, Vulterrana, c. quia propter de elect. c. cum olim. de arbit.* & licet requiratur ad electionem forma, & numerus, vltra authoritatem, vt ſcilicet ſeruetur forma canonica, & fiat à maioritate Capituli, ſpectetquè ad Collegium *c. 1. de elect. c. cum congregato. 16. q. 1. c. Abbatem. 17. q. 2. & ſequenti;* attamen cum poſſit conſiſtere electio canonica in vno voto ſolo, quia ius communitatis in vno ſolo remanere poteſt, per text. clarum in *l. ſicut. §. ſed & ſi Vniuerſitas ff. quod cuiuſquè vni. Cum Gloſ. & Bart.* qua ratione ſolus Generalis Viſitatorem eligit. Nec in qualibet electione ſeruanda eſt forma *Capituli quia propter. de electione*, ſed ſolum in Eccleſijs Collegiatis, in quibus plures de Collegio inſtituere debent, & vocare ad Prælaturam; non tamen vbi vnus ſolus hoc ius habeat, cuiuſmodi de iure antiquo ad Papam ſpectabat Epiſcopatuum prouiſio *diſtinct. 22. c. 1. & 2.* ſicuti, & nunc in multis locis, etiam poſt quàm ad Collegiatas tranſlata fuit iſta poteſtas. & Patroni ſoli eligunt, præſentant, & nominant ad beneficia iuriſpatronatus *c. decernimus 16. q. 7.* & parum eſt, quod nomine differant, inſtitutio, electio, præſentatio &c. dummodo in re ſignificent actionem, quæ alteri ius ad regendum tribuat: & non eſt dubium, quod ſicuti Capitulum Generale, & canones ius eligendi Prouincijs tribuerunt, ita etiã Generalibus ſolis poteſtatem ijdem conceſſerunt, tales Superiores eligendi, inſtituendi, & nominandi. Vnde in patentibus litteris, quas Generales concedere Viſitatoribus ſolent, dicunt, Te in Viſitatorem *eligimus, conſtituimus, inſtituimus, & deputamus &c.* vt videre eſt in formulario *Peirini lit. V. c. 4.* & quod me mouet ad recedendum à regula in odioſis &c. & non accipere electionem in rigoroſa acceptione, eſt, quia Priuatos iure ſuffragiorum, delictum commiſiſſe conſtat, ob quod priuati fuere, modo turpe eſt, quod in Prælatum conſtituatur is, quem vita dedecorat, conſcientia mordet, & infamia ſceleris (quodcumque illud ſit) apud ſubditos dehoneſtat. Temperarem tamen ſententiæ rigorem in caſu præciſo, quo priuatus iure ſuffragiorum, ob aliquã culpam non deturpantem, eſſet peritus, v. g. ad conficiendos proceſſus, & cauſa eſſet grauis, nec alius æquè aptus reperiretur, tunc neceſsitas poſſet interpretari Statutum in mitiore ſignificatione. Quod autem objiciebatur de Commiſſario, qui non deſtinaretur ad viſitandum. Reſpondeo id non obſtare, quia apud

Electio canonica in vno conſiſtere poteſt.

Quãdo poſſit.

Digitized by Google

nos indifferẽter Commiſſarij, & Viſitatores confundũtur, & qui ad viſitandum mittuntur, Commiſſarij appellantur, & cum Commiſſariatus, etiam ad cauſas ſpeciales, ſit officium Ordinis, ex regula generali, à tali officio excluditur, officijs Ordinis priuatus. eſt enim Prælatus iuriſdictionem, & ſuperioritatem delegatam habens.

Nona Difficultas, qui, & quo iure, ſuffragijs, actibus legitimis, & officijs priuari poſſint.

Reſpondeo ex dictis initio huius tertij Capituli, priuari poſſunt, qui ijs gaudent, nam priuatio ſupponit habitum.

Qui priuari poſſint iure ſuffragiorũ, & officijs Ordinis.

Hinc Laici, & Clerici nondum in Sacris, nec Sacerdotio inſigniti officijs Ordinis priuari non poſſunt, quia de iure non poſſunt eſſe Generales, Prouinciales, Guardiani, Viſitatores, Commiſſarij, legere, prædicare, Confeſſiones audire, eligere, vel eligi. & licet Laici in Ordine Noſtro aliquando Guardiani inſtituti ſint, id tamen non de iure factum eſſe, affirmat *Angelus verb. electio, num.* 4. qui allegat *Ludouicum de Romanis, cum cap ex eo. de elect. in ſexto, & Federicum de* Senis *conſ.* 107 *per text. cap. & ſi Chriſtus. de iure iur. & Clem. vt ij qui. de ætat. & qualit* decernit ſuffragatos in Cathedralibus, & Collegiatis Regularibus Canonicorum, debere eſſe ſaltem in Ordine Subdiaconatus, relatore *Rodrig. tom. 1. quæſt.* 52 *art.* 4. & 5. & alij apud ipſius Compilatorem *reſolut.* 58. *num.* 4. apud quem *Azor, Miranda, Silu. Panor. Portel.* qui etiam affirmat, conſuetudinem obtinuiſſe in Ordine Noſtro, vt votum paſſiuum aliquando habeant. Sed non iure, & cõſuetudo hæc initium habuit ex paucitate Sacerdotum in principio Religionis, & ex illorum humilitate, qui nolebant alijs præeſſe, & coacti erant inuenire aliquem, etiam ex Laicis, qui regere vellet. vt ait *Sanctus Bonauentura in expoſitione Septimi Capituli Regulæ* in illa verba, *ſi verò Præsbyteri non ſunt iniungi, faciãt per alios Sacerdotes Ordinis*. Vbi non loquitur de Guardianis, ſed de Miniſtris, & vt dicit *Pater Marcantius in idem Capitulũ*. Non benè infertur, non eſt Præsbyter, ergo Laicus, quia poteſt eſſe Clericus: Subdiaconus, vel Diaconus, vt fuit S. P. N. Franciſcus: & nunquã in Ordine auditum eſt, Laicum fuiſſe Miniſtrũ, etiamſi ferã his diebus quibus hoc ſcriptũ corrigo, ãno ſcilicet 1646. 17. Iulij impræſſum fuiſſe Romæ Libellũ quendam per aliquos Fratres Laicos, compoſitũ à quodã Patre Cappucino Gallo, in quo probare nitebatur Laicos, poſſe eſſe Generales Ordinis, et alia minora

Laici quo iure in Ordine Minorum Guardiani aliquãdo ſiant.

offi-

officia in Religione obtinuiſſe, quia tamen amoti capitis viſus eſt, & Libellus æditus ad turbas ciendas, authoritate publica flammis traditus fuit, nec in vulgus exire permiſſus, itaquè Laicos non iuuat in ipſorum prætenſione, nec litera, nec conſuetudo.

Inſtabis, ſi Clericus committat crimen, dignum priuatione officiorum Ordinis, vel iuris ſuffragiorum, ipſe autem ob ætatis defectum, hoc iure careat, an priuari poſſit pro tempore, quo ad acquiſitionem talis iuris perueniet, quod eſt, ac quærere, An ſi de facto quis eſſet priuatus aliquo iure ex prædictis, recidat poſtea in idem, vel aliud crimen, dignum ſimili priuatione, debeat iterum priuari pro futuro tempore, an autem aliam pœnam ſubire.

Reſpondeo negatiuè, quia quando minor delinquit in ætate in qua de delicto puniri nō poteſt, nequè puniri poterit, poſtquam ad maiorem ætatem peruenerit. Ita *Clar. quæſt. 60. verſ. ſed nunquid minor*. vbi citat *Gloſ. in l. ſciant cunctis. verb. moritur, C. de leg it. hered. Marſil. l. infans. ff. ad l. Cornel. de Sicarijs. & in l. de minori. ff. de quæſtion.* quos alij Doctores ſequuntur. Et ratio eſt, quia pœna præſens emendat delictum præſens, ergo ſi delictum eſt factum in hac ætate, puniri debet in hac ætate, non autem reſeruari pœnam in tempus futurum. ita non capax priuationis, delinquens in tempore incapacitatis, non poteſt puniri, niſi vt incapax, & conſequenter, non poteſt illi ſupra ætatem, & capacitatem pœna in poſterum reſeruari. Sed debet illi commutari in aliam, arbitrio Iudicis. Secundam autem quæſtionem examinat in terminis *Abb. in cap. cum in cunctis. de elect. nu. 7.* qui eſt finalis, vt citata Sētentia *Io. Andr. in Clem. 2. de Magiſtris in, fin.* dicentis, quod Canonici ſuſpenſi per triennium à beneficijs, ſi contingat aliam electionem de perſona indigna celebrare, antequam exactum ſit illud triennium, ſecunda pœna incipere debet ſtatim poſt commiſſum delictum, quia priora tempora confunduntur in ſecundis, quia ex eo, quod pœna imponitur ipſo iure, neceſſario debet incipere ſtatim poſt delictum. *Abbas* autem ipſe ſentit cum *Bartolo in l. Senatus conſulto. ff. ad Turpil.* formante, & ipſo quæſtionem, ſi lege caueatur, quod homicida exulet per decennium, in quo tempore aliud committat homicidium, diſtingnendum eſt, an pœna ſpecialiter imponitur. puta, quod ſtet ad Confinia per decem annos, ſtatim à commiſſo delicto, debet computari ab illo tempore, argum. *l. ſi vſusfructus, mibi in biennium. ff. de vſu fruct. leg.* Si verò imponitur generali-

Minor, qui ob ætatis defectū puniri non poteſt, neque puniri poterit, dum ad perfectam ætatem peruenerit.

Pœna incipit ſtatim poſt commiſſum delictum.

ter, & indeterminatè, puta ſtet ad confinia per decennium. & ſecundùm decennium incipit, finito primo, aliàs pœnam delicti non ſolueret. facit. *c.1. de pœnis*, quibus addit *Anton. Fran. Anchar. in c. 1. de conceſſ. Præb. & conſilio 4. Baldum in c. ex parte de Conſtit.* & in *c. Præterea, ver. vtrum plures dilationes. de dilat. Bart. in l. Mauius ff. de legibus. 2. vbi* ponit conſuetudinem Eccleſiæ Piſanæ, nimirum ſi canonicus moriatur, alij lucrentur fructus primi anni, ſi autem accidat, duos mori in eodem anno, non propterea lucrabuntur fructus duorum annorum, quia non debent concurrere duæ cauſæ lucratiuæ. Item ſi adſit Statutum, quod extrahens frumentum extra Territorium, perdat mulum; & aliud, quod delinquenti de nocte, duplicentur pœnæ, & iſte de nocte frumentum extraxerit, non debet condemnari, quod perdat duos mulos, quia concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ. Applicando igitur doctrinam ad rem noſtram dico in priuatum voce actiua, & paſſiua per decennium, vel aliud tempus, ſi recidat in aliud delictum ſimile, pœna incipere debet à die commiſsi delicti, ne delictum, quod puniendum erat, ſua pœna deſtitutum remaneat. & ne pœnæ duplicentur. poſſet tamen ſecunda priuatio in aliam commutari. ſicuti in ſpecie de grauiore, & grauiſsima Apoſtaſia cautum eſt in Statutis Generalibus *cap. 2. titulo de Apoſtatis*, §. 10. *num. 16.* in quibus priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ Apoſtatis per decennium in prima apoſtaſia inflicta, & duplicata in ſecunda, quibus *applicari non poſſet; in quotidianam ſua culpa Confeſſionem more Nouitiorum, & in diſciplinam ſingulis ſextis ferijs ſibi infligendam, ſpatio duorũ, vel quatuor annorum reſpectiuè commutatur*. Maximè ſi priuatio eſſet perpetua, quia eo caſu duplicari non poſſet, & in Statutis *Farinerijs. cap. 7. § ſinguli fratres*: de aperientibus literas Superiorum, dicitur, *ſuſpenſu s ſit ab omni au legitimo ipſo facto. & cui hac pœna non competit, probationis capuio punctiatur*. & de reuelantibus ſecreta Religionis, ibidem ſancitur, *ſi quis talium fuerit deprahenſus, omni actu legitimo, & officijs Ordinis priuetur, & cui hac pœna non competit, probationis caputio puniatur*. quod etiã ordinatur de ſuſpecta habentibus conſortia, nec delicta à profligatis hominibus impunè committendi dari debet occaſio, & daretur ſi ſemel priuatus, amplius puniri non poſſet.

Pœnæ quãdo commutari poſſint.

Quæſtio Tertia. Priuationes officiorum, actuum legitimorum, & iuris ſuffragiorum, quando, & à quibus, tàm per Statuta Ordinis,

dinis, quàm per ius commune, & Apoſtolicas Conſtitutiones contrahantur.

Recenſetur caſus priuationis in ordine Minorum.

Reſpondeo, diſcurram primò per Statuta Ordinis, & breuiter adnotabo, quando his pœnis puniendi ſint, vel Fratres in communi, vel Superiores.

Iniurij

In *cap.* 1. §. 1. ***num.*** 5. Suffragiorum iure ſexennio deſtituuntur, qui verbis iniurioſis, & irreuerentibus publicè Generales affecerint.

Nouitios indebitè recipientes.

Num. 6. Suffragiorum priuatione Generalibus arbitraria, puniuntur, qui idem in Prouincialem, & Commiſſarium patrauerint.

A nouitijs accipientes.

In cap. 2. §. 1. *num.* 9. *Qui aliter, quā ordinatum fuit Nouitios receperit, aut ad profeſſionem admiſerit, officio priuatus, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat*. Quæ pœna Prouinciales, & Diffinitores amplectitur. Vltra Apoſtolicas ſanctiones.

laici ad clericatū promoti.

Et num. 1?. *Accipientes à Nouitijs, Prælati officio priuētur, alij vt proprietarij puniantur*. & §. de ijs, qui pro laicis recipiendi ſunt. n. 2. pœnis, in malè recipientes plectuntur, qui indebitæ ætatis laicum receperint.

Tertiarios ad habitum acceptātes.

Et num. 3. laicus ad Clericatū legitimè promotus, officia, *& dignitates Religionis obtinere non poteſt.*

Vel cum capucio d. gere permittētes

Et num. 5. Recipientes ad habitum Tertiarios, Superiores officijs priuantur.

Nouitiorum cęllas intrātes.

Et num. 6. Guardiani permittentes Tertiarios capucium deferre, officijs deſtituuntur.

Nouitiū extra conuētū pernoctare ſinens.

Et §. ***de Cōuentibus ad educandos, &c. num.*** 5. Profeſſus ingrediens ſecunda vice cellam Nouitiorum ſuffragiorum iure priuatur.

Num. 7. Guardianus pernoctare Nouitium extra Conuentum permittens, officio priuatur.

Nouitiorum libertatem impedientes.

Num. 12. Impediens Nouitium vel profiteri, vel è Religione exire, Superior officio, ſubditus ſuffragiorum iure priuatur, ad arbitrium Prælati.

Recuſās nouitiorū Magiſterium.

Et §. ***de*** Nouit ***Magiſtris. num*** 5. recuſans Nouitiorum magiſterium, ſexennio inhabilitatur ad officia Ordinis, & ſuffragiorum iure carere decernitur.

Nouitiū ad aliquid cōuētui relinquendū inducens.

Et § ***de Nouitijs ad profeſſionem &c. num.*** 3. Inducens Nouitium ad relinquendum aliquid in teſtamento proprietarius declaratur, & Superior officio priuatur.

Num. 7. Impedientes, vel ſollicitantes Vocales, vel Nouitiū

Digitized by Google

da, & vetanda in publicis locis, Capitulo, Refectorio edictis mandantur, vt munera ſibi iniuncta ſuſcipiant, & adminiſtrent, vt Generalibus, Prouincialibus, Guardianis, obediant, & cætera, quæ ad bonum Ordinis regimen Capitula generalia, vel etiam Prouincialia decernunt. *Gaddeus de verb ſignific. ad l.1. num. 9.* Secundò iuriſdictio accipitur pro iuris ratione, pro æquitate, ac rectæ ſententiæ ferendæ ratione. ex *Vlp. l.20. ff. famil. Erciſcundæ.* Vnde iuriſdictionis forma, iudiciorum Ordo etiã appellatur *l.1. C. vbi in rem actio.* exor. & pro iudiciali cognitione, quam Magiſtratus exercet. dictus *Scæuola l.88. de ſolut.* & in vniuerſum iuriſdictio accipitur, pro omni notione, quæ Magiſtratus iure competit, vel cognitione, pronunciatione, iure, decreto, in quacumque cauſa, ſiue illa ſit ciuilis, ſiue criminalis, quæ quidem Magiſtratui primo conuenit, illo autem mediante, Iudicibus, & Tribunalibus, vt *Prataius* adnotauit. & in hoc ſenſu Diffinitores iuriſdictionem habent, quia & ipſi ius dicunt aſſiſtendo, conſulendo, conſentiendo Prouincialibus, cognoſcendo, iudicando, & decernendo occurrentes cauſas Prouinciæ. Sunt enim Iudices, & Aſſeſſores, ac Collegæ, vt alibi dictum eſt. ac conſequenter Superiores in ijs, qui ipſorum iuriſdictioni, & iudicio ex lege ſubduntur.

Quinta Difficultas, Quia Priuatus voce actiua, & paſſiua, poteſt eſſe Confeſſarius tam ſæcularium, quàm monialium. priuatus verò actibus legitimis, intelligitur priuatus facultate auſcultandi confeſſiones ſæcularium. & priuatus Officijs Ordinis, vtrorumquè confeſſiones excipere nõ poteſt. Quæro qua ratione iuſtificari poterit tanta diuerſitas? Primò enim cum maius ſit eſſe Confeſſarium Monialium, quam ſæcularium, quia circà illarum confeſſiones excipiendas, & Capitulum vnanimi conſenſu decernere, & ſpecialiter Ordinarius conſuli debet. & qui approbatus fuerit ad audiendas confeſsiones ſæcularium, non intelligitur ad Monialium confeſsiones admiſſus. quinimo nec Superiores ipſi ſuarum Monialium confeſsiones excipere poſſunt, niſi ab Epiſcopo particulariter admittãtur, vt ex nuperrima conſtitutione *Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs*, cautum fuit. de qua nos in Commentarijs noſtris egimus *c. 11. Stat. 7. fol. 852.* ex quo apparet, quam graue munus ſit Monialium Confeſſarius inſtitui. ergo potius in grauiore pœna priuationis actuum legitimorum, Confeſſa-

feſſariatus Monialium adimi, quam ſæcularium oportebat. Secundò auſcultare Confeſſiones, præcipue ſæcularium, inter officia Ordinis reponi non debuit, quia hoc ad Ordinem non ſpectat, cum ſit merum munus Clericorum ſæcularium, qui ex iure tale munus exercent, nos autem ex Priuilegio *Bonif. VIII. ſuper Cathedram. Bened. XI. inter cunctas. de Priuil. Clem. V. Dudum. de Sepulturis. Trid. ſeſſ. 23. cap.* 15. *Rodrig. tom.* 1. *quæſt.* 58. *art.* 1. cur igitur priuatus officijs Ordinis, priuatur facultate auſcultandi Cōfeſſiones ſæcularium?

Reſpondeo primò pœnas haſce fundari quidem in iure, ſed nō ita iuribus adæquari, vt ab illis, nec latum vnguem diſcedant, & vt vidimus ex *Cuiacio*, etiam ipſi iuris interpretes in aſſignandis actibus legitimis variant. Vt non ſit mirum, Regulares in ſua placita deſcendere. Itaquè ſine lapſus nota, potuerunt Generalia Capituli, pœnas augere, minuere, tranſponere, & immutare.

Quid grauius ſit, auſcultare Cōfeſſiones ſæcularium, an Monialium.

Reſpondeò ſecundò licèt Confeſſariatus Moniali͂u maioris cōſiderationis eſſe appareat, quam ſæcularium, id tamen non eſt ex ratione Confeſſionis, ſed perſonarum, quia cū Moniales ſint lapſibus pronæ, & labendi in ſe, & in alijs materiam faciliter miniſtrare poſſint, & ipſarum fragilitate nonnunquam vſus ſit puritatis, & animarum hoſtis, luceantquè, vel minima circa Moniales errata, in Chriſtianæ Religionis, & Diuini cultus perniciem. Sancta Mater Eccleſia, & Religiones ſeduliorem curam circa perſonas, quæ continuam cum Monialibus conſuetudinem habere debent, adhibent, Cœterum, compertum eſt, minus peccare Moniales, quàm ſæculares; & peritiores eſſe debere Confeſſarios ſæcularium, quam Monialium, quippe qui de beneficijs, Simonia, furtis, homicidijs, vſuris, cambijs, alijſquè materijs, quæ grauiſſima delicta ſuſcipiunt, quæquè in Monialibus, nec ſuſpicari fas eſt, inſtructi eſſe debent. Vnde ſine hæſitatione concluditur, maioris dignitatis & meriti eſſe Confeſſarios ſæcularium, quam Monialium, & ſolent aliqui Epiſcopi imperitioribus Confeſſarijs concedere facultatem excipiendi Confeſſiones puerorum, & Mulierum, non tamen ſæcularium quorumcumque, ſicuti iunioribus. earumdem fœminarum confeſsiones excipere prohibent ne lapſui materiam ſubminiſtrent. maius igitur eſt, audire ſæcularium, quam Sanctimonialium Confeſsiones, & ideò in maiori priuatione compræhenſum.

N Reſpon-

Cōfeſſoriatus ſæcularium, an ſit officiũ Ordinis.

Reſpondeo Tertiò, concedo, quod audire Confeſsiones ſæcularium non ſit officium Ordinis, tamen quia ſolet Ordo hanc facultatem in Capitulis indulgere, & eſt in Religione conſpicua, non immerito, laxata acceptione officiorum Ordinis, inter illorum priuationem adſcribitur. Quam ſolutionem habere poteſt alia difficultas, nimirum, priuari lectura, prædicationequè, ille, qui ab officijs Ordinis deſtituitur. quia ſcilicet, & iſta munia Ordo diſpenſare ſolet, ſuntquè præcipuas, de quibu in Capitulis ratio habetur, & officia Ordinis, ideſt ab Ordine conferri ſolemniter ſolita, appellari poſſunt.

Maius eſt magiſter ũ Nouitiorũ, diſcretatu.

Sexta Difficultas. Quia priuatus actibus legitimis poteſt eſſe Magiſter Nouitiorum, non verò Diſcretus pro Capitulo. Quæritur, An ſit maius officium Magiſterium Nouitiorum Diſcretatu? & ſtatim affirmatiuè reſpondendum eſt, quia non eſt maius in Ordine, & profundioris conſiderationis officium, quàm Nouitios benè educare, vt à nobis fusè tractatum eſt in Comment. ad c. 2. Statut. . . . . debent enim Magiſtri Nouitiorum eſſe Sacerdotes, quinquagenarij, docti, prudentes, probiſſimi, Guardianatus munere antea inſigniti, &c. pro Diſcretis autem, & Laici eligebantur, & iuuenes, ſaltem Sacris Ordinibus initiati. Nec circa morum qualitates præſcriptum eſt, niſi in Ordine ad ſuffragandum in Capitulo, & de habitus antiquitate. Vide igitur ſi cum Magiſtris Nouitiorum Diſcreti conferri poſſint.

Diſcretus, quatenus vocalis, dignior eſt.

Reſpondeo totum hoc verum eſt, attamen, quia Diſcretus dirigitur ad electionem Prouincialis, & eſt Vocalis in Capitulo, quod non habet Nouitiorum Magiſter, pluris ſit Diſcretus Magiſtro Nouitiorum, in hac præciſa ratione.

Septima Difficultas, quia in Superioribus facta eſt mentio *Paternitatis*, qua carent priuati officijs Ordinis, tam in Alexandrinis, quàm in noſtris. quæro, quid nomine paternitatis intelligi debeant.

Pater naturæ, & reuerentiæ titulus.

Reſpondeo Pater, non ſolùm naturæ nomen eſt, ſed & Religionis, & reuerentiæ. Vnde & Dij, Patres à Poëtis appellantur, Virgilius. *Huc ades ò Lenæe Pater*. & Romulus centum, qui ſibi à Conſilijs in adminiſtranda Republica adeſſent, elegit, quos ab ætate Senatores, & à reuerentia Patres, & ab adnotatione conſcriptos, appellauit *Saluſt. in Catilin. Tit. Liuius lib. 1. Feſtus. Prateius, Crunanus lib. 1. cap. 12. num. 1. Geddaus in Comment. ad l. plebs*

l. plebs eſt. 238. *ff. de verb. ſignif.* Quiquè à Numa Pompilio Patres patrati, in Fecialium Collegio dicti ſunt, ideſt perfecti: & Patres Patriæ, qui eam, quam Patres in filios, ij in Ciues poteſtatem haberent, non quidem imperij, ſed honoris cauſa, vt ipſi tanquam Patres ſubiectos admonerent, & amarent vt filios, Ciues, & Principes tanquam parentes obſeruarent. *Senec. lib.* 1. *de clementia*, qui declarat, cur Principem, *Patria Patrem appellemus*. apud *Spiegellium*. Quam appellationem in Sacra Scriptura reperimus. Eliſeum dixiſſe Eliæ *Pater mi, Pater mi, currus Iſtraël, & Auriga eius*. 4. Reg. 2. & Iob. 34. dixit Eliù ad Eliphas. *Pater mi, probetur Iob vſquè in finem*. & Ioſeph *Gen*. 45. *num*. 8. dixit fratribus, *Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me, quaſi Patrem Pharaonis* & eod. *lib. cap.* 41. *n.* 43. *Vt omnes coram illo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti*. & in Hebræo habetur verbum אבוך Aurech, quod Hieronymus vertit *Pater tener*. & Rex Tyri mittens Hiram ad Salomonem, ſummum artificem 2. *par*. 2. *nu*. 13. ait. *Miſi ergo tibi virum prudentem, & ſcientiſſimum Hiram Patrem meum*. & Rex Arthaſerſes *Eſth*. 13. *n*. 6. de Aman loquens ait, *Iuſſimus, vt quoſcumquè Aman, qui omnibus Prouincijs præpoſitus eſt, & ſecundus à Rege, & quem Patris loco colimus*. Itaquè ex hac nomenclatura Patres Ordinis, & Prouinciæ nuncupamus, quos inter cœteros honore, & reuerentia dignos merita virtutum, & functi officij prærogatiua demonſtrant. eis nimirum, qui in Ordine Generales, Prouinciales, vel Diffinitores extiterint, quibus, ex peractis dignè muneribus, reuerentia quędam accedit. De his Patribus varijs in locis Statuta Ordinis meminerunt, præcipuè *cap*. 8. *n*. 1. & ampliſſimè in *Statutis Neapolit. cap*. 32. quæ paternitati votum actiuum, conſultiuum, & deciſiuum in omnibus Prouinciarum, reſpectiuè Capitulis, & Congregationibus, in perpetuū conceſſerunt. quæ tamē, ob iuſtiſſimas cauſas à *Clem. VIII. Gregor. XV.* & *Vrban. VIII.* ac varijs Generalibus comitijs reuocata fuere, non quoad omnia, quæ paternitatem concernunt, ſed quoad votum tantum, & ſuper intendentiam in Capitulis, & Cōgregationibus: remanſit ſiquidem Patribus (exceptis Generalibus emeritis, qui etiam votum habent) præcedentia, & antelatio, cum facultate eligendi ſibi ſocium. Patres Ordinis variè qualificati.

Senſus igitur huius priuationis eſt, vt hac pœna inuſtus, præcedentiam, quæ ſibi ex paternitate competebat, amittat, nec

ſocium ſibi eligere, nec habere poſſit. Ac inſuper, quod vocandi non ſint ad aliquas Congregationes, quæ fieri ſolent in prouincijs, ad quas Patres Prouinciæ conuocari iubentur, & licet vt plurimum ad illas cum voto conueniant, attamen aliquæ ſine voto Patrum electiuo conficiuntur, vt eſt condemnatio alicuius Patris Prouinciæ, ad quam alij eiuſdem Prouinciæ conuocantur. quia tamen cum aliquo voto adeſſe debent, vel conſultiuo, vel electiuo, vel deciſiuo, his omnibus abſtinere debet paternitate priuatus.

Octaua Difficultas, Quid ſentiendum ſit de Viſitatoribus, & Commiſſarijs Prouinciarum, an ij compræhendantur ſub his pœnarum generibus. Et quidem non compræhendi ſub priuatione ſuffragiorum, patet, quia ea tantum inhabilitat ad conferenda, vel conſequenda Ordinis officia, quæ per electionem conferuntur. Commiſſarij autem, & Viſitatores non eliguntur, ſed per delegationem voluntariam inſtituuntur, & ſic videtur, quod Generalis, vel Prouinciales poſſint deſtinare Commiſſarios, & Viſitatores, etiamſi eſſent ſuffragiorum iure priuati. Quod effugiant etiam priuationem officiorum Ordinis probatur, quia in noſtro Statuto, dicitur quidem, quod his priuatus non poſſit obtinere officium Viſitatoris, attamen, cum non explicet hoc etiam de Commiſſarijs, & poſſit mitti Commiſſarius ad cauſas ſpeciales, abſquè eo quod inſtituatur Viſitator Prouinciæ, vel Conuentus, puta ſi procederetur per viam denunciationis, vel accuſationis, aſſignatis teſtibus, & non per viam inquiſitionis, certè non apparet ratio, cur deſtinari non poſſit.

Priuatus iure ſuffragiorum, nõ poteſt deſtinari Commiſſarius, aut Viſitator.

Reſpondeo tamen, quocumquè harum priuationum genere notatus, nec Viſitator, nec Commiſſarius deſtinari poteſt. Ratio (quoad priuationem iuris ſuffragiorum, de qua eſt maior difficultas) eſt, quia priuatus iure ſuffragiorum non poteſt eligi ad quodcumquè officium Ordinis; at Viſitatoratus, & Cõmiſſariatus ſunt officia Ordinis (& quidem ex præcipuis) ergo ad illa eligi non poteſt. Sed inſtitutio facta à ſolo Prælato eſt electio: & qui illã conſequitur, id aſſequitur per ſuffragium actiuum Prælati, in quo, ipſe priuatus habet ſuffragium paſſiuum, ergo hoc iure gaudere non poteſt. argumentum clarum eſt; ſolùm reſtat docere, quomodo inſtitutio, & delegatio ſit electio. & hoc eſt facile, quia electio

Electio quid ſit.

tam ex *Ariſtotele . . . Ethic. . . . quàm ex cap. 19. fin. C. de fideiuſ.* eſt liberum eligendi arbitrium. & iuxta terminos Canonicos, eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatẽ Canonicã vocatio. *Io. Andr.*

Andr. c. non poteſt. de Prabend. in 6. quem omnes ſequuntur . ex *c. cum in cunctis , c. cum Eccleſia , Vulterrana. c. quia propter de elect. c. cum olim . de arbit.* & licet requiratur ad electionem forma, & numerus, vltra authoritatem, vt ſcilicet ſeruetur forma canonica, & fiat à maioritate Capituli, ſpectetque ad Collegium *c. 1. de elect. c. cum congregato . 16. q. 1. c. Abbatem. 17. q. 2. & ſequenti* , attamen cum poſſit conſiſtere electio canonica in vno voto ſolo, quia ius communitatis in vno ſolo remanere poteſt, per text. clarum in *l. ſicut. §. ſed & ſi Vniuerſitas ff. quod cuiuſque vni. Cum Gloſ. & Bart.* qua ratione ſolus Generalis Viſitatorem eligit, Nec in qualibet electione ſeruanda eſt forma *Capituli quia propter . de electione*, ſed ſolum in Eccleſijs Collegiatis, in quibus plures de Collegio inſtituere debent, & vocare ad Prelaturam, non tamen vbi vnus ſolus hoc ius habeat, cuiuſmodi de iure antiquo ad Papam ſpectabat Epiſcopatuum prouiſio *diſtinct. 22. c. 1. & 2.* ſicuti, & nunc in multis locis, etiam poſt quam ad Collegiatas tranſlata fuit iſta poteſtas, & Patroni ſoli eligunt, præſentant, & nominant ad beneficia iuriſpatronatus *c. decernimus 16. q. 7.* & parum eſt, quod nomine differant, inſtitutio, electio, præſentatio &c. dummodo in re ſignificent actionem, quæ alteri ius ad regendum tribuat: & non eſt dubium, quod ſicuti Capitulum Generale, & canones ius eligendi Prouincijs tribuerunt, ita etiã Generalibus ſolis poteſtatem ijdem conceſſerunt, tales Superiores eligendi, inſtituendi, & nominandi. Vnde in patentibus litteris, quas Generales concedere Viſitatoribus ſolent, dicunt, Te in Viſitatorem *eligimus, conſtituimus, inſtituimus, & deputamus &c.* vt videre eſt in formulario *Peirini lit. V. c. 4.* & quod me mouet ad recedendum à regula in odioſis &c. & non accipere electionem in rigoroſa acceptione, eſt, quia Priuatos iure ſuffragiorum, delictum commiſiſſe conſtat, ob quod priuati fuere, modo turpe eſt, quod in Prælatum conſtituatur is, quem vita dedecorat, conſcientia mordet, & infamia ſceleris (quodcumque illud ſit) apud ſubditos dehoneſtat. Temperarem tamen ſententiæ rigorem in caſu præciſo, quo priuatus iure ſuffragiorum, ob aliquã culpam non deturpantem, eſſet peritus, v. g. ad conficiendos proceſſus, & cauſa eſſet grauis, nec alius æquè aptus reperiretur, tunc neceſsitas poſſet interpretari Statutum in mitiore ſignificatione. Quod autem obijciebatur de Commiſſario, qui non deſtinaretur ad viſitandum. Reſpondeo id non obſtare, quia apud

Electio canonica in vno conſiſtere poteſt.

Quãdo poſſit.

N 3 nos

nos indifferēter Commiſſarij, & Viſitatores confundūtur, & qui ad viſitandum mittuntur, Commiſſarij appellantur, & cum Commiſſariatus, etiam ad cauſas ſpeciales, ſit officium Ordinis, ex regula generali, à tali officio excluditur, officijs Ordinis priuatus. eſt enim Prælatus iuriſdictionem, & ſuperioritatem delegatam habens.

Nona Difficultas, qui, & quo iure, ſuffragijs, actibus legitimis, & officijs priuari poſſint.

Reſpondeo ex dictis initio huius tertij Capituli, priuari poſſunt, qui ijs gaudent, nam priuatio ſupponit habitum.

Qui priuari poſſint iure ſuffragiorū, & officijs Ordinis.

Laici quo iure in Ordine Minorum Guardiani aliquādo ſiunt.

Hinc Laici, & Clerici nondum in Sacris, nec Sacerdotio inſigniti officijs Ordinis priuari non poſſunt, quia de iure non poſſunt eſſe Generales, Prouinciales, Guardiani, Viſitatores, Commiſſarij, legere, prædicare, Confeſſiones audire, eligere, vel eligi. & licet Laici in Ordine Noſtro aliquando Guardiani inſtituti ſint, id tamen non de iure factum eſſe, affirmat *Angelus verb. electio, num.* 4. qui allegat *Ludouicum de Romanis, cum cap ex eo. de elect. in ſexto, & Federicum de Senis conſ.* 107 *per text. cap. & ſi Chriſtus. de iure iur. & Clem. vt ij qui. de ætat. & qualit* decernit ſuffragatos in Cathedralibus, & Collegiatis Regularibus Canonicorum, debere eſſe ſaltem in Ordine Subdiaconatus, relatore *Rodrig. tom. 2. quæſt.* 5 *2. art.* 4. & 5. & alij apud ipſius Compilatorem *reſolut.* 58. *num.* 4. apud quem *Azor, Miranda, Silu. Paner. Portel.* qui etiam affirmat, conſuetudinem obtinuiſſe in Ordine Noſtro, vt votum paſſiuum aliquando habeant. Sed non iure, & cōſuetudo hæc initium habuit ex paucitate Sacerdotum in principio Religionis, & ex illorum humilitate, qui nolebant alijs præeſſe, & coacti erant inuenire aliquem, etiam ex Laicis, qui regere vellet. vt ait *Sanctus Bonauentura in expoſitione Septimi Capituli Regulæ* in illa verba, *ſi verò Præsbyteri non ſunt iniungi, faciāt per alios Sacerdotes Ordinis.* Vbi non loquitur de Guardianis, ſed de Miniſtris, & vt dicit *Pater Marcantius in idem Capitulū.* Non benè infertur, non eſt Præsbyter, ergo Laicus, quia poteſt eſſe Clericus, Subdiaconus, vel Diaconus, vt fuit S. P. N. Franciſcus. & nunquā in Ordine auditum eſt, Laicum fuiſſe Miniſtrū, etiamſi ſciā his diebus, quibus hoc ſcriptū corrigo, āno ſcilicet 1646. 17. Iulij impræſſum fuiſſe Romæ Libellū quendam per aliquos Fratres Laicos, compoſitū à quodā Patre Cappucino Gallo, in quo probare nitebatur Laicos, poſſe eſſe Generales Ordinis, et alia minora offi-

officia in Religione obtinuiſſe, quia tamen amoti capitis viſus eſt, & Libellus æditus ad turbas ciendas, authoritate publica flammis traditus fuit, nec in vulgus exire permiſſus, itaquè Laicos non iuuat in ipſorum prætenſione, nec litera, nec conſuetudo.

Inſtabis, ſi Clericus committat crimen, dignum priuatione officiorum Ordinis, vel iuris ſuffragiorum, ipſe autem ob ætatis defectum, hoc iure careat, an priuari poſſit pro tempore, quo ad acquiſitionem talis iuris perueniet. quod eſt, ac quærere, An ſi de facto quis eſſet priuatus aliquo iure ex prædictis, recidat poſtea in idem, vel aliud crimen, dignum ſimili priuatione, debeat iterum priuari pro futuro tempore, an autem aliam pœnam ſubire.

Reſpondeo negatiuè, quia quando minor delinquit in ætate in qua de delicto puniri nō poteſt, nequè puniri poterit, poſtquam ad maiorem ætatem peruenerit. Ita *Clar. quæſt. 60. verſ. ſed nunquid minor*. vbi citat *Gloſ. in l. ſciant cuncti. verb. moritur*, *C. de legit. hæred. Marſil. l. infans. ff. ad l. Cornel. de Sicarijs. & in l. de minori. ff. de quæſtion* quos alij Doctores ſequuntur. Et ratio eſt, quia pœna præſens emendat delictum præſens, ergo ſi delictum eſt factum in hac ætate, puniri debet in hac ætate, non autem reſeruari pœnam in tempus futurum. ita non capax priuationis, delinquens in tempore incapacitatis, non poteſt puniri, niſi vt incapax, & conſequenter, non poteſt illi ſupra ætatem, & capacitatem pœna in poſterum reſeruari. Sed debet illi commutari in aliam, arbitrio Iudicis. Secundam autem quæſtionem examinat in terminis *Abb. in cap. cum in cunctis. de elect. nu. 7.* qui eſt finalis, vt citata Sētentia *Io. Andr. in Clem. 2. de Magiſtris in, fin.* dicentis, quod Canonici ſuſpenſi per triennium à beneficijs, ſi contingat aliam electionem de perſona indigna celebrare, antequam exactum ſit illud triennium, ſecunda pœna incipere debet ſtatim poſt commiſſum delictum, quia priora tempora confunduntur in ſecundis, quia ex eo, quod pœna imponitur ipſo iure, neceſſario debet incipere ſtatim poſt delictum. *Abbas* autem ipſe ſentit cum *Bartolo in l. Senatus conſulto. ff. ad Turpil.* formante, & ipſo quæſtionem, ſi lege caueatur, quod homicida exulet per decennium, in quo tempore aliud committat homicidium, diſtinguendum eſt, an pœna ſpecialiter imponitur. puta, quod ſtet ad Confinia per decem annos, ſtatim à commiſſo delicto, debet computari ab illo tempore, argum. *l. ſi vſus fructus, mihi in biennium. ff. de vſu fruct. leg.* Si verò imponitur generaliter

Minor, qui ob ætatis defectū puniri non poteſt, neque puniri poterit, dum ad perfectam ætatem peruenerit.

Pœna incipit ſtati poſt commiſſum delictum.

ter, & indeterminatè, puta ſtet ad confinia per decennium. & ſecundùm decennium incipit, finito primo, aliàs pœnam delicti non ſolueret. facit. *c.* 1. *de pœnis*. quibus addit *Anton. Fran. Anchar. in c.* 1. *de conceſſ. Preb. & conſilio* 4. *Baldum in c. ex parte de Conſtit.* & in *c. Præterea. ver. vtrum plures dilationes. de dilat. Bart. in l. Mauius ff. de legibus.* 2. *vbi* ponit conſuetudinem Eccleſiæ Piſanæ, nimirum ſi canonicus moriatur, alij lucrentur fructus primi anni, ſi autem accidat, duos mori in eodem anno, non propterea lucrabuntur fructus duorum annorum, quia non debent concurrere duæ cauſæ lucratiuæ. Item ſi adſit Statutum, quod extrahens frumentum extra Territorium, perdat mulum; & aliud, quod delinquenti de nocte, duplicentur pœnæ, & iſte de nocte frumentum extraxerit, non debet condemnari, quod perdat duos mulos, quia concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ. Applicando igitur doctrinam ad rem noſtram dico in priuatum voce actiua, & paſſiua per decennium, vel aliud tempus, ſi recidat in aliud delictum ſimile, pœna incipere debet à die commiſsi delicti, ne delictum, quod puniendum erat, ſua pœna deſtitutum remaneat. & ne pœnæ duplicentur. poſſet tamen ſecunda priuatio in aliam commutari. ſicuti in ſpecie de grauiore, & grauiſsima Apoſtaſia cautum eſt in Statutis Generalibus *cap.* 2. *titulo de Apoſtatis*, §. 10. *num.* 16. in quibus priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ Apoſtatis per decennium in prima apoſtaſia inflicta, & duplicata in ſecunda, quibus *applicari non poſſet*; *in quotidianam ſua culpa Confeſſionem more Nouitiorum, & in diſciplinam ſingulis ſextis ferijs ſibi inſligendam, ſpacio duorũ, vel quatuor annorum reſpectiuè commutatur*. Maximè ſi priuatio eſſet perpetua, quia eo caſu duplicari non poſſet, & in Statutis *Parinerijs. cap.* 7. § *ſinguli fratres*: de aperientibus literas Superiorum, dicitur, *ſuſpenſu s ſit ab omni au legitimo ipſo facto. & cui hæc pœna non competit, probationis capuio punctiatur*. & de reuelantibus ſecreta Religionis, ibidem ſancitur, *ſi quis talium fuerit deprahenſus, omni actu legitimo, & officijs Ordinis priuetur, & cui hæc pœna non competit, probationis caputio puniatur*. quod etiã ordinatur de ſuſpecta habentibus conſortia, nec delicta à profligatis hominibus impunè committendi dari debet occaſio, & daretur ſi ſemel priuatus, amplius puniri non poſſet.

Pœnæ quãdo commutari poſſint.

Quæſtio Tertia. Priuationes officiorum, actuum legitimorum, & iuris ſuffragiorum, quando, & à quibus, tàm per Statuta Ordinis,

dinis, quàm per ius commune, & Apoſtolicas Conſtitutiones contrahantur. Recenſetur caſus priuationis in ordine Minorum.

Reſpondeo, diſcurram primò per Statuta Ordinis, & breuiter adnotabo, quando his pœnis puniendi ſint, vel Fratres in communi, vel Superiores.

In cap. 1. §. 1. *num.* 5. Suffragiorum iure ſexennio deſtituuntur, qui verbis iniurioſis, & irreuerentibus publicè Generales affecerint. Iniurij

Num. 6. Suffragiorum priuatione Generalibus arbitraria, puniuntur, qui idem in Prouincialem, & Commiſſarium patrauerint.

In cap. 2. §. 1. *num.* 9. *Qui aliter, quã ordinatum fuit Nouitios receperit, aut ad profeſſionem admiſerit. officio priuatus, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat.* Quæ pœna Prouinciales, & Diffinitores amplectitur. Vltra Apoſtolicas ſanctiones. Nouitios indebitè recipientes.

Et num. 1?. *Accipientes à Nouitijs, Prælati officio priuētur, alij vt proprietarij puniantur.* & §. de ijs, qui pro laicis recipiendi ſunt. n. 2. pœnis, in malè recipientes plectuntur, qui indebitæ ætatis laicum receperint. A nouitijs accipientes. laici ad clericatũ promoti.

Et num. 3. laicus ad Clericatũ legitimè promotus, officia, *&* *dignitates Religionis obtinere non poteſt.*

Et num. 5. Recipientes ad habitum Tertiarios, Superiores officijs priuantur. Tertiarios ad habitum acceptãtes.

Et num. 6. Guardiani permittentes Tertiarios capucium deferre, officijs deſtituuntur. Vel cum capucio d gere permittetes

Et §. *de Cõuentibus ad educandos, &c. num.* 5. Profeſſus ingrediens ſecunda vice cellam Nouitiorum ſuffragiorum iure priuatur. Nouitiorum cellas intrãtes.

Num. 7. Guardianus pernoctare Nouitium extra Conuentum permittens, officio priuatur. Nouitiũ extra conuẽtũ pernoctare ſinens.

Num. 12. Impediens Nouitium vel profiteri, vel è Religione exire, Superior officio, ſubditus ſuffragiorum iure priuatur, ad arbitrium Prælati. Nouitiorum libertatem impedietes.

Et §. *de Nouit Magiſtris. num.* 5. recuſans Nouitiorum magiſterium, ſexennio inhabilitatur ad officia Ordinis, & ſuffragiorum iure carere decernitur. Recuſãs nouitiorũ Magiſterium.

Et § *de Nouitijs ad profeſſionem &c. num.* 3. Inducens Nouitium ad relinquendum aliquid in teſtamento proprietarius declaratur, & Superior officio priuatur. Nouitiũ ad aliquid cõuẽtui relinquendũ inducens.

Num. 7. Impedientes, vel ſollicitantes Vocales, vel Nouitiũ ad

Impediẽtes nouitiorum profeſſionē.

ad profeſſionem excommunicantur, per ſeptenniũ ſuffragijs priuantur, officijs deſtituuntur.

eoſdem imparatos ad profeſſionē admitẽtes.

Num. 9. Admittens ad profeſſionem Nouitios neſcientes regulam, officium diuinũ, &c. Superior priuatur officio, & Magiſter inhabilis ad officia Religionis declaratur.

Non ſeruãtes interſtitia.

Et §. *de Clericis* ad Ordines mittendis *num.* 9. Non ſeruantes interſtitia ſuſpenduntur, vel priuantur officijs ad arbitriũ Superioris.

Oblationes promiſſis fieri permittentes.

Num. vltimo. Pœna proprietariorum plectuntur Superior, & Sacerdos, qui oblationes in miſſis nouellis fieri permittunt.

Circa apoſtatas & vagantes.

Et §. *de Apoſtatis num.* 4. & 9. leuem, & grauem Apoſtaſiam committens, ſuffragijs per triennium priuatur: leuiorem, per biennium. *num.* 5. leuiſſimam per annum. *num* 6. grauiorem per ſexennium. *num.* 10. grauiſſimum per decennium. *num.* 14. Duplicanti, vel triplicanti, duplicatur, vel triplicatur priuatio. *num.* 11. & 12. Guardianus mittens extra limites ſuæ queſtæ, priuatur officio. *num.* 18. Vtens obedientia Generalis, extra duos menſes, Apoſtatarum pœna plectitur *num.* 19. Prouincialis non reponens in Archiuio informationem de Apoſtata captam, officij priuationem incurrit. *num.* 19. Superiores non remittentes Apoſtatas ad ſuas Prouincias, officijs priuantur. *num.* 20. Sicuti ad Romanam Curiam, vel ad Generalem remittentes *num.* 21. Guardianus recipiens hoſpites, quos obedientiales literas oſtendere non facit, priuatur officio ad arbitrium Prouincialis *num.* 23. Sicuti non abſoluens publicè Apoſtatã reuertentem. *num.* 24. Apoſtatæ poſt regreſſum, niſi per decem annos probè vixerit, ad nullum officium aſſumi poſſunt. *num. penultimo*.

Formam & numerũ veſtimentorũ transgredientes.

Et §. *de veſtimentis num,* 8. Delinquens circa numerũ, & formam veſtimentorum, triennio voce, & Prouincialis id obſeruari non faciens, officio deſtituitur, & panno communi non vtens ſexennio voce priuatur. *num.* 10. Et inhabiles ad officia cenſentur. *num.* 11. Prouinciales officinas pro pannis non inſtituentes, ipſo facto officijs deſtituuntur. *num.* 12. Calceamentis indigentes, inhabiles ad officia declarantur. *num.* 15. Guardiani de neceſſarijs non prouidentes, officijs priuantur *num.* 17. Ad repræſentationes habitum exuentes, priuationem, etiam officij incurrunt num. vltimo.

Ad toſtrinas ſæcularium pro tonſura accedentes

Et §. *de Tonſura num.* 1. per triennium ſuffragijs priuatur ad ſæculariũ toſtrinas accedens, Guardiani radi non facientes ſuos

ſub-

ſubditos, officio priuantur.

In *cap*. 3. *num*. 3. §. de diuino officio Patres hebdomadam facere recuſantes, ſuffragijs, officijsquè priuantur, ſicuti, & Superiores, id permittentes, qui etiam in poſterum inhabilitantur. Defectuoſi in frequentia chori, per triennium voce priuatum ad arbitrium Superioris. *num*. 8. Sicuti & Guardiani pœnas non exequentes, officijs, *num*. 9.

Choro non ſeruientes.

Et §. *de Silentio. num. vltimo.* Guardiani Sæculares in Refectorium admittentes Officijs, ſubditi ſuffragijs per triennium priuantur.

Silentiũ ſeruari non facientes.

Et §. *de Ieiunio num*. 1. Permittentes Guardiani vetita commedi, officio, ſubditi comedentes ſuffragijs, arbitrio Prouincialis priuentur.

Circa ieiunia.

Et §. *de Vagatione tollenda nu*.2. concedens licentiam exeundi è Conuentu in caſibus non permiſsis, vel tempus non limitans, poteſt officio priuari.

Vagationes non coercẽtes.

Et §. *de Fratribus Romam confluentibus num*. 1. Veniens Romam ſine licentia Generalis, vel Protectoris bi ennio voto priuatur.

Romam venientes ſine debitã facultate.

Et §. *de non equitando. num*. 1. Equitãtes ſine licentia, & neceſſitate, officijs priuantur, ad illaquè in perpetuum inhabilitantur. Etiam Superiores, quoad ſocios *num*.2. Guardianus equitantem non diſciplinans, & per triduum non carcerans, ſuſpenditur ab officio per tres menſes; *num*. 3. Per publicas vias equitans, inhabilitatur ad omnia Religionis officia. *num. vltimo.*

Equitantes indebitè.

In. *c*. 4. *§. de non recipiendis pecunijs. num*. 2 Pœna proprietariorum feruntur recipientes pecunias vel ſupra ſe, aut iumẽtum portantes. *num*. 3. Vel ſine procuratore ementes, &c. *num*. 7. vel alibi reponentes. *num*. 8. Vel contractus facientes *num*. 9. Vel ſine licentia pecuniam petentes. *num*. 10. aut in manu ſindici ſua authoritate reponentes. *num*. 11. Vel capſulas in Eccleſijs non amouentes. *num*. 12. Vel ſi permiſerint Sindicos, vel Tertiarios in Conuentu denarios recipere. cum priuatione officiorum Guardianis. *num*. 13. Vel pecunias inter concionandũ petentes. *num*. 14. Vel ſi in plateis illas quæſierint. *num*. 15. Vel ſi ad pecuniam ſine neceſſitate, & licentia recurrerint. *num*. 16.

Proprietarij

In *cap*. 5. *§. de laboritio*, eiuſquè mercede. *num*. 1. Notabiliter otioſi, voce actiua, & paſſiua priuantur mercedem Superiori non aſſignans, proprietarius declaratur. *num*. 4. *Et* §. *de laboritijs* ad hone-

Otioſi notabiliter.

Alchimiam exercentes. Scholas ſæcularium tenentes. Operas vēdentes.

honeſtatem pertinentibus *num.* 2. Alchimiam exercentes excommunicantur, & in perpetuum voce actiua, & paſſiua priuantur; Scholas Sæcularium docens actibus legitimis triennio priuatur. *num.* 3. Medicinā exercens, triennio. *num.* 4. Artificiola vendentes proprietatis pœna puniuntur *num.* 5.

Orationem deferentes. Grammaticam docere recuſantes.

Et de oratione. num. 3. negligentes voce actiua, & paſſiua priuantur.

Et §. de Studiijs num. vltimo Gramaticam docere recuſantes, ſuffragijs priuantur:

Communitatem non obſeruantes. Loca ſibi appropriantes. Proprietatis actus aliquos facientes. Libros e bibliothecis extrahentes. Donātes &c. Veſtes alienantes. Superflua tenentes, Ex aromataria vendentes.

In *cap.* 6. §. de omnimoda rerum abdicatione *n.* 3. Non obſeruantes Communitatem in cibis, veſtibus, refectorio, inhabiles ad omnia Religionis munera declarantur, & officijs deſtituūtur. Locum ſibi appropriantes, proprietarij declarantur. *num.* 4. Et qui clauem ſecum detulerit. *num.* 5. & qui libros, & alia extra Conuentū ſine licentia depoſuerit. *num.* 6. & Guardiani, qui non conſeruauerint communem locum pannis refectum, officio priuantur. *num.* 7. Et qui è Bibliothecis libros extraxerint, excommunicantur. *nu.* 11. Et qui donauerint, debita contraxerint, vel Guardiani Conuentus debitis onerantes, vt Proprietarij puniuntur, & officijs priuantur. *num.* 12. Et qui veſtimentum ſibi datum alienauerit. *num.* 13. Vel dederit, aut acceperit pro veſtimento pecuniam. cum priuatione officij Superiori. *num.* 14. Et qui ſuperflua, vtenſilia, & non conceſſa habuerit. *nnm.* 17. Et qui ex Aromatarijs vendiderint. & Superiores priuantut officijs. *num.* 18.

Stabilia nō alienantes. Herbas ex hortis vendentes. Arbores incidentes.

Et §. de Domibus, & pratis. num. 1. non alienantes terrulas, & prata, proprietarij declarantur, ſicuti, & vineæ proprietatem redolentes, cum priuatione officiorum Superioribus. *num.* 2. Et venale exponentes, quæ ex hortis colliguntur. *num.* 3. Incidentes arbores fructiferas, & ad ornatum, ſine licentia, Superiores officio, Subditi ſuffragijs per triennium priuantur. *num.* 4.

Cōputus nō reddentes.

Et §. de computis nu. 1. Guardiani non facientes computus, ſingulis menſibus, deponentur ab officijs. & ſi fraudaſſe conuicti fuerinr, ſuffragiorum iure, & officijs Ordinis in perpetuum priuantur *num.* 2.

Legata procurantes.

Et de legatis num. 3. Procurans eleemoſinas, ad tempus, vel in perpetuum Conuentibus vel fratribus, officijs Ordinis priuatur. ſicuti conſentientes fieri Procuratorem fratrem ad agendum, vel exigendum legata &c. *num.* 4.

Fabricātes, & diruētes.

Et de locis et fabricis num. 5. Guardiani fabricantes, aut diructes

tes

tes ſine licentia priuantur officio, & ſuffragijs per triennium.

Cōfeſſiones iuuenū palam non excipientes.

Et §. *de charitate hoſpitibus n.*2. Guardianus charitatiuè hoſpites non excipiens, priuetur officio, & ſuffragijs per triennium. Quique cællas, & ſuppellectilem non parauerit. ***num.***3. & qui infirmos non viſitauerit ***num.*** 7. Vel data pro infirmis, ſanis erogauerint Infirmarij, & Guardiani ***num.***13.

Pecunias in confeſſione recipiētes.

In *cap.*7. *de ſacra pec. confeſſ.* ***num.***6. Audiens confeſſiones iuuenum in cælla, priuetur ſuffragijs ad arbitrium Prouincialis. Accipiens pecunias in confeſſionibus declaratur Proprietarius. ***n.***7. Et Superior, qui eos confeſſarios tenuerit, &c. officio priuatur. ***num.***8. Et qui procurauerit per fauorē ſæcularium eſſe confeſſarius, excommunicatur, & priuatur ſuffragijs. ***num.*** 10.

Cōfeſſarius fieri per fauores procurantes. Indebitè carcerantes.

Et §. *de correctionibus num.*7. Indebitè carcerans religioſum, fit excommunicatus. Guardianus, qui liberando carcerato cōſenſerit, officio priuetur. ***num.***12. Conuictus de ſuſpecto conſortio, ſuffragijs triennio careat ***num.*** 19. pro ſecunda vice, decennio, pro tertia ad officia Ordinis inhabilitatur. ***ibid.*** de innominabili conuictus, etiam poſt pœnitentiā, ſuffragijs, & officijs perpetuò priuatur. ***num.*** 21. Morbo gallico infectus, perpetuò voce, officijs, & audiendis Confeſſionibus priuatur. ***num.*** 22. Contumax actibus Legitimis. ***num.*** 23. Non inferens talionem, officijs. ***num.*** 24. Delicta poſt viſitationem deferens, actibus legitimis perpetuò. ***num.*** 32. Pronuncians contra inauditā partē, actibus legitimis. ***num.*** 34. Vocans in iudicium non inditiatum per vnū Teſtem, vel infamiam, Prælatus officio. ***num.*** 36. Subornatores excommunicātur. ***num.*** 41. ex Pio V. Paſtoralis. §.4. & priuātur, ac inhabilitantur, etiamſi non reuelauerint. Reuelans ſecreta Ordinis, actibus legitimis perpetuò. ***num.*** 44. & extrà diffinitoriū, quæ in illo ſunt geſta, per bienniū acceſſus ad illud ***num.*** 45. Improperans Prælato, ſuffragijs per biennium. ***num.*** 47. Reſpōdens Prælato in culpa, voce actiua, & paſſiua per trienniū. ***num.*** 48. Percutiens gladio, &c. ſuffragijs, & actibus legitimis perpetuò ***num.*** 52. Conſpiratores, omnibus officijs Ordinis, ad arbitriū Generaisl, vel Prouincialis. ***num.*** 55. Recurrens ad Tribunalia ſæcularia, actibus legitimis. ***num.*** 56. & ad illa appellans perpetua inhabilitate, priuatione ſuffragiorum, & officiorum. ***num.*** 57. *Gregor.* 13. ***Quoniam noſtro.*** Ambiens per mendicata ſuffragia ſæcularium, excōmunicantur, & inhabilitantur perpetuò. ***num.***58. Pius V. ***Paſtoralis*** §. 5. ***Gregor.*** 13. ***conſueuit*** 2. ***Paul. V. admonemur.***

Carceratos liberantes. Suſpecta cōſortia. Turpitudinis rei. Cōtumaces. Talionē nō inferentes. Delicta poſt viſitationē deferentes. Inauditum cōdemnātes. Subornatores. Reuelantes ſecreta. Improperās Prælato, illique reſpondens. Percutiētes. Conſpirātes. Ad tribunalia ſæcularia recurrentes. Ambitus.

Falſificātes literas & impedientes. Ludentes. Infames. A triremibus regreſſi. Abiurātes. Illegitimi. ſeruātes proceſſus vltra tempus. Rebelles ſuperioribus. Sibi dantes votū in electionibus. Maculati genere. Tentantes nouitatem pendēte capitulo. Ad capit. nō accedētes. Cuſtodes nō deferentes literas. Expēſas pro capitulo nō facientes. Diffinitores. Tractantes negotia in curia. Præſes non fiat Guardianus. Statuta non conſeruātes. Guardianos eligentes ad aliorum inſtantiam. Nō reſidētes. Munera recipientes. Prædicatores eleemoſinas recipiētes pecuniarias.

nemur. ſicuti falſificantes literas, vel ſigilla Prælatorū. ***num.*** 59. ac etiam impedientes, vel retardantes, actibus legitimis. ***num.*** 60. Ludentes aleis, &c. ſuffragijs per triennium. ***num.*** 64. Infames officij s Ordinis perpetuò. ***num.*** 66. A triremibus remeantes, ſuffragijs, & actibus legitimis perpetuò. ***num.*** 67. Abiurans de leui, ad actus legitimos, de graui ad omnia Ordinis officia. ***num.*** 68. Illegitimi, inhabiles ad dignitates. ***num.*** 69. Reſeruans proceſſus ad Generalis aduentū, officio. ***num*** 70. Rebellis Prouinciali, vel Guardiano ſuffragijs ad triennium ***num.*** 72. ſed Commiſſario à Generali miſſo in perpetuum, cū inhabilitate, &c. ſicuti miſſo à Prouinciali ad triennium. ***num.*** 73. Appellationis Ordinem violantes iure ſuffragiorum triennio deſtituūtur. ***num. vltimo.***

In *cap.* 8. §. *electionis modus num.* 5. ſibi dans votū, voce actiua, & paſſiua perpetuò priuatur.

Et §. qualitatis promouendorū. num. 1. Maculati genere, perpetuò inhabiles ad officia, & priuati voce actiua, & paſsiua. ſicuti ex ſacrilegio nati, & illegitimi. *num.* 2. 3. 4. Attentas aliquid pēdēte Generali capitulo ſuffragijs, & officio deſtituitur. *num.* 7.

Et §. Vocandi ad Capitulū. num. 2. Non accedentes ad Capitulum, officijs, & voce per triennium priuantur.

Et §. Cuſtodes. num. 5. Cuſtos non deferens ſcripturas, voto actiuo in Capitulo deſtituitur.

Et §. Expenſæ pro euntibus ad Capitulum. *num.* 1. Superiores negligentes facere expenſas priuantur officijs.

Et §. de diffinitoribus Gen. *num.* 9. Diffinitores quoad Guardianatum voce paſſiua non gaudent.

Et §. de Procuratoribus *Ordinis num.* 8. Negotia tractans in curia inconſulto Procuratore priuatur actibus legitimis.

Et in §. Guardiani quales eſſe, &c. *num.* 3. Præſes eius Conuētus immediatè, Guardianus ſi fiat, Prouincialis priuetur officio, & *num.* 7. priuatur officio, & ſuffragijs Guardianus, qui regulā, Statuta &c. non conſeruauerit. & *num.* 9. priuātur officijs electi, & Prouinciales eligentes Guardianos ad inſtantiam Patrum.

Et §. de reſidentia. num. 2. Non reſidentes, officio priuentur.

Et §. Commiſſarij Viſitatores *num.* 10. Viſitatores priuationes eorum, qui recipiunt munera incurrunt, ſi ea receperint.

In *cap.* 9. §. *Eleemoſyna Predicatoribus, &c. num.* 1. Prædicatores recipientes denarios, vel ſe in ipſis intromittētes, priuantur offi-

officijs, perpetuò inhabilitantur. Queſtam pro ſe, vel ſocio non faciant, ſub pœna proprietariorum. ***num.*** 2. Non prædicent cõtra Romanam Eccleſiam,&c. ſub pœna priuationis actuum legitimorum, & prædicationis. ***num.*** 4. Non dogmatizent cõtra bonos mores,&c. ſub pœna excommunications ***num.*** 4: Imprimẽs libros ſine licentia, actibus legitimis priuatur. ***num.*** 5.

Prædicantes cõtra eccleſiam.

Imprimẽtes libros ſine licentia.

In cap. x, §. ***admonitio &c.*** ***num*** 3. 4. dogmatizantes, quod ſocius reuelare non tenetur exceſſus,&c. actibus legitimis priuãtur, Superiorum arbitrio.

Socij nõ reuelantes exceſſus.

In cap. ***xi.*** ***num.*** 3. Suſpectus de malo cõſortio. Superior ſuſpenditur ab officio, vel priuatur. Subditus actibus legitimis triennio deſtituitur. Sicuti qui iuuenes in cællis retinuerint. ***num.*** 4. ſolitus ſequeſtrari de ſuſpecto conſortio, puniatur. ***num.*** 5. Mulieres in clauſuram introducentes, vel in ædiculas Confeſſariorum excommunicantur,&c. ***num. vltimo.***

ſuſpecta cõſortia.

Mulieres intra clauſurã admittẽtes.

§. Ad monialium monaſteria. ***num.*** 3. Superiores ad monaſteria ſine cauſa accedentes ſuſpenduntur, vel priuantur ab officio. Comedentes in ædiculis pro audiendis Confeſſionibus, officio priuantur ***num.*** 4. Et priuatur Confeſſarij officio, & ſocij iure ſuffragiorum, id committentes ***num.*** 5. loquentes cum monialibus priuantur iure ſuffragiorum. ***num*** 7.

Accedentes ad monialiũ monaſteria.

Comedentes apud Moniales.

loquẽtes monialibus.

§. In monialium Monaſteria ingreſſus ***nu.*** 1. ingrediẽtes clauſuram Monialium ſine licentia, excommunicati. & qui licentiarũ prætexu ingrediuntur, ſimiliter, ac priuãtur ſuffragijs, officijs, habilitate,&c. in perpetuum. ***num.*** 4. ***Greg.*** 13. ***Vbigratia.*** §. 2. ***&*** 3. & ***Dubijs, quæ*** § 1. 2. Confeſſarius ingrediatur cum ſuperdelliceo ſub priuatione officij. ***num. vltimo.***

Ingrediẽtes clauſurã monialium.

§. è Monialium Monaſterijs egreſſus ***num.*** 1. concedentes licentiam Monialibus egrediendi, niſi in caſibus expreſſis. excommunicati.

Monialibus egrediendi licentiã cõcedentes.

§. Monialium numerus. ***num.*** 2. Superiores recipientes puellas vltra numerum, priuentur officijs, & voce actiua, & paſſiua.

Recipientes puellas ſup. numerum.

§. Monialium Confeſſarij ***num.*** 2. Diſſinitor, & ſecretarius Prouinciæ ad Confeſſoratum Monialium voce paſſiua carent. Confeſſarij ordinarij non accedant ad monaſteria dum adſunt extraordinarij ſub priuatione officij num. vltimo.

Confeſſarij monialium.

In cap. ***xii.*** ***num.*** 3. Nullus, præter Generales mittat fratres Hieroſolymam, ſub priuatione ſuffragiorũ. Remiſſos ab obedientia terræ ſanctæ,& vagantes, per annum actibus legitimis priuẽt. ***num.***

Mittẽtes fratres Ieroſolimam.

Redeũtes è terra ſancta & vagantes.

Digitized by Google

Non prouidētes deſtinatis ad terram ſanctã. *num.* 4. Quibus puniuntur Commiſſarij Terræ Sanctæ, qui non prouident, & expediunt ad Terram Sanctam miſſos, poſt tres dies *num.* 5. Non obedientes, miſſi, Commiſſarijs Terræ ſanctæ ſunt Apoſtatæ *num.* 6. *Non obedientes.* Cælantes aliquid Commiſſaris, dum redeunt à Terra ſancta, Inobediētiæ, & proprietatis puniendi *nũ.* 7. Prouinciales prouideant euntibus ad Terram ſanctam de veſtimentis *num.* 8. *Cælātes aliquid Cōmiſſarijs terræ ſanctæ.* Guardianus Ieruſalem, mittens ad negotia, & non prius ad Generalē, priuetur officio. *num.* 9. Guardianus non recedat ante ſucceſſoris aduentũ, ſub pœna apoſtaſiæ. *num.* 13

§. Conſeruatores *num.* 1. Prouincialis negligens eligere Conſeruatores intra ſex menſes, priuetur officio.

Mittentes è Ieroſolima ſine licentia. §. Statutorũ obſeruatio. Superiores non facientes ſeruare Statuta, ſuſpendantur, vel priuentur officijs Idipſum, & Guardiani, qui legi, & obſeruari neglexerint. *num. vltimo.*

Conſeruatores. Atque hæ ex vniuerſis Statutis, quæ licet videantur multæ, attamen diſtributæ in Superiores, & ſubditos, & per eorumdem varia, & diuerſa munia, atquè toti politiæ applicatæ, ſuperfluæ non eſſe non probantur; ſed vel maximè, cum pleraquè ex recēſitis priuationibus tum in iure, tum in Conſtitutionibus Apoſtolicis, tum ad earumdem obſeruantiam latæ fuerunt. vt apparebit ex recenſitione ſequentium. *Non faciētes ſeruare ſtatuta.*

priuationes in iure cōmuni. In iure enim communi infertur priuatio ſuffragiorum, officiorum, & actuum Legitimorum in ijs locis, in quibus excommunicationes fulminantur, vel ſuſpenſiones, vel depoſitiones, quia vt diximus, excommunicatio priuat communione fidelium, & cōſequenter electione. *c. poſtulaſtis. c. vltimo de Cler. excom. miniſtr.* & ex multis probat *Lezana in Summa tom.* 3. *num.* 24. *&* præcipuè *num.* 27. *Verb. Excommunicatio.* Quæ autem ſint excommunicationes in Religioſos fulminatę, referunt Filiuccius Bonac. *de cenſuris q.* 9. de excommunicationibus contra Religioſos, Papæ reſeruatis. Videlicet, ſi mendicantes ad non mendicātes, ſine Papæ licentia tranſeant. Extrau. *Viam ambitioſæ de regul. & Clem. vt profeſſores, de ſtat. mon.* Si minores recipiāt fratres Prædicatores. *Innoc. & Alex.* 4. apud *Hier. Roder. reſolut.* 122. *num.* 77. Vel in electionibus ſubornent; Pius V. *Paſtoralis officij* Greg. XIII. *conſueuit Romanus* Vel ſi ab excommunicationibus reſeruatis abſoluant, non ſolum Bullæ cenæ, ſed etiam Epiſcopis, aut Sacramenta matrimonij, extremæ vnctionis, Euchariſtiæ miniſtrent ſine Parochi licentia. *Clem.* 1. *Religioſi depri-*

Digitized by Google

priuil. & exceſſ. priuileg. Vel ſi tempore interdicti admittunt fratres, & ſorores Tertij Ordinis in eorum Eccleſijs ad audienda diuina. *Clemen. V*. . . . . Vel ſi ſuſpectos de hæreſi fratres, Tribunali Sanctæ Inquiſitionis non denunciant. *Paulus V. Romanus Pontifex*. §. 6. cum priuatione, inhabilitate, excommunicatione, reſeruata Papæ. Vel ad partes tranſmarinas ſine licentia accedunt. *Ioann.* 22. *extr. Ad noſtrum*. Vel paruum, aut magnum pro iuſticia, vel gratia in Curia Romana dederint, promiſerint. *Bonifac. VIII. Excommunicamus*. *Gregor. XIII. Ab ipſo Pontifice*. Vel obedientes, & recipientes à Protectoribus Ordinis Minorum, quæ ibi vetantur. Actibus enim legitimis priuantur. *Gregor. XI. Cunctos Chriſti* §. 13. *Sixtus IV. Sancta Minorum*. Vel prædicantes, ſuadentes, &c. Eſſe hæreticum dicere Sanguinem Chriſti in triduo fuiſſe à Diuinitate ſeparatum. *Pius II. Ineffabilis Summi*. Qui etiam actibus legitimis priuat, & ad officia inhabilitat fratres Prædicatores, & Minores, qui ſe in hac controuerſia infamant, &c. Vel libros imprimentes, ſine licentia Epiſcopi, Inquiſitoris, &c. Leo X. in *Concil. Lateranen. Inter ſollicitudines*. Vel prædicantes ſine approbatione, non ſanam doctrinam, futura, falſa miracula. *Leo X. in Concil. Lateran. Superna Maieſtatis præſidio*. Vel appellantes Conuentuales, vel obſeruantes priuilegiatos, Bulliſtas, Collettenos, Amadeos, Clarenos, de Euangelio, &c. *Leo X. Ite & Vos*. §. 14. Vel ſi Commiſſarius Generalis, vel alius Capitulis Præſidens, non ſeruans formam eligendi per vota ſecreta, & violentans electionem, officio priuatus exiſtat. *Pius V. Paſtoralis officij*. §. 3. Vel Agnus Dei miniantes, &c. *Gregor. XIII omni certè ſtudio*. Vel obſeruantes ad Cappuccinos tranſeuntes. *Sixtus V. Prota, quam*. Et recipientes. §. 3. Vel libros ex Bibliothecis Minorum extrahentes. *Pius V. Sixtus V. Cum ſicut accepimus*. Et ſub priuatione officiorum, & inhabilitate, & perpetua, vt faciant inuentaria, &c. Vel illegitimos receperint, ad habitum. *Sixtus V. Cum de omnibus*. §. 2. Cum inhabilitate, priuatione, &c. Vel malè ſe promoueri facientes, priuati voce actiua, & paſsiua, inhabilitati, &c. *Sixt. V. Sanctum; & ſalutare*. §. 3. Saltem valet in ſimoniacè promotis. *Clemen. VIII. Romanum Pontificem*. Vel largientes munera, qui voce actiua, paſsiua, officij habilitate perpetuò priuentur,

uentur, infamia notantur, &c. *Clem. VIII. Religioſa Congregationes*. §. 8. Cum declaratione *Vrban. VIII.* Vel non punientes notoriè delinquentem extra clauſtra, inſtante Epiſcopo ſub priuatione officiorum. *Clem. VIII. Suſcepti muneris ratio*. Vel declarantes, aut interpretantes decreta Concilij, aut *Clemen. VIII. de reform. regul.* §. 8. Vel pœnas remittentes, & §. 28. cum priuatione officiorum, & inhabilitate. *Clem. VIII. Nullus omninò*. Vel Romam venientes, aut mittentes, ſine licentia Generalis, aut Protectoris, vel publica cauſa. *Ibid.* §. 13. cum priuatione ſuffragiorum per biennium. Vel vota procurantes in electione, cum priuatione ſuffragiorum, & inhabilitate perpetua. & extenſione ad complices, vel ſcientes, & non reuelantes. *Ibid.* §. 22 Vel aſſerentes poſſe quem confiteri per literas. Cum excommunicatione, *Clem. VIII. Sanctiſs. D. N.* Vel auferentes, aut occultantes bona Conuentuum, qui Reformatis traduntur. cum priuatione officiorum, vtraquè voce, & in ſubſidium excommunicationis, &c. *Clem. VIII Decet Romanum* §. 2. Vel Superior Reformatorum, qui non refert in futuro Capitulo, aut Congregatione Nouitios extra receptos, & approbationem receptionis non obtinuerit, ſub priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ. *Clem. VIII. Sanctiſſ. D. N. Conſtit.* 106. Vel prędicantes, docentes, &c. eſſe hęreticum, vel peccatum, docere B. Virginem eſſe conceptam ſine peccato originali. pœnas excommunicationis, priuationis, lecturę, concionis, ſuffragiorum, inhabilitatis, &c. *Paulus V. Regis pacifici*. Ac prohibitio, ne B. V. Conceptio publicè impugnetur. aut contra illam doceatur, vel prædicetur. *Paulus V. in decreto Sanctiſſimæ Inquiſitionis* 13. *Auguſti* 1617. *& Gregor. XV. Sanctiſs.* 24. *Maij* 1622. Vel in Confeſsionibus ad turpia ſollicitantes. *Pius IV. & Gregor. XV. Vniuerſi Dominici*. Cum ſuſpenſione ab Ordinę, priuatione beneficiorum, officiorum, &c. ſuffrag. inhabilitate perpetua, condemnatione exilij, triremium, &c. Vel Superiores Regularium Conuentus fundantes, non ſeruata forma *Clemen. VIII.* ſub pœna excommunicationis latę ſententię, priuationis, & inhabilitatis. *Vrban. VIII. Romanus Pontifex*. §. 2. Vel non obſeruantes, aut legentes decretum de Apoſtatis, & eiectis, *Vrban. VIII. Sacra Congregatio Cardinalium*. cum priuatione ſuffragiorum, officiorum, inhabilitatis, &c. vel imagines cum radijs, &c. nondum Beatificatorum depingi facientes, &c. cum

priua-

priuatione ſuffragiorum, officiorum, ſuſpenſionis à Diuinis. *Vrban. VIII. in Congregatione Sancti Officij 13. Maij 1625.* vel non determinantes, aut augentes numerum fratrum iam taxatum, contra præſcriptum de Celebr. Miſſarum, cum priuatione officiorum vocis actiuæ, & paſsiuæ, & inhabilitatis perpetuæ. Et ſi bis in anno illa decreta legi non facientes. *Vrban. VIII. cum ſæpè contingat. §. 13. & 15.* Vel non legentes declarationẽ Bullæ de largitione munerum menſe Ianuario cum priuatione officij, & vocis actiuæ, & paſsiuę. *Vrban. VIII. Nuper à Congregatione.* quo loco libuit aduertere, conceſſum eſſe à Sancta Inquiſitione 5. *Febr.* 1638. totum reſiduum Augusti ad publicanda decreta Sancti Officij, quæ iubentur publicari 6. fer. poſt feſtum Aſſumptionis B. Virginis ad petitionem Procuratoris Canonicorum Regularium. Item à *Sacra Congregat. Regul.* 21. *Martij* 1638. conceſſum eſſe ſpatium decem dierum, à die præfixo, ad legendas ordinationes Sacri Concilij de celebr. Miſſar. ad inſtantiam Procuratoris Generalis Eremitarum S. Auguſtini, & ad petitionem Procuratoris Congregationis Lateranenſium, eadem Sacra Congregatio conceſsit vnum menſem, immediatè ſequentem apud *Peyrinum tom. 3. de priuil. in fine libri.* Quibus gaudent alij regulares ob communicationem priuilegiorum. Vel artem quæſtuoſam pro Secularibus, in Conuentibus exercentes, ſub priuatione officiorum, ſuffragiorum, & ſuſpenſione à Diuinis. *Vrban. VIII. Cum non deceat.* vel alterãtes habitum Sacrarum Imaginum, ſub cenſuris, & priuatione officiorum vocis actiuæ, & paſsiuæ. *Vrban. VIII. Sacroſancta Tridentina.* Atquè adeò hæc ex vniuerſis Bullis Apoſtolicis, vel Regulares in communi, vel Ordinem Franciſcanum Minorum Obſeruantium concernentibus quantum fas fuit, collecta ſufficiant. Ex quo apparere etiam poteſt tot obligationum pondus, vel tot cautelarum ſtructura, *& hæc etiam nouitatibus victa.* vt de medicinis, aduerſus infirmitates inuentis, affirmat *Plin. lib. 7. in proemio.* Sunt enim, ſic confuſè, & conciſè collectę priuationes in Ordine Minorum centum ſexaginta duæ. Bullarum Apoſtolicarum triginta ſex, vt taceam de ingenti ſilua Conciliorum iuriſquè Canonici.

Tempus indultum, pro lectura aliquarum conſtitutionũ Apoſtol.

Quot ſunt priuationes ſuffragiorũ, &c. in Ordine Franciſcano.

Capitulum Quartum.

De Pœna Carceris.

Pœna Carceris.

HAnc pœnam Statuta Ordinis ſic deſcribunt. *Carceris pœna eſt recluſio alicuius in aliquo obſerato loco, ſine Capucio, & chorda Generalis, aut Prouincialis authoritate facta*. Quam in huiuſmodi formam traditam, antiquiora Statuta non declarãt, quæ cum agant de pœna carceris, aliquibus in delictis infligenda, eam tamen, quid ſit, non diſtinguunt, vt videre eſt in *Salmãticenſibus, Benedicti XII. Alex. VI. Iul. II.* & his omnibus vetuſtioribus *Farinerijs* quæ ex *Narbonenſibus, & S. Bonauenturæ* compacta eſſe, *Collector Firmanenſi trium Ordinum 1. par. fol. 36.* Loquens de Gulielmo Farinerio vigeſimo primo Ordinis Generali, & de Capitulo Aſſiſij coacto *ann.* 1354. affirmat in hæc verba, *In hoc Capitulo iterum ordinatum eſt, quod ſeruarentur ordinationes Domini Sancti Bonauenturæ, quas idem Generalis miſit per omnes Prouincias Ordinis, & ab eodem Gulielmo Farinerij nomen acceperunt, & Statuta Gulielmi Farinerij vocantur, quãuis in eis de ſe nihil poſuerit*. Sed quidquid ſit de antiquitate, Statutum verificatur ex iure. Nam carcer de ſua natura, clauſum locum requirit, & *ex quo exire prohibemur*, vt ait *Seruius lib. 1. & 5. Aeneid. & ſecurum ad delinquentium cuſtodiam repertum*. ex *Bartol. in tractatu de Carceribus*. *Quem Magiſtratus habet ad continendos homines. l. 1. & tot. tit. C. de cuſtodia reorum. & l. carceri ff. eod.* & *Nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerum vindicem*, in Catilinam ſcribit *Cicero*. ex quo infero, eum, qui per obedientiam, in aliquo loco non clauſo contineretur, etiam forma habitus detracta, non poſſe dici carceris pœna coercitum, quia de eſſentia carceris eſt, obſeratio. quia antiquis locus, &ſi clauſus, carcer non erat, niſi etiam vincula corpori adhibita fuiſſent, vt dicit *Vlpianus in l. verum eſt. ff. de verb. ſignific.* nec detineri ſub fida cuſtodia aliquis dicitur, niſi ligatus detineatur. *Cataldinus conſil. 56. in primo volumine. Criminald. cum gloſ. in l. 1. ff. de ſer. fugit. & Innocent. in capit. nuper de ſentent. excommunic.*

Carcer quid.

Vincula carceratis adhibita.

Hinc

Hinc legimus Ioan. Baptiſtam in vinculis poſitum apud Mattheum *cap.* 11. & Petro, carceri duriſſimo mancipato, cecidiſſe catenas de manibus, in Actis Apoſtolicis *cap* 12. & eſt clarus textus *l.* 1. *C. de reor. cuſtod.* ibi. *Interea reum exhibitum per ferreas manicas, & inhærentes oſſibus, mitti oportet, ſed prolixiores catenas, vt cruciatio deſit, & permaneat ſub cuſtodia.* Saltem ſi nunc hæ circumſtantiæ non ſint neceſſariæ ad rationem formalem carceris, negari non poteſt, non eſſe carcerem, eum locum, ex quo quis exire poſſit, quando libuerit, *l.* 1. *§. ſubuenitur. ff. ad Turpillianum, & ibi Angelus*, quia formaliter carceratus dicitur, qui intra clauſos parietes, vel in vinculis, detinetur. *l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſis maior. & l. qui vſque ff. de verbor. ſignif.* vt conſuluit *Modeſtus Polentonus conſ.* 84. *volum.* 2. *Criminalium num.* 16 *&* 17. *Clar. quæſt.* 46. *initio.* Quare vt dicebam, ſi Prouincialis mandaret Subdito delinquenti, & carceratione digno, habere ſuam cællam pro carcere, eiquè formam habitus detraheret, non incurreret in pœnas, quæ formalem carcerationem conſequuntur, quia cælla, non extrinſecus obſerata, non eſt carcer, & conſequenter, quia in illa detineretur, non eſſet cenſendus carceratus. Quod ſi quis arguat, eſto ſit carcer, ſeris, repagulíſque firmatus, Cuſtos autem carceris (quem Commentarienſem antiqui vocabant ex *Vlpian. in l. Diuus Adrianus. ff. de bonis damnatorum. & Briſſonio.* eo quod in Commentarium cuſtodias, & reorum numerum referebant) ob amicitiam, vel aliquem alium effectum, carceris fores apertas relinquat, Vel quod ipſe carceratus falſificatas claues apud ſe retineat, vnde exire poſſit, quando voluerit, ſequeretur talem non eſſe carceratum, & eum locum non eſſe carcerem, quod omnino falſum eſt.

Commentarienſis ideſt carcerum cuſtos.

Reſpondeo negando paritatem, quia aliud eſt ex accidenti, vel malitia carcerem aperiri poſſe (poteſt etiam frangi, vt ſæpius accidit) aliud ex ſua natura, & veluti per ſe, clauſum non eſſe ad ſimilitudinem carceris. hic ſecundus ſenſus tollit rationem carceris, primus reddit Commentarienſem, reumquè de fuga, & violatione carceris ſuſpectos, &c. Sed examinemus aliquas difficultates.

Quæro primò, quot modis accipitur carcer.

Reſpondeo primò dupliciter, vel ad cuſtodiam, vel ad pœnam. Hoc ſecundum negauit *Bartol. in dicto tract. de Carceribus.*

Quot modis accipitur carcer.

Dum carcerem deſcribens dixit, *eſt locus ſecurus, & horribilis, repertus non ad pœnam, ſed ad delinquentium, vel debitorum cuſtodiam*. qui ſenſus accipitur ex *l. 1. C. de cuſtodia reorum. cum 6. ſequentibus legibus*. quæ de carceribus loquentes, ſolum de cuſtodia mentionem faciunt, quæ, *aut conuictos velox pœna ſubducat: aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret*, vt ſcribunt *Grat. Valent. & Theodoſius. A. A. A. Eutropio. leg. de his* (quæ eſt quinta) *dicto C. de reor. cuſtod.* Attamen dari carcerem ad pœnam, non ſolum deducitur, ex *l. 2. C. de exact. tributorum*. etiamſi alij aliud iudicent, ſed etiam ex *cap. quamuis. de pœnis. in 6.* vbi *Innocen. IV.* ait. *Quamuis ad reorum cuſtodiam, non ad pœnam carcer ſpecialiter deputatus eſſe noſcatur. Nos autem non improbamus conuictos, in perpetuum, vel ad tempus, vt videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiã peragendam.* & *Clem. I: §. duro. de hareticis.* vt *Practaius* aduertit, & *cap. vt fama. de ſenten. excomm. ex Abb. num. 3. & cap. à nobis de Apoſt. cap. nouimus. de verb. ſignific. cap. qualiter, & quando de accuſat.* vbi *Innocen. Ioan. de Anan. §. fin. colum. 1. & Felin. in cap. cum ſit. de for. comp & cap. Tua de pœnis.* vbi fures Clerici, in arctis Monaſterijs detrudi mandantur *cap. penult. de Hær. §. ſi qui autem.* vbi Hæretici, perpetuo carceri deſtinantur. Quia vt ait *Clar. quaſt. 7. verſ. Pœna autem.* Licet apud Laicos pœna carceris non ſit in vſu, vbi alia pœna imponi poſſit, vt eſt communis opinio apud *Baldum conſ. 443. lib. 3.* attamen apud Venetos, & Hiſpanos, adhuc putat vigere, & de Eccleſiaſticis, & Regularibus, eſt luce clarius; & ex noſtris Statutis non eſt ambigendũ, cum ſanciantur pœnæ carceris, pro diuerſis delictis, & non tantum ad detentionem.

Carcer nõ tantum ad cuſtodiam ſed etiam ad pœnam datur.

Non tamẽ apud Laicos.

Reſpondeo ſecundò adhuc duplex eſt Carcer, alter, qui arctatio dicitur, eſtquè loco tormenti ad eliciendam veri confeſſionem. alter qui datur ad cuſtodiam, vel pœnam. de quo, quia ſupra dictum eſt, remanet de arctatione dicendum. Eſt enim arctatio, *Recluſio alicuius in carcere, cum chorda, & capucio.* vt ex noſtris Statutis habemus, & antiquioribus, quæ à carceratione in multis differt. Primum, quia carceratus, priuatur forma habitus, id eſt, *chorda, & capucio*. arctatus autem minimè. Secundò carceratus infligi ſibi flagella diſciplinæ iubetur, ſemel, ſexta feria, & pane, & aqua veſci. Arctatus autem ter in hebdomada. Tertiò carceratus ad pœnam, ſcit tempus ſuæ carce-

Arctatio quid.

Digitized by Google

carcerationis; at arctatus nequaquam, decernente Statuto, *Durabit autem arctatio per tempus Superiori benè viſum, de Patrum conſilio, ita tamen, vt arctato nullatenus reueletur.* ne ſcilicet eludatur finis arctationis. Quartò carcerati detinentur vel ad cuſtodiam, vel ad pœnam. Arctati autem, vt ex carceris incommodis, veritatem confiteri vrgeantur. & habet hoc pœnæ genus in ſacris canonibus fundamentum. nam *cap. 1. de depoſito*; mandatur, *ſub quæſtionibus ad rationem poni, etiamſi oportuerit, vinculis alligari, vt pecuniam in eius manibus depoſitatam, reddere compellatur.* Negabat enim depoſitum. & patet torqueri poſſe Clericum, etiam ob cauſam ciuilem, vt *Abb. hic n.6.* & alij. & tortura non ſolum conſiſtit in quæſtionibus, ſed etiam in vinculis. *Gloſ. in dicto cap 1. de depoſito*, quæ idem eſſe ait, torturam, tormentum, & quæſtionem. Nam tortura eſt Inquiſitio veritatis per tormenta. *l. 1. ff. ad Syllan. & l. 1. C. de quæſtion. cap. ſi reſ. 14. quæſt. 6. §. Vbi quidem. & cap. fraternitas. 12. quæſt. 2.* in quo, *quidam fures damnis, quidam verberibus corriguntur.* & *cap. circumcelliones. 23. quæſt. 5. §. Noli perdere. Quando tantorum ſcelerum confeſſionem non extendente equuleo, non ſulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſti. qui modus coercitionis, & à magiſtris artium liberalium, & ab ipſis parentibus, & ſæpe etiam in iudicijs ſolet ab Epiſcopis adhiberi.* Scribit *Auguſtinus ad Marcellinum Comitem de Donatiſtis captis. & cap. illi qui 5. quæſt 5. Veritatem diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus tortor exigere debet.* vbi tortor appellatur Religioſus, quia pro veritate contendit. Non enim eſt vnum torturæ genus, vt in noſtra practica criminali aduertimus. Titulo *de tortura initio.* vt notarunt *Marſilius, Carrer. Brun. Clar. Locatellus, Iodocus, quos refert, & ſequitur Chartarius lib. 4. pract. cap. 1, à num. 3.* & in ſpecie Rei torquentur fame, vigilia, & vniuerſaliter tormentorum modus, cum non ſit in iure determinatus, Iudicis arbitrio relinquitur. *C. & ff. de quæſtion. Clar. 9. 64. verſ. Item debet. Marſil. in l. 1. ff. de quæſtion.* qui tormentum taxillorum, & vigiliæ adinueniſſe fatetur. Quia omne corporis afflictiuum, tortura, ſeu tormentum appellari poteſt, torquent enim mentem, & ſenſum etiam flagella, etiam ieiunia, etiam inuoluntaria detentio in carcere, & confuſio illa, comparendi coram communitate ter in hebdomada, ad ſupradictas pœnitentias ſubeundas. Solet autem hoc genus

Tortura, Tormentum Quæſtio, idem ſunt.

Tortor religioſus.

Torturæ modus arbitrio iudicis relinquitur.

Digitized by Google

Domus diſciplinæ. tormenti, domus diſciplinæ etiam appellari, quia ſub rigoroſa diſciplina gemit, qui ad veritatem fatendam cogitur. Nec enim diſt ncta ſunt, Arctatio, & diſciplinæ domus, itaut liberum ſit Superioribus, ſubditos in domo diſciplinæ compeſcere, prout libuerit quia Statutum Valliſoletanum, ex Salmanticenſibus elicitum, inquit, *Quo tempore in carceribus fuerint, ſine capucio, & chorda ſemper maneant; non ſic autem in domo diſciplinæ, arctationis cauſa detenti.* vbi manifeſtè apparet, arctationem in domo diſciplinæ exerceri. Quapropter qui non meretur arctari, neque poterit in domo diſciplinæ coerceri. Et cum arctatio dari non poſſit à ſolo Prouinciali, ſed cum Diffinitorio, ſequitur, non poſſe Religioſum recludi in domo diſciplinæ ad libitum. vt aliquos feciſſe ſcio. & ratio eſt in promptu, quia domus diſciplinæ, vel eſt pœna, vel ad pœnam ordinatur, vt remedium ſubſidiarium pro delictorum emendatione. Pœnæ autem à ſolo Prouinciali infligi non poſſunt. niſi dicere velimus, poſſe Guardianum, pro quotidianis culpis, v. g. pro coercenda vagatione alicuius per Conuentum pro compeſcenda garrulitate, contentione, rixa, &c. præcipere Subdito, vt ad ſuam cællam pergat, ex eaque non egrediatur, ſe inconſulto, hoc enim concedi poſſet, ad obedientiæ exercitium; attamen hoc non eſt, manere in domo diſciplinæ, prout, in Statutis Ordinis tales termini concipiuntur. Sapiunt enim pœnam, & tormentum, ordinatum ad iuridicas inquiſitiones, & non ſalutares pœnitentias. ex quo vlterius deduco, non ſolum peccare Superiores, hoc tormenti genere abutentes, ſed etiam puniri poſſe, tanquam alienæ Iuriſdictionis vſurpatores.

Quæro ſecundò, quibus delictis carcer iniungitur.

Reſpondeo in iure communi, pœna carceris imponitur in locis, quæ ſupra citauimus, quod carcer detur etiam ad pœnã. in Apoſtolicis autem Conſtitutionibus hæc pœna non reperitur inflicta, niſi circa incorrigibiles, qui ad emendationis experimentum, per decretum de Apoſtatis, & eiectis, per annum in carceres detrudi, & ieiunijs probari mandantur. Et neſcio ſiquis alius Pontifex, carceris pœnam Regularibus indiderit.

Carceris pœna, incorrigibilibus inflicta.

In Statutis autem Ordinis carcerari mandantur. Primùm obloquentes de Summo Pontifice, & Eminentiſſimis Cardinalibus *cap.* 1. *Stat. num.* 1. & 2. ad trimeſtrem carcerem condemnantur.

Obloquẽtibus.

Secun-

Secundò, qui Generalibus non obedierint, per tres menſes: Qui eiſdem rebellauerint; per ſex menſes: Qui id in Prouinciales admiſerint, per tempus arbitrarium Generali: Qui iniunctã pœnitentiam facere recuſauerint, carcerari poſſunt. Qui in Commiſſarios Viſitatores, ſe rebelles oſtenderint, per ſemeſtre, carcerari mandantur. Ibid. *num.* 3. 4. 5. 6. *& cap.* 7. *Titulo de pœnit. num.* 23. Inobedientibus.

Tertiò, Apoſtatæ omnes, carcerari debent. *cap.* 2. *tit. de Apoſt.* quæ pœna augetur, vel minuitur, pro Apoſtaſiæ gradibus, nam pro leuiſſima Apoſtaſia datur carcer vnius diei. *num.* 7. pro leuiore, duorum, *num.* 6. pro leui, trium. *num.* 4. pro graui trium dierum *num.* 10. pro grauiore, trium menſium. *num.* 11. duplicantibus grauiorem, duplicatur carcer *num.* 12. triplicantibus, imponitur carcer vnius anni, vel etiam triennalis *num.* 13 pro grauiſſima, impoſitus eſt carcer trium menſium. *num.* 15. & illam replicantibus, ſex menſium; triplicantibus autem, triremes decreti *num.* 15. Apoſtatis.

Quartò, Equitantes ſine licentia, & neceſſitate, ad triduanũ carcerem condemnantur. *cap.* 3. *§.* 8. *num.* 3. etſi licentiam equitandi obtinuerint, equitauerint tamen per Ciuitates, & Terras, carceri etiam arbitrario deſtinantur *num.* 5.

Quintò, Caſtitatis violatores, fornicarij, ad ſex menſes: Sacrilegi, in perpetuum, ſicuti etiam nefandi. *cap.* 7. *tit. de pœnis*, *§.* 5. *num.* 21. & qui Mulieres intra Clauſtra conduxerint, vel in ædiculas pro Confeſſarijs Monialium deſtinatas, arbitrario carceri ſunt addicti. *cap.* 11. *tit. de ſuſpectis conſortijs, num.* 7.

Sextò, Contumaciter inobedientes, carcerari debent. *cap.* 7. *de pœnis, num.* 23.

Septimò, Proprietarij, per menſem carceri adijciuntur. *Ibid. num.* 4.

Octauò, Alchimiæ, & artibus vetitis vacantes, carcerari iubentur ad Prouincialis arbitrium. *cap.* 5. *tit. de laboritijs*, ad honeſtatem, &c. *num.* 2

Nonò, Superior fraudans eleemoſynas, carcerandus eſt, Superioris arbitrio. *cap* 6. *tit. de computis, &c. num. vlt.*

Decimò, Procurans legari eleemoſynam, ſibi, vel alteri, arbitrario carceri deputatur. *Ibid. tit. de legatis, num.* 1.

Vndecimò, Cõſentiens fieri Procurator Cõuentus ad exigẽda legata, &c. ad arbitrium Prouincialis carcerandus eſt. *Ib. n.* 7.

Duode-

Duodecimò, Guardianus, qui incœptam à Prædeceſſore fabricam, ſine licentia deſtruere, vel mutare audet, per menſem carceretur. *Ibid. tit. de locis, & fabricis, num vlt.*

Decimo tertiò, Confeſſarius recipiens in confeſſione pecunias, carceratur per menſem. *cap. 7. tit. de ſacra peccatorum confeſſione, num. 6.* & Confeſſiones reuelans ad arbitrarium Prouinciali, carcerem condemnatur. *cap. 7. §. 5. num. 41.*

Decimo quartò, Prælato in culpa reſpondens, licentia prius non obtenta, carcerari poteſt, ad arbitrium Prouincialis. *Ibid. num. 47.*

Decimo quintò, Minans alteri in perſonam, carceratur *cap. 7. de pœn. num. 51.* leuans manum, vel aliquid ad percutiendum accipiens, carcerem meretur, per tres menſes. Leuiter percutiens, carceratur ad libitum: grauiter percutiens, &c. carcerandus eſt, per ſex menſes. *Ibid. num. 52.* Percutiens gladio, baculo, &c. per annum. *Ibid. num. 53.* ſex menſes. *Ibid. nu. 53.*

Decimo ſextò, Falſificans ſigilla, vel literas Prælatorum, vel perſonæ notabilis, carceratur ad arbitrium Prouincialis. *Ibid. num. 61.*

Decimo ſeptimò, Deponens falſum in iudicio, vel reuocans, & deponi, aut reuocari procurans ſemeſtri carceri deputatur. *Ibid. num. 64.*

Decimo octauò, Ludens aleis, aut taxillis, carcere arbitrario eſt macerandus. *Ibid. num. 67.*

Decimo Nonò, Committens delictum, quod in ſæculo dignũ eſt morte, perpetuò carceri mancipari debet. *Ibid. num. 68.*

Vigeſimò, Condemnatus, & appellans, ſi ſit ſuſpectus de fuga, detineatur in carcere loco detentionis. *cap. 7. tit. de appellat. num. 4.*

Vigeſimo primò, Dogmatizantes, vel prædicantes contra veritatem Catholicam, vel libros prohibitos legentes, &c. carceribus mancipari debent. *cap. 9. tit. Eleemoſyna Prædicatoribus, &c. num. vlt.*

Vigeſimo ſecundò, Aſſerentes, non debere reuelari peccatũ, cognitum alia via, quam per Confeſſionem Sacramentalem, & in contumacia perſeuerantes, ad arbitrarium carcerem condemnatur. *cap. 10. tit. Fratrum admonitio, n. 3* ſicuti, qui dogmatizauerint, non debere reuelari crimen, per fraternã admonitionẽ ſecretò correptum, arbitraria carceratione puniẽdi ſunt. *n. 4.*

Atquè

Atquè hi ferè ſunt caſus, carceratione emendandi, circa quorum aliquos iuuat adnotare nonnulla, relinquentes, quæ adnotata fuere in Commentarijs ad Statuta, ſuis quæquè locis, & remittentes propria in Capitulis infra examinandis.

Circa quartum vbi dicitur. *Nullus frater equo, iumento, curru in publicas vias Ciuitatum, Terrarum, & hoſpitiorum, negotietur, deambulet, aut iter faciat, ſub pœna carceris*. Emergit dubium, an hoc compræhendat omnes, & in omni caſu, v. g. Ani veniens Neapoli Romam, & cum tranſire debeat per multa Oppida, & Ciuitates, vt Fundos, Terracinam, &c. debeat ab equo deſcendere: etſi ob pinguedinem non poſſit? etſi ſolus iter faciat, an pedes ambulans debeat equum per fręnum ducere, & oſtendere, quod is ſit, qui equo poſtea vtatur: & ſi in Comitatu aliorum, qui expectare nollent, &c. & ſi equitaret ob infirmitatem? Videtur enim Statutum omnes caſus compræhendere, dum dicit, *negotietur, deambulet, iter faciat*. Deinde quid nomine hoſpitiorum intelligatur, fortaſſe diuerſoria, tabernas meritorias, ad quæ diuertitur hoſpitandi cauſa, vel de die, vel de ſero; adeo vt ſit ſenſus, quod antequam accedat ad hoſpitium, debet ex equo deſcendere. Et videtur nimis durum, & inſolens; vt pedes ad hoſpitium accedere debeat, qui apud hoſpitem, in conceptu eſt, quod equitauerit, & equitaturus ſit in diſceſſu. Et vlterius, an ob eamdem cauſam, debeat pedeſter exire ab hoſpitio, & poſtea equum longè ab illo conſcendere, vbi nullum habeat, qui aſcenſui opem ferat. hæc inquam impoſſibilia moraliter ſunt.

Reſpondeo, Statutum remouere intendit ſcandalum, vt clarè in illo inſinuatur. *Et quia* (inquit) *equitatio in fratre minore, magnum ſæculo ſcandalum generat; præcipimus, &c.* & ſcandalū poteſt eſſe actiuum, & paſſiuum, vt omnes affirmant cum *Sancto Thoma* 2. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. & paſſiuum verum, non eſt peccatum; quia nullus tenetur dimittere opus ſibi licitum, & ex ſua natura non malum, ne alius ſcandalum patiatur. *Richar. in* 4. *diſtinct.* 38. *art. vlt. S. Thom.* 2. 2. 14. *art.* 3. *cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. Nam ſi ob ſcandalum eorum, qui ſciunt fratres Minores equitare non poſſe, & neſciunt cauſam legitimam, quam Minorica habet equitandi, vellemus, in caſibus permiſsis, non equitare, ſequeretur, quod nec per ſiluas, & campos equitare poſſemus, quia eadem ratio paſsiua ſcandali eſt vtrobiquè.

Scandalum actiuum, & paſſiuum.

Et

Et qui ſcit fratrem Minorem equitare non poſſe, ſcire etiam debet, poſſe in neceſsitate, & infirmitate. nec tenemur cuicumquè obuio, dicere, *Vide, quod ego habeo neceſſitatem, & licentiam equitandi*; & hoc ſcandalum paſsiuum, eſt Phariſaicum. *Matt.* 15. *vbi Hieronymus*, itaque vbi non fuerit ſcandalum actiuum, neque erit peccatum, & conſequenter, neque pœna carceris. Et ſcandalum actiuum eſt, quod vel ex intentione operantis, vel ex ſua natura eſt inductiuum alicuius ad minam. *Hoſtienſ in ſumma, tit. de renunciatione. Gloſ. in cap. niſi, §. pro grauit, eodem.* Et omnes communiter. In recenſitis igitur caſibus ſentio, non eſſe puniendum, qui per vicos, & Ciuitates inferioris notæ, vel hoſpitia equitaret. Excipio inſigniores, in quibus Minores equitare non ſolent, vt Romam, Neapolim, Mediolanum, &c. ex inſolito enim equitatu, poſſent imbecilles ſcandalizari. vt in Villis, & Terris, in itinere ſitis, ſicuti à culpa equitantes, in recenſitis caſibus abſoluo, ita etiam à pœna immunes cenſeo. & in hoc deſideratur prudentia Prælati, qui ſciat neceſsitates, à voluntarijs exceſsibus diſtinguere. Præcipuè notanda ſunt verba illa, *Negotietur, deambulet, iter faciat*, quæ non excludunt omnẽ equitationem, ſed tantum voluntariam. Inſolentiſsimum eſt, fratrem minorem, equeſtrem negotiari, vel deambulare, quaſi animi gratia. *Et iter facere*. in eundem ſenſum interpretandum eſt, vt iter non faciat ſine magna neceſsitate, quæ cum equitatione per illa loca, non compatiatur.

Equitare per Ciuitates ſine ſcãdalo actiuo, non eſt peccatum in fratre minore.

Circa octauum præter ea, quæ in Commentarijs noſtris ad Statuta, hoc loco notauimus, cenſeo recenſenda verba Statuti, *Alchimiam, & alias quaſcumque doctrinas, & artes ſuſpectas, ab Eccleſia reprobatas, qui diſcere, docere, exercere, vel libros, & ſcripturas talia continentes, retinere auſus fuerit, carceribus mancipandum decernimus arbitrio Prouincialis*. Vnde.

Quæro, An quilibet actus etiam inchoatus, vel imperfectus, puta qui cœpit diſcere, docere, exercere, & per diem, vel hebdomadã durauit, poſsit per carcerationem puniri. Sicuti etiã ſi breui tempore tenuerit librum Chiromantiæ, &c.

Reſpondeo primò iuxta doctrinam eorum, qui declarant primam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini contra legentes, retinentes, imprimentes libros Hæreticorum. Ab hac excommunicatione eximere paruitatem materiæ, vt ſentiunt. *Alterius cap. 6. dub. 4. Reginal. lib. 9. num. 254. Graff. par. 1. deciſ. lib. 4.*

*lib.*4. *cap.*18. *num.* 45. *Sairus lib.* 3. *de excomm. cap.* 2. *num.* 12. *Sanchez lib.*2. *cap.*10 *num.*31. *Duardus quaſt.*46. *num.* 4. *lib.* 2. *contra Vgolinum, & Toletum* aliter opinantes, apud *Bonac. diſput.* 1. *de cenſuris quaſt.*2. *pun.*4 *num.*14. quia in omni opere morali paucitas materiæ excuſat à mortali. Quæ autem ſit paruitas materiæ in caſu noſtro, dicerem, quo ad Alchimiam, ſi vnā actionem, vel vnicum experimentum faceret, vt lutandi vaſa, ſublimandi, vel fixandi Mercurium, &c. idque breui tempore paucarum horarum, vel vnius diei. & in libris, vetitas artes continentibus, ſi paucas lineas legeret, ſi non vltra vnum folium excurreret (cuiuſmodi citati Doctores Hæreticorum libros legentes excuſant à cenſuris). Si breui tempore, v. g. vno die eos retineret, & ſi vlterius, dummodo opportunitatem, eos Inquiſitoribus reſtituendi non haberet, vel ſi illicò reſtitueret, ſuę famę periculum ſubiret. Omnia enim iſta à mortali culpa excuſant, & conſequenter à pœna.

Paruitas materiæ excuſat lectiuram librorū prohibitorum

Quæ ſit paruitas materię in Alchimia.

Reſpondeo ſecundò, non eſſe carcerandum, niſi conſtaret, ſubditum *Diſcere, docere, vel exercere*. id eſt niſi has actiones faceret data opera, ex profeſſo, & ad effectum reducendi ad completam perfectionem Alchimię, &c. cognitionem. Diſcere enim ſedulam percipiendi aliquam cognitionem, ſtudium denotat. Nam *Diſcere*, propriè eſt *rem ignotam aſſequi*. Vt notauit *Pomponius in l. apud Iulianum. de fidei comm. libert.* & ex eo *Spiegellius*. Hinc illud *Saluij Iuliani*, cognomento ſeueri iuriſperiti, octauum, & 70. annum agentis. *Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere*. apud *Ioann. Caluinum in lexico*. Ex quo apparet, diſcendi verbum, pertinax ſtudium continere. *Docere* autem denotat, non quamcumque rei cognitæ communicationem, ſed artis communicandæ peritiam, & exercitium, hinc Doctores, idem ſunt ac Magiſtri, vt ex *Alciato* probat idem *Spiegell.* quod ex ſequenti *Vel exercere* declaratur, quia ſenſus *diſcendi, & docendi* eſt, quod fiat exercitium, & profiteatur quis tales artes, & non caſu, perfunctoriè, & accidentaliter. Nam particula, *Vel*, hoc loco ita ponitur inter diuerſa, vt etiam denotet ſimilia, & idem importantia; vt ex multis probat *Barboſa de diction. Vſu frequentibus. dict.* 415. Vis autem verbi *Exercere* eſt, quod quis vacet ex profeſſo talibus artibus, vt inde lucrum faciat diſcendi, vel docendi, vt per multa exempla iuris docet *Ioan. Caluinus verb. Exercere*. Nam exercere

Diſcere

Docere

Exercere

Particula *Vel*.

medi-

medicinam non dicimus, qui eam artem non profitetur, & ex officio, cuicumque miniſtrat. Sic exercere fęnus, iudicia, piraticam, crimen, cauponam, &c. Non dicuntur, qui ſemel, bis, aut ter has artes faciunt, ſed qui frequenter, & ex propoſito. Hinc deduco, non poſſe carcerari, qui bis, aut ter, tales artes exercuiſſe conuictus eſſet. Quia nos ſtamus in rigore Statuti. & cũ magna pœna ſit carceratio, non debetur, niſi magnæ culpæ, cuiuſmodi non ſunt actus inchoati, imperfecti, & paruę materię,

Reſpondeo tertiò, circa retentionem Scriptorum, vel librorum prohibitorum maiorem eſſe pœnam Statuti, pœnis Canonicis, quia Canones puniunt excommunicatione, legentes libros hęreticos, ſortilegos, necromanticos, &c. At Statutum reſtringit ſe ad retinentes, itaut pœnam incurrant, etiamſi non legant, nec legerint, quod maius eſt, quia poteſt liber vetitus legi, ſine retentione, vt ſi in alterius poſſeſsione, vel manibus reperiretur, at retineri ſine lectura poteſt, & ſic, cuiuſcumquè eſsēt libri, vel ſcripta, dummodo reperirentur in cælla, vel de mandato fratris, in poteſtate alterius, eſſet his pœnis plectendus, quia verè retinet, qui non abſtinet, nec dimittit. *l. 6. ff. de reb. auct. Iud. poſſid. l. 50. ff. de hæred. petit.* Dixi, ſi ſuo nomine, & mandato in alterius domo repoſita eſſent, quia retinere poſſeſſionem animo poſſumus, adipiſci non poſſumus. *Paulus in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acquiſit. poſſeſſ.* In hac etiam parte, excuſandus eſſet, ob breuitatem temporis, vt ſupradiximus. & multò magis per ignorantiam, etiamſi craſsã, & affectatam, quia dicit Statutum, *Auſus fuerit*. Auſus autem ſcientiam ſupponit, quam quælibet ignorantia tollit. & de craſſa firmant *Sanchez lib. 2. cap. 10. num. 38. Duard. lib. 2. quæſt. 36. num. 3. Vgolin. in primum Canonem Bullæ Cœnæ §. 2. Souſa pariter diſput. 13. num. 8. Alter. lib. 5. diſp. 2. cap. 6.* & de affectata, contra alios, docent citati *Sanchez num. 32. Duar. quæſt. 37. num. 5.* & alij, quia qui operatur ex affectata ignorantia, non dicitur ſcienter facere. Quod *Bonacc. cit. num. 9.* limitat, niſi ignorantia eſſet, cum ingenti temeritate coniuncta. Sed quoad rem præſentem, parum referunt ignorantiæ, quia licet, excludant excommunicationem in foro conſcientię, non excludunt præſumptionem culpę in foro exteriori; in quo ſufficit tales libros reperiri apud talem fratrem, modo ſciat, modo neſciat, quid ſint, quiduè contineant, & ſuum erit probare ignorantiam, quia

Retinere libros vetitos.

Retinere quid ſit.

Ignorãtia craſſa excuſat ab excomm. & affectata.

quia quilibet præſumitur ſcire, quę ſui muneris ſunt.

Circa IX. Statuti verba ſunt. *Quod ſi eleemoſynas fraudaſſe, vel in Prælatorum, vel in aliarum perſonarum dona, quouis modo erogaſſe, legitimè conſtiterit, ipſo facto, ſint excommunicati, ſuffragiorum iure, &c. perpetuò priuentur, & carceribus mancipentur, ſuperioris arbitrio pro fraudis, & dilapidationis qualitate.*

Primo quæritur, An tales pœnę irrogentur, etiamſi fraus reperiatur, vel denuncietur extra computum, ſingulis menſibus reddendum à Guardianis coram fratribus? eò quod vtraque iſta ſimul connectantur, & vnum ex altero cognoſci tradatur.

Reſpondeo affirmatiuè, quia id quod punitur, eſt fraus publicarum eleemoſynarum, & proprietatis crimen, quod acrius animaduertitur in Prælatis, quam in alijs, quia ipſorum fidelitati adminiſtratio commiſſa eſt, & in officio delinquunt. Deduci autem in actione reddendi computa, non tangit ſubſtantiam delicti, ſed modum, illud inueniendi. Habemus enim Iuridicos alios modos cognoſcendi delicta, nimirum, per inquiſitionem, accuſationem, denunciationem, *cap. qualiter, & quando cap. licet bali. de accuſat.* & ſic, ſi aliunde ſciatur, Statuti pœnis puniri debet. Fraus eleemoſynarũ in prælato acrius puniri debet.

Secundo quęritur, ſi conuictus ex calculo fraudaſſe, &c. quod eſt euidentia rei notorium, poſsit ſtatim condemnari, tanquam in infragranti depræhenſus crimine.

Reſpondeo debet fieri proceſſus de fraude, examinando fratres, qui computo adfuerunt, & debet audiri in ſuis defenſionibus. quia licet notorium ſit ex calculo, poteſt tamen ſe defendere, per alias innocentię vias, vel oſtendere errorem calculi, &c. Nemo enim legitimis defenſionibus priuandus eſt. De iure naturæ, & diuino, vt alibi dictum eſt. Ideo dicitur in Statuto; *legitimè conſtiterit.*

Tertiò. Quanta debeat eſſe fraus, & donorum erogatio, ad haſce pœnas incurrendas?

Reſpondeo non ſufficit, præciſa materia peccati mortalis, vel furti, vel proprietatis, ſi eſsẽt duo Caroleni, vel Iulij, aut tres, vel quatuor iuxta opiniones magis famoſas; quia hic non agitur de ſola culpa mortali, ſed de inferendis excommunicatione, priuatione perpetua ſuffragiorum, & officiorum Ordinis, & carceratione. quę ſunt maximæ pœnarum, quę in Seraphico Ordine inferuntur, atquè adeo ſupponit magnum delictum, & fraudem, Quanta debet eſſe fraus, vt puniri poſsit.

Cb quam quantitaté bonorum naufragan. tiũ incurritur excom:n.

dem, ac dilapidationem notabilem. Hinc *Quaranta verb. bona naufragantium, Filliuccius de munerib. Religioſorum, Sayrus lib. 1. de cenſur. cap 9. num.33, Duard. quæſt.11. num. 5. Scortia Theor.413.* dicunt, rapientes bona naufragantium, non incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ ob quamcumque materiam, ſed neceſſarium eſſe, vt duorum aureorum valorem attingat, quia excommunicatio non debet fulminari pro re vulgari *Concil. Trident ſeſſ.25. de reform. cap. 3.* qualis eſt, omnis valor, infra duos aureos. *l. ſi oleum. cum ſeq. ff. de dolo malo.* nec pręſumi debet, voluiſſe Religionem, tantas pœnas infligere pro re vulgari. Vnde dico, eum qui fraudaſſet, vel donaſſet ſupra duo aurea, poſſe his pœnis coerceri, non infra. Reliqua remitto ad diſputata in noſtris Commentarijs *cap. 7. de caſibus reſeru. cap. 7. ſtat. 2.* vbi de munerum largitione diſputauimus. Quibus addo, donata Superioribus, ita tandem in hoc Statutum incidere, dum fierent cum dilapidatione bonorum Conuẽtus, & prætextu ambitionis; vt aduertit *Diana. 1. par. tract.6. de pauper. Religioſ. reſolut.33.* licet *Lezana in ſum. verb. donare. num.9.* non ſatis placeat. Etſi nummi, aut denarij, vel pecunia donarentur, quæ ſtatui noſtro repugnant. Non autem ſi poculenta, vel eſculenta, vel res modici valoris, ſed magni, quod elicio ex verbis ſtatuti dicentis *pro fraudis, & dilapidationis qualitate*. Dilapidare autem non eſt quæcumque datio, *ſed prodigere, diſperdere, decoquere. l verum §. penult. ff. de Minorib.* vbi *Iuris conſultus*. Propriè enim dilapidare ſignificat, lapides auferre, hinc ad damna conuerſum, denotat, rei familiaris deſtructionem, quaſi domum diſiectis lapidibus deſtruat. Vnde denotatur vigens damnum.

Dilapidare quid ſit.

Quartò, Quantum debeat eſſe carceris tempus, dum Superioris arbitrio commendatur?

Reſpondeo, *Pro fraudis, & dilapidationis qualitate*. Nam ſi pro ſola proprietate ſimplici eſt carceratio menſtrua, certè maior debet eſſe pro fraude, & proprietate qualificata, ex officio Pręlati delinquentis, quę ſatis aggrauat, & ex damno Conuentus, qui dilapidatur. Ideo ex augmento dilapidationis, exceſſus carcerationis elici debet. & augeri ad menſes, & annos. minus vno, aut duobus menſibus carcer decerni non debet.

Qualis carcer dilapidantibus congruat.

Circa decimum, quod tale eſt. *Vniuerſis, & ſingulis fratribus; per ſanctam obedientiam præcipimus, vt nemo per ſe, vel per inter-*

poſi-

poſitam perſonam, ad faciendam, & ordinandam aliquam eleemo-ſynam, ad tempus, vel perpetuam, ſibi, vel alteri fratri, aut Ordini, vel Conuentui exhibendam, ſuadeat, vel prouocet. Etſi ordinata fuerit, nullo modo exigatur à fratribus, vel ab alio ipſorum nomine, in iudicio: nequè exigi poſſit, nequè recipi, niſi per modum eleemo-ſynæ. Contrauenient ſit ipſo facto excommunicatus, &c. & omnibus Ordinis officijs priuatus, Carceribus etiam mancipetur Prouincialis arbitrio.

Prima difficultas, An Statutum comprehendat caſus, in regula conceſſos, pro infirmis, indumentis, neceſſitatibus, &c.

Quærere eleemoſynas pecuniarias pro veris neceſſitatibus, poſſumus.

Reſpondeo negatiuè, quia in permiſſis non delinquimus. & *quod ob gratiam alicuius conceditur non eſt in eius odium retorquendum. reg. Iur. in 6.* & *quando quis mandato facit regula, dolo facere non videtur.* Ibidem, & manifeſtè loquitur ſtatutum de eleemoſynis pecuniarijs, quæ ſuadentur legato relinqui, non quæ in dies pro veris, & permiſſis neceſſitatibus petuntur: patet ex *titulo de legatis*. & procuratur extirpari ab ordine abuſus, vel nomen legatorum. & licet non eſſet peccatum contra regulam, vbi facta eſſet experientia, quod infirmi ſuſtentari non poſſent cũ quotidianis eleemoſynis, & fratres veſtiri non poſſent per conſuetas mendicationes, quod aliquis diuiti morienti ſuaderet aliquid pro his neceſſitatibus legari eleemoſynaliter, recipiendum poſtea à fratribus, quia contra regulam non eſt, cognitis neceſſitatibus obuiare; & ſicut poſſumus pro futuris neceſſitatibus quæſtuationes anticipare, ita etiam poſſemus, ad ſubleuandas futuras neceſſitates aliquam eleemoſynam ſuadere; tamen, quia hic aditus licitus poſſet ad illicita penetrare, & paupertatis murum effringere, iure optimo cautum eſt, non permittere licita, vt vitemus illicita. Ex hoc enim fonte minoritici ſtatus præcipua prærogatiua decolorata eſt, & à paucis legatis, ad magna, ad diuitias, ad bona immobilia deuentum eſt. Ideo tam rigoroſè radix reciditur, vt fruticum luxuries impediatur, & quod non eſt malum in ſe, factum eſt malum ex lege. Niſi etiam in ſe malum dicamus, quia legata iſta, maximè ſi ſint perpetua, quotidianæ mendicationi præiudicant, cum in legatis certitudo prouiſionis reperiatur. Vt aduertit *Sanchez lib. 7. Decal. capit. 26. num. 47.* cui & ſi reſpondeat *Hieron. Rod. reſolut. 88. num. 19.* ad ſuſtentandam ſententiam *Rodrig. tom. 3. quæſt. 67. artic. 8.* contra *Portell. verb. teſtamentum. num. 8. & verb. legatum. in*

An legatũ perpetuum tollat mẽdicationẽ.

P Add.

Add. num. 3. dicens, non tolli per hoc mendicationem, quia ſemper legatum exigitur eleemoſynaliter: tamen cum ſciatur, iſtam eleemoſynam eſſe ita certam moraliter, & ciuiliter, vt nullo pacto mutari poſſit, maxima certitudo inducitur, qualem habent, qui bona in communi poſſident. quia & ſi Dominus eleemoſynæ, dum viueret poterat illam non dare, mortuo tamẽ ipſo, legatum redditur immobile ex parte hæredis, qui non dat gratis, & liberaliter quomodo dabat Teſtator, vt affirmat ex *Corduba* in *cap.*6. *reg. quæſt.*11. *pun.*4. Nam teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, ex Apoſtolo. & teſtator non legat fratribus tantam pecuniam, dandam ab hærede liberaliter, adeo ut ſi nolit, poſſit non dare, ſed obligat, & cogit ipſum hæredem ad reddendum legatum, ſuper quo poteſt cogi ab Epiſcopo, vel Iudice, licet non ad inſtantiam Religionis, & fratrum. *Legatum* enim (vt ipſemet *Hieron. Rod. num.*10. affirmat) *eſt quædam donatio à defuncto gratis relicta, ab hærede præſtanda. Inſtit. de legat. §. legatum.* non quidem liberaliter ſicut Teſtator, vt infert ipſe paulò poſt, ex eo, quod agens de mandato alterius, agat ad modum mandantis. Quia in hoc ſenſu falſiſſima propoſitio eſt, nam vt idem *num.*19. docet ex multis, quos citat, *Legata annalia relicta in ſtipendium miſſarum, & officiorum diuinorum, valida ſunt, & ad illa ſoluenda tenentur in conſcientia hæres, & teſtamentorum executores. quamuis enim dicti fratres ſint incapaces ad petendum in iudicio per ciuilem actionem, non ſunt tamen incapaces ad recipiendum, quod ſibi debetur in foro conſcientiæ, & quod Iudex ex officio eiſdem ſolui facere tenetur.* En liberalitas hæredis? Quis enim ſapiens dixit, mandante Principe ſeruo deferre munus alteri, quod ſeruus illud det ex gratia, & liberalitate, quinimo tenetur ex rigoroſa iuſtitia, & ſi non det, peccat mortaliter, & obligatur ad reſtitutionem. Suppoſita igitur hac communi doctrina, remanet fratribus certitudo illa pluſquam moralis, de habenda pecunia, ſiue per hunc, ſiue per illum modum, & poſsũt cogere per Iudicem hæredem ad illam ſibi erogandam. Quidquid ſit, de conuentione ciuili, vel deprecatoria, de qua non diſputamus, quia ſolum premimus certitudinem tollentem mendicitatem, quæ in legatis negari non poteſt. Et licet ſpeculatiuè contrarium defendatur, & ipſemet reſolutor in fine *num.* *x.* conſulat non decere, nec conuenire, quod Prælati contrariam ſententiam permittant practicari, niſi raro, ne ſcandalum generetur,

Legatum quid ſit.

retur, & porta aperiatur relaxationi; miror tamen, quod idem *num.* 10 *§. Tandem, cum Rod. dicta quaeſt.* 67. *art.* 8. *tom.* 3. & *Cord. in cap.* 6. *regul. quaeſt.* 10. affirmat, poſſe fratrem Minorem inducere conſanguineum, aut amicum, vt ſibi tale legatum annuum relinquat ad vitam, & eſſe licitum fratribus Minoribus inducere fideles, vt Anniuerſaria, ſeu Cappellanias in ſuis Monaſterijs cōſtituant, eò quod ſuadeant opus bonum, & pium. Miror (inquā) quia grauiſſima, & antiquiſſima Ordinis Statuta id prohibent. Præcipuè *Statuta Vltramontana cap.* 3. *§.* 4. *citantia Clem. exiui. Statuta Papalia Iul. II. cap.* 6. *partic.* 19. & 20. *Salmant. cap.* 6. *Aſſiſiana ann.* 1526. & dicentia *Cum annuos redditus, ſicuti cætera bona immobilia nobis habere non liceat, ideo renouantes antiqua generalia Statuta, decernimus; quod nullus frater inducat perſonam aliquam, ad eleemoſinam perpetuam Ordini noſtro exhibendā. Etſi aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur ſub pœna proprietatis, à procurantibus, & exigentibus ſubeunda.* Quod Statutum reperitur in *Farinerijs cap.* 3. quæ ſuper addūt Sanctam obedientiam, & latam excommunicationis ſententiā, *ijs qui eleemoſynam perpetuam, vel ad vitam, ſibi vel alteri fratri, vel etiam Ordini exhibendam, inducunt*. Videat igitur lector, quomodo poſſit eſſe licitum, quod ſub tantis pœnis tam rigoroſè prohibetur. Et qua ratione opus pium eſſe poteſt, quod tam impiè à fratribus vſurpatur. Non enim nobis licent omnia opera pia, & bona, quia non eleemoſyna, non negotia ad ſalutem aliorum, ſi per obedientiam vetantur. Nam cum bonum ex integra cauſa dependeat, Et malum ex ſingulis defectibus conſurgat, bonum eſſe non poteſt, cui refragatur lex, quod Minoricæ paupertati ruinam minatur, quod tot animaduerſionibus plectitur, quod ſæculum ſcandalis replet.

Procurans ſibi relinqui legatū, peccat. ſicuti cappellanias, &c.

Secunda difficultas, ad quantum ſe extendere poterit arbitriū Prouincialis circa carcerationem.

Reſpondeo Minorem illa, quæ Proprietarijs datur, inferre non debet, quia per Vltramontanum Statutum, vt Proprietarij puniendi ſunt, illius tranſgreſſores. Et eò magis ſeuerius procedendum eſſe cenſeo, quò agitur de re grauiſſimi momenti, quę in vſum induci ſatagitur.

Tertia difficultas, ſi frater ſuadeat relinqui eleemoſynam cōſanguineo, vel alteri, non fratri Ordinis, ſed ſæculari, cum quo conuenerit, *vt ſibi tandem*, vel totam, vel partem eroget, de cō-

ſenſu donantis, & legantis, an debeat his pœnis plecti.

Reſpondeo primo, cũ de ſolis fratribus Ordinis diſponat Statutum, & ſuaſio ad faciendum legatum non ſit mala, aut prohibita, non eſt puniendus legati Suaſor.

Procurans fieri legatũ ſeculari vt fratri ſubueniat, puniendus eſt

Reſpondeo ſecundo, cum Statutum dicat, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, poſſe ſuaderi tale legatum, ſicuti actiuè acceptum, pœnam infert, quia *qui per alium facit, per ſe facere videtur. cap. poteſt, & cap. qui facit. de regul. iur. in 6.* multò magis paſſiuè, quia *cum quid probibetur, probibentur omnia, quæ cõſequuntur ex illo. eod. reg. 39. & cum quid vna via probibetur alicui ad id ad alia non debet admitti. reg. 84.* modo cum prohibeatur id quod inobedientiam, & proprietatem continet, Cuiuſmodi eſt, procurare ſibi denarios &c, & iſte caſus debet rigoroſius emendari, cum culpam contineat, iam à tranſgreſſore cognitã, & occultari procuratur, cum deceptione Superiorum.

Circa XI. quod eſt, vt ſequitur. *Si aliquis frater fiat Procurator ad exigenda legata, quæcumquè illa ſint; vel comparendum in iudicio, carceri mãcipetur. Et Prouincialis, aut Guardiani huic facto conſentientes, priuentur officio.*

Quæritur primò. An ſi fiat Procurator ad exigenda eleemoſynaliter, incurrat pœnas.

Exigere legata eleemoſynaliter non eſt malum.

Reſpondeo negatiuè, quia exigere per modum eleemoſynę iã conceditur, ibi *Nequè exigi, nequè recipi poſſit, niſi per modum eleemoſynæ.* Quæ vltima clauſula refertur tum *ad exigi*, tum *ad recipi*, quia cui conceditur receptio eleemoſynę, conceditur petitio illius in caſibus, à iure permiſſis, de relatiuis enim eadem eſt ratio *l. aſſe. tota. ff. de bæred. inſtit. l. inſtitutio talis ff. de condit. inſtit.* Et licet verbum *exigere*, dicat receptionem ab inuito, quia exegiſſe dicitur, qui inſtituta actione petit, *Spiegell. ex Alciato, Rebuff. ad l. verbum exacta. ff. de verb. ſignific.* Nam cum componatur *exigo*, ab *ex*, & *ago*, ſignificat eijcere, & expellere. Et ſic denotat, alias debitum petere. *l. 2. §. ad Magiſtratus. ff. de orig. iuris*, & Exactores dicuntur, qui pecunias debitas exigunt *C. de exactoribus tributorum.* Et vniuerſaliter in iure, exigere ad debitum refertur, & ad eum, qui actionem habet ad petendum, & poteſt inuitum cogere apud Iudicem, vt reddat. vt multis ex legibus *Briſſon. Spiegell. Oldrad. Io. Caluin.* probant.

Exigere quid ſit.

Vnde ex hoc capite, ſicuti nobis prohibetur ius, ita prohibetur exactio: attamen in tam rigoroſa ſignificatione exactionem non

accipi-

accipimus, Sed pro ſimplici petitione eleemoſynæ; & lato quodam modo. Quia ſi rigoroſè acciperetur, nô verificaretur Statutum, *neque exigi, nequè recipi poſſit, niſi per modum eleemoſynæ.* Nam non eſt eleemoſyna, quæ ex debito recipitur; verum quidem eſt, in priori Statuto, exactionem rigoroſè accipi, & propterea carceratur, qui ad exactionem Procurator inſtituitur. Quia Proprietarius eſt, quod ius, quod non habet, ſibi erogat.

Quæritur ſecundò quę differentia ſit, conſtitui Procurator ad has exactiones, & comparere in iudicio, quia vt diſtincta in Statuto ponuntur.

Reſpondeo in re idem ſunt, quia qui conſtituitur ad rigoroſã exactionem, poteſt petere in iudicio, & extra; attamẽ cum poſſit, quis deſtinari ad exactionem extra iudicium, & in iudicio, vtrumquè, vt dominium ſapiens, ſub eadem pœna prohibetur. Et ſic qui conſtitueretur Procurator ad exigenda legata, cum limitatione, ne propterea in iudicio compareat, in pœnas Statutas incidit, æquè, & pariformiter, ac qui explicitè ad in iudicio comparendum, deſtinaretur.

Procurare exactioné legatorum & comparere in iudicio, idem ſunt.

Quæritur tertiò, An haſce pœnas incurreret, qui non conſtitueretur, quidem Procurator, ſed de facto legata exigeret, oſtẽdendo dominium, procurando apud Syndicum Apoſtolicum, vt hæredem, vel in iudicio, vel extra conueniat, aut Procuratores ſæculares ſubmitteret, &c.

Reſpondeo affirmatiuè, quia non punitur ſollemnitas, ſed ſubſtantia actus, nimirum oſtendere ius in legatis; quod ſit in omnibus recenſitis caſibus. Et *cum aliquid vna via alicui prohibetur, non debet, per aliam viam ad id ipſum admitti* regul. 84. iur. in 6. & Statutum clarè ait, *Non exigatur à fratribus, vel ab alio ipſorũ nomine, &c.* Benè tamen verum eſt, quod ſi non exeatur ab exactione eleemoſynali, etiamſi apud Epiſcopum, & Iudicem agatur, implorando Paternum munus, aut moneant hæredem de ſua obligatione, ſuper qua tamen fratres proteſtentur nullum ius habere, non peccaretur, nequè incurrerentur pœnæ. Vnde *dari conſilium in his exequendis Minorico Statui non obſiſtit*. in *Clem. exiui. §. Verumtamen in his exequendis.*

Punitur vt proprietarius frater Minor quì quoquo modo procurat exigi legata.

Quæritur quartò, An agente ex ſe Syndico, ad exactionem legatorum teneantur fratres id prohibere.

Reſpondeo neceſſario debent monere Syndicum de facultate, quam habet, quæ cum non poſſit eſſe Martiniana, ius ad exigendum

Obligatio fratrum in monendo

ſyndico circa legatorū exactiones.

gendum non habet. contra quam ſi agat, inconſultis fratribus, debent illum de indebita actione monere. etſi ex tali actione, ſcandalum Iudicibus generetur, & veniunt fratres in ſuſpicionē, quod ex eorum inſtigatione procedat, debent illum ab officio remouere. Quæ eſt determinatio *Clement. exiui. de verb. ſignif. §. Amplius cum non ſolum*: in qua prohibetur, fratres aſſiſtere Curijs, in iudicio experiri. Experiuntur autem, cum non prohibent fieri, cum poſſint, & debeant, vt in ſimili diſcurrunt, de non obſtante damno proximi, qui peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, ſi ex officio illi incumbit cura, tutela, procuratio, adminiſtratio &c. *Andr. Gaillius lib. 2. obſeruat. 64.* *S. Th. 2. 2. quæſt. 62. art. 7. Adrian. in 4 de reſtit. 9. de concurrentibus cum fure. Nauar. in cap. Non inferenda. 23. quæſt. 3. & in Manuali cap. 14. num. 36.* & alij omnes. Et nemo negabit, teneri ex officio, ſuperiorem inſtruere, & impedire, quæ à ſuis Procuratoribus, in perniciem Religionis committuntur. Nam cui committitur cura procurandæ, & tuendæ obſeruantiæ regulæ, eidem conuenit remouere contraria.

Non obſtās quando ad reſtitutionem teneatur.

Circa XII. quod tale eſt, *Guardianus, qui ab anteceſſore inceptam fabricam ſine ſcripta Prouincialis licentia deſtruere, vel mutare auſus fuerit per menſem carceri mancipetur.*

Super quo emergit difficultas, an dicente altero Statuto, *Poſthac nihil noui quod ſcutorum decem expēſas ſuperet, ſine ſcripta Prouincialis facultate, in Conuentibus noſtris fabricari, aut deſtrui liceat. Qui ſecus fecerit, ab eo loco confuſibiliter pellatur, priuetur officio, & ſuffragiorum iure triennio careat.* Intelligi debeat deſtructio à valore ſuperante decem ſcuta, itaut licitū ſit Guardianis immutare fabricam à decem ſcutis, & infrà, nam cum exceptio firmet regulam in contrarium, dum prohibetur ſub pœnis immutatio, quę decem ſcuta ſuperat, reſtat, vt in non ſuperante decem ſcuta, ceſſet pœna. Et quod hoc Statutum declarandum ſit iuxta dicta ſuperius, ſuadet illa ratio, quod Guardianus quicumquè non poteſt immutare fabricam, niſi illa ſit à ſuo anteceſſore conſtructa, quia ſui anteceſſores illam conſtruxerunt. Etſi hoc ita intelligatur, remanet, quod non ſit neceſſaria licentia, ſi inceptam ab anteceſſore fabricam, & valorem decem ſcutorum non ſuperantem, innouet. Et vlterius, An decem ſcuta teneri debeant incluſiuè, v. g. conceditur fabricari, vel deſtrui ad ſummam decem ſcutorum, non vltra: an vero valor

Fabricę cōſtructio, aut deſtructio in Minoribus quanti valoris eſſe poterit nō obtenta licētia Prouincialis.

lor fabricæ decem ſcuta attingere non debeat.

Reſpondeo primò, hæc duo Statuta idem non ſunt, ſed res diuerſas concernunt. Nam vnum reſpicit immutationem circa ædificium factum, à Guardianis quidem, ſed non immediatè anteceſſoribus, ſed antiquis: alterum verò reſpicit fabricam incœptam ab immediato anteceſſore. Tum quia iura iuribus cõcordanda ſunt, & non eſt præſumendum, quod duo Statuta, immediatè ſuccedentia, ſibi contradicant. Contradicerent autem, quia vnum abſolutè prohibet immutationem in fabrica ab anteceſſore facta: alterum permittit vſq; ad decem ſcuta. Et quod ſint diuerſa, patet ex vocabulo *Anteceſſoris*. Anteceſſor enim in iure, non eſt quilibet, qui alium præcedit, ſi in numero ſingulari proferatur, ſed qui immediatè antecedit. vt *Paulus* in *lib.* 55. *ff. de Iudicibus. Anteceſſor eſt prior Magiſtratus, cui alter ſuccedit.* cui correlatiuè opponitur *ſucceſſor*, ille inquam, qui immediatè ſubſequitur, vnde ſucceſſorem dare, vel mittere, eſt Magiſtratū abrogare, & officium auferre, vt inquit *Budeus, & Vlpianus in lib.* 2. *ad l. Iuliam Maieſtatis.* inquit, *Quinè de Prouincia, cum ei ſucceſſum eſſet non diſceſſit.* ideſt, ex *Spiegelio*, cum ei ablatum eſſet officium, ſeu abrogatum imperium. Prohibetur igitur, ne in fabrica ab immediato anteceſſore incœpta Guardianus ſucceſſor aliquid innouet, ſiue in illam, decem ſcuta pendat, ſiue pauciora. Non enim dicit. *ab anteceſſoribus*, quia tunc omnes alios comprehenderet. Sed ab anteceſſore, ideſt immediato. Expenſæ autem decem ſcutorum, ſe tenent ex parte fabricæ factæ ab anteceſſoribus, & antiquæ, in qua immutatio notabilis fieri prohibetur, non modica, cuiuſmodi iudicatur eſſe, quæ decem ſcuta non ſuperet.

Anteceſſor in iure, quis intelligatur.

Reſpondeo ſecundò, Decem ſcuta hoc loco accipienda Sũt incluſiuè, quia ait Statutum, *quod decem ſcutorum expenſas non ſuperet*. ergo attingere poteſt decem ſcuta, dummodo non excedat, & in pœnali hac conſtitutione, rigoroſa interpretatio fieri debet.

Fabrica decem ſcutorũ fieri poteſt ſine licentia.

Poteſt etiam dubitari, An ſufficiat licentia oretenus indulta.

Reſpondeo affirmatiuè, quia ſcriptura non requiritur ad formam, ſed ad ſollemnitatem actus, vt cautius procedatur. Vide dicta in noſtris Commentarijs *cap.* 11. *Statut.*

Circa XIII. cuius tenor eſt. *ſi quis Confeſſarius legitimè indiciatus fuerit, pecunias per ſe, vel per alium, quouis modo recipere*,

vel recepiſſe ad veritatem dicendam, arctetur. & conuictus ab audiendis confeſſionibus, ipſo facto, & perpetuò ſit ſuſpenſus, & proprietariorum pœnis omninò ſubiaceat: ac in excommunicationis ſententiam incidat, &c. ab eo loco expellatur, &c. & carceretur per menſem, vel per annum, ſi de eo alias fuiſſet conuictus.

Super quo Quæritur primò, An his pœnis ſit puniendus, ſi pecunias recipiat in actu confeſſionis, an ſufficiat recepiſſe ante, vel poſt, mediatè, vel immediatè.

Recipere pecunias ante vel poſt cõfeſſionem, vel in ipſa, inducit pœnas. Sollicitãtis in cõfeſſione, punitio

Reſpondeo licet Statutum non exprimat hoc, dico tamen puniendum eſſe, quoquo modo recipiat, dummodo id faciat tanquam Confeſſarius, ideſt Confeſſionis intuitu. Nam ſi hoc non importaret Statutum, ſuperfluum fuiſſet, nominare Confeſſarium, quia quilibet frater ſi pecunias recipiat, vt proprietarius punitur. Ergo ſpecialis ratio Confeſſarij, facit, vt fratrem in confeſſionis officio compræhendat. patet à ſimili de ſollicitantibus in confeſſione ad turpia per Bullam *Pij IV. Cum ſicut.* quã extẽdit ab Hiſpanijs ad omnes Orbis Chriſticolas, *Clem. VIII. ann.* 1592. & compræhendere ſollicitantes maſculos, ac etiam non ſolum in actu confeſſionis, ſed ante, vel poſt immediatè. *Paulus V. ann.* 1619. & in Bulla, *Dilecte fili. ann.* 1608 per ſuum decretum à Sac. Inquiſitione, de eius mandato promulgatum. Et per ſuam conſtitutionem *Greg. XV. Vniuerſi Dominici gregis. ann.* 1622. quæ non ſunt extenſiones pœnarum de caſu ad caſũ, ſed declarationes caſus formalis de mente iuris, & ratio eſt, quia

Quæ ſunt in actu paria ſunt cũ ijs, quæ sũt in via.

paria ſunt, quæ ſunt in actu, cum ijs, quæ ſunt in via, & deducũtur ad actum. *Bart. & Bald. in l. penult. ff. de teſtam. milit. Felin. in cap. fin. de Iudæis. Iaſon. in l. quamuis num.* 6. *C. de inoffic. teſtam. Tiraquell. de legibus Connubialibus. lib* 15. *num.* 4. & proceſſus, affectus, & conatus ad maleficium habentur pro maleficio in atrociſſimis. *Clar. qu.* 29. *§.* 2. & attentantes ſibi in matrimonium, coniungere Sacras Virgines capitali pœna plectuntur. *l. ſi quis non dicam C. de Episc. & Cler.* Quæ enim paulò antè, vel poſt facta ſunt, in continenti facta dicuntur *l. lecta ver. dicebam. ff. ſi certum petatur. Tiraquell. de retract. conuen.* 2. *par.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 25. *Gloſ. Baldus, Cagnolus in l. bona fidei. C. de pactis. Abb. in cap. cum cauſam. num.* 2. *de elect.* quæ refert. *Scor. theor.* 197. *§. ſecundo decretum.* Hanc autem immediationem, non accipio ita rigoroſè, ſicuti in Bulla ſupradicta Gregoriana, ſed extendo ad omne tempus, in quo accipiãtur pecuniæ intuitu

tu

Digitized by Google

ctu confeſſionis, ſiue in actu confeſſionis, & in confeſſionario, ſiue immediatè ante, vel poſt; immediatione, quæ nullum actum extraneum interponat, vno impetu, vnico contextu, vt à nobis dictum eſt in Commentarijs *ad Statuta cap.1. ſtat.6. §.17.* & tradit *Barboſ. dict.*155. *num.*3. ſiue eodem die, vt idem *num.*8. ſiue breui temporis ſpacio poſt, iudicio Superioris determinando. *Ibid. num.*11. ſiue intra tres dies, intra menſem, & etiam annum, & annos, quod tempus importat aliquando dictio *Incõtinenti*. Ibid. *num.*16. debet enim iudicari ſecundum ſubiectam materiam. Nam ſi Confeſſarius promitti ſibi feciſſet denarios, & illos recepiſſet poſtea ad menſem, & annum, cum illos receperit intuitu confeſſionis, puniendus eſt tanquam pecuniarum in confeſſione receptor. Etſi pœnitens, poſt confeſſionem, ad aliquod tempus, ſponte offerat Confeſſario pecuniam, dicens, quia Tu es meus Pater ſpiritualis, & meas confeſſiones auſcultas, do tibi has pecunias, & confeſſarius illas recipiat, debet puniri ſecundum hoc Statutum, quia confeſſarius, vt confeſſarius recipit pecunias.

Immediatè quid ſignificet.

Incontinẽti.

Quæritur ſecundò, ſi valeat hoc, etiamſi ipſe pecunias non recipiat, ſed per alios recipi faciat, vel ſuæ conſanguineæ, vel amico dari præcipiat, aut permittat.

Reſpondeo primò, ſi ſuo nomine dari faciat cuicumquè alteri, cum per alium recipiat, eſt intra diſpoſitionem pœnalem Statuti, id clarè prohibentis. Eſt enim formaliter recipere, vetitum in regula *cap.6. Vt nullo modo denarios recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam*, Siue iſtę interpoſitæ perſonę recipiãt, vt Confeſſario eas ſeruent, & ſint veluti nummularij Cõfeſſoris: ſiue eas in ſuas vtilitates conuertant de Confeſſarij mandato, vt eſſent Conſanguinei, vel alij quicumquè, quorum vtilitati proſpiceret Confeſſarius. Quia *qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. de regul. iur. in 6.*

Confeſſarius dari mandans ſuo nomine pecunias alteri, puniendus.

Reſpondeo ſecundò, ſi roget pœnitẽtem, vt indigenti ex charitate ſubueniat, quiſquis ille ſit, quia hoc eſt ſuadere eleemoſynam, & non recipere pecunias, non eſt in vim Statuti puniendus. Niſi hoc faceret, vt ſuo nomine eleemoſynæ erogarentur, quia tunc mediatè ipſam reciperet. Equidem ab hac eleemoſynarum ſuaſione, ad certas, & particulares perſonas erogandarum, maximè abſtinere debent Confeſſarij noſtri, qui in ſuſpicionem ſordidæ cupidiatis, & minus Religioſi affectus venire poſ-

Suadere eleemoſ nã non eſt vetitum.

poſſunt. Conſulo tamen, vt enixè ſuadeant, & vbi caſus ſeſe offerat, præcipiant diuitibus, vt eleemoſynis peccata ſua redimãt, quod ſi ipſi quærant, quibus præcipuè erogari poſſint, vt potè indigentioribus, tunc poterũt particulares nominare perſonas. Sed repeto, ob multiplices experientias, vt cautelis vtantur, ne in ſuſpicionem inordinati affectus incurrant. maximè ſi de puellis agatur, & mulieribus &c.

Quæritur tertiò, An pecunia hoc loco accipi debeat in lata ſignificatione, cuiuſcumquè rei, pretio æſtimabilis; an in ſtricta pro ſolis nummis.

Accipere parua in cõfeſſione, an punibile

Reſpondeo primò, quia eadem ratione vtrumquè vetatur. non minus enim puniendus eſt ſi recipiat annulum, horologiũ, gladios, vel quid ſimile, quam nummos.

Reſpondeo ſecundò, res parui momenti, vt comeſtibilia, deuotionis &c. niſi eſſent pretioſa. pœnas non inducerent. quia hæc ex communi exiſtimatione parua ſunt, & corruptelam in Sacramento Confeſſionis non ſapiunt. Niſi etiam fieret cumulatio rerum paruarum, vt accedere ſolet in fraudantibus in põderibus, & menſuris, quia tunc ſordidum animum denotarent.

Quæritur quartò, Illud *Aliàs conuictus fuerit*. Quid importet.

Aliàs quomodo ſonet in iure.

Reſpondeo Aduerbium *Aliàs* hoc loco ſonat, *alijs vicibus*, aliquando, alijs actibus. Seu ſi de hoc crimine, alio tempore, alio loco, ſub alio Iudice, vel non tunc primum correctus fuerit. In his enim ſignificatis apud Iureconſultos accipi ſolet *l. adeo §. quod ſi. ff de acquir. rer. dominio l.* 19. *§. vnde videndum. ff. de arbit. l. qui teſtam.* 20. *§. mulier. de teſtam. l. penult. §. fin. ff de inoffic. teſtam. l. Diuus.* 6. *ff. de Cuſtod. Reor.* Plurium autem actuum, vel delictorum nomine, veniunt etiam *duo*. vt dicitur *reg.* 40. *iuris in* 6. *Pluralis loquutio duorum numero eſt contenta*. non tamen ſentio carcerandum eſſe per annum, ſi vna alia vice peccatum hoc commiſiſſet, ſed requiro ſaltem duas, quia licet *Aliàs*, verificari poſſit, ſi alia vice, & aliquãdo denarios recepiſſet, tamen, quia tranſitus à carceratione vnius menſis, ad carcerationem vnius anni, videtur improportionatus pro prima, ad ſecundam vicem, ideo ad ſeruandum rigorem Statuti, cum æquitate, dico non debere carcerari per annum, niſi prius conſtet, non ſemel tantum, ſed ſaltem bis antea deliquiſſe.

Pluralis numerus in duobus ſaluatur.

Sed dices, qui fieri poterit, vt iterum his pœnis plectatur, qui denarios in confeſſione recepiſſe conuictus fuerit, ſi irrogatur

pro

pro prima vice priuatio confeſſionis in perpetuum?

Reſpondeo, ſupponit Statutum, remiſſam illi fuiſſe pœnam à Generali per gratioſam condonationem, & reſtitutum fuiſſe Confeſſarium in integrum, poſt exactam aliquam partem pœnitentiæ.

Circa XIV. vt infra *Qui Prælato ſuo in culpa, vel in menſa, in Communitate non habita ab eo prius licentia reſponderit, voce actiua, & paſſiua per triennium priuetur, & Prouincialis arbitrio carceribus mancipetur.*

Quæritur primò, An omnis reſponſio, etiam vnius verbi, ſufficiat.

Reſpondeo negatiuè, niſi conſtat, illud verbum continere reſponſionem formalem, vel conuiciatoriam, vel irreuerentem. v.g. Dicente Prælato, Tu commiſiſti hoc, aut illud, & ille reſpōdeat. *Non, minimè, mentiris, non eſt verum. eſt calumnia*, vel quid ſimile. In his caſibus, quia eſt formalis tranſgreſſio Statuti, & eius, quod ex directo prohibet, ſubditus iuxta Statutum puniri debet. At dicente Pręlato vt ſupra, ſubditus ex impatientia, vel leuitate, aut iracundia dicat. *Audi pater, Volo reſpondere*; *Oh Deus &c.* in hoc caſu, quia leuis materia eſt, nec includit cōtemptum Superioris, & magnam inordinationem, puto nō poſſe in vim Statuti puniri, ſed alia leuiori pœnitentia. Ratio eſt, quia pœna debet eſſe commenſurata delicto: nec eodem modo grauia, & leuia delicta punienda ſunt. *Bart. in l. leuia. circa princ. ff. de accuſ. & conſ.* 48. *lib.* 2. qui dicit eſſe communem, & regularem theoricam. *Soccin. conſ.* 157. *num.* 5. *Decius conſ.* 65. & fauet ratio, in Superioribus à nobis tacta. Non videtur autē rationi conforme, vt leui culpæ correſpondeat triennalis priuatio ſuffragiorum, & arbitraria carceratio. Cæterū iudicio prudentis Superioris determinatio ſtabit, conſideratis circumſtantijs perſonarum, & occaſionum.

Reſponſio modica nō infert pœnam.

Pœna ſit menſurata delicto.

Quæritur ſecundò, ſi Superior infamet, & grauem calumniam ſubdito in culpa imponat, an in eo caſu, ſubditus modeſtè reſpondere poterit, illud negando.

Reſpondeo affirmatiuè. Tum quia in illo caſu Superior non ſe gerit vt Superior, ſed vt calumniator. Vnde ſi in verbis excedat, ſuſpendi ab officio, in ſubſequenti Statuto mandatur. Nōmine autem culpæ, in communi acceptione Religionis non veniunt iniuriæ, calumniæ, improperia, ſed leuium culparum emēdatio.

Subditus poteſt modeſtè reſpōdere, ſe defendendo.

dationes. quia graues non emendantur verbis, ſed pœnis. Et ſic non eſt reſpondere Superiori, ſed calumniatori. Tum etiã quia, cum *Qui tacet conſentire videtur*, ex *regulis iuris in 6.* poteſt ſubditus ne ſuæ famæ iacturam faciat apud communitatem negare delictum impoſitum modeſtè tamen, ne videatur obiurgare Prę-latum, ſed ſolum ſeipſum defendere, ſicut enim ſi Prælatus illum percutere, vel ferire vellet, poteſt contra ipſum ſe tueri, & vim vi repellere, ita etiã poteſt, ſe defendere, ſi iniurijs impetatur. Cum ius naturale poſitiuo præualeat. Dixi *ſi infamet, vel grauẽ calumniam dicat*. Quia extra hos caſus non licet. ſicuti non liceret, ſi iniuriæ apud communitatem impreſſionem non facerẽt, quia tunc non debet reſpondere, ſed actione iniuriarum agere contra infamantem, apud Prouincialem. Vel inſigni patientiæ titulo, iniurias ſuas Deo remittere, qui eas vindicare poteſt, exemplo S. Brunonis, & S. Petri Martyris & aliorum, qui non ſolum calumniati, ſed & condemnati, patienter tulerunt ob amorem eius, qui cum calumniaretur nõ aperuit os ſuum &c. Iſ. 53.

Quæritur ſecundò, cum aliquibus conuentibus duplex menſa inſtruatur prima, & ſecunda, & vtriquè Communitas adſiſtat. intelligatur ne formalitas illa *In culpa, vel in menſa*, in vtraque menſa, & communitate.

Reſpondere Prælato in ſecunda menſa non licet.

Reſpondeo affirmatiuè, quia vtraquè eſt menſa, vtraquè eſt Communitas, in vtraquè culpæ auſcultantur à Superiore, & repræhenduntur. ergo ſaluatur Statutum in proprietate verborũ, quam reſponſionem limito, in caſu, quo in ſecunda menſa pauci fratres adeſſent. Accidit enim vt abſoluta prima menſa in Conuentu 50. fratrũ, remaneant pro ſecunda quatuor, vel quinque fratres. In hoc caſu, dico, non incurri pœnas Statuti, quia non ſeruatur formalitas communitatis, nec regularis menſæ, & conſequenter Prælatus non eſt ſolemniter in ſuo Tribunali. De more enim culpæ in prima menſa repræhenduntur, rarò, vel nunquam in ſecunda ſed dato, quod ex 50. fratrſbus in ſecunda eſſent 20. vel ſaltem 15. tunc quia eſt vel medietas, vel notabilis pars communitatis, & apparet Maieſtas Prælaturæ, & conſequenter reſultat conſpicuè iniuria, & contemptus Prælati, ſẽtio incurri etiam pœnas extra autem hos caſus, minimè, quia Statutum reſponſiones ſubditi punit, in culpa, vel menſa, vel cõmunitate. ergo extra has, minimè. Communitas autem eſſet, ſi quacumquè diei hora, ſubditos Superior cõuocaret in loco Capituli,

pitulo, vel in Refectorio, & coram illis ſubditum redargueret. Qui ſi reſpondeat, puniendus eſt iuxta Statutum.

9 Quæritur tertiò, An ſufficiat petere, licet non obtineat, licentiam.

Reſpondeo negatiuè, Quia Statutum expreſsè habet, *Non habita prius ab eo licentia*, ergo non ſufficit *petere*, vbi lex præcipit *obtinere*. in eo enim caſu reſponderet non habita licentia, & ſic reperiretur in ipſiſſima tranſgreſſione Statuti. Præterquam quod, ſi concederemus hoc, eluderetur Statutum, quia quilibet inſolens, & temerarius peteret, & licet non obtineat, confunderet Superiorem &c.

Licētia petita, & non obtenta nō ſufficit in, reſpondēdo Prælato.

Circa XIX. *Qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur.*

Quæritur, quæ ſint crimina morte digna?

Crimina morte digna.

Reſpondeo, ea collegit Clarus *qu.*68. ex multis, quos citat. Ea autem ſunt *Abortus*. *l. Cic. ff. de pœnis*, ſed ſi partus non eſt animatus, punitur pœna extraordinaria. *Blanc. in pract. crim. fol.*79. *Adulterij* lege veteri lapidatione punitur *Exod.* 20. *Deut.* 22. Iure canonico excommunicatione *c. intelliximus. de adult.* detruſione fœminæ in Monaſterium, ſi maritus eam nolit recipere. *cap. gaudemus. eod.* Clericus autem deponitur, & in Monaſterium detruditur in perpetuum. *Gloſ. in cap. Lator. 2. qu. 7.* & alios multos Authores pro hac communi ſententia citat idem *Clar. l.5. §. adulter. Verſ. ſed quæro.* Iure autem ciuili punitur pœna vltimi ſupplicij *l. quamuis. 2. C. de adult.* licet in fœmina ob fragilitatem ſexus in fuſtigationem, & detruſione verterint. *Authen. ſed hodie. C. de Adult.* quas pœnas tamen variant ſecūdum conſuetudines diuerſarum gentium, de quibus abūdè *Clar. citato loco §. adult.* *Blaſphemia in Deum* morte punitur. *Leuit.* 25. de iure Canonico, manſione ante fores Eccleſiæ cum pœnitentia publica. *cap. 2. de maled.* de iure verò ciuili, morte plectitur. *Auth. vt non luxurientur contra naturam.* in fin. conſuetudine tamen aliter punitur. *Clar §. Blaſph.* *Caſtratio ſui ipſius l. quar. in fin. ff. ad l. Cornel de Sicarijs.* quia punitur tanquam inimicus naturæ. *Fornicatio cum carcerata, ſi à cuſtode carcerum committatur*, maximè ſi committatur cum violentia etiam ſi ſit cum meretrice. & multò magis id cenſerem in puero *Clar. §. fornicatio. Verſ. cum carcerata.* Qui tamen dicit, hoc non vbiquè ſeruari.

Abortus.

Adulteriū.

Blaſphemia.

Caſtratio ſui ipſius.

Fornicatio cum Carcerata.

Diuidere prædam cú aggreſſoribus.

uari. *Diuiſio prede cum aggreſſoribus*, vt ſolent facere aliquando Barrigelli, & Birruarij. *l. ſi quis Barbaris. C. de re milit.*

Liberans condemnatum.

Liberans de manibus iuſtitia condemnatum ad mortem, ſeu confeſſum, aut conuictum de crimine, morte digno. l. cuiuſcumquè. ff. ad l. Iuliam Maieſtatis.

Deponere falſum ad mortem.

falſa depoſitio, per quam aliquis condemnatur ad mortem. l. 1. initio ff. ad l. Corn. de Sicarijs. Quia eſt homicida.

Graſſatores, & qui ná ſint famoſi latrones.

Graſſatio, & famoſi latrones. Qui de conſuetudine ſuſpenduntur. *Clar. §. furtum. verſ. ſcias tamen.* Vbi docet famoſum latronem eſſe, qui plura furta commiſit. Plura autem furta, dicit eſſe tria, & multos allegat.

Hæreſis.

Hæreticus pertinax igne comburitur. Etſi pœniteat, perpetuò carceratur. *Clar. §. hæreſis. verſ. ſed quæro.*

Homicidiú

Homicidium punitur pœna mortis. *l. 1. ff. ad l. Corneliam de Sicarijs.* De Iure autem Canonico Laicus excõmunicatur, Clericus deponitur, & priuatur beneficijs. *cap. cum noſtris de conceſſ. Præb.*

Delatio ferri, & frumé ti ad hoſtes

Delatio frumenti, & venditio ferri hoſtibus. l. 1. & 2. C. quæ res exportari non poſſunt. Et adeſt excommunicatio *cap. ita quorumdam. de Iudæis.* Et Bulla cœnæ, &c. *Imaginum Chriſti, aut Sanctorum fractio, percuſſio.* &c. *Clar. qu. 68. verſ. Imaginem, &c.*

Incédiarij.

Incendiarij ob inimicitias, & prædam, pœna mortis plectuntur. *l. capitalium §. Incendiarij. ff. de pœnis.*

Iudex faciens falſum deponere ad mortem alicuius. vel condénans aut Torquens indebitè.

Iudex, qui dedit operam, vt accuſatus falſum deponeret, vnde condemnatus fuit ad mortem, debet occidi. Sicuti ſi per pecuniam, vel inimicitiam innocentē condemnauit ad mortem. *l. lex Iulia. §. fin. ff. ad l. Iuliam repetundarum. l. 1. initio, & l. 3. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Sicut etiam ſi aliquem indebite poſuit ad torturam. Vel ſi modum exceſſit in torquendo, vt mortuus ſit. *Clar. qu. 64. §. Iudex autem.*

Læſæ maieſtatis.

Crimen læſæ maieſtatis. Punitur pœna capitis. *l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſt.* Eſt autem, cum ſubditus tractat contra perſonam Domini, vel Statum Principis, vel ipſius dominium tyrannicè occupat. Vel Patriam oppugnat. Vel armatus venit in bello cõtra ſuum Principem. Vel facit pacem cum hoſtibus Domini. Vel vendit, aut tradit arces hoſtibus. Committitur autem contra Papam, Imperatorem, Reges, Principes, & Ciuitates, quæ Superiorē non cognoſcunt, & Cardinales.

Libelli famoſi.

Fabricatio libelli famoſi in infamiam, contra veritatem. Punienda eſt pœna mortis. *l. vnica. C. de famoſis libellis.* dicit tamen *Clar. dicta quaſt. 68. verſ. libelli famoſi.* Quod horum fabricatores, nunquam vidit capite plecti, ſed pœna extraordinaria mulctari.

Raptus mulieris.

Raptores mulierum pœna capitis puniuntur. *l. vni. C. de raptu mulierum. Item ſacrilegi Clar.*

§. ſa-

§. ſacrilegium. verſu ſed quaro. Item qui voluit ſeipſum occidere. l. ſi quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. Item *Sodomiæ, tam agentes, quàm patientes l. cum vir nubit in fœminam.* C. *de adult.* Item *Sortilegi & Malefici. l. 3.* C. *de maleficis*. Licet de conſuetudine non ſernetur. Item *Venenum faciens, aut dans ad aliquem occidendum. l. 1. & 3. init. ff. de Sicarijs.*

sacrilegiũ. Tentans ſe ipſum occidere. sodomitæ. sortilegi, Malefici. Venenum dantes.

His autem ſummariè adnotatis, aduertendum eſt; quod ſi in aliquod crimen ex recenſitis Religioſus incurrat, & in Statutis Ordinis pœnæ taxatæ fuerint, ſtandum eſt Statuarijs, non verò legalibus pœnis.

Circa XX. *Niſi ſit ſuſpectus de fuga, quo caſu remaneat in carcere in loco detentionis.*

Quæritur primò, quis cenſeri debeat ſuſpectus de fuga.

ſuſpectus de fuga.

Reſpondeo ex *Claro. qu. 28. verſu Scias autem.* Suſpicionem fugę ex duobus capitibus oriri poſſe. Primo ex conditione perſonę. Secundo ex qualitate delicti. Non enim eſt locus hic de experimento aliàs facto, quaſi ſuſpectus de fuga is ſit, qui aliàs fugit, quia hac ratione, in primo delicto non daretur fugæ ſuſpicio. Quod eſt falſum. Ex conditione igitur perſonæ fugæ ſuſpicio oriri poteſt; quia aliter pręſumendum eſt de Laico, aliter de Sacerdote: aliter de ſene, aliter de iuuene, aliter de Patre qualificato, de Guardiano &c. aliter de fratre ordinario. Non enim præſumẽda eſt fuga in ſene, Sacerdote, Patre, quæ præſumi poſſet in Iuuene, in Laico, & in eo, qui ſuæ famæ æſtimationem non ſatis curaret. Quibus addi debent morum adminicula, nimirum ſi non adeo deuotus, ſpiritualis, honeſtus, compoſitus fuerit, ſed leuis, loquax, diſſolutus, & deuotioni non vacans. In pari ſiquidem cauſa, potius iſte, quàm ille in fugæ ſuſpicionem caderet. Quia quod amittat, vel non habet, vel non curat. Delicti etiam qualitas maximam vim habet, quia ſi eſt leue non generat ſuſpicionem fugæ, ſicuti nec omnia grauia. At ſi fuerit enorme, grauiſſimum, vt homicidij, hæreſis, Veneficij, nefandi criminis, fornicatio &c. tunc nulli dubium eſt, quod recta ratione dictante, poſſit in fugæ ſuſpicionem incidere, quia cum his delictis imponatur pœna perpetui Carceris, vel triremium, cenſebitur, pondere iuris naturalis ad fugam vrgeri. Et hanc eſſe communem praxim, affirmant, *Salicetus, Carauita, Cauenſis, apud Clarum citatum: Boſſius, Paulus de Caſtro, Ant. Scapb. apud Chartarium lib. 1. cap. 2. num. 3. Arcbid. Abb. Io. Andrea, Dominicus, Fran-*

cus.

Digitized by Google

nens apud Follerium cap. 20 *num.* 13. *&* 14. Ex qua doctrina elicitur, carceratum de grauiſſimis, & atrocibus delictis, non eſſe à carceribus liberandum, etiam poſt appellationem, quia eſſet illum ad fugam inſtruere. Secus ſi delictum eſſet tale, quod Apoſtaſiæ grauiſſimæ non proponderaret, eſſet liberandus, qui non debemus ſuſpicari, quod ad fugiendam minorem pœnam, incidere quis velit in maiorem, vel ſe perpetuæ damnationis periculo committere.

Quæritur ſecundò, An poſt appellationem, ſuſpectus de fuga detineri debeat, tanquam formaliter carceratus ſine chorda, & ſine capucio.

Appellans non eſt detinendus in carcere formali.

Reſpondeo negatiuè. Quia iſte carcer non eſt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, ne ſcilicet fugam arripiat. Vnde non abſolutè, *in carcere* retineri mandatur, *ſed in loco dententionis.* Limito tamē reſponſionem in caſu, quo delicto imponenda eſſet pœna carceris, tunc enim licet ex lata ſententia carceri non ſit addictus, quia ſententiam appellatio ſuſpendit, tamen quia iam reperitur in carcere, & in pœnam carcerandus, non debet ſtatum mutare.

Quæritur tertiò, an liberari poſſet ſub fideiuſſione.

Fideiuſſio in criminalibus an ſit admittéda

Reſpondeo, videtur, quod fideiuſſio admitti poſſet, vt docent *Hyppolitus in Rub. de fideiuſſorib. num.* 247. *& in pract. crimin. §. Adſtringam. num.* 2. *&* 3. *Boſſius in tract. cauſarum criminaliū tit. de carcerato fideiuſſor. committendo. num.* 1. *Menochius de Arbitris Iudic. quæſt. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 303. *Anton. Gomez. tom.* 3. *Variar. reſolut. cap.* 9. *nu* 8. Immo addit *Hyppolitus in repetit. rubricæ de fideiuſſ. num.* 166. quem ſequitur *Clar quæſt.* 46. *verſ. quod agendum.* Si Clericus eſſet pauper, nec fideiuſſorem inueniret, relaxandus eſſet, præſtita iuratoria cautione. alias Iudex in Syndicatu de actione iniuriarum tenebitur. Attamen negatiuè reſpondeo, quia doctrina tradita valet, vbi pœna pecuniaria imponenda venit, non tamē ſi pœna corporali plectendus eſſet. Nemo enim pro alio pœnam pati debet. *Baldus l.* 2. *col.* 1. *C. de exhibendis reis. Hyppol. conſ.* 16, *num.* 28. *& in practica §. Attingam. num.* 1. *Capicius deciſ.* 30. *num.* 7. *Roland. à Valle conſ.* 28. *num.* 2. *lib.* 1. *Couar. Variar. lib.* 2, *cap.* 8. *num.* 8. & eſt communis teſte *Suarez in tractatu de fideiuſſore in cauſa crimin. num.* 14. *Menochius ſupra num.* 15. *& eſt textus in cap. ſi Clericos. de ſent. excomm. in* 6. ibi, *eoſdem quoquè Clericos ſi de parendo iuri, tibi fideiuſſoriam dederint cautionem, detinere non debes, niſi exceſſus*

enor-

Digitized by Google

enormitas, vel alia cauſa rationabilis eos ſuaſerit detinendos. Quæ deciſio fortior eſt in Religione Minorica, in qua fideiubere frater pro fratre non poſſet, niſi ad ſubeundam pœnam, in caſu, quo reum præſentare non poſſet; at hoc eſt contra ius naturale, vt pęna corporali innocens pro nocente puniatur. vt probat fusè *Clar. quæſt. 86. per tot.* Equidem fideiuſſiones nec nominantur in Religione & Standum eſt Statuto, decernente detentionem in carcere.

Circa XXII. *Si exceſſus huiuſmodi alio etiam modo ſciuerint, quam per confeſſionem Sacramentalem, non propterea minus tenentur illos manifeſtare, maximè cum per obedientiam requiſiti fuerint, & ſi tacuerint, in obedientia notam incurrant, etſi contrarium aſſerere, ac moniti reuocare noluerint, actibus legitimis careant, Superiorum arbitrio: & perſeuerantes in contumacia carceribus etiam mancipentur, & dogmatizantes, quod frater, qui fratrem occultè corripuerit, non teneatur de huiuſmodi exceſſu Superiorem admonere &c. Vel quod Socij criminum, reuelare non teneantur Superiori, tanquam doctrinam peſtiferam diſſeminantes, Carceribus mancipandos eſſe decernimus.* Præter examinata ſuper hoc Statuto ſuo loco in noſtris commentarijs cap. 1. Stat. 4.

Quæro ſtante opinione probabili, ſecundum quam (ſi teneatur) operans non peccat, quo modo peccatum inobedientiæ committere, & contumacium ſubire pœnas, cogitur, qui contrarium aſſeruit, & quomodo peſtifera appellari poſſit doctrina, quæ eſt probabilis. & à Claſſicis Viris defenditur? Et quod probabile. Sit, vbi correctio fraterna præceſſit, & ſuum effectum ſortita ſit: non debere denunciari, etiam hæreticos, etiam ſi id per Edicta Inquiſitorum præcipiatur, tenent pleriquè graues Doctores apud *Dianam 1. par Tract. 4. reſolut. 2. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 6. cap 2. dub. 15. Sanctarellum in tract. de hæreſib. cap 9. num. 11. & Cordub. in Summa quæſt. 64. Sayrus in claui regia lib 12. c. 14. num. 27. Portel. in dub. regul verb denunciatio num.* 7. tenent non obligari Religioſum, etiam per cenſuram à Superiore adactum, delictum aliquod, quod quis ſcit emendatum. Quia poſita emendatione ceſſat finis præcepti. Etſi vnus tantum ſciret delictum eſſe commiſſum, & de inquens ſciat nullum alium ſcire, non teneretur illud denunciare, quia exponeret ſe periculo inimicitiæ,

Delictum emendatũ per correctionem fraternam, an ſit denunciandum.

tiæ, & incommodi, quæ ab alio recipere poſſet, & debet plus diligere ſe quam proximum. *Nau.c.*25.*num.*33.*Auila* 2.*par.c.* 5.*diſput.*5.*dub.*4.*conc.*11.*Lazarius de Blaſphemia quæſt.*12.*nu.* 55.*Genuenſis in praxi cap.*18.*num.*3.*Suar.tom.*5 *diſput.*20.*nu.* 11.*Menoch.de arbitr. caſu* 355. *Sanctarellus de hæret.cap.* 44. *num.*12.*Sayrus lib* 1.*cap.*9.*num.*34.*Alterius lib.*3.*diſ.* 1.*cap.* 8. *Vaſquez de reſtit.cap.* 9 §.3.*num.*4.*Henriq lib.*13.*cap.*18.*num.* 13.*Guttierez de matrim.cap.*59.*num.*2. apud quem alij. Excipiunt tamen, ſi delictum eſſet pernicioſum Reipublicæ quia in eo caſu, bonum priuatum cedere debet bono publico; Item ſi quis rem furto ſublatam à fure quoquo modo acceptam teneret, non debet obligari ad propalationem furis, quia ipſe ſe inijceret in ſuſpicionem furti. & ſubſcribit etiam. *Clar. quæſt.*10.*lib.*5. Item, quod reuelari non debent, ea, quorum infamia non procedit, vel aliquod extat indicium, maximè ſi ad pœnam Iudex procedere intendit, vel poteſt. Item quod nullus tenetur denunciare, vel reuelare ſocios criminis, quia ſic manifeſtaret ſeipſum. Nam interrogatus Socius diceret ſe deliquiſſe cum denunciante, vel reuelante. *Dian. tract. de denunciat.reſolut.*9.*Sanctarellus tract. de hæreſ. cap* 9. *num.* 16. *Suar.de fid.diſp.*20.*ſect.*4.*num.*18.*Nau c inter verba. concluſ.*6. *Auila dub.*3.2.*par.c.*5.*diſp.*5.& alij apud *Garziam lect.*11.*q.*16. *num* 13.*&* *lect*,3.*quæſt.*12. Item quod peccat mortaliter, qui reuelat aliquod delictum, quod habet ſub ſecreto naturali, vel per ſolam conſultationem, vt Doctor, Medicus. Peritus, Aduocatus, vel tacere promiſit, ſub iuramento, etiam ſi cogatur per pręcepta, & cenſuras: quia Pręlatus non poteſt præcipere contra ius naturale, & diuinum. *Nauar.cap.*18.*nu.* 12.*P.Nauarr.cum alijs apud Clauim.reg.cap* 12.*num* 14.& alij multi apud *Bonac.tom.*1.*diſp.*6.*de onere denunciandi puncto.* 1. *§.*5.*propoſ.*1.*&* 2. Et opinio tantopere decantata, & tam famoſa, declaranda eſt peſtifera, & qui eam tenuerint, cenſendi ſunt peccare, & carceribus mancipandi? videtur hoc nimis durum, quia totus, Ordo non poteſt mutare materias virtutum, & vitiorum, & cenſere contra legem naturæ, & Dei.

Prælatus nõ poteſt præcipere contra ius naturale, & diuinum.

Quæ peccata denunciã dà non ſunt.

Reſpondeo nulla ex poſitis concluſionibus tangit Statutum quia vt illud alibi declarauimus, non tangit peccata omninò ſecreta, non correcta, non ea, quæ Reipublicæ nocere non poſſunt, non ea, quæ ſuperior, per abſolutam ignorantiam

non

non poteſt inquirere. Non quę reuelanti nocumentum graue inferrent. Non ſocios Criminis, quando ſeipſum proderet, & ſic intelligendum eſt ſtatutum. Niſi in caſu, quo ipſe iam malè audiſſet apud Superiorem, & iam crimen confeſſus eſſet, & tũc de ſocijs interrogaretur, quia tenetur reuelare ſocios, quando iuridicè exquireretur, ſecus autem, ſi non iuridicè, & quando ipſe ſolus ſciret de ſocio, quia tunc, cum illi fides non adhibeatur, non tenetur, nec ſe prodere, nec ſe, vel alium infamare. non ſecretò, vel iuramento commiſſa. Sed ea, quæ Religioni, diſciplinæ regulari, ſæcularium ædificationi incommo ſunt, quorum extirpationi, & impedimento ſuperior inuigilare, tenetur. Non ſemper quidem vt Iudex, ſed vt plurimũ, tanquam Pater, qui extraiudicialiter, & paternè prodeſſe poteſt, occaſiones remouendo, Religioſos ſuſpectos in Monaſterio continendo, ſocios voluntarios, eoſdemquè ſæpius, denegando *Hæc* bonum publicum reſpiciunt, cui particularia cedere debent, maximè ſi magni ponderis non fuerint. Nec his præualere debet, quod frater ille audiat, apud Communitatem, quod ſociorum defectus Prælato deportet. Quia hoc nomen infamiam non irrogat, cum Statutis Ordinis, & Apoſtolicis innitatur. Eò vel maximè, ſi agat cum Prælato prudenti, qui cognitione habita vtatur in ædificationem, & non in deſtructionem, tacita, & diſſimulata prudenter perſona reuelantis. Quia ſi experientia conſtaret Superiorem reuelantis nomen publicare, poſſet iure à reuelatione deſiſtere; quia, conceptus denunciatoris, & reuelantis, ſi infamiam non irrogat bonam opinionem tamen non ingerit. Ad illud autem, quod dicebatur, opinionem probabilem ſub peccato, & pœnis prohiberi non poſſe. Dico id falſum eſſe, quinimo in Religione, ſub his. & maioribus vinculis prohibentur, quæ non tantum mala ſunt, ſed etiam, quæ bona in genere ſuo eſſe cognoſcuntur. vt apud Canonicam Sancti Iacobi cap. I. *Religio munda, & immaculata hac eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum*, & tamen hoc nobis prohibetur, ob ſtatum noſtrum, & periculum. hinc ſuſpecta conſortia, & mulierum familiaritates interdicuntur *cap. 11. regulæ*, aliquas artes non prohibitas, & ſtatui non repugnantes, præcipuè medicinam. Quinimò artem exorciſticam, ſtatuta ſub graui pœna inhibent, non quod ſint malæ in ſe, ſed quia ſunt malæ

Poteſt prohiberi etiã quod in genere bonũ eſt.

nobis, & malorum occaſiones. Et quod dicimus de rebus, dicimus etiam de doctrinis, Hinc ſicuti prohibentur res non malæ imò bonæ, ob malum, quod cauſare poſſunt propter ipſarum applicationem, ita prohibentur doctrinæ bonæ, & probabiles, propter mala, quæ generare poſſunt, ſi practicarentur. Cuiuſmodi eſſet, ſi ſubditus indifferenter, & nulla facta diſtinctione vellet tacere omnia mala, & defectus fratrum Superiori, qui ex ignorantia, ruinæ Religionis obuiare non poſſet. Non prohibet taceri hic, & nunc, ſed omnia. Quinimò doceri, quod Subditi ad debitas reuelationes non tenentur: Hoc enim falſum eſt in iure, & in S. Theologia, quia certum eſt præcipi reuelationem hæreticorum, & delictorum atrocium, iniungi reuelationes rerum furto ſublatarum, ſub grauiſſimis cenſuris, & pœnis, & qui hoc negaret, & in contrarium dogmatizaret tanquam errans, peruerſor, & peſtiferè docens puniendus eſſet, quia immediatè offendit Eccleſiam, & fidem, ad cuius conſeruationem tales denunciationes ordinantur. Saluis ſemper ſuis exceptionibus, & doctrinis. Et idem dicendum eſt de Republica regulari, quæ nō minus concernit honorem Dei, & Eccleſiæ, ſaluis tamen regulis moralibus ſupradictis. Et appellatur doctrina peſtifera, quia ſicut peſtis diffunditur, & ſimplices inficit, atquè hæc attigiſſe circa pœnas carceris, ſufficiat, nunc ad alia.

Quæro tertio principaliter, Au carceratus indebitè, remaneat priuatus actibus legitimis &c.

Indebitè carceratus non contrahit pœnas carceris.

Reſpondeo negatiuè, quia vt probauimus hoc libro *cap.* 1. *quæſt.* 1. *reſp.* 3. pœna emendat culpam, ſine qua nullus eſt puniendus, *cap. ſine culpa de regul. iur. in* 6. Et iam enumerauimus culpas: ob quas carcer infligitur, mortales nimirum, & graues, & idem ſunt. *Non eſſe, & eſſe indebitè, c. ei cui. de Præben. in* 6. *& non facere, & facere illegitimo modo c. fin. de reſtit. ſpoliat. Io. Neuizanus conſ.* 50 *num.* 29. & paria ſunt. *non eſſe, & eſſe non de iure. l. quotiens ff. qui ſatiſdare cogan.* & alia plura apud *Iodoc. Dambouderium in lib. parium, & ſimil. iuris verb. eſſe.* Nam vt idem probat *Verſ. cauſa nulla*, paria ſunt, *nullam cauſam eſſe, & eſſe cauſam friuolam*, quia cauſa friuolā habetur pro nulla *Gloſ. magna in verb. catenus. l. fin. ff. de operis noui nunc.* hinc appellare interlocutoria per cauſam friuolam habe-

habetur pro non appellato: *Io. And. in c. cordi. de appell. in 6.* & *Nihil eſſe, & eſſe inualidũ l. ſi autẽ nullũ. & ibi Bald. C. de legiti mis hæred.* & *nihil probare, & inualidè probare Caſſ. conſ. 43. n. 15.* & *Vitiosè aliquid fieri, & nihil fieri D Zaſius conſ. 7. n. 26.* & *non eſſe ſententiatum, ac ſententiam eſſe nullam. l. 4. ff. de re iudic.* & *Vitioſa executio, & nulla executio* & plura alia his ſimilia, citatus *Iodocus.* Equidem Reum non facit pœna, ſed culpa. Vnde quoties conſtet aliquem indebitè carceratum fuiſſe, idem eſt, ac nullo modo carceratum. Remoto enim fundamento, remouetur. & reliquum ædificium, & ablato principio, auferuntur conſequentia ad illud. Sic ablata culpa. aufertur pœna, quæ ſequitur culpam. Quinimo, vt dicemus, tantum abeſt, vt indebitè carceratus, deſtitutus actibus legitimis remaneat. quin potius, puniendus ſit Iudex indebitè carcerãs.

Quæritur quartò, An carceratus à Guardiano, pœnas carceratorum incurrat.

Reſpondeo diſtinguendo, vel Guardianus carcerat ad punitionem, & tunc incurrit, vel ad Cuſtodiam, & tunc non incurrit. Cum enim carceratio propriè ad maiores Prælatos ſpectet. Dicitur enim in Statuto, *Carceris pœna eſt recluſio alicuius &c, Generalis, aut Prouincialis authoritate facta*, quia delictorum grauium, & grauiſſimorum punitio ad hos tantum Prælatos ſpectat, vt cauetur in *praxi criminali noſtra Tit. delictorum, diſcrimina §. penultimo*. Sequitur, vt Guardiani carcerare non poſſint, niſi illis ſpecialiter committatur: Committitur autẽ in duobus caſibus. Primo, *dum committeretur delictum graue, & notorium, & periculum eſſet in mora, nec Prouincialis in proximo reperiretur poſſunt, & debent Guardiani, tanquam Prouincialium delegati, de diſcretorum conſilio delinquentem quemcumquè carceribus, vel cuſtodiæ mancipare, & ſtatim Prouincialem de delicto certiorem reddere*, vt diſponitur in citata practica §. *vltimo*, & in hoc caſu ex carceratione nulla reſultat pœna, quia non infligitur ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, ne delinquens ſe ſe in fugam conjciat. Ideo notanter adiectũ eſt, *Carceribus, vel Cuſtodiæ*, & tunc non debet dici formaliter carceratus, ideſt, ſine forma habitus; ſed ſolum ad cuſtodiam detentus; Patet euidenter, quia pœna carceris non poteſt infligi, niſi prius iuridicè conſtet de delicto, conſtare autem non poteſt apud Guardianum; quia ipſe eſt Iudex in-

Carceratus à ſuperiore locali, quando pœnas contrahat.

 com-

competens talium delictorum, & ideo moneri ſtatim præcipitur Prouincialis, ergo talis pœna per Guardianum infligi non poteſt. Nec titubet aliquis, quod diſponatur de crimine notorio, & de diſcretorum conſilio quaſi apud Guardianum de notorietate conſtare debeat. Quia non conceditur Guardiano, vt iuridicè procedat ſuper euidentia notorietatis, examinando Teſtes, &c. Sed de plano, ſine figura iudicij ſola facti veritate inſpecta cum ſolo conſilio Diſcretorum. Nimirum, ſi quis alium vulneraret, percuteret &c. coram maiori parte Conuentus, vel ſi reperiretur cum muliere à ſe introducta in Conuentum &c: ſufficit, vt Guardianus in folio aliquo adnotet factum, & diſcretos ſubſcribere faciat pro Conſilio præſtito. Quia ei etiam conceditur, corpus delicti iuxta formam iuris deſcribere, & ad Prouincialem remittere. Super quo obiter notauerim, non eſſe puniendum Guardianum, ſi ſecus, quam par eſſet, de notorietate iudicaret, decernens notorium, quod iuxta regulas canonicas, tale non eſſet. Si in aliquo minimo deficeret, puta iudicando notorium, quod eſſet commiſſum coram quinque, vel ſex fratribus, in Conuentu, vbi quindecim morarentur cum adeſſe debuiſſent octo, vel nouem. Quia cum hoc facere debeat, ex conſilio Diſcretorum, illorum eſt iudicare de notorietate, ſecundum caſus incidentiam, & cum non omnes Periti ſupponantur, aliqua ignorantia, quæ intercederet, condonanda eſſet. Illud tamen menti retinendum eſt, vt non ſolum ex notorietate ad carcerandum deueniant, niſi etiam adſit fugæ ſuſpitio, & moræ periculum. Quia intantum Guardiano hoc munus delegatur, inquantum de fuga timetur. Et copulatiuè concurrere debent & moræ periculum, & delicti notorium. In quibus, ſi Guardianus, & diſcreti excederent, pœna extraordinaria puniendi venirent. Tum de vſurpata iuriſdictione, tum de illata iniuria. In his igitur caſibus, nec carcer eſt formalis, nec pœna carceris contrahitur. Secundo committitur Guardianis carceratio pro pertinaci inobedientia, de qua in Statuto, & in *practica titulo de applicatione pœnarum* §. *contumax* diſponitur, quod ſit *de Diſcretorum conſilio carceribus mancipandus, & conſequenter actibus legitimis priuandus*. Item pro renitentia ad ſubeundam pœnitentiam, ſibi à Superiore locali impoſitam, *De Diſcretorum conſilio, & aſſenſu etiam trina monitione.*

Guardianus male iudicans de notorietate delicti.

nitione non præmiſſa carceri mancipetur, prout opportunius videbitur. vt dicitur *cap. 1. conſtit. num.* 8. & in his duobus caſibus tantum, carcerandi facu tas Guardianis indulgetur, carcerandi inquam ad pœnam, & formaliter. Vnde dum carceratione ad cuſtodiam agitur de ſola conſilij exquiſitione diſponitur; dum verò de carceratione ad pœnam requiritur etiam conſenſus, quia grauior actio eſt.

Ad cuius amp iorem elucidationem dico, carcerari non poſſe contumacem, & recuſantem pertinaciter pœnitentiam, niſi de delicto notoriè conſtet, & ſit reieuidentia manifeſtum, non per proceſſum iuridicum, qui à Guardianis confici non poteſt; ſed per adnotationem facti. Cum aſſenſu Diſcretorum, qui ſi deſit, carceratio eſt nulla, & pœnas non infert. Item hanc carcerationem, per illam clauſulam, *prout opportunius videbitur*. eſſe in Guardiani arbitrio, quoad illius illationem, non quoad eiuſdem durationem, quia poteſt quidem in caſibus permiſſis, carcerare, non tamen è carceribus liberare, cum hoc ad Prouincialis arbitrium deferatur. vt dictum eſt ſupra *c.* 2 *q.* 5 *reſponſ.* 5. & cauerunt *Statuta Alexandrina cap.* 7. *& ſi Guardianus cupiens executioni mandare ſupraſcriptas, aut infraſcriptas Conſtitutiones, fratrem aliquem carceri tradiderit quocumquè titulo id fecerit, non poſſit eum è carcere liberare, ſine Generalis, aut Prouincialis licentia obtenta.* Super quibus dubitari poſſet, an carcer. ns iniuſtè debeat Prouinciali nunciare capturam, an verò poſſit carceratum Guardianus liberare, ſui erroris compos. & Dico poſſe, quia non prohibetur retractare actum illegitime factum. Puniendus tamen eſt, ob iniquam carcerationem. & vlterius, Guardianus, qui indebitè, & non ſeruato rigore Statuti, carcerau rit ad pœnam, mereretur puniri pœna indebitè carcerantium; de qua infra: Quia cum hoc ſpectet ad ſuum officium præcisè, & damnum irreparabi e inferat, & ipſe tanquam Iudex ordinarius procedat, nullam excuſationem h bet. Ad hæc, ſi Guardianus ſolus, non explorato conſilio, & conſenſu Diſcretorum pertinaciter inobedientem carcerarer, ille non eſſet reputandus carceratus, quia non eſt ſeruata forma actus, à lege præſcripta, & conſequenter actus eſſ t nullus. & carceratus reputari debet pro non carcerato ex dictis Superiori *quæſt* 3. ſed vt materia hæc funditur intelligatur:

Guardianus non poteſt ſubditum carcerare, niſi conſtet de notorietate delicti.

Carceratus à Guardiano non poteſt liberari ſine licentia Prouincialis.

Delictum carcere dignum, quale eſſe oporteat,

Quæritur quinto, cuius qualitatis debet eſſe delictum, quod carcere emendari debeat.

Reſpondeo per ſtatutum; *Carcerari nullus poſſit, niſi pro manifeſto, & enormi delicto, vel exceſſu.* & ne dubitandi relinquatur occaſio; *Enorme autem delictum dicimus, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, Perfidia, Hæreſis, & ſimilia, vel ratione circumſtantiæ, vt frequens iteratio furti, etiam non notabilis, & de alijs caſibus reſeruatis, idem iudicium habeatur.* Ita *cap.* 7. *num.* 7. duo igitur copulatiuè requiruntur, ſcilicet manifeſtum, & enorme, enormitas ad materiam, manifeſtatio ad modum ſpectat manifeſtum, hìc non conuertitur cum notorio, ſed contraponitur ad occultum, quia non tantum puniri poſſunt notoria, ſed etiam illa, quæ non ſunt occulta. Quia licet manifeſtum, & notorium, aliquando pro eodem accipiantur, vt notat *Speculator in tit. de notorijs crimin.* §. *ſequitur de manifeſto.* & dicitur vulgo notorium. *Bart. tamen in l. Scriptus hæres ff. de relig. & ſumptibus funeris.* diſcernit pulchrè notorium à manifeſto. Nam notorium tripliciter accipitur, primo pro notorio *præſumptionis*, vt cum nullæ adſunt probationes, niſi præſumptiuæ, *v. g.* Titius præſumitur eſſe filius Caij, quia in eius domo, vel ex ipſius nuptijs natus eſt. Conſtare autem non poteſt, an verè ſit eius filius. *c. quoniam de filijs Presbyter. l. Lucius ff. de condit. & demonſtr. l. quia ſemper. ff. de in ius vocand.* ſecundo pro notorio *facti*, quod commiſſum non dubitatur à populo, vel maiori parte, per facti euidentiam, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. *c. vltimo de cohab. cler. & mul. c. cum dilectus de purgat. can. c. de manifeſta. cum ſequentibus* 2. *q.* 1. Siue ſit facti permanentis, ſiue tranſeuntis, ſiue ſucceſſiui, de quibus videndus eſt *Abbas in c. veſtra. num.* 14. *de cohab. Cler. & mul.* Tertio pro notorio *iuris*, quod eſt clara iudicialis confeſſio, inuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, quod conſurgit ex iudiciali confeſſione, vel ex ſententia data. cum in dicto *cap. veſtra. de cohab. Cler. & mul.* & hoc notorium coincidit cum manifeſto, de quo in ſtatuto, & opponitur occulto, quia occultum eſt, quod probari non poteſt, & prorſus ignoratur, vindictæquè expers in hoc ſæculo, de quo agitur, *in cap. Chriſtiana* 35. *quæſt.* 2. Cum enim agatur de puniendis delictis, illaquè non omnia ſemper ſint notoria

Manifeſtum aliquando ſumitur pro notorio.

Notorium triplex.

Digitized by Google

toria facti, &'procedi debeat per accuſationem : inquiſitionem, & denunciationem *cap qualiter, & quando'. de accuſat.* & ſufficiant duo Teſtes ad conuincendum', ſequitur, ſtatutum loqui de manifeſto, ſeu notorio iuris, nimirum de delicto, quod per Teſtes congruos probari poſſit. Occultum autem, iudicium humanum fugit, quia probari non poteſt. *Dominicus, & Alexander in cap. erubeſcant diſt. 32. Bernardus Diaz in practica criminali c. 130. num.* 4. apud quem *Ignatius Lopez cap.* 130. *in Addit. verſ. Quod autem dicatur*, qui citat etiam Gregorium Lopez, & ſolidè docet, quam mortaliter peccent Superiores inquirendo de occultis, & nos fusè *cap.* 1: tractauimus, in hoc opere.

Dices an antequam carceretur delinquens, iuridicè conſtare debeat, de manifeſto, & quomodo.

Reſpondeo affirmatiuè quia ſecus procederetur, iuris ordine non ſeruato, & daretur pœna ante culpæ cognitionem. Conſtare autem debet (ſi loquamur de notorio facti) non ſolum, quod delictum ſit notoriè commiſſum à Titio, ſed etiam, quod notoriè conſtet, nullam illi competere excuſationem, & tergiuerſationem, quod eſt dicere, debet conſtare notorietas facti, & qualitatum. Cum ad punitionem notorij, ideſt, ſine citatione, ſine defenſionibus, ſine iuris ordine, procedi poſſit. Quia poteſt accidere caſus, vt quis publicè alium occidat, quæ publicitas non ſufficit ad condemnationem, niſi conſtet, quod non fecerit ad ſui defenſionem, ex inſania, ex ebrietate &c. Hæ enim qualificationes pœnam mortis excludunt. Vt docet *Clar. lib. 5. quaſt 9. à verſ. ſed aduerte.* qui tradit etiam, notorium conſtare debere in actis, ſaltem per duos Teſtes, in quorum ore ſtat omne verbum, quod Titius publicè coram tot tale commiſit delictum. In quo minor, quod idem *Clarus eodem loco. Verſ. item quaro ſin.* dicat ex *Salieeto*, quod Iudex, ne in Sindicatu puniatur, debet examinare maiorem partem viciniæ ſuper commiſſione delicti, & non poſſunt concordari, examinare duos. & examinare omnes. Cenſeo tamen ſtandum eſſe cum Saliceti ſententia, quia ſecundum eam cautius, clariuſquè proceditur.

Carcerationem præcedat conſtatio de manifeſto.

Dices ſecundo, Enormitas ſceleris, quænam ſit?

Enormitas ſceleris in quo conſiſtat.

Reſpondeo ex *Stat. c. 7. §. de correct. & pœnis num. 7. Enorme au-*

me autem delictum dicimus, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, perfid a, hæreſis, & ſimilia, vel ratione circumſtantiæ, vt frequens iteratio furti, etiam non notabilis, & de alijs caſibus reſeruatis idem iudicium habeatur, pro cuius decl aratione. Notandum eſt, quod licet qualificatio delictorum Iudicis arbitrio remittatur, vt de communi teſtatur *Alciatus in cap. cum non ab homine de iudic. num.* 28. apud *Villalobos in ſua Collecta communium opin. lit D. Auguſt ad Angelum de Aret. in verb hæc eſt quadam inquiſitio. Addit* 5. *apud Diaz in pract crim. cap.* 11. *Bald. in cap propoſuit de appell. Felin in c. at ſi Clerici. de Iudic num.* 13. *Tiraquell. in repet. l ſi vnquam. C. de reuoc. donat.* & alij apud *Lopez de Salſedo in Addit. ad Diaz citatum verb. Arbitrio Iudicis*. Attamen, ne res tanti momenti ſoli arbitrio reſeruetur. Dicunt alij, quod grauitas, & leuitas delicti venanda ſit à pœnis impoſitis vt teſtantur *Bartol. in l. leuia de accuſat. Socin. conſ.* 157. *num.* 5. *lib.* 2. *Barbar. conſ* 48. *lib.* 2. *Dec. conſ* 65. quos refert, & ſequitur *Clar. lib.* 5. *§ primus. verſ. ſunt etiam delictorum circa med.* vbi graui a, & atrocia dicit, quibus imponitur pœna mortis, vel naturalis, vel ciuilis, vt triremium, vel apud nos carceris perpetui, atrociora autem, & atrociſſima, quibus pœna mortis imponitur ſed cum modo, & genere conſpicuo, vt ſcindi in partes, comburi, culeo inſui, &c. vel extenditur in filios, vt in læſæ maieſt. vel quando conceditur Iudicibus, vt modum excedant in procedendo, non ſeruato iuris ordine, vt in raptu Virginum, deueniendo ad torturam, etiamſi indicia non ſint ſufficientia non dando copiam proceſſus informatiui Hinc maxima illa *Propter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi.* Verum licet eſt declarat o à poſteriori, quia ab effectu cauſa rimatur. Prius enim eſt eſſe delictum. & deinde pœnam, & ſic à Priore deueniendum eſt, ad penſanda ipſamet delicta. cu iuſmodi fecit *Senatus Mediolanenſis* apud eumdem, declarando Regi Catholico, quæ eſſent delicta atrocia, & optimè docuit *Follerius in praxi in Verbo aut leuitate delictorum*, per totum, apud quem alii multi, & ſic *Delicta leuia*, apud Abbatem in *cap. tua diſcretionis de pœnis. num.* 3. dicuntur, vbi dolus non interuenit, ſed committuntur per negligentiam, imperitiam, &c. vel ſi requiritur dolus, verſatur circa modica, vt furtum modicę rei inter domeſticos, *l. reſpiciendum ff. de pœn.*

& l.

Qualificatio delicti arbitrio iudicis reſeruatur.

Immo à pœnis impoſitis.

Axioma ob enormitaté delicti.

Delicta leuia.

& l. leuia ff. de accuſ. & cap. cum dilecti. eod. Angelus in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & in dicta l. leuia. ff. de accuſ. *Grauia* autem, ſunt, in quibus exigitur dolus, & tendunt ad graue præiudicium alterius, vel Reipublicæ, vt furtum, periurium, & ſimilia. pro quibus Clericus poteſt deponi, ſicuti pro grauiſſimis, etiam in Monaſterium, & in carcerem perpetuũ detrudi, vt cit. *Diaz in fine* notauit ex *Abbate, & Felino.* Equidem pro eodem ſumimus *Atrox*, & *enorme*, & in iure, delicti magnitudinem vtrumquè denotat, quia enorme pro immodico ſumitur *l. 1. C. de emendat. propinq. l. 4. C. de inoffic. donat. apud Spiegell. & Briſſonium*, & apud regulares, magna, & enormis eſt votorum tranſgreſſio, & legum diuinæ, naturaliſquè violatio. Ideo ſatis Canonicè enormitas conſtituitur in delicti genere, vel in eiuſdem replicatione, aut circumſtantia. Quia quod modicum in ſe eſſet, replicatione malignatur. Et vt de frequenti furti iteratione dicamus; eſt doctrina communis apud D. *Raphaelem in Authentica. Sed nouo iure C. de ſer. fugit.* vbi & alij, & *l. quicumque eod. l. capitales. §. ſolent. ff. de pœnis. & l 4. fin. C. de Epiſcop. audien.* quod furta modica, ſi ſæpius committantur, aggrauant pœnam, itaut faciant latronem famoſum, & furca dignum. Vt conſuluit *Melchior de Farinis. tom. 2. conſil crimin. conſ 66. per tot.* argumento *l Emptorem. in princ. ff. de action. empt.* & eſt clarus textus in *l. capitalium § famoſos ff. de pœn.* Nec refert, quod furta non omnia in vno loco commiſſa ſint, quia ſufficit commiſſa eſſe, hic, aut alibi. *Salicet. in l. ſeruos. C. ad l. Iuliam. de vi.* Vel quod furta ſint modici valoris, quaſi non ſit curandum de re minima *l. Scio. ff. de in integ. reſtit. Gomez in §. pœnales. poſt num. 4. Inſtit. de action.* Quia etiam minima furta puniri debent, puta ſi gallinam, vel anſerem, imò, ſi ouum ſurripuiſſet. *Gloſ. in § gallinarum. Verb. qui lucrandi animo. Inſt. de rer. diuiſ.* & eſt cõmunis apud *Tiraq. in tract. de iudic. in rebus minimis exig. fol. 50.* ac omnium calculo frequentiſſimè receptâ, *Couarr. lib. 2. reſolut. cap. 3. num. 12. apud. Clarum lib. 5. §. furtum. verſ. pariter etiam* qui ita ſeruari in practica affirmat, licet mitigari pœnam in re modica ſentiat.

Delicta grauia.

Enorme.

Furti modici iteratio grauat debitum.

Etiam ſi nõ committatur in eodẽ loco.

Si autem quæras, quot furta replicata eſſe debeant, vt enorme delictum efficiant.

Reſpon-

Digitized by Google

Vnicum fur tũ in re magna dicitur graue, & æquiualet multis paruis.

Reſpondeo primò vnicum furtum ſi fuerit in re magna, dicitur graue delictum, eſt communis apud *Abb. conſ. 25. num. 1.* quia furtum graue, & enorme dicitur, quod pluribus paruis æquiualet, *conſ. 71. vol. 2. crimin. num. 3. Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.* qui ait poſſe furca ſuſpendi furem pro primo furto multum enormi, quia ſæpè vnum magnum æquiualet tribus, arg. *l. ſi is, qui tres. §. eum qui ff. de exceſſ. tut. & in cap. 1. §. iniuria. verſ. furtum. de pace iur. firm.* & licet *Alex. de Imola. conſ. 71. volum. 2. Brimin. num. 21.* teneat, communem opinionem Doctorum eſſe, pro primo furto non mereri, quis mortem de iure communi, & contra *Bald.* ſentire *Salicetum in dicto Auth. ſed nouo iure*, qui docet, pro magna quantitate furti, non eſſe inferendam mortem, ex *l. non cauetur*. Nam lex ait, *Pro furto non debet mori*, & quod vbi legis alteratur pœna, id non fit propter quantitatem, & valorem rei furatæ, ſed propter conſuetudinem furandi, & aſſuefactionem, vt tenuerunt *Raphael, Fulgoſius, & Paulus de Caſtro*, & hoc delictum plus aggrauatur ex frequentia, quàm ex magnitudine rei ſubtractæ, vt patet ex *l. capitalium. § famoſos*, *& §. Craſſatores. ff. de pœn.* iuncta dicta *Authen. ſed nouo Iure* facit *l. 3. C. de Epiſcopali audientia*. Sed quidquid ſit de pœna mortis inferenda, quæ vt dictum eſt, apud nos eſſet in perpetuum carcerem commutanda; certum eſſe debet, dari poſſe furtum vnum, & primum atrox, & enorme in Religione, pro quo ſolo imponi poſſit pœna, capitali reſpondens, vt ſacrilegium, nimirum ſi res ſacra, vel de loco ſacro ſubtraheretur. Sacrilegium enim pœna capitali punitur, vt docet ex multis *Clar. lib. 5. §. ſacrilegium. verſ. ſed quaro.* eo vel maximè, ſi eſſet qualificatum, puta ſi Eccleſiæ oſtia fregerit, ſi piſſidem cum Sanctiſſimo Sacramento violauerit. Quia nulli dubium eſt, ob primum tale ſacrilegium atroci mortis genere latronem puniendum, ſi autem candelabra, paramenta, calices, &c. rapuiſſet, etiam eſſet puniendus pœna capitali, carceris nimirum perpetui.

An pro primo furto, quis ſuſpendi poſſit.

Furtũ enorme in regularibus.

Quoties replicandum erit furtum, vt ſit enorme.

Reſpondeo ſecundo ad verificandam frequentem iterationem furti, rei etiam non notabilis, ſufficit conſtare, quod tria furta commiſerit, quia ob tria furta conſtituitur famoſus latro, qui & laqueo ſuſpendi debet. *Clar. §. dicto furtum. Verſ.*

ſcias

ſcias tamen, apud quem *Vitalinus*, *Conradin. Chaſſan. Bald. Iaſon, Bolenc. Capolla*, qui omnes de communi teſtantur. Aduertit tamen idem *Clar*, neque ob multa furta ſuſpendendendum eſſe aliquem, niſi conſuetudo id ſuadeat, & niſi fuerit fur incendiarius, qui pro primo furto ſuſpenditur ex conſuetudine. Nobis ſufficiat, ſcire, quot furta faciant frequentiam furandi, & pro graui delicto, & enormi, quis puniri poſſit. Non ſilebo tamen, quod ſi iſta tria furta fuiſſent nimis modica. vt ſi ſurripuiſſet calamum, cartham, vel quid ſimile, non propterea famoſus latro reputari deberet, & pro tali puniri, quia hæc modica, & venialia. non faciunt rem conſiderabilem, ſed debet, non ſolum attingere valorem peccati mortalis, ſed etiam aliquid plus. ait ſiquidem Statutum *Frequens iteratio furti etiam rei non notabilis*, vbi *notabile*, Non ſe tenet contra veniale, & paruum, ſed magnum, & inſigne in genere peccati mortalis. Et ratio eſt, quia ſtultum eſſet putare, quod pœna capitali, vel perpetui carceris, aut graui puniri deberent peccata venialia, etiamſi centies replicata, quia non ſumus in caſu hic, quod quis modicum pluries furetur, ad coaceruandum lucrum. vt in mercatoribus &c. in quibus committitur peccatum graue, ex intentione accumulandi, & ex exceſſu materiæ, cum ſcilicet peruenitur ad rem notabilem. Sed ſumus in furtis tumultuarijs, quæ ſi fuerint replicata, mortalem culpam non conſtituunt. Ideo dicendum eſt, furtum quod committitur reſpectu huius pœnæ debere eſſe peccati mortalis, puta trium, vel quatuor Iuliorum ſecundum varias ſententias, inter quas altior ſemper ſequenda eſt, etiã cũ aliquo exceſſu, puta, ſi ad valorẽ ſcuti, vel ſcutorum perueniretur. Nam licet ſimus in Religione Minorica, vbi furta nec nominari, nec imaginari debent, ac propterea ratione ſtatus debent acrius puniri, tamen in pœnis, regulas communes excedere non debemus, quinimo miſericordiores eſſe ex ſtatu ipſo, & non excedere in punitionibus ſæculares lege *Rodor, tom. 2, quæſt. 38. art. 2, & 3.*

Si adhuc quæras, an puniri poſſit tanquam latro famoſus, qui de primo, vel ſecundo furto fuit punitus, vel per gratiam abſolutus. Videtur enim quod non. quia nec bis in idipſum iudicare, nec duplicem tribulationem imponere debemus, ex diuinis oraculis, & an debeant iſta tria furta, commiſſa

eſſe

eſſe diuerſis temporibus, ita vt non mereatur pœnam, qui tria furta in eadem nocte commiſit, puta ex cella libros, ex officioſis vtenſilia &c.

In tertio furto puniuntur alia duo antecedentia, etiam ſi remiſſa.

Reſpondeo cum *Claro citato* §.*furtum.verſ.ſed quid ſi pro illis*. eſſe communem opinionem, apud *Caſſan.* & *Couarr.* alias punitum, vel abſolutum ex gratia, debere in replicatione puniri tanquam famoſum latronem, quia non punitur illud primum denuo; ſed in hoc tertio conſuetudo, & frequentia. cui addo debere iuridicè conſtare, quod alias fuerit de alijs furtis punitus. Licet enim vnico proceſſu puniri quis poſſit de tribus furtis, ſi de illis conſtet, tamen, ſi alias punitum eſſe conſtaret per latas ſententias, maiori ratione puniendus eſſet, quia alias correctus, non ſe emendauit. Item quod furta debent eſſe commiſſa in diuerſis temporibus, vt de communi teſtatur *Capolla in dicta Authen. ſed nouo iure.num.*103.*Bald, ibid.*§ *vlterius quaero.*& ratio eſt, quia Statutum intendit punire conſuetudinem; hæc autem requirit temporis interuallum *arg. l. eum* §.*idem dicitur .cum Gloſ. ff. de furtis*. Illa etenim furta, eodem tempore commiſſa, licet ſint plura materialiter, continuata commiſſa.

Furta facientia furem famoſum debent eſſe cõmiſſa diuerſis temporibus.

Dices tertio, quid nomine perfidiæ in hoc Statuto intelligatur.

Perfidia quid ſit.

Reſpondeo perfidia eſt defectio à Religione. *l.nemo. C.de Sum.Trinit.* Violat enim fidem, quæ eſt Religionis fundamentum. Sicut enim *fides*, bonam fidem ſemper ſignificat, *l* 1. *ff. de conſtit pec.l.*1 *ff depoſiti* §.*eum tamen deponere*, ita *perfidia* malam fidem denotet. Et ſic perfidus eſt, qui fidem violauit. *Spiegell Diaz in praxi cap.*114 *num.*1. Patet autem in Statuto accipi pro defectione à Religione, quia cum hæreſi coniungitur, qui caſus ad Sanctam Inquiſitionem ſpectat, ſicuti hæreſis.

Quæritur ſexto, principaliter, quæ ſint pœnæ indebitè carcerantium,

Pœnæ indebitè carcerantium.

Reſpondeo ex Statuto. Supra de pœnis num.7. *Carcerati nullus poſſit &c. & qui aliter quempiam incarcerauerit, ipſo facto actibus legitimis ſit priuatus, & in excommunicationem incidat* Quod multis rationibus probatur ex iure deſumptis. Prima eſt quia præiudicium, quod per carcerationem infertur, eſt irretractabile. & nulla valet appellatione reparari, *Bald.*

Bald.in l. 1. *C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtule. Felin. in cap. cum ſapè circa fin. de reiudic. Diaz in praxi cap.*127 *num* 1. Quia pœna talionis iuſta eſt . *l fin. C.de accuſat.*l.*qui non C.de calumniat.c.præſcripta* § *libellorum* 6.*q*.8.*c ſuper his de accuſat.vbi Præpoſ.colum.* 4, & 5. cum ergo in carcerato legitimè currat priuatio actuum legitimorum illegitimus Carcerator eamdem pœnam ſubire debet, Tertia quia carcerans Clericum , vim illi infert, & violenter detinet in cuſtodia, ſine cauſa legitima, vnde eſt excommunicatus, *c.nuper.c.contingit.*2.& *ibi Abb. de ſentent.excomm.cap. ſi Clericus eod. in* 6. *cap beatus.diſt.*45.*cap. ſi quis ſuadente Diabolo.* 17.*quæſt* 5.*Gomez.*4 *Var.cap.*9.*deCaptur.reor.Suar.de fideiuſſ. danda in cauſa crim.Rod.tom.*2.*quæſt*.16.& 42.*art.*2.*eius Compilator reſol* 43.*de carcere reor.*& 4.*de pœn.* qui vtrobique citat *Diaz cap.*120.114.116.qui tamen nihil de hac re dicit. *Abb.in cap.nuper de ſent. excom.* 1. & 2. *not.* qui docet (vt adnotauit ait *Corſetu in Repertorio ad Abb verſ.detinens.Clericum in cuſtodia publica*) Quid detentio ipſa , ſine vinculis , vel iniuria alia corporali, inducit cenſuram *Canonis ſi quis ſuadente*, quia vinculatio non fit ad pœnam , ſed ad cuſtodiam. Vnde conſideratur, quod principaliter fit, vt in *c.cum voluntate: de ſent.excomm.*& *l.verum ff.de furtis* , & *l.* 1. *de auct. tut.* cum enim contra iuſtitiam agat, certè ſuadente Diabolo operatur: quia in Iudice lata culpa æquiparatur dolo. Excuſarem tamen illum, ſi Religioſum carceraret cum opinione probabili iuſtitiæ. Nam cum non detinet Clericum cum dolo, qui ad incurrendam excommunicationem canonis requiritur, ex *Io. Andrea in cap.quanto de ſent.excom.* & eſt textus expreſſus in *cap.*1. & *in cap cum voluntate. eod. tit.* Vnde multi caſus poſtea reſoluuntur) non incurreret excommunicationem, ſic etiam excuſaretur ob ignorantiam, quæ à cenſuris excuſat, Quia vbi eſt ignorantia non eſt dolus, nec animus affectans iniuriàm. Excommunicatio autem iſta eſt ipſo facto, & incurritur, quia non eſt merè Statutaria ſed canonica. ex quo Prælatus, qui aliquem indebitè carcerauit, ſi celebrat declarari debet irregularis. Quarta Ratio, quia carcerans aliquem iniuſtè tenetur de damno, & de actione iniuriarum, argum, *c.pœnale* 14.*q*.5. *Angelus verb.carcer.num.*3.

Capitulum *ſi quis ſuadente diabolo* non afficit procedentè ſine dolo.

Quæ-

Quæritur ſeptimo, ſuppoſita cauſa legitima carcerationis, ſi carcerandus appellet, & Superior non deferens appellationi carceret, an incurrat pœnas? & pro affirmatiua facit, quod iuxta *Trid.ſeſſ. 13. de reform. cap 1.* non eſt admittenda appellatio friuola, niſi grauamen inferat, quod per definitiuam releuari non poſſit, & iam dictum eſt, carcerationem eſſe damnum irretractabile, ergo illi deferendum eſt.

Appellatio à carceratione ad cuſtodiam nõ eſt admittenda

Reſpondeo concedendo totum ſi loquamur de carceratione, quę datur in pœnam, quia illa dari non poteſt niſi per ſententiam definitiuam, à qua datur appellatio, at ſi ſermo ſit de carceratione ad cuſtodiam, nego, tum quia hæc non datur per ſententiam, ſed arbitrio Iudicis, tum quia ſi daretur appellatio à carceratione ob ſuſpicionem fugæ, vani eſſent Carceres, quia omnes delinquentes appellarent, & eluderent iudicium, vt aduertit *Clar. quæſt. 46. verſ. ſed quid ſi reus*, & in hunc ſenſum practicant omnes communiter ex authoribus, quos ibidem allegat *Clarus*. Non enim per hanc carcerationem infertur damnum irreparabile, quia ad illam nulla ſequitur, vel infamia, vel pœna, & ſolum datur ad tuendum ius publicum.

Quæritur octauo, An priuatio actuum legitimorum, quæ carcerationem conſequitur, ſit perpetua; & an releuari poſſit.

Pœnę carcerationem cõſequentes, an ceſſet in liberato à carcere.

Reſpondeo primo per Statutum de pœnis num. 5, & 6. *Liberatus à Carcere, non intelligitur ad actus legitimos reſtitutus. Nec reſtitui poteſt, niſi per Capitulum Prouinciale, aut per Generalis authoritatem*, & ad maiorem declarationem recolenda eſt doctrina tradita ſupra *cap. 2. quæſt. 5. reſp. 4 de duratione pœnarum*, & addendum, nulli eſse dubium pœnam hanc eſſe ex ſua natura, perpetuam, quia remitti non poteſt, niſi per alios, qui ſi nolunt, ſemper durabit.

Nomine capituli Prouincialis nõ venit diffinitorium.

Reſpondeo ſecundo nomine Capituli Prouincialis non venit Diffinitorium, ſed omnes vocales Capituli, quorum vota explorari debent, & ad liberationem pro maiori parte inclinantibus, conſequetur Liberationem. Nam cum in Statutis frequentiſſime mentio fiat Diffinitorij, & Capituli Prouincialis, tanquam de diuerſis, vnum pro alio accipi non poteſt. Si enim dixiſſet, Congregationis intermediæ, vel Capitularis, vel etiam

Pro-

Digitized by Google

Prouincialis, quia poſſet accipi in fauorem puniti, & in illa reponatur ſolum diffinitorium, poſſet de illo interpretari, at de capitulo ad diffinitorium, quia ſatis diuerſa ſunt, non fit illatio.

Quæritur nono, quæ ſint circa carceratos obſeruanda.

Reſpondeo primo, Regularis habitus forma detrahitur, Ita Statutum de *pœnis num,5. Carceris pœna eſt vt laiſio, &c. ſine capucio. & corda*. & num.14. *Tempore quo carcerati fuerint, ſine corda, & capucio ſemper manebunt*. & Ratio eſt, quia ſicut habitus oſtendit, & præſumere facit Monachum *cap. ſi vero 2. de ſent. excomm. vbi Abb. num. 3. & 4.* ità è contrario detractio habitus oſtendit carcerari, non vt Monachum, ſed vt peccatorem, eſt textus expreſſus *in cap. placuit 21. quæſt. 2.* vbi *Deſertorem Clericum, cingulo honoris, atque ordinis ſui exutum aliquo tempore Monaſterio relegari*, mandatur carcerari, & *cap. Tuæ, de pœnis*. de criminoſis Clericis dicitur. *Quod à ſuis ordinibus degradati detrudi debeant in arctis Monaſterijs ad pœnitentiam peragendam*. Itaquè ante carcerem grauem, vel perpetuum procedere debet degradatio, cui fauere poteſt analogia degradationis, tradita à *Bonifac.* 8. *cap. degradatio. de pœnis in 6*. Eo vel maximè ſi agatur de carceratione in perpetuum, quæ pœna capitali reſpondet per quam mereretur Regularis tradi ſæculari brachio, quam traditionem debet degradatio antecedere, ad cuius ſimilitudinem, habitus regularis detractio practicatur. Ait enim Bonifacius prædictus *Actualis verò ſiue ſolemnis cœleſtis militiæ, militis, id eſt, Clerici degradatio fiet, vt exauthorizatio eius, qui militia deſeruit armata, cui militaria detrahuntur inſignia, ſicquè à militia remotus, caſtris reijcitur, priuatus conſortio, & priuilegio militari* cum verbis degradationis. *Tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio Clericali*. & in ſpecie præcipit deſcendi gradatim *Vſque ad primam veſtem, quæ datur in collatione tonſuræ*. Priuatur igitur forma habitus Regularis. qui carceratur, quia illa indicatur indignus. fauet ſignificatum, quia cuculla, cui reſpondet capucium, innocentiæ, & puritatis ſignum eſt, quo priuantur Carceribus mancipati, quia innocentia carere conuincuntur. Inquit enim *Sanctus Dorotheus de Abrenunciatione doctrina prima, ferimus cucullam, quod innocentia*

Carceratorum forma habitus detrahitur.

Degradatio ſolemnis quid importet.

Cuculla innocentiæ ſignum.

R ſignum

ſignum eſt, & puritatis. Pueri enim paruuli cucullam ferunt non viri perfecti. Nos autem cucullam ferimus, vt paruuli ſimus malitia. Accedit alia ratio. Quia habitus exterior oſtendit diſpoſitionem mentis argum. *Clem, exiui, de Verb. ſignific.* Sicut igitur veſtis, & illius prætioſitas eſt ſignum lætitiæ; ità vilitas, & nuditas eſt ſignum mœſtitiæ. *Abb. in cap. in nonnullis. de Iudæis*, equidem pœnitentium inſigne eſt veſtis depoſitio. Hinc in capitulis *Herardi Archiep. Turonenſis num.* 120. habetur *Pœnitentes à continijs, & ornamentis, atquè alba veſtè, abſtinere deberet*, *quod replicauit Iſaac Epiſcopus Lingonienſis can. 36. Vndè Chryſoſt. hom. 6. in Epiſt. ad Rom.* inquit, *Quod ſolent facere Iudices ij, qui quos in dignitate conſtitutos grauioris alicuius criminis conuictos habent, eos prius honoris ſui ornamentis ſpoliant, quàm ſupplicio mulctatos abdicant.* & in Sac. Scriptura legimus Dauid veſtes Regias, in luctu filij exuiſſe, & ſacco, ac cilicio indutum, ſuper cinerem iacuiſſe, quod familiare fuit Niniuitis, & alijs pœnitentibus. Certum igitur eſt, carcerem dari in pœnitentiam, in afflictionem, ideò æquum fuit, vt id in carceratis, per habitus depoſitionem oſtenderetur.

Forma habitus in capucio conſiſtit.

Formã autẽ habitus in capucio præcipuè cõſiſtere patet: quia his demptis religioſè veſtitus non cenſetur. Hinc quando inhibetur, quod alii non deferant habitum alicuius Religionis non intelligitur de integro tegumento, ſed de ea parte, qua talis Religio ab alia diſtinguitur, nimirum in capucio, & chorda multos enim videmus (vt de minoribus loquamur) ſacco, vel lanea veſte indutos, quos tamen pro fratribus minoribus nemo accipit. Accipit tamen. ſi capucium deferant, & chorda cinctos videat, puta Cappuccini reputantur, ſi acuminatum, & protenſum deferant. Obſeruantes, ſi rotundum, & remiſſum, Conuentuales, ſi latum, & amplum, quo remoto, diſtinctio deperditur. Hoc idem ſeruant Sacri Canones, dum Clericos ab habitu Clericali diſcriminant, vel eoſdem ad eumdem deferendum cogunt, vel eo illos priuant; non quidem ab omni indumenti genere, ſed à veſte ſuperiori, & inſigni capitis corona, & quadrato biretro, quod capitis operimentum eſt. *cap. penult. de vita, & honeſt. Clericor. cum cap. quoniam, eod cap. 10. de Cler. coniugato. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6.* & quando excommunicantur Regulares *c. vt periculoſa. de religioſ. domibus,* defe-

deferentes habitum, omnes vno ore affirmant, incidere in hanc excommunicationem, non ſolum, qui totum habitum dimittunt, ſed etiam qui dimittunt illam partem, vel occultant, per quam pro Religioſo ſuæ Religionis cognoſceretur; *Bonac. de clauſ. quæſt. 2. punct. 2. prop. 1. num:* 8. quam de verbo ad verbum replicauit, *de cenſuris diſp. 2. quæſt. 8. punct. 6.*

Reſpondeo ſecundo. Ad perpetuos carceres damnatis tonſura & raſura regularis prohibetur. Colligitur ex titulo *de pœnis num. 9. Ad perpetuos carceres damnati, barba, & capite de religioſo more antea tonſi, Sacramentum Eucharistiæ, &c.* ergo ſi tonderi permittuntur in die Paſchatis, pro Sacra Synaxi, alio tempore tonderi vetantur per regulam iuridicam à contrario ſenſu, quam fuſiſſimè declarat. *Barboſ. de locis comm. loc.* 27. præcipue à *num.* 10. vbi valere in Statutis, per *Baldum, Caſtrenſem, Angelum, Alexandrum, Corn. Ruinum Pariſium* & alios probat. Non enim otioſa debent eſſe verba ſtatuti, quæ eſſent, ſi hunc ſenſum non haberent, quia nullibi tonſura præcipitur, tanquam diſpoſitio præcedens Sacram Communionem, & facit aperta ratio dicto *cap. degradatio de pœnis in 6.* in quo degradato præcipitur auferri tonſuram: *Tanquam radatur caput illius, ſeu tondeatur, ne tonſuræ, ſeù Clericatus veſtigium remaneat in eodem.* Diximus autem, carcerem perpetuum infligi ijs, quibus in ſæculo pœna mortis, & traditio brachio Sæculari infligeretur. Quod ſi obijcias, hanc ſimilitudinē valere à contrario ſenſu, quia carceratis iubetur capillos excreſcere, Degradatis autem radi; & ibi ſermonem eſſe de Clericis, & poteſt Laicus in perpetuum carcerari, in quo nulla regularis eſt tonſura. Reſpondeo contrarium ſenſum idem importare, ad tollendam ſcilicet regularem tonſuram, quæ nouacula deformatur in momento; carcere autem in tempore. & Laici regulares habent etiam ſuam tonſuram. de qua nos in noſtris commentarijs *c. 2. ſtat.* 78. Senſus igitur, & mens Statuti eſt, vt taliter carceratus, religioſi Status, à quo cecidit, ornamenta non deferat, quæ in habitu, & tonſura conſiſtunt; & de habitu (cuius par ratio de tonſura eſſe debet) inquiunt *Rodriq. tom. 2. quæſt. 22. art. 6. Nau. de regul. num. 64. illat. 5. Sanchez in opere moral. lib. 7. cap.* 8. *num.* 47. quos citat, & ſequitur *Bonac. de cenſur. diſput.* 2. *quæſt.* 8. *puncto* 6. *num.* 7. condemnatum ad perpetuum carcerem, & conſequenter habitu re-

Carceratis tonſura regularis negatur.

Regula à contrario ſenſu, quantum valeat.

Perpetuò carceratus ſi aufugiat, an teneatur habitum regularem,aſſumere.

gulari priuatum, ſi aufugiat, non teneri in vim *cap. Vt periculoſa. de reg. dom.* reaſſumere illum, quia eo iuſtè priuatus fuit, quem licitè nequit aſſumere, & ſecundum hanc rationem, quæ bona eſt, neque poſſet regularem ſibi tonſuram facere:

Tonſura ſignum religionis.

Quibus adiungo rationem moralem, quia tonſurari eſt ſignum additæ Religionis, vt arbitratur *S. Auguſtinus de opere Monachorum*, & conijcitur ex cerimonia Nazareorum *num. 21. Actio* 18. Vnde *Anaſtaſius Bibliothecarius in Adriano* refert Longobardos tonſurari ſe feciſſe, quia Pontifici ſe tradiderunt, & ab eo in fidem Chriſti, & tutelam Romanæ Eccleſiæ recepti ſunt. Et moniales in Ægypto (quod vſquè ad noſtra tempora deriuatum eſt) dum Religionem profiterentur, matribus ſe tondendas exhibuiſſe, relatore *Sancto Hieronymo epiſ.* 48. & Eccleſiaſtica hierchia à prima tonſura ſecundum Canones auſpicatur. Quid ni, ſi Iulianus Apoſtata comam ſibi attonſit, vt Cæſaris, ſibi infenſi iram leniret, Relatore *Cyrillo Alex. Epiſt. ad Theodoſium in proleg. lib. contra Iulianum*. Quod & fecerunt aliquot Galli ex metu Clerum, vel Monaſterium intrantes apud *Greg. Turon. libro vltimo hiſtoriæ francorum*. Deformatio igitur tonſuræ eſt ſignum manumiſſæ Religionis: Ideo antiquitus Reis capillos excreſcere faciebant, vt legimus apud *Martialem lib. 2. epigram. 74. Ad alta tonſum templa cum reum miſit*. Quia antea intonſus extiterat, & Plin. lib. 7. Epiſt. 27. narrat de quodàm puero domi ſuæ cubanti, nocte tonſum fuiſſe à quibuſdam per feneſtras ingreſſis, idquè ſignificaſſe, ſe ab aliquo malo ſeruatum fuiſſe inquiens. *Quia reis moris eſt ſubmittere capillum, reciſos reorum capillos depulſi, quod imminebat, periculi ſignum eſt*. Quod & ipſis ſomniorum interpretibus, præcipuè *Artbemidoro lib. 1. cap.* 22. familiare eſt, & *Lucianus Dial de amicitia* refert ſe viſitaſſe quemdam Antiphilum, qui carceribus detinebatur, nec videre potuiſſe, *Niſi comam deduxiſſet, eam à vultu abigens ſordidam, atquè impexam oſtenditſe ſe quis eſſet*. & vt frequentes prophanæ ſileant hiſtoriæ, legimus in *Geneſi cap.* 41. *Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei*.

Adiun-

Adiungo alteram, quia capillos alere ſignum eſt mœroris, & mæſtitiæ. Sic creuiſſe *Nabucdonoſor in ſimilitudinem aquilarum*. Danielis refert hiſtoria *cap. 4.* dum extra Regnum diuina vltione actus eſſet. Sic in quadrageſimali ieiunio intactos capillos excreſcere, in *Concilio Aquiſgranenſi cap. 6.* legimus, *Vt in quadrageſima, niſi in Sabbato Sancto non radantur*, & licet aliquando legamus tonſionem, ſignum mœroris, Ier. 7. *Tonde capillum tuum, & proijce, ſume in directum planctum*. & *Michea, Decaluare, & detondere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut Aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex te*. & *Plutarchus*, & *Aelianus de Alexandro* Scribunt, eum tondere iuſſiſſe equos, & mulos ob mortem Epheſtionis. Et mortuo Germanico, Regulos quoſdam barbas ſibi, & capillos mulieribus totondiſſe, ſcribit *Suetonius in Caligula cap 5.* Attamen capillos ſubmittere, & ſquallidum apparere, nullus eſt, qui non mœſtitiæ ſignum dicat. Lege adnotationem, *Salſedo in cap. 89. ad Practicam Diaz per totum* vbi fusè, & doctè de hac re diſputat, & ideo, in die Paſchatis, & S. Communionis tondentur, ut ſquallidi ad æpulum Chriſti non accedant, ad quod nuptialis etiam veſtis eſt neceſſaria.

Capillos alere, ſignum mœroris.

Et Tonſura.

Colligitur ex dictis tonſuram de rigore Statuti, prohibitam, carcere in perpetuum adſtrictis, non autem ad tempus, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Tamen prohiberi eti ã iſtis, conſuetudo conuincit, quia vtrorumquè eadem eſt ratio. Etſi forma habitus priuantur, etiam tonſura priuari congruum eſt.

Reſpondeo tertio, Carceratis Sacramentum Confeſſionis ad eorum requiſitionem miniſtrari debet, niſi aliud obſtet, communionis non item. ita citatum Statutum num. 9. *Ad perpetuos Carceres damnati, barba, & capite de Religioſo more antea tonſi, Sacramentum Euchariſtiæ die Reſurrectionis Domini tantummodo, in Infirmaria, aut alio ſecreto, & decenti loco ſuſcipiant. Si verò Sacramentum pœnitentiæ poſtulauerint illis concedatur, niſi aliud rationabiliter Prouinciæ, aut loci Superior iudicauerit*. Clarius *Salmanſicenſia cap. 7. In carceratis quoquè confeſſionem Sacramentalem petentibus Præſidentes negare non poſſint.*

Carceratis datur cõmoditas confitendi non vero communicandi.

Iuſtificatur Statutum argumento *Capituli pro dilectione*

Infames cõmunicare non permittantur.

de conſec.diſt.2. vbi refertur Sanctus Cyprianus docens, *Puto nec maieſtati diuinæ; nec Euangelicæ diſciplinæ congruere, vt pudor, & honor Eccleſiæ, tam turpi, & infami contagione fœdetur*. Et ſermo eſt de hiſtrionibus, vbi Gloſ. Nec *talibus* (inquit) *nec cuicumquè infami notorio manifeſtè danda eſt Eucharistia*, quia licet in capitulo ſequenti ſubiungatur, *conuerſis, vel reuerſis ad Dominum gratia, & reconciliatio non negetur*, ex *Con.*3 *Carthag. cap.* 35. & *Conc. Aphricano cap.* 12. & ſermo ſit de infamia facti, & delicti, non iuris, ideſt non debet admitti ad communionem notorius peccator, vt eſt Scenius, Hiſtrio, Leno, Vſurarius, meretrix, inimicus &c. Admittitur tamen, qui per ſententiam infamis eſſet declaratus, ſed ſi ad meliorem frugem reuerſus ſit, cuiuſmodi ad triremes condemnati, aliquando S. Euchariſtiæ participes redduntur, poſt confeſſionem &c. Extra tamen triremes, non intra. poſtquam) inquam) de pœnitentia, & conuerſione conſtiterit, quia ſi hoc Sacerdoti, aut adſtantibus, & ſcientibus non conſtet, ta es infames iuris, vel facti, non ſunt ad communionem admittendi. Notorium iuris facit Confeſſio Rei facta in iudicio, vel ſententia condemnatoria in Reum lata. Notorium autem facti conſurgit ex commiſſione criminis coram multis, quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. *Abb. & alij Canoniſtæ in cap. veſtra. de cohabit Cleric. & Mul.* Nauar. *cap.* 21. *num.* 35. *& lib.*3.*cõſ.*2.*de Decimis edit*.2. Quod autem neganda ſit S. Cõmunio peccatori publico, vt dictum eſt, ſiuè publicè miniſtretur, ſiuè priuatim, docent *S. Thom.* 3.*par. quæſt.*80 *art.*6.*S. Cyprianus lib.*1.*epiſt.*7.*Chryſoſt hom.*83. *in Matth. & homil.* 60 *ad populum Antioch. Auguſtinus tract.*26.*in Io. & lib.*50. *hom. hom. vlt. cap.* 12. qui refertur in *cap. multi* 2.*quæſt.*1. *& hom.*33.*in Matth.* & Ratio eſt, quia publicus peccator nec re, nec ſpecie habet ius ad Euchariſtiã, & Sacerdos, vt ſit diſpẽſator fidelis, nõ debet ſanctũ dare canibus. *Matth.* 7. Cũ igitur Carcerati ob ſentẽtiã, vel ante ſentẽtiã per violentam præſumptionem, aut ſuſpicionem criminis (*Rich in* 4.*diſt.* 9.*q.*4. *Palud.quæſt.*4.*artic.*1.*conſ.*6, *Suarez in* 3.*part.diſt.* 67.*ſect.*6.) Notorij peccatores ſint, & exiſtimentur, optimo iure illis Euchariſtia negatur. Adde, non poſſe cum debita decentia Euchariſtiam ad carceres deferri. Et nimis inſolens, & indecorum eſſet,

Notorium iuris, & facti, quid ſit

eſſet, ſi carceratis, cuſtoditis, recluſis cœleſtis cibus deferretur. Etiã ſi de emẽdatione cõſtaret. Ideo in Infirmaria, in qua altare eſſe ſolet, vel in alio decẽti loco miniſtrari præcipitur, quam ſolemnitatẽ paſſim fieri, vel ſæpius, non expedit. Cæterum ſolere, & debere Prelatos miſericordia vti in carceratos; illos viſitando, eoſq; recreando aſpectu cibatione lautiori in aliquibus feſtis ſolẽnioribus docet *Ioan. Andr. in cap. quamuis. de pœnit. in 6. in 2. notat.* & non apparet melius eos viſitare poſſe, ac lautiori cibo reficere, quàm S Communione. Lege *Clar quæſt. 46. verſ. ſolent*; qui citat *l nemo C. de* Epiſcopali *audientia*, vbi dicitur. *Vbi primus dies Paſchalis extiterit nullum teneat Carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur*, à qua lege excipiunt Imperatores, delinquentes aliquos crimĩnoſos.

Neque opponi poteſt, per ſtatutum conceditur confeſſio, ergo & communio, ex regula, *Cui pœnitentia conceditur, neque viaticum negari debet.* prout deducitur ex *Trid. Seſſ. 13. c. 7.* Item datur damnatis, mox in patibulum agendis, vt dicũt, *Gloſ. in Clem. 1. de pœnit. & remiſſ verb. pœnitentia. Sot. in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 2. Silueſt. verb. Euchariſtia 3. num. 7. Tolet. lib. 2. cap. 28 Binsfeld. de confeſſion. malefic. membr. 2. concluſ. 7. dub. 5. Nauar. cap. 15. num. 23. P. Nauar. lib. 2. cap. 5. num. 228. Suar. in 3. par. diſput. 69. ſect. 3.* & ſumitur ex *cap. quæſitum. 13. quæſt. 2.* vbi dicitur, dandum eſſe Sacramentum damnatis, ſi pœniteant, & ita per omnes Chriſtiani Orbis partes practicatur, licet priſcis temporibus aliquando alia conſuetudo fuerit. *Nau. lib 5. conſ. 40. de pœnit. Couarr. lib 2. reſolut. cap. 1. nu. 11.* quam Pius V. ſuſtulit. *Sà verb. Euchariſtia. num. 2.* Si igitur datur damnatis ad mortem multò magis dari debet, in carcerem condemnatis.

Communio datur damnatis, & mox morituris.

Non inquam opponi poteſt, quia in mox morituris, & petentibus Euchariſtiam, etiam confeſſis adeſt publica delicti emendatio, cum non præſumatur aliud in fine vitæ. In carceratis autem non ſic, & ſuſpicio obrepere poſſit, quod id faciant vt è carceribus extrahantur, vel fugæ locus pateat, quare indulgetur confeſſio, quæ cum grauitate miniſtrari poteſt & peccatoribus non negatur, negatur autem communio, ob rationes iam dictas.

Quare autem, iudicio Superioris, confeſſio Sacramentalis aliquando negari poſſit, cum ex Salm anticentibus eadem cõ-

Confeſſio quando negari poſſit carceratis. ſeſſio negari haud poſſe dicatur ea ratio aſſignanda venit. Quia ad ſalutem, & ad acquirendam primam gratiam lapſis poſt baptiſmum, ſola pœnitentia eſt neceſſaria neceſſitate præcepti, & medij. *Trid.ſeſſ.* 14 *cap.* 2. ſiue in re (ſi commoditas confeſſionis accedat) ſiue in voto, ſicuti neceſſarius ad ſalutem eſt baptiſmus aquæ, quando ſuſcipi poſſit, quando non, ſaltem deſiderij, quod vocant flaminis, & hæc duo ſacramenta ſunt neceſſaria neceſſitate medij, itaut; niſi ſuſcipiantur, vt dictum eſt, prima gratia acquiri, & peccata mortalia remitti non poſſint. Ideo vel ipſis maximis peccatoribus frequẽter miniſtrandum eſt confeſſionis Sacramentum, tanquam ſecundam tabulam poſt naufragium, cum prima tabula ſit baptiſmus, verbo Patrum, & Conciliorum, præcipuè *Tridentini ſeſſ.citata S.Thom.* 73. *par.quaſt.* 84. *art.*6. *S.Bonauentura in* 4. *diſt.* 14. cum Scholaſticis; Sacramentum autem communionis non eſt neceſſarium neceſſitate medij, ſed ſolius præcepti, quod cum ſit affirmatiuum non obligat ſemper, & ad ſemper, ſed remotis impedimentis, & capta occaſione, ac commoditate. Quia hoc Sacramentum non eſt ordinatum ad reſuſcitationem mortuorum in peccatis, ſed ad ſpiritualem nutritionem, quam niſi viui effecti, per baptiſmum, & pœnitentiam, participare non poſſunt. *S.Thom.in* 3 *part.quaſt.*65. *art.*4. *in cuius quaſt.*73. *Suarez, & Coninch. Sotus in* 4. *diſt.*8. *artic.*3: & alij, & cum præcipuum impedimentum inter alia ſit, in vinculis detineri, ideo indulgetur confeſſio neceſſaria ad ſalutem, denegatur communio, quatenus impeditis, & conſulitur dandam in Paſchale, ad impletionem præcepti Eccleſiaſtici *cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit.& remiſſ. Trid.ſeſſ.* 13. *can.*9. quod in præcepto Chriſti fundatur, nimirum, quod ſuum corpus aliquando ſumamus, *Io.*6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*. Hoc autem tempus determinauit Eccleſia, *ad minus in Paſchate*, vt loquitur, *Conc. Lateranenſe*, vel *ſingulis annis ſaltem in Paſchate.* vt dicit *Trid ſeſſ.*13. vt ſciamus debere nos communicare etiam extra Paſchate tempus, in articulo mortis, vt *Conc. Nicænum can.*13. *& Trid.ſeſſ* 13. *cap.*6. & vbi ſpiritualis alimoniȩ ſuſceptio dilata, vitam, diù conſiſtere non poſſe, ſignificaret. Vnde *Trident ſeſſ.*13, *cap.*8. *S.Thom.*3. *part.quaſt.*80. *S.Bonauentura in* 4. *diſt.*12. *artic.*1. *quaſt.*3. & alij conſulunt huius cibi frequen

Baptiſmus, & pœnitentia ſunt neceſſaria neceſſitate medij.

Euchariſtia neceſſitate præcepti

tiam, quia per eum deperditum humidum radicale deuotionis, reparatur, & reſtauratur. Verbis Domini ſupra allegatis id ſuadentibus, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.*

Verumtamen eſt, quod Carceratus in perpetuum, ſicuti non poteſt ſuſcipere Sacramentum, ita ad annuam, vel frequentiorem Communionem non obligatur, & ſufficit ei deſiderium. Nec enim cum tanto rigore hoc præceptum fuit in Eccleſia practicatum, cum legamus Sanctos Paulum primum Eremitam, Antonium Magnum, Benedictum, & alios ſolitudinis cultores per tres, per 20. per 100. ferè annos in ſpeluncis delituiſſe, & non communicaſſe, ſufficiente ipſis, aliquando id ſuſcepiſſe, quare quod ipſi fecerunt ob ſolitudinis amorem, benè poterunt facere in vinculis detenti, ob commoditatis defectum. Præterea non teneri Superiorem Carceratis huiuſmodi offerre Sanctiſſimam Euchariſtiam, & eò minus illos cogere niſi ipſi petant. argumento, *cap. Scenicis*, in quo dicitur *Scenicis, & hyſtrionibus cæteriſquè huiuſmodi perſonis, vel apoſtaticis conuerſis, vel reuerſis ad* Dominum, *gratia, vel reconciliatio non negetur*. quod petitionis inſtantiam ſupponit, & *Flammin. Chartar. lib. 3. ſua pract. c. 2. num.* 54. declarat ad hanc rem *cap. quæſitum.* 13. *quæſt.* 2, in quo dicitur *Confiteantur, aut confiteri deſiderant*. ergo (ſubinfert ille) *non deſiderantes confiteri, non ſunt impuniti relinquendi*, & citat *Caſſan. Sotum, Peguam*. Cibus enim non ingeritur, niſi illius appetitum habentibus. Poſſunt tamen ſuadere, prout charitas vrſerit, & ipſimet carcerati, peccant mortaliter, niſi illo tempore non communicent; quia accedente commoditate, præceptum Eccleſiæ non cuſtodiunt.

Sancti antiquioris Eccleſiæ non ſæpè communicabát.

Tandem cauſa negandi huiuſmodi hominibus frequentem confeſſionem, præcipuè ijs, qui adhuc ad curiæ informationē detinentur, vnica eſſe poterit. Ne ſcilicet ſub ſpecie confeſſionis conſilium de reſpondendo, vel non reſpondendo Iudici exquirant, neuè captandæ fugæ occaſionem arripiant. Hinc ortum, vt Rei in Secretis carceribus detineantur, nec ad largam ponantur, niſi offenſiuus proceſſus completus fuerit. Ne *reus* (inquit) *Marſilius in pract. Crimin. § nunc videndum* poſt numerum 15. *ab aliquo ad occultandum delictum inſtruatur*, & quando opus fuerit alloqui aliquem Reum in ſecretis carceribus,

Confeſſionis Sacramentum negatur carceratis dum cōficitur proceſſus.

ribus, cauti iudices obſeruant, ne talis allocutio fiat, niſi præſente ipſo Iudice, vel cauſæ Notario, *Ne affectata occaſione* (inquit *Chart. lib. 3. practicæ cap. 3. num. 46.*) *aliquo modo reum ad occultandum delictum inſtrui contingat*. His tamen remotis, cenſeo grauiter peccare Superiorem, tanquam ſalutis carcerati hoſtem, & pro merito puniendum, qui confeſſores talibus perſonis, & in afflictione conſtitutis, negant. Scimus enim quid in anima tribulata peccata operentur, quid cœleſtis medicina conferat. Itaquè ne dum ex charitate, ſed ex iuſtitia tenentur, in carcerẽ detruſi morem gerere, circa confeſſiones.

Carcerati ieiunant, & publicè diſciplinantur

Reſpondeo quarto, *Carcerati qualibet ſexta feria, coram fratribus capitulariter congregatis, ſine capucio, flagella diſciplinæ ſibi adhibere per totum pſalmum Miſerere mei Deus, & in pane, & aqua genufflexi ieiunare debent*. Ita ſtatutum *de pœnit num. 13.* Super quo aduertendum duco, hanc mortificationem non dirigi ad carceratos ob cuſtodiam, ſed ad pœnam. Quia non debent puniri, quorum delicta iudicata non fuerint, reciperent enim pęnam ante culpam, quod eſt omninò iniquum *l. cum rem ff de bonis damnator. l. maximum vitium. C. de liberis præteritis*. at qui in cuſtodia detinetur, eſt quidem in præſumptione criminis, non tamen iudicatus criminoſus, ergo tales pœnitentias ſubire non debet, quas facere tenetur carceratus ad pœnam, quia dum illi carceris pœna infligitur, etiam ad iſtas pœnitentias condemnatur, quæ de iure municipali in carcerationis pœna continentur.

Non datur pœna ante culpam.

Nec extra rationem ſancitum eſt, quia tales publicæ demõſtrationes carceratis ad magnam mortificationem, & reliquis fratribus ad ſalutare diriguntur exemplum. Vt nimirum ex veneno culpæ anthidotum emendationis, & præſeruationis eliciatur. Si enim has publicas demonſtrationes non facerent, vix in aliorum notitiam delinquentium correctio deueniret, cum carceres, non publici, ſed ſecreti ſint. & nullus fratrum carceratos alloquatur. In ſæcularibus autem, quia carceres omnibus innoteſcunt, correctiones publicantur, & vt hunc morem in Sacris etiam Canonibus aliquo modo reperiamus, Legimus Clericos antiquitus verberibus correptos fuiſſe, *vt c. 1. 5. quæſt. 1. & cap. cum beatus. diſt. 45 & cap. 1. de calumniat. & c. fin. diſt. 35.* in quibus verberari calumniatores, & ebrioſos præcipitur, vt notant *Gloſ. & Panbor. in dicto cap. 1. de calum.*

Clerici antiquitus ad correptionẽ verberati

& Præ-

& Præpoſit. in cap.fin. diſt. 25. aduertentes diſcrimen Canonicum, vt Clerici in Sacris Conſtituti non verberentur, niſi pro grauibus, & mortalibus culpis. In minoribus autem verberari poſſunt pro lenioribus culpis, & elicitur ex ***Sancto Auguſtino epiſt.ad Marcellum***, vbi ait *Confeſſionem verberibus eruiſti.* Nec mirum eſt, vt per *Panbor.cit.apud* **Diaz in praxi cap.136.** quod membra electa Chriſti verberibus affici Sacri Canones permittant, quia id factum eſt ad pietatis oſtenſionem, nam cum per leges ciuiles mortes, & membrorum mutilationes infligebantur, placuit Ecclesiæ, in ſuos Clericos potius verberibus, quàm mortibus, & mutilationibus animaduertere. Et licet hæc fuſtigatio exularit ab auia, vt ex *Claro. quæſt.* 70. *Mileio in praxi fol* 148 *ac Petro Gregor.* 3. *par. Syntag.iuris. lib.*31.*cap.*11. aduertit *Salſedo in d.cap.*136.*Diaz* tamen noſtro huic Statuto præludit, vt graue non æſtimetur regularis diſciplina, ſuis manibus ſibi inflicta, qui ob talia delicta, mereretur, non ſolum publicè fuſtigari, ſed etiam mortis pœnam ſubire. Equidem Religioſo qui vt plurimum ſuum ſeruat cubiculum, & habet cællam pro cœlo, minus grauis carcer euaderet, ſi otio temporis, & ventrem ſaturatus, nihil aliud pateretur; quare ad punitionis ſenſum, & ieiunium, & flagellatio publica imponuntur.

Reſpondeo quinto, Non negauerim poſſe aliquando Prælatos ex graui cauſa, Diffinitorio cognita has carcerationis circumſtantias remittere, & ſi non adimpleantur, niſi fiat per contemptum, aliquando culpa vacare, quia pœnarum moderatio Iudici ex Statuto remittitur, & Statutorum tranſgreſsio, culpam grauem non inducit, poſſet tamen à Superiore, tanquã ſtatuti tranſgreſſor puniri, ſi in iſtis notabilis exceſſus exiſteret.

Quæritur decimo, Carceres quales, & quot eſſe debeant.

Reſpondeo ex Statuto de pœnis num.8. *Quare vt atrocia, & grauia delicta puniri poſſint in omnibus locis ſaltem in præcipuis Prouinciæ habeantur Carceres omnino fortes, humani tamen, & lucidi, vt carcerati diuinum officium recitare, & ſpirituali lectioni vacare poſſint.* Verè deplorandus eſt naturæ, & virtutis caſus, quia tempus, quod in conſtruendis Oratorijs, & excauandis Eremis ad corporis afflictionem terere debemus, inſtruendis Carceribus ad delictorum punitiones inſu-

Carceres antiquitus pauci.

inſumimus, vt erubeſcant Religioſi, qui legentes Satyricum illud *Iuuenalis Satyr.3.*

Fœlices pro auorum atauos, fœlicia dicas
Sæcula, quæ quondam ſub Regibus, atque Tribunis
Viderunt vno contentam carcere Romam.

Multos carceres, & omninò fortes accommodant. Deplorandus quidem, ſed cum natura, cum Eccleſia, cum Religione, quæ tabulis hiſce poſt pietatis, & timoris naufragium ad Reipublicæ conſeruationem vtuntur, vt maculas iſtas conniuantes, peſtes graſſantes, mala perniciem minitantia in vnū locum coërceant, aliosq. fœdare non patiantur, de peccato peccatum in carne damnantes, & antidotum ex veneno eli-

Carceris vtilitatis. cientes. Scitè *Tertullianus lib. ad Martyres c.1.* vocat carcerē diaboli domum, ſed diuina virtute in ipſius diaboli perniciem commutatum. *Domus quidem* (inquit) *diaboli eſt carcer, in qua familiam ſuam continet, ſed vos ideò perueniſtis* (ſiue ad virtutis teſtimonium, ſiue ad culpæ purgationem, nam parum ad hunc effectum refert) *vt illum etiam in domo ſua conculcetis*, quia vix fieri poteſt, vt tribulatio intellectum non tribuat, & quos peccatores carcer recepit, non emittat innoxios. In hoc, vel ipſæ virtuti comparandus. *Iniuriā carceris coronam eſſe caſtitatis*, docuit *S. Ambr. lib.4. in Lucam*, loquens de Ioſepho, *& eò nobiliorem, quò tetrior carcer eſt*. Nam pœna incontinentiæ eſt caſtitatis aſſertrix, & ferrum, quod ſub terra defoſſum ruginem contraxerat, in fornacem iniectum exuginatur, & priſtino candori reſtituitur. Quid ni? *Si & ipſa mūdi anguſtia carceres appellantur*, teſte *Authore imperfecti ho.11. in Matt. Ipſamet delitiæ carcerem animæ creant, quem à Natiuitate ad extremum vſquè diem circumferimus*, vt dixit *Philo lib. de Agricultura, & eò grauiorem, quò lautiorem. ex Pytagora apud Baſilium ho. ad Adoleſcentes.* Adeovt Apoſtolus ad *Roman.7.* dixerit. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* & Commentatore *Ambr. in Pſalm.* 118. *orat. 4. Pulchrè Apoſtolus de mortis huius corpore liberari cupit, qui à carcere quodam claudimur, & in quodam luxuriæ gurguſtio ſiti, tenebris inuoluimur delictorum*, quibus accinit *Hugo Carenſis in cap. 2 Eccleſiaſtici. Quidquid* (inquit) *in mundo amatur, carcer animæ eſt, vbi anima miſera amatoris vinculo recluſa*

tene-

Digitized by Google

tenetur, atque ligata. Sed hac moralitate ſe poſita, & ſuppoſitis ijs, quæ initio huius tractatus præfati ſumus, maximè cum ſciamus S. P. N. Franciſcum viuum defodi iuſſiſse inobedientem, quod exemplum aliquid plus ſapit, quàm carceribus includi, declaremus aliqua circa conditiones carcerum.

Primò enim in omnibus principalioribus ſaltem locis carceres fabricari iubentur, ne correctioni locus deſit, & ſcandalo remoueatur occaſio. Si nimirum delinquentem oporteret, vel ſtipatum Fratribus, aut ſatellitibus, vel vinculis conſtrictum per medias Ciuitates conducere, quo caſu plus noceret remedium, quàm peccatum. Et neſcio, ſi expediret cum tanto Religionis detrimento, delicta ſine ſcandalo ſæcularium commiſsa corrigere, cum iure naturæ teneamur ex duobus malis minus eligere, & minus eſt malum priuatum, & occultum non punire, quàm Conuentus, vel Religionis famam denigrare. — Carceres ſint in omni loco principaliori.

Secundò carceres fortes fabricari mandatur, ne fugæ locus pateat, adeſt titulus *in Codice lib. 9. tit. 5. de Cuſtodia reorum, & lib.48. ff. titulo 3.* iunctis, quæ in titulis de *Epiſcopali audientia* decernuntur. *l. enim prima citati Codicis*, dicitur *Maneant ſub fida cuſtodia, & l. ad Commentarienſem*, punitur cuſtos carceris, qui Commentarienſis appellatur ex pœna, qua puniretur, qui fugit, & in iure Canonico, vt in *Clem. multorum de hæreticis*, diſponitur, vt hæreticales carceres duobus cuſtodibus, & duabus diuerſis clauibus ab Epiſcopo, & inquiſitore determinandis, & aſſeruandis cuſtodiantur. & *in cap. Tua de pœnis*. decernitur, quod Clerici in magnis criminibus deprehenſi, debeant in arctis Monaſterijs detrudi ad pœnitentiam peragendam. — Carceres tuti ſint.

Tertiò, quod carceres ſint humani, & lucidi; circa quod non negauerim diſtingui in iure qualitatem carceris, vt notarunt *Ioan de Anan. in cap. à nobis de apoſt. & in cap. ſignificauit de Iudæis, & Baldus in Authentica ſi captiui, C. de Epiſc. & Clericis*, præcipuè Ordinarij, duri, ac duriſſimi, vt in *cap. Nouimus de verb ſignif.* vbi de quodam falſario decernitur, *vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipſum includas, pane tribulationis, & aqua anguſtia ſuſtentandum, vt commiſſa defleat, & flenda iterum non committat. & cap. a Nobis.* — Carceres ſint humani, & lucidi, & quid de enormibus delictis antiquitus diſponitur.

bis de Apoſt. vbi de Apoſtatis carceratis, qui conuerti nolebant, dicitur *Tales . ſi volueris, poteris ſub graui cuſtodia carcerare. Ita quod ſolummodo vita ſibi miſera reſeruetur, donec à ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant, & cap. Tuæ de pœnis.* in quo latrones, vel in magnis criminibus deprehenſi iubentur *degradari, detrudi in arctis Monaſterijs ad pœnitentiam peragendam.* Tamen hæc arctitudo carcerum, non eo deducenda eſt, vt in illis humanitas deſideretur, & abundet crudelitas, vel ex loci fœditate, vel ex tenebrarum acceſſu, vt verificari poſſit illud *pſalm. 106. ſedentes in tenebris, & vmbra mortis uinctos in mendicitate, & ferro.* Hoc enim barbarum eſt, & inhumanum, ſacris nedum canonibuus, ſed etiam ciuilibus legibus prohibitum. In *Codice* nim citato *de cuſtodia Reorum l. 1.* decernit Conſtantius Imperator. *Interea Reum exhibitum, non per ferreas manicas, & inherentes oſſibus, mitti oportet, ſed prolixiores catenas, ſi criminis qualitas, etiam catenarum acerbitatem poſtulauerit, vt & cruciatio deſit, & maneant ſub fida cuſtodia. Nec verò ſedis intima tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vegetari, ac ſubleuari. Et vbi nox gemi[nau]erit cuſtodiam, in veſtibulis carcerum, & ſalubribus locis recipi, ac reuertente iterum die, ad primum ſolis ortum, illicò ad publicum lumen educi, ne pœnis carceris perimantur, quod innocentibus miſerum, noxijs verò non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur.* Submittens pœnæ Capitali Cuſtodes, & Miniſtros, ac ipſum Iudicem, qui crudelitatem vendunt affligendo Reos inedia, vel longa tabe conſumere facientes. Quod ſi Reus, vel moriatur propter inediam, vel ita ob rigorem carceris debilitetur, vt inutilis poſtea euadat, malitia, vel negligentia Iudicis, eum non tantum peccare mortaliter, ſed etiam eſſe reum homicidij, & irregularitatis affirmant *Abb. in cap. à nobis de Apoſt. & in cap. qualiter, & quando de accuſ. il ſecondo Anton. de accuſat. Ioan. de Lignano in Clemen. 1. pœniten & remiſſ. Bartol. in l. nemo carcerem de exact. tribut. & in tract. de quæſtion. verſ. ſed quid de tali quæſt. Angelus in dicta l. nemo carcer. contra Io. Andr. in capit. à nobis de Apoſtatis*, qui putauit, poſſe ita attenuari panem, & aquam, vt vita etiam attenuetur. Hæc enim non eſt Sacrorum Canonum, & pijſſimorum Pontificum mens, de qua nefas eſt præſumere, quod crudelio-

Carceratis adhibeatur humanitas.

Carceratū inedia perimens, vel inhumanitate debilitans reus homicidij eſt, & irregularis.

Digitized by Google

deliores ſint Vicarij Chriſti, Imperatore Conſtantio, qui ſatis fuit à pietate alienus. Quinimò pijſſimi Imperatores, Gratianus, Valentinus, & Theodoſius *C.de Cuſt.Reorum.l.nemo oportet*. diſponunt, quod Epiſcopi, per quartam, & ſextam feriam inquirant eos, qui ſunt in cuſtodia, quam ob cauſam incluſi ſint, & iudicare, & à ſoluere ipſos, & *l. nemo deinceps*. *C.de Epiſcop. audientia*. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius præcipiunt educi de vinculis detentos in die Paſchatis, & *l.Iudices eod.* Honorius, & Theodoſius, diſponunt, vt diebus Dominicis eductos Reos de cuſtodijs videant, & interrogent, ne humanitas clauſis per corruptos Carcerum Cuſtodes denegetur. Victualem ſubſtantiam non habentibus, per publicas expenſas miniſtrari faciant, adiunctis pœnis in delinquentes, & commiſſa cura Epiſcopis, vt iſta ſeruari faciant, & *l.de his quos. C.de cuſtod.Reor.* præfati Imperatores Gratianus, Valentin., & Theodoſius præcipiunt, vt Commentarienſes quolibet menſe ingerant numerum perſonarum, varietatem delictorum clauſorum Ordines, ætatem vinctorum ſancitis in illos, & in Iudices deſides pœna amiſſionis officiorum, & ſolutionem viginti, vel decem librarum auri, vocantquè *talem Iudicem Deſidem*, *ac re ſupina ceruice tantum titulum gerentem*. Quibus conſonat *Canon.20. Concilij Aurelianenſis quinti*. *Id etiam* (inquit) *miſerationis intuitu æquum duximus cuſtodiri, vt qui pro quibuſcumquè culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono, ſeu Præpoſito Eccleſiæ ſingulis diebus Dominicis requiratur, vt neceſſitas vinctorum. Secundum præceptum diuinum miſericorditer ſubleuetur, atquè à Pontifice inſtituta, fideli, & diligenti perſona, quæ neceſſaria prouideat, competens eis victus de domo Eccleſiæ tribuatur*.

Piorum Principum in Carceratos Clementia.

Equidem, cum nil inhumanitate, & crudelitate alienius à Religioſis putem, qui ſpeciali pietatis, & charitatis vinculo & Deo, & ſuis fratribus ſunt adſtricti, mihi perſuadere non poſſum, reperiri regularem familiam, quæ nimium in ſuos ſæuiat delinquentes, putetquè Sanctitatis opinionem, rigida delinquentium coercitione tueri; ac propterea inuios, & inacceſſos Carceres defodiat, in quibus viuos tumulet, nec vnquam ad ſuperas auras remeare permit-

Quam dedeceat religioſos, in ſuos clauſos ſæuire.

Sugillantur humanitatis hoſtes ſanctitatis affectatores.

mittant, miſericordiaquè deſtitutos, omniquè humano ſolatio priuatos, in deſperationis barathrum deprimat, & mortem vitæ præferre conſtringat; nedum prophetico carceri, vt diximus ſimiles. *Sedentes in tenebris, & tenebra mortis vinctos in mendicitate, & ferro.* Sed etiam Perſico, de quo Ioannes Eleemoſinarius apud Metaphraſtum in eius Actis affirmat, *Legem eſſe apud Perſas, vt qui conuicti erant in eam cuſtodiam, quæ Lethe appellatur, nunquam reuocarentur, & ea ratione conſentaneum eſt, eam fuiſſe vocatam Lethe, ideſt, obliuionem*, vt verè dicere poſſit miſer ille, *obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde*, quia antea à ſuorum charitate mortuus, quam à proprijs culpis reperitur extorris. Nec video Chriſtianæ correctionis normam, in qua inter tormenta miſeratio non reluceat, neque Religioſos appellare audeo, quos ab Eccleſiaſticis quiſquè ſanctionibus alienos eſſe cognoſco, nulla vnquam fuit, nec erit Apoſtolico Collegio Congregatio ſanctior, nulla primitiuæ Eccleſiæ in cunabulis Religio ad pietatem propenſior, in perfectione feruentior, in culparum perſecutione vehementior, quas, & commiſsas, & morte etiam emendatas legimus, attamen artificioſa inhumanitate nominis ſplendorem ſuſtentaſse, non legitur, quippè qui inter Sanctos inſtabiles, & prauos reperiri, cognoſcebant, neque ſanctitatem aliorum confundi ex paucorum peruerſione arbitrabantur, & ideò vt de proprijs confundebantur erroribus, ita de diuinis præſumebant auxilijs timentes, ne in ſubditorũ, & Fratrum correctionibus rigoroſis, & ab omni humanitate alienis ſibi intimaretur Euangelicũ illud, *Matt 18. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quia tu rogaſti me, nonne, & te oportuit miſerericonſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Et hoc ideò, quia cum à Domino miſericordiam conſequutus eſset, tenens, ſuffocabat conſeruum. Credentes, quod ſicut inter ſuorum tormenta proximorum, humanæ pietatis debitum exoluiſsent, ita ſibi à Domino reddendum. Deo autem ingentes gratias reddimus, quod Minoritæ familiæ pietatis viſcera indidit, quibus pronior eſt ad ignoſcendum, quàm ad puniendum, plus miſericordiæ, quàm vigori ſtudet, plus olei, quàm vini immiſcet, etiam per corporis afflictiones, dum punit, ignoſcit.

Illud

Nimis rigidi in reorum punitionibus & cuſtodia, peccant mortaliter.

Illud tamen aduertere viſum eſt, peccare mortaliter Superiores, qui nimis rigidi ſunt in delinquentium punitionibus, & præcipuè in Carceratorum Cuſtodia; ſi vltra ſancitas regulas victus abſtinentia macerent, lumine priuant, cõmoditatem recitandi horas Canonicas denegent, libros ſpirituales legendi occaſiones preripiant, humidis, ſquallidis, inhumanis carceribus Reos mancipent. Quia ipſis vltra Statuta Ordinis ſequendi authoritas non conceditur & agitur de re grauiſſima, & de violatione precepti charitatis *c. ex parte de cenſibus. l. ſi Seruus ff. de pig. act. l. nec Supina. ff. de iuris, & facti ignor. c. diſciplina. diſt. 45. Angelus ver. Correctio Prælatorum nu. 1. cum Summiſtis eod. Rod. tom. 2. quæſt. 17. art. 3. Portel. verb. Carcer. num. 2. Diaz in practica cap. 127. num. 2.*

Quæritur XI. quid circa fugientes de Carceribus.

Reſpondeo per Statutum *cap. 7. §. 5. de pœnis numer.* 10. *&* 11. *liberans aliquem à Carcere, vel ad illius fugam conſiliũ, aut auxilium prabens, vel ſi illius Cuſtos in id conſenſerit, Poſtquam legitime de malitia conſtiterit, carceribus arbitrio Prouincialis mancipetur: Quorum ſi particeps eſſe dolo, aut negligentia, Guardianus conuictus fuerit, officio priuetur, & grauius etiam puniatur, Superiorum iudicio.* Super quo Statuto eſt...

Prima difficultas, An liceat Carceribus mancipato fugere.

Iuſtè carcerato nõ licet fugere.

Reſpondeo iniuſtè Carcerato licet, iuſtè autem non licet, niſi in caſu aliquo. Ratio quam adducit *Pollerius c. 12. praxis crim. nu. 13.* eſt, quia iuſtè captus, iure naturali obligatur ad pœnam, vt notat *Bartol. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. circa fin Gloſ. in l. Seruus ff. de his, qui not. infam.* facit text. in *l. fin. C. de collat. fundi patrimon. l. eius, qui delatorem: ff. de iure Fiſci.* Ergo etiam in conſcientia, quia quod ius non obligat, conſciẽtia non conſtringit *Bald. in l. 1. C. de Vectigalibus, & commiſſis. Abb. in c. 1. de reſtit, in integr. fin. Gloſ. in c. fraternitatis* 12. *q.* 2. Quam concluſionem fusè examinauit *Couar. Variar. reſolut. lib. 1. c. 2. nu.* 10. *fine.* qui citat *l. vis eius C de probat.* Addit tamen §1 *ſeptimo, animaduerſis.* Quod damnatus ad mortem ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè debet, ſi poteſt, fugere è Carcere, alioquin peccabit mortaliter, quia licet indirectè, & mediatè, eſt cauſa ſuæ mortis, & maxima vtitur temeritate, manendo in carcere, vnde ei ſequatur mors ex doctrina *S. Thomæ* 2. 2. *q* 69 *art.* 4. *ad* 2. dicentis. *Damnatum iuſtè ad mortem, non teneri manere*

An condemnato ad morté.

S *in car-*

in carcere, & ſic non fugere. Tantum enim tenetur pati pœnam, non autem aliquid agere, ex quo ſequatur mors. Sicut damnatus, vt fame moriatur, poterit cibum oblatum ſumere, quia non ſumere, eſſet ſeipſum occidere. Ad cuius doctrinę declarationem, ait, non poſſe, quem facere actus, immediatè, & ex ſua propria natura tendentes ad mortem, vt gladio ſe occidere, laqueo præfocare, venenum bibere &c. quia iſti actus nulla ratione cohoneſtari poſſunt. Poſſe tamē facere actus, quibus per accidēs mors ſit adiūcta, quia iſti poſſunt aliqua ratione eſſe liciti, vt non fugere, vbi mors immineat, ire, vbi mors paretur. Hinc Martyres licitè potuerunt non fugere, cum potuiſſent. Iuſtè vel iniquè damnatus poſſe furcas ſcandere &c. milites poſſe, vt victoria potiantur, ſe in belli, vel certæ mortis diſcrimen conijcere, quia hic actus non eſt per ſe ordinatus ad mortem, ſed ad victoriam, vt fecit Eleazarus perfodiendo Elefantem 1. *Mac ab. 6.* & Iudas. *lib.1.c.9.* Et ſi temeritatis notam, ac conſequenter culpam non negarim in ijs, qui temerarie potius quam fortiter, ſe in pericula inijciunt, quia mors ſequitur in his caſibus opera, vel malitia aliorum. Iſti autem honeſtari poſſunt ob Dei gloriam, ob publicum exemplum aliorum. Quod ſi ad carcerem redire iuraſſet, vel ſimpliciter promiſiſſet, is qui iuſtè damnatus eſſet, ait, redire debere, ſub violati iuramenti religione, iuxta *Gloſ. Cardinalem, Ancbar. Io.Andr. Speculat. Abb. Bartbol. Brixienſem, Alber.. Hippol. Curtium* Senior. *Præpoſ. Driedonem. Io. maiorem*, quos citat, & ſequitur *ibid.n* 8. §. *Cæterum vt ad. &* § *Decimo, & n.7.* §. *Tertio ex prima*, vbi plures alios citat. cum ſentientibus, iniuſtè captum, & mortem ſibi inferri timentem ab iniquo Iudice, non teneri, etiamſi iuraſſet redire. Vocatquè hanc ſententiam veriſſimam, imò peccare, ſi rediret, quia eſſet ſuę vitæ temerarius ſpretor, & faceret id, ex quo ſequitur mors, & eſt ſui ipſius homicida. Nec opponi debet iuramentum, quia hoc ſeruari non debet, vbi ſit peccatum, cuiuſmodi eſſet, ſi ſui homicida efficeretur, ex citata ſententia S. Thomæ. Quod ſi dicas, iniuſtè damnatus, poteſt appellationem remittere, & tacitè conſentire ad ſui occiſionem. *l.1: ad fin. ff. de quæſtion. & l Diui ff de pœnis* & iniuſtè delatus de falſo crimine poteſt defenſionibus renunciare, *c. ad noſtrum 23. q. 5.* Reſpondet id verum eſſe, dum dubius fuerit de propriæ innocentiæ tutela; quia ſi cer-

Quid ſi redire ad carcerem iuraſſet.

tus

tus eſſet, quod per appellationem, & defenſionem, tueri ſe poſſet, peccaret mortaliter, illas omittendo, quia omitteret facere, quod poſſet illum ab imminentis mortis periculo liberare.

Verum tamen eſt, non conſtare de fundamento allato, *damnatum non teneri manere in carcere*, quia ſi tenetur pati pœnam, & pœna hęc ſubiri non poſſit, niſi maneat in Carcere, neceſſaria deductione infertur, teneri manere in viribus Iudicis, vt pœnam pati poſſit, maximè ſi iuſtè damnatus fuerit. Refellitur ſententia Follerij de fuga carcerati, & condemnati.

Nec illud, Quod teneatur non redire ad Carcerem, etiamſi iuraſſet, quia aliter eſſet ſui homicida. Quia ſi ex ſua doctrina, non peccant facientes aliquos actus remotos, ad mortem ordinatos, vt ſupra dictum eſt, quia ipſis per accidens mors adnectitur, ita etiam per accidens mors adnectitur reditui ad Carcerem, poſſet enim non occidi. Ergo vel negandum antecedens, vel concedendum conſequens.

Nec illud, quod niſi fugiat, dum poteſt, peccat mortaliter, quia inde illi ſequitur mors. Nam deductio facta in Martyribus iugulat antecedens, ſi enim licuit Martyribus cur non licebit alijs cum etiam iſte condemnatus poſſit habere honeſtum motiuum nimirum, ſubire pœnam ſuo peccato debitam. Cui fauet doctrina *Scoti in 4. diſtinct. 45. quaeſt. 3.* dicentis. Quod ſi ex communi doctrina *Silu. verb. Bellum § 7. Leſsij lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 5. Toleti lib. 5. cap. 6. num.* 10. *Molinae diſp. 4. num. 1. Sà verb. Homicidium. num. 21. Rodriguez 1. par. cap. 136. num. 17. Felliuc. tract. 29. num* 43 & aliorum apud *Bonac. de reſtitut. in particulari diſp. 2. quaeſt. vltima ſect. 1. punct. 8. num. 9.* non tenentur occidere inuaſorem ob defenſionem vitę, quia ſicuti poſſumus exponere vitam noſtram, pro ſaluanda vita proximi, ita poſſumus noſtram non defendere exemplo Chriſti, & Sanctorum. Homicidam debere in conſciētia ſubire mortē tamquā à deo tali peccato impoſitam.

Non poſſe autem renunciare defenſionibus, ſine culpa, dū certus ſit ad mortis euaſionem proficere, non videtur verum, quia ex ſententia *Soti lib. 5. de iuſtit. q. 1. ar. 4. Toleti lib. 5. c. 6. n. 4. Leſtij lib. 2. c. 9. n. 27.* poſſumus omittere actiones, ad vitā neceſſarias, vt inuaſorem non occidere; pro amico vitā exponere, in tempeſtate tabulā alteri relinquere: in fame panem Patri dare; reſpuere cibum oblatum condēnato, vt fame moriatur, inſeruire infectis peſte. Non redimere vitā enormi pretio, Vitam quomodo tenemur cōſeruare.

tio, vel eam exquiſitiſſimis remedijs conſeruare: aut aliò cō-migrare, ad ſalubriorem aerem, ſe ex altiſſima turri, vel è naui, ad fugiendum incendium præcipitem dare, vel in mare deijcere &c. vt docēt citati Doctores *Sa n 22 Felliuc. à n. 70. Petrus Nau. lib. 2. c. 3. n. 73. Leſſius c. 8. dub. 6. n. 28. Salonius 22. q. 69. art. 4. controu. 2. conſ. 2. Bagnes 16. art. 4. Clauis reg. lib. 12. c. 18 n. 13 Arag. 2. 2 q. 69. art. 4.* Pari igitur ratione poteſt ſe non defendere ſcriptis, ſicut poteſt ſe non defendere manibus.

Carceratus poteſt fugere, ſi iniuſte detineatur, & quid ſi iuſtè.

Stet igitur concluſio poſita, Iniuſtè carceratum poſſe abſq. vlla peccati labe è Carceribus fugere. Quinimo poſſe etiamſi iuſtè Carceratus reperiatur, vt mortem, aut mutilationem, aut triremes ſibi imminētes, effugiat, data fugiendi opportunitate quod probat idem *Couar. loco citato n. 10. §. In ſecunda propoſita ex l. vis eius. C. de probation. Anchar. & Imola in Clem. Paſtoralis. de re iud. S Thomas, & Caiet. d. q. 69. art. 4. Driedone de liber. Chriſtia. pag. 226. Arch. in c. cum homo 23 q. 5.* quia ſolum tenetur pati, non agere ad pœnam *l. 1 ff. de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciſcunt. c. innocens 22. q. 4.* & affirmant alij authores ſupra citati. Verū de iuſtè Carceratis contrarium tenendum eſt, quam communem eſſe teſtatur *Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. verſ. 3. autem modo, ex Andrea de Iſer. in repert. l. 1. C. de Sacros. Eccleſ.* qui etiam docet, fugam è Carcere, facere plenam delicti probationē contra fugientē. *Ripa in l. admonendi n. 170. ff. de iureiur. Cato Saceus ibid. n. 81. Duegnas in reg. 389.* Habetur enim pro confeſſo, & conuicto *Prineos ff. de Cuſtod. reor.* & de

Fuga è carcere facit plenā delicti probationem, con feſſum, & conuictū.

cōmuni atteſtatur *Boerius dec. 215. Anton. Gomez c. 9. delictorū n. 11.* & poteſt in pœnā ordinariā condēnari, Vt fusè probat idē *Duegnas reg. 362.* qui ampliat regulam, etiam ſi delictum non commiſiſſet etiamſi relaxatus è carcere, poſteà fugiſſet, etiamſi non exiſtet, ſed inuentus eſſet actu, exiens etiamſi fugiſſet ex aliqua Camera, vel Palatio poteſtatis, in quo ſub Cuſtodibus detineretur. Quę omnia per multos Doctores probat, ac iura, & valere affirmat, niſi Carcerē apertū reperiſſet, quia tūc nō habebitur pro cōfeſſo. Vel ſi ſpōte poſtea reuerteretur, Aut nō eſſet Carceratus pro ſpeciali inquiſitione, ſed generali, quia tūc nō preſumitur cōtra illū delictū, de quo non fit Inquiſitio. Siue fugeret ad vitādū aliquod graue periculū, vt ruinæ carceris, incēdij, inūdationis, violādæ pudicitię, hoſtilitatis, aut inuaſionis &c. ſæuitiæ iudicis &c. iuſtus enim timor excuſat.

excuſat. Ex quibus infertur, quod ſi punitur iſta fuga, ſignũ eſt eſſe culpã, alias nõ puniretur. Quod à fortiori dicẽdũ eſt in Religione, in qua non ſunt pœnæ mortis, & vt plurimũ Capitales, pro quibus non eſt concedenda fuga, tanquam remedium naturale. Secus vanum eſſet Statutum, quod adiuuantes, conſulentes fugam, punit. Licet non negauerim, ex vi Statuti, non poſſe puniri eum, qui apertum Carcerem reperiret, quaſi iuri naturæ relinquat, exire poſſe, qui Carceris fores patefactas videret, quia ſolum diſponit de auxiliante, conſulente, permittente fugam. Vbi apparet operatio ad aperiendũ; quæ omni iure prohibetur. Non verò de ipſo Reo fugiente, quando naturalem opportunitatem inueniret. Cæterum cui negatur operatio ad terminum, negatur etiam cõſecutio illius, & hac ratione, ſi non poteſt admittere conſiliũ, auxilium, & fauorem, neque poteſt ipſe ex ſe fugere, dum nimirum iuſtè detineretur. Eſſet enim totam punitiuam iuſtitiam euertere, ſi cuilibet liceret, legitimum euitare iudiciũ. Quid ſi fugiat, quia carcer erat apertus.

Dices, ſuppoſito quod ſit iniuſtè Carceratus, & ſibi pœna Capitalis immineat, an poſſit violentiã exercere in Cõmentariẽſes, ſeu Carcerũ Cuſtodes, illos vulnerãdo, vel occidẽdo.

Reſpondeo ex Citato *Couar. nu.* 11. ſi quis fugiat ſine effractione, aut perſonali iniuria Commentarienſis, non tenetur ad damnum, quod inde Commentarienſi accideret, quia ſibi imputare debet; quod oſcitanter Carcerem cuſtodierit. Captus enim poterat fugere, nec ibi manere tenebatur. Si quis iniuſtè damnatus mortẽ ab iniquo Iudice timeat, poteſt euadere etiam occidendo Cuſtodem ſicuti poteſt occidere, qui impediret ſuam iuſtam defenſionem. Limitat tamen hanc Concluſionem, contra *Petram* non licere, ſi Iudex per captas probationes legitimas, in foro exteriori in ſe tamen falſas, quod Iudex neſciat, captum condemnaret ad mortem. Tunc enim occideret Iudicem, aut Cuſtodem, omninò innocentem; quod iuri naturali repugnat. Si autem eſſet iuſtè captus, & damnatus ad mortem, non poſſet violentiam in Iudicem, aut Cuſtodem inferre quia tunc non petitur iniuſtè ad mortem, ergo non habet ius ſuam vitam tuendi. Quid ſi fugiat inferendo violentiã Commẽtarienſi.

Secũda difficultas, quid ſẽtiẽdũ ſit de Carceris effractione. Reſpondeo in lege ciuili, effractores pœna capitis puniuntur *l. 1. ff. de effractoribus l. milites agrum.* §. *eum tamen ff. de re milit.* Effractores carcerũ iure ciuili pœnã capitalẽ merẽtur.

milit. Bartol. in tract de Carceribus Hyppolitus in practica § *attingam. n.37. Gnimmaticus voto 37. nu. 1. Anthar. Io. de Anan. Abb.in c. à nobis de Apoſtat. Carc.in pract. fol.* 88. *Clarus cit.q.21. verſ.tertio autem modo.Foller.* in practica & de hac effractione intelligi volunt, dicta de fuga è carcere, probante delictum.

Fractio quę propriè dicatur.

Sed quæ dici debeat fractio? an ſufficiat quæcumque apertio Carceris etiam facta per clauem adulterinam,vel artificio aliquo, quæ aperiat quidem, non tamen ſeras frangat, aut fores rūpat,vel parietē fodiat,quid ſi fiat magicis carminibus?

Reſpondeo.cum ſimus in odioſis, ſtrictè retinēda eſt ſignificatio vocabuli. Aliud enim eſt aperire, aliud frangere, ſeu effringere. Licet enim aperire aliquādo ſumatur pro ruptura, vt aperire parietem,quando feneſtra in illo fit. *l.penult. & vltima* §. *fin.ff.de Seruit.vrb.præd.& l.habitatores. ff.locati.* Aperire ſulcum,qui ſine ſciſſione terræ non fit, *l.qui duo.ff.de Seruit.ruſtic. præd.* Aperire puteum,id eſt fodere *l. fluminum* §. *fin. ff. de dat. infect.* Attamen,ex communiori vſu loquendi, quem ſequi tenemur, aperire fores, Ianuam, eſt, ipſam intactam, & integram vinculis,peſſulis,vel ſeris abſoluere. Rumpere vero eſt vltra ordinarium vſum aperiendi,qui per clauē, vel aliud inſtrumentum fieri ſolet, vnde effracturam declarans *Paulus in l.nam Salutem.* §. *effractura ff. de officio Præfecti Vigilum;* ait, *Effracturæ fiunt, plerumq. in Inſulis, horreiſq. vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt, cum vel cella effringitur, vel armarium,vel arca, & Cuſtodes plerumquè puniuntur, & l. de his,qui ff. de effractoribus, & Expilat.* clariſſimè vtrumquè diſtinguitur. *De his* (inquit Vlpianus) *qui Carcere effracto euaſerūt, ſumendum ſupplicium, diui fratres reſcripſerunt. Saturninus etiam probat, in eos, qui de Carcere eruperunt,ſiue effractis foribus,ſiue conſpiratione cū cæteris,qui in eadem Cuſtodia erant,capite puniendos. Quod ſi per negligentiam Cuſtodum euaſerunt, leuius puniendos.* Quare effractura eſt violenta diſruptio.vt *Spiegell.* probat ex *l.Dominus. ff.de locato,& conducto* & *l.quæro.de eo.ff. de bonis libertinorum.* & Fuſius *Gothofredus in not.ad Rubricam, & totum titulum de Effractoribus.* Igitur, ſi quis Carcerē aperiret claui adulterina,vel quocūq.alio artificio,quæ ſeras, vel portā non rumpat,non dicetur Carcerum effractor. In qua acceptione

intrat

intrat quæcumq.leuis fractura,quia quęcumq.illa ſit, fractura eſt puta ſi ſerarum aliquam partem,vel repagulum rupe rit.

Tertia Difficultas, An in vini Statuti, pœnas incurrat tantum,qui fregerit, vel ad frangendum conſuluerit, auxiliatus fuerit &c.an etiam,qui claui ordinaria, vel falſa aperuerit,vel vt aperiretur,adiuuit.

Qui carcerem frangit, & qui aperit puniri debent.

Reſpondeo, vtrumq. cōplectitur, patet ex litera, ***Liberans aliquem è Carcere,vel ad illius fugam conſilium,vel auxilium præbēs.Vel ſi illius Cuſtos in id cōſenſerit &c.*** In prima enim parte continetur violenta aperitio,quia non poteſt quis alium liberare ſine claui,niſi frangat. In ſecunda continetur aperitio veluti naturalis, per clauim,quia conſenſus Cuſtodis poteſt clauim ſupponere,licet poſſit etiam permiſſionē fracturę. Itaq quocūmq.modo quis adiuuet ad fugā,in pœnam Statuti incidit magis,& minus,prout ad fracturum accedit,vel recedit,& eò magis puniendus eſſet, qui Carceres effringeret.

Vbi conſiderandū venit, *Vel ſi Cuſtos illius conſenſerit.* An ſufficiat cōnſenſus tacitus,vel, permiſſio, An autē requiratur expreſſus,vt puniri poſſit. Et quidē cum verſemur in punitionibus;videtur non ſufficere conſenſus tacitus,& permiſſio,ſeu negligentia,ſed debet adeſſe expreſſus,quia ex ***Connano lib. 6. c. 1. nu. 4.*** Conſenſus dicitur,cū duorū voluntates in vnū concurrunt,vtroq. approbante,& ſciente. Neq.hoc ſufficit, ſed vltra requiritur,vt voluntas exprimatur verb. *l. 2. §. voluntatē. ff ſolut.matrim.c.fin.de Iudic.in 6. Philippus C.de pactis in Rubrica & Coraſius lib. 6. c. 16.* Verūtamen ſuſtinendo,quæ diximus ſupra *c. 3. q. 7. Reſpondeo* 5. quod in ijs, qui ex officio tenentur cuſtodire,vel regere,imputatur dānum, & culpa, etiā ex conſenſu tacito,& permiſſione,iuxta regulam Canonicā in 6. *Qui tacet,conſentire videtur.* cui non repugnat altera ſubſequens, *Qui tacet,non fatetur,ſed nec vtiq. negare videtur.* quia licet taciturnitas ſit media inter affirmationē, & negationē, *Cardin.in Clem.ſæpe §. ſi tamen de verbor. ſignif.* Tamen ex coniecturis colligitur aſſenſus,vel diſſenſus,vt docent *Gloſ. in reg. 44. 6. Abb. c. Nonne.de præſumpt. c. n. 1. Silueſt. verb. Conſenſus. n. 1. & 3. Maſcard. de probat. concluſ. 417. volum. 1. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 5. nu. 5. & diſp. 6. n. 11.* Tunc enim tacens conſentire videtur,cū agitur de eius cōmodo,quia in ſuū dānum nullus conſentire cenſebitur,niſi ſe declaret. Item ſi teneatur contradicere,& poteſt id præſtare, & nō contradicit, vt Reus

Conſenſus quid importet.

Taciturnitas media inter affirmationem & negationem.

Cōſēſus & coniecturis colligitur.

Digitized by Google

iuridicè interrogatus,ſi taceat,cõſentire præſumitur . *c. ſi poſt de cõfeſſis in 6.* Quilibet de Collegio,aut Capitulo, ſi nõ reclamet contra iniquã Conſtitutionem,aut cõcluſionem,vbi vtiliter poſſet *Innoc. in c. 1. de his ,quæ fiunt à maiori parte capituli Abb. ibid. n. 3. & in c. 2. de* Sim. *n. 9.* Tandẽ ſi tacens,permittẽſq. teneatur ex officio,vt Depoſitarius, Cuſtos,Tutor,quia cũ teneatur conſeruare,tueri,impedire, cuſtodire,omnis negligentia,conniuentia , & permiſſio contra hæc cenſetur voluntaria, Saltem indirectè,& in Cauſa. *S. Thom. 2. 2. q. 6. ar. 3.* & obligat,non tantũ ad culpam , ſed etiam ad reſtitutionem, quia peccatur contra iuſtitiã. Itaquè ſi Cuſtos dubitans, vel ſciens,carceratum velle fugere &c.& non vigilet, ac impediat, omnem debitam deligentiam adhibendo, eſt Reus fugę, & pœna Statutaria plectendus.

Guardianus quando peccabit circa fugam carcerati.

Quia etiã diſponitur de Guardiano , *ſi particeps fuerit, dolo, aut negligẽtia* quod officio priuetur. Dubitari poteſt,in quibus caſibus dolo,aut negligentiã peccare poſſit, & Dico, dolo peccare,quãdo ſciens, vel dubitãs Carceratũ fugam meditari, ipſe Cuſtodẽ Carceris,in alijs negotijs diſtractiuis occupet,vel extra Conuentũ mittat (linquo cooperationẽ,auxiliũ,vel cõſiliũ,ſi præſtarentur à Guardiano ad fugã,quia nõ minus puniendus eſſet Guardianus,imo plus,quã cœteri, quia ope,& exẽplo peccat) quia malo dolo carceri Cuſtodiam remouet, & impedit aſſiſtentiã Cuſtodis,ac conſequenter cauſã damni dat. Negligentia autem peccare poteſt,ſi videns Cuſtodẽ non vigilare circa Carceratos, illũ nõ arguit: Si ſciẽs Carceres debiliter munitos eſſe,& monitus de hoc,nõ curat neceſſaria adhibere remedia. Vel intelligẽs carceratũ tractare cũ ſuſpectis non remouet cõſpirationes . Vel monitus à Cuſtode, vt ſibi præſidio ſit,ne aufugiat,detq. Socios,vel diſponat vigiles &c. Ipſe tamen dare non curet. In his,& ſimilibus caſibus, negligentia ſibi imputabitur ad pænas . Et ratio eſt,quia Guardianus eſt moderator totius Conuentus,& ad illum cura,& directio tũ partiũ, tũ officialiũ Monaſterij immediatè ſpectat. Ergo cũ in officio ſuo grauiter delinquat, grauiter etiã puniri debet, & officio,quod indignè poſſidet,priuari, *Abb. & Dec. Bald. in c. dilecti. de appell. c. Prælat. diſt. 90. Bald. in l. congruit. ff. de offic. Præſid. Felin. c. irrefragabili de offic. Ordin. Alex. conſ.* 81 *vol. 4. Card. cõſ.* 55. *Barbar. cõſ.* 57 *vol. 2. Card. Clem. Dudum; de ſepult. Phil. in c. quãto. de elect. in 6. & c. ſi Clericus de Præb.* 161. Qnia negli-

negligentia diſſoluta, prope dolum eſt, *Vlpian l. ſi fideiuſſor & l. quod Nerua ff. depo.* vbi communiter ſcribentes comparatur enim dolo negligentia craſſa. *Iodocus*, *Damboud. tit. de tutor. & curat. c. 4. n. 37.* & negligentia, ac delictum æquipatantur. *cap. fin. iunct. gloſ. in verb. aut perperam de ſupplend. neglig. Prælat.* Vnde damni reus cenſetur, qui damni occaſionem dediſſe videtur, cum per diligentiam impedire potuiſſet, ſi voluiſſet. Cum ergo carcerum cuſtos, & carcerati ſint ſub Guardianorum cura, ſi circa ipſos negligentia vſusfuerit tanquam delinquens circa ſuum officium punitur. Iure autem apponitur, *Iuridice conuictus*. quia dolus, & negligentia non præſumitur, niſi probetur *l. quoties §. qui dolo ff. de prob. l. dolum C. de dolo per totum titulum ff. de dolo*; & facit *text. in C. præſumitur de regul. iur. in 6.* Quæ maxima fallit in omittente facere id, quod ſcit ſe debere facere *l. ſi procuratorem §. dolus, iuncta l. dolus ff. mandati*, & in faciente actum prohibitum quia tunc præſumitur dolus *c. 1. de præſumpt.* & in cuſtodibus carceris *l. ad commentarienſem C. de cuſtodia reor. iuncta lege milites ff. eod.*

Negligentia diſſoluta eſt prope dolum ſicuti & craſſa.

Dolus nō præſumitur niſi probetur

Verum enim verò ſi paruus eſſet dolus, vel leuis negligentia, non putarem guardianum puniendum eſſe hac pœna ordinaria. quia appellatione doli, non venit paruus dolus *l. ſi oleum §. fin. ff. de dolo*; ſicuti parua iniuria, non eſt iniuria, *c. cum te, de ſentent. & re iudic.* Speculator *§. videndum de in integrum reſtit. Archid. c. non poteſt de Præb. in 6.* Et ratio vniuerſalis eſt, quia in omni materia morali, paruitas materiæ excuſat à culpa, & conſequenter à pœna. Nec rationi congruit, vt priuetur officio, ob actum, qui non reputatur eſſe peccatum mortale.

Appellatione doli non venit paruus dolus.

Difficultas IV. An ſit iuſta pœna, carcerare cuſtodem carcerum, vel alios adiuuantes fugam carcerati, & an ſola carceratio ſufficiat.

Reſpondeo affirmatiuè, per textum expreſſum in *lege ad Commentarienſem C. de cuſtod. reor.* Ibi enim dicitur. *Ad Commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia, obſeruatioquè pertineat nec putet hominem abiectum, & vilem obijciendum eſſe Iudici, ſi reus modo aliquo fuerit elapſus. Nam ipſum volumus, huiuſmodi pœna conſumi, qui obnoxius docebitur fuiſſe, qui fugerit.* Vbi etiam probata remanet ſecunda pars, quia ſuppo-

Cuſtos carceris punitur, ſi fugæ conſulit, pœna qua carceratus puniendus veniſſet.

ſupponit pœnæ debitæ delicto fugientis, eum, qui ad fugiendum adiuuerit. Talionis enim pœna rationabilis eſt, qua par pari redditur.

Sed pugnat ſtatutum, dum præter carcerationem arbitrariam, nulla alia pœna imponitur. Ergo nequé nos debemus aggrauare pœnam ſtatutariam, & in odioſis facienda eſt interpretatio ſtricti iuris, vt eſt tritum *in regulis Canonicis in 6.* Et quidem graue eſſet, ſi conſentiens in fugam eius, qui propter aliquod grauiſſimum delictum, ad perpetuas triremes condemnari debuiſſet, debeat Commentarienſis, vel adiutor, aut conſiliator, & carceri arbitrario coerceri, & poſtea ad triremes damnari. Durum quidem videtur, ſed non ſuperat rigorem legis, & rationis, quia non tantum in citata lege, ſed etiam in *l. conſiliarios C. de aſſeſſoribus*, puniuntur pœna capitis, nõ tantũ fugientes effractis carceribus, ſed etiã, qui huiuſmodi fugitiuos occultãt, & cuſtos punitur pœna mortis, ſi carceratus exierit ſine fractura carceris, *dicta l. milites ff. de cuſt. reor. Maranta in practica fol. 47. n. 64. & in tract. de carcerib. Corneus conſil. 93. volum. 1. Iaſon conſ. 27. 3. volum. Aretin. conſ. 38. Barbar. conſ. 76. volum. 4. Decius conſ. 473. nu. 7. & 12.* Et preciſè, ſi reus fugiens puniri debebat pœna capitis, eadem pœna puniendum eſſe cuſtodem, ſi ſua culpa, vel negligentia euaſiſſet, docent *Boſſius in pract. tit. de carcere nu. 10. Clarius quæſt. 68. verſ. Cuſtos carcerum. Grammaticus voto 29. Boer. Bald. Io. de Amicis apud eundem Clarum Zimbellus in regul. criminal. c. 12. n. 8.* apud quem *Modernus, Marſilius, Maſcard.* & hæc eſt communis opinio. Quinimo teneri de crimine læſæ maieſtatis eximentem condemnatum, vel condemnandum iam confeſſum à carcere, patet ex *l. cuiuſquè §. penult ff. ad l. Iuliam maieſt.*

Ad obiectionem ex ſtatuto factam, dico, valere illud prout iacet, quia cauſæ regularium, vt plurimum, non ſunt capitales, & ideo, arbitrario carcere puniuntur. Cuſtos, & Guardianus, alijquè, qui in fugam conſenſiſſent, ex recepta ſententia apud *Boſſium, & Clarum ſupra citatos*, pœna arbitraria punitur Commentarienſis, ſi reus detinebatur pro crimine non capitali. Conſiderari ergo debet culpa, & pro modo illius puniri debet in fugam conſentiens, arbitrio Iudicis. Quæ autem ſint delicta capitalia, vide dicta ſupra ...

Iuuat

Iuuat hic repellere dictum Zambelli loco citato. Inquit enim. *Non tamen credimus auxiliantes peccare, niſi eis eſſet Specialiter prohibitum, vel eſſent miniſtri iuſtitiæ*. Si quidem, ſi loquatur de iuſte carcerato, omnibus paret, quam peccet auxilians ad ipſius fugam, operatur contra leges, & in re graui ſi de iniuſtè carcerato, neque ſubſiſtit, quia paulò ſupra ſcripſerat. *Cui, ſi etiam captus, eo quia iniuſte fuit captus, ſi quis opem ferret ad fugiendam, idemtidem punitur*. Si punitur, ergo peccat quia pœna ſequitur culpam. Specialis prohibitio inaudita eſt in Tribunalibus, quia nunquam particularibus inhibetur, ne auxilium præbeant carceratis ad fugiendum. Sufficiunt enim leges generales, & ſtatuta ordinis. quæ omnes complectuntur, monent, & puniunt. Quod autem dicat *fugere enim non poteſt iniuſte carceratus, ex Caiet. Nauar Couar.* puto eſſe errorem impreſſionis, quia, vt retulimus, Couar. oppoſitum omnino affirmat, ex Caietano.

Leo zã-bellus repellitur.

Iuuat etiam conſiderare dictum, *Rodrig. in tract. ordinis iudiciarii concluſ. penult.* totius tractatus, ait enim. *Illi qui non ſunt miniſtri iuſtitiæ, poſſunt præbere aliquem cibum huiuſmodi carceratis, & poſſunt dare illis inſtrumenta neceſſaria ad fugiendum de carcere, ſi detinerentur ob aliquem caſum fortuitum, & condemnati aliqua ſententia rigoroſa. ſi ſint in reliquis homines probi, ſecus ſi ſint facinoroſi*, & citat *Lud. Lopez in inſtrum. conſ. 2. par. c. 64. conc. 446.* excipit tamen religioſos, quia ipſi non poſſunt exire è conuentu ſine licentia, in quo caſu peccare mortaliter tales auxiliantes affirmat. Verum magna licentia eſt, remittere iudicio ſubditorum caſum fortuitum, & rigoroſam ſententiam Iudicis. quo caſu euadunt Iudices ſupra ſuos ſuperiores, quod nullo modo permittendum eſt. Parum etiam refert probitas, ſi valet caſus fortuitus, & rigoroſa ſententia, cum non deceat improbum puniri propter malũ quod non fecit, vel rigoroſiori pœna, quam conueniat. Tandem cur religioſus grauatus exire è carcere non poſſit, cum etiam ſine licentia fugere poteſt, & ad ſuum Prælatum conuolare? Ex recepta ſententia, de qua nos in *cõm ſtat. c. 3. ſtat. 21. fol. 753.* & cui conceditur fuga, conceduntur media ad illam, & ſi poteſt per ſe frangere carcerem, poteſt per alios. Igitur &c.

Repellitur Rodriguez.

Quæro XII. An hoſpites carcerari poſſint.

Reſpon-

Forenſes delinquẽtes carcerari poſſunt.

Reſpondeo ex *ſtat.c.7.de pœnit.nu.* 12. vbi poſtquam Superioribus localibus committitur, vt carcerare poſſint delictum manifeſtum patrantes, de conſilio Diſcretorum ſubiungitur, *ſub quo etiam hoſpites alterius familiæ, vel Prouinciæ compræhenſos volumus*. Itaquè forenſes delinquentes carcerari, & puniri poſſunt in aliena Prouincia, & hæc eſt communis doctrina, & praxis, & famoſo axiomate *forum ſortimur ratione delicti* text. in *l.* 1. *& in Auth. Qua in Prouincia* C. *vbi de crimine agatur c.poſtulaſti c.fin.de foro compet. Gand. in tract. de maleſic.rub.vbi puni. delinquens n.* 2. *Abb. & Doct. in c.fin. de for.compet.Boer deciſ.*29. *Marian. Soccin. in c. poſtulaſti de for compet.* & infra *Hippol. l.vnica* C. *de raptor Alex. conſ.*166. *volum.* 7. *Duegnas regul.* 378. *Clar.q.*38. Niſi crimina fuerint leuia, quod à continuo ſenſu probatur ex *l. Deſertorem ff. de re milit. Chaſſaneus de conſuetud. Burgundiæ tit des aduuez. rub.* 12. *Abb.in c.fin.n.*15.*de for.comp.* qui id communiter teneri affirmat. Quam limitationem non valere in noſtris regularibus patet ex conſuetudine, qua hoſpites, etiam leuiter delinquentes a ſuperioribus localibus, per ſalutares pœnitentias emendantur. Quinimo non ſolum delinquentes in alieno territorio puniri poſſunt à ſuperioribus illius, ſed etiam mandantes fieri tale delictum puniendos eſſe a ſuperiore territorij, tanquam communem opinionem aſſerunt *Lancellot. & Decius l.hæres abſens* §. *apud Labeonem ff. de iudic. Maria.Socin.dicto cap.poſtulaſti n.*5. *Abb.dicto c.fin.num.*27 *de for.comp. Hippol.ſingul.*404. *Bart.l. ſi vt proponitur ff.de fideiuſ.* ſed hanc doctrinam non poſſumus ſequi in noſtra Religione, quia cum ſint diſtinctę Prouincię, & vnus Prouincialis non habeat facultatem citandi ſubditos alterius Prouinciæ, nec ad ſe vocandi, vt ex praxi nunquam violata, conſtat, non apparet modus puniendi mandantes fieri delictum, niſi in loco ſuæ iuriſdictionis adeſſet, & ex ſtatuto decernente carcerationem in hoſpites, colligitur excluſio mandantis, quia ſolum diſponit *de committente manifeſtum*. ergo mandans non compræhenditur. niſi & ipſe hoſpes fuerit. quia mandans adhuc committit delictum. Nec morari debemus in verbo *manifeſtum*, quaſi, cum mandans notoriè non delinquat, tali diſpoſitioni non ſubiaceat. Nam non ſumus in caſu, quia notorietas ſolum requiritur in carcerando à ſuperiore locali, qui non eſt

Forum ſortimur ratione delicti.

Iudex

Iudex ordinarius deliſtorum, & ideo ſubditur carcerari, *donec per Prouincialem determinatum fuerit, quid agendum ſit.* Non autem requiritur in Prouinciali, qui eſt ordinarius, & poteſt procedere ſecundum *c.quia propter de anus per Inquiſitionem, denunciationem accuſationem.*

Si quæras, an delinquente aliquo fratre hoſpite, & incæpto iudicio, fugam arripiente poſſit ſuperior ratione delicti, illum repetere à Prouincia, ad quam acceſſit, etiamſi ſit Prouincia ſuæ profeſſionis?

Reſpondeo, licet varient ſcribentes, & aliqui remittendum delinquentem putent, ex vrbanitate, non ex neceſſitate, vt *Barth. in l.ſicui.§. cum ſacrileg.ff.de accuſ. Bald.conſ.313. volum.5.& vterquè in l.cunctos populos C.de ſumma Trinit.Hippol.in pract.crim.* §.*opportune nu.*33. Alij autem remittendum ex neceſſitate vt *gloſ.in clem. paſtoralis de re iud. Oldrad.in dicta l cunctos populos*, & de magis communi teſtatur *Hippolit.*§. *conſtante n.*90 *ſuæ practicæ*, & de conſuetudine ſeruari primam opinionem dicat *Paulus de Caſtro l hæres* §.1.*ff.de iudic.Clarus q.*38. & alij multi apud commun. *opin.lib.3. citato num* 56.57. Attamen nec de neceſsitate, nequè de vrbanitate peti poſſe delinquentem religioſum fugitiuum a ſuperiore delicti, firmiter tenendum eſt, quia nunquam practicatum fuit in ordine, vt tales delinquentes fugitiui vel requirantur, vel remittantur ad ſuperiorem ratione delicti, ſed vel remittuntur ad ſuperiorem domicilij, ſeu profeſsionis, vel ſtatur determinationi P.Generalis. Quia nimis difficile, & aliquando ſcandaloſu m eſſet, ſi tales delinquentes hic inde remitterentur, & nullus vnquam Prouincialis ſibi remitti tales expetijt. Verum tamen eſt, quod ſi intra limites ſuæ iuriſdictionis inciderent, poſſet ſuo iure vti, & delinquentem de delicto, & de fuga punire. An remittendus ſit carceratus hoſpes, qui incepto iudicio, ſe in fugam dedit.

Si obiter, & vlterius quæras de foro pœnitentiali, an qui commiſit peccatum reſeruatum, debeat abſolui à Confeſſario loci in quo pecauit, an poſſit a ſuo, vel alio confeſſario abſolui. Peccans, in aliena prouincia an poſſit abſolui à ſuperiore delicti an domicilij.

Reſpondeo videantur diſputata in meis Commentarijs ad ſtatuta ordinis *c.7. ſtat 1.quæſt. 9. per tot.* nec in hoc caſu attendenda eſt ſententia *Michaelis Graſſi Pomerani apud commun. opin. iuris lib. 3.tit. 13.n 7.* dicentis cum *Abb. c. 1 nu.4. Io. de Anan. n.1.de raptor Barb.c fin.n.5. de for.comp.Rub.nu.* 53.

53. *Romano ſingulari* 458. Quod non detur remiſſio, ſed abſolui debeat à ſuo proprio Sacerdote, puta Epiſcopo, vel Curato. Quia regularibus proprius ſacerdos eſt, is, apud quem hoſpes acceſſerit, & Peregrini abſoluũtur à Confeſſario domicilij, & hoſpitij *Angelus verb. confeſſ. 3. n. 9 & 11. Panor. cap. fin. de for. compet. Innoc. & Hoſtienſ. in c. omnis de pœnitentiis* maximè ſi ibi morentur per maiorem partem anni *c. ad Apoſtolicæ 16. q. 1.* Vel ſi habuerint ab Epiſcopo, vel Curato licentiam peregrinandi, quia tunc cenſentur conſenſiſſe, vt confiteantur, vbi opus fuerit. Si autem in diuerſis partibus morarentur, confiteri poſſunt illi, in cuius loco reperiuntur peccaſſe, vel tempore confeſſionis faciendæ *arg. c. ex parte de for. compet. gloſ. in l. 1. C. vbi de crimine agi &c.* determinante, *quemcumque conueniri poſſe, vbi degit, & moratur.*

Si quæras Tertio, ſuppoſito, quod in loco commiſſi delicti ſit aliquod ſtatutum diuerſum à ſtatuto ſuæ Prouinciæ, vel Generali, An debeat puniri delinquens iuxta ſtatutum prouinciale, & generale?

Delinquẽs puniendus eſt ſecũdum ſtatutum municipale.

Reſpondeo puniri debere ſecundum ſtatutum municipale, non generale, vt communis fert opinio, apud *Alciatum in c. pernicioſam de offic. ordin. nu. 67.* & copioſè apud *Clarum q. 85. verſ. Tertius caſus eſt.*

Si quæras Quarto, An priuante delinquentem officio, ſuffragiorum iure, vel exilio mulctante Iudice commiſſi delicti, debeat ſuperior ſuæ Prouinciæ tales pœnas in delinquentem exequi.

Iudex domicilii debet exequi pœnas impoſitas delinquenti in loco delicti.

Reſpondeo affirmatiuè *c. poſtulaſti de for. compet.* vbi *Imola Panor.* & alij, qui de communi atteſtantur. Non autem poteſt Iudex criminis ſuam ſententiam exequi in aliena Prouincia, ſed tenetur Iudex domicilij, & profeſſionis executioni mandare latam ſententiam. Tum quia proprius forus, eſt domicilij. *Gloſ. in c. ſtatutum de reſcript in 6. §. cum autem Barberius l. 3. C. de bonis vacant. lib. 10.* cum fiſcus domicilij occupet bona, in ſuo territorio vacantia *l. tutores §. hæres ff. de adminiſtr. & peric. tutel.* dicente *Vlpiano §. ſi verò l. forma ff. de centibus. ſi verò quis agrum in alia ciuitate habet, profiteri debet, in qua ager eſt.* Tum etiam quia fruſtra eſſet ſtatutum, ſi committeretur Iudici ratione delicti, quod poſſit punire delinquentem in ſuo territorio, & ſententia executioni

man-

mandari non poſſet. Conceſſo enim vno, conceduntur omnia, ſine quibus id explicari non poteſt *l.2.ff de Iuriſdictione l. fin.ff.de offic eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & antecedentis conceſſio trahitur ad conſequens *l. quamuis* C *de fideicommiſ.* & conceſſo principali, conceditur acceſſorium *c.inter dilectos de fid. instrumen.* lege quæ ſupra diximus *cap. 2. quæſt. 10. reſponſ. prima.*

Conceſſo vno, & antecedēte ac principali, conceduntur reliqua.

Si quæras vltimo ſi religioſus delinquit in confinio duarum Prouinciarum, vel Conuentuum, quis debeat illum iudicare?

Reſpondeo in æquali dubio, vterquè procedere poteſt, & datur locus præuentioni *Bartol. in tract. de iuriſdict. omn. iudic. nu.14 & in l. iuriſperitos § cum oriundus ff. de excuſ. tutel.* vbi *Abb. Maria Socin. in c poſtulaſti de for. comp.* vbi *Socinus Boſſius de for. comp. à n.60. Capol in tract. de ſeruit. ruſtic. prædiorum tit. de mari c.26. Aretin. conſ.58. n.2. Abb. c. fin. de for. compet. Ruinus conſ.59. lib 3. Anton. Butrius Hoſtin. in c. ſanè de for. comp.* qui exemplificant de delicto commiſſo in mari inter duas Ciuitates, & inter duas Paræcias de gabella poſita in cōfinio duarum ciuitatū &c. ſi autem plus accedat vni quàm alteri, certum eſt, ſpectare iudicium viciniori Prælato, quia iſte habet intentionem fundatam, & debet prius cognoſcere, & decernere, iuriſdictionem ſpectare ad ipſum.

Delinqēs in finibus duarum prouinciarum ab vtraq. iudicari poteſt.

CAPITVLVM QVINTVM.
De Tortura.

QVAESTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Tortura.

Reſpondeo primo Tortura, Tormentum, Quæſtio, idem ſunt, ſignificant enim examen factum per corporis dolorem, hinc quia torquent, tortura, & tormentum appellantur. Quia interrogant, & quærunt, dicuntur quæſtio. Vnde poteſt diffiniri tortura *Inquiſitio per tormenta, & corporis dolorem l.1.§. quaſtioni ff. ad Syllan.* et eſt communis acceptio, *Azzonij Anton. de Cattar. Brun. Vmberti, Locatelli, Gomez Cameris, & aliorum apud* Chartarium *lib.4.c.1.nu.1.* qui Synonima eſſe

Tortura quotuplex.

Quid.

Digitized by Google

eſſe Torturã, tormentũ, & quæſtionẽ affirmat ex iuribus, & authoribus ab ipſo citatis, & hac ratione habemus in digeſtis, & in Cod. titulos de quæſtionib', in quib' agitur de tortura reorũ.

Reſpondeo ſecundo, multò aſsignantur à ſcribentibus torquendi genera. nimirum *funis, ignis, taxillorum, ſybilorum, vigiliæ, verberum, fidicularum, carceris, & inediæ*, quæ omnia deſcribunt *Carrerius*, *Clarus*, *Chartarius*, & alij ex *Marſilio in l. 1. initio n. 27. ff. de quæſt.* qui copioſè de ijs agit. Nos ex noſtris ſtatutis habemus, tormentum flagellorum dum *c. 7. tit. de correct. & pœnis n. 16.* dicitur, *De reliquis verò criminibus ſuſpecti, nudi, & manibus ligati, per tria interualla flagellis, ſuperiorum arbitrio dirè torqueantur, & pane, & aqua macerentur*. Arctationis, de qua in ſuperioribus actum eſt, eſtquè *recluſio alicuius in carcere, cum chorda, & capucio, quo tempore ter in hebdomada diſciplinabitur, & in pane, & aqua ieiunabit*. Ignis, dum de crimine nefando ſuſpicio incideret. *Quod ſi crimen nefandum ſit, ignis pæna torqueatur*, funis, taxillorum, vel ſybilorum, de quibus ſancitur. *Quod ſi crimen atrox fuerit, Iudex ad quem cognitio cauſæ pertinet, aliud torturæ genus, arbitrio ſuo, pro qualitate delicti adhibeat*: Quod ſtatutum in noſtra practica criminali declaratur: *Titulo de tortura pag: 32: Tormentum funis non datur, niſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis, in grauioribus, flagellis, ieiuniis, taxillis, vel ſybillis Iudices vti permittuntur*. Itaquè excepto tormento ignis, alia iudici ſunt arbitraria. Quomodo autem inferatur tormentum flagellorum, ponit *Carthar. lib: 4. c. 2: n. 10: practicæ* interrogandorum reorum, nimirum quod adduci debeat ad locum tormentorum, ſpoliari ſolis fœmoralibus relictis, & manibus ad funem ante faciem ligari, & flagris, ſeu virgis, ſpatio duorum miſerere cædi, in quo ſtat arbitrium ſuperiorum, quibus cædi, & quantum temporis quælibet flagellatio durare debeat, grauitatem inſinuat verbum illud *Dirè*, quod non crudelitatem, ſed ſeueritatem denotat. Addito ieiunio panis, & aquæ etiam arbitrio ſuperiorum: triplicata autem flagellatio, poteſt in tres dies diſpartiri, ac etiam in eodem die, niſi vehementiſſima fuerit, quæ doloris veſtigia reliquerit ſecundum dicenda de replicatione torturæ. Licet triplicatio hæc non veniat ſub nomine replicatæ torturæ quia tota flagellatio triplicata venit vnius torturæ nomine, itaque ſi replicanda eſſet, etiam

Tormẽti genera.

Tormẽtũ flagellorum quomodo inferatur.

cũm

cum triplicatione veniret.

Porro quid ſint Taxilli, ſeu Tali docet *Gothofredus in l. aut facta.§.8.ff.de pœnis* vbi ex Homero talorum mentio fit) nimirum oſſiculi, quatuor angulis conſtantes, carneque nudati, qui ex pedibus pecorum extrahuntur, & ideo ad figuræ alluſionem, appellatur tormentum taxillorum, quia mediantibus ferreis inſtrumentis ad figuram talorum confectis, comprimuntur oſſa, ſeu tali delinquentis, vt docet poſt *Chartar. lib. 4. cap 1. num. 113. Zambellus in Regulis criminum cap. 16. num. 19.* Qui etiam ſibilòs docet eſſe, Inſtrumentum inter digitos manus poſitos quo digiti comprimuntur. Additquè tempus ad quod vtrumquè tormentum extendi poſſit, ſcilicet per vnum miſerere, vel tria Pater noſter. De fidiculis fit mentio *l. decuriones. C. de quæſtionibus*, ibi, *quas fidiculæ, & tormenta conſtituunt.* Sic dictæ, quod Rei per ipſas torqueantur ad inueniendam fidem, Vide etiam *l. 4. C. ad l. Iuliam Maieſtatis*. Quale autem tormentum ſint, non apparet, neque apud *S. Iſidorũ lib. 5. Etym. cap. 27.* De tormento ignis, qui adhibetur, vt ſubſidium probationis, eſt decretum praxis criminalis, *quod nefandi Reus criminis igne torquendus venit, ad cuius conſpectũ cogatur tenere pedes lardo iniunctos &c. titulo de Tortura*. Si autem adhibeatur, vt punitio eiuſdem criminis, tunc poſt alias pœnas iubetur *leuiuſculis flammis hinc inde circumpoſitis, quodammodo comburi &c. tit. de applicatione pœnarum §. qui de innominabili fol. 12.* de quo redibit ſermo.

Taxilli, ſeu Tali.

Sibili

Fidiculæ.

Tormentũ ignis.

Quæſtio ſecunda, quo iure inducta ſit tortura, & an Clerici tormentis ſubijci poſſint.

Reſpondeo primo, Torturam conſuetudine inductam affirmat *Iodocus Dambauderius in praxi criminali fol. 109. nu. 18.* Antiquiſſimam, & omniũ gentium Ethnicarum & fidelium moribus approbatam, dicit *Chartarius lib. 4. practica cap. 1. nu. 13* Neceſſariam ad tuendam pacem in mundo, & incutiendum timorem malefactoribus, Teſtatur *Paris de Puteo de Syndicatu lib. 1. c. 4. n. 5.* Nec valere argumenta *Ludouici Viuesij lib. 19 S. Auguſt. de Ciuit Dei c. 6.* Nec ipſum S Auguſtinum tormentorum vſum vniuerſaliter improbare, fusè docet *Symancas de Cathol. inſt. tit. 65 de tormentis à n. 5.* quia licet aliquando, & debiles contra innocentiam fateantur vi tormentorum, & robuſtiſſimi veritatem occultent, tormenta floccipendendo, & Iu-

Tortura antiquiſſima, per conſuetudinem introducta, & neceſſaria.

T dices

dices multoties tormentis abutantur, vel ob ignorantiam, vel
propter ſęuitiam, attamen vniuerſali, quod mundus conſequi-
tur,beneficio,ex applicatione tormentorũ,præiudicare nõ de-
bent.Quare idẽ *Simancha n.*8.infert, *Ambigi nullo modo poteſt*
an liceat hominẽ,vehementer ſuſpectum torquere,id enim vetus
& antiquum eſt,non tantũ apud Ethnicos,ſed etiã apud Catho-
licos omnes &c. nec vllũ ferè criminale iudicium, ſine tormentis
rectè tractari poſſe. Quinimo citat *S. Ciprianum, S. Ambroſium*
Euſebium Pontificem, Auguſtinum,& alios Sanctiſſimos,& Gra
uiſſimos Patres,& Doctores , quæſtiones,ac tormenta proban-
tes,itaut nullus remaneat ambigendi locus , quin cum S. *Cy-*
priano in fin.tract.de Idolorum vanitate dicamus , *Dolor tor-*
mentorum veritatis Teſtis eſt. Et ratio naturalis id ſuadet,quia
ſuppoſito,quod aliquis ſit vehementer indiciatus,& nolit fateri
delictum, ne malitiæ locus relinquatur, & Iudices in ſua vehe
menti præſumptione remaneant, debuit adhiberi remedium,
vt vel inuitus veritatem fateatur , dicente Ariſtotile , *Quæſtio-*
nem eſſe inuitam conſcij hominis confeſſionem, facit etenim ne-
ceſſitas fidem, ipſis doloribus veritatem teſtantibus , ex *Cicer.*
in Topic.ad Trebatium relato *à Gloſ.in l.edictum Diui Aug.ff.*
de quæſtion. ibi *Quæſtiones efficaciſſimas eſſe ad requirendam ve*
ritatem exiſtimo, & habendas cenſeo. & *à Couar. practic.c.*23.
*nu.*5.*in medio*: Sicut enim ab inuito debitore poſſumus facul-
tates vi eripere,vt Iuſtitię ſatisfaciat,ita poſſumus per afflictio
nes corporis à Reo extorquere veritatẽ quã ex indicijs cõfite
ri tenetur,ſecus multa,& grauiſs.delicta impunita remanerent.

Clerici tormentis ſubijci poſſunt.

Reſpõdeo ſecũdo,Clerici per tormẽta examinari poſſunt,eſt
cõmunis apud *Panhor.in Regula cum in contemplatione de re-*
gulis iuris, & Philippus Francus in c.dilectis de appell.Diaz,in
*praxi can.c.*128.*init.* qui alios citat *Foller.in praxi crim.§.Tor*
*mentis mox ſubijciantur n.*11. apud quẽ alij *Clarus q* 54. *§.ſed*
an clerici,qui multos allegat *Simancas cit.nu.*46. & Ratio eſt,
quia cum Clerici delinquunt vt Laici,& confiteri veritatẽ tenẽ
tur,vt Laici,& tortura eſt remediũ ad eliciendã veritatẽ appli-
cari æquè debet Clericis,cũ idẽ morbus in eis reperiatur . Si-
cut enim poſſunt carcerari, & ad triremes damnari , & capite
plecti, ſicut laici, exigentibus delictis , ita poſſunt de iure tor-
queri .

An autem per miniſtros laicos ſint torquendi .

Re-

Reſpondeo, ſi deſunt miniſtri Clerici, qui torquere nolint, aut velint, poſſunt adhiberi Laici, de conſuetudine id approbante. *Simanc ſupra num.* 50. *Poller. cit. loco nu.* 11. *Diaz loc. cit. num.* 7. *Clar. verſ. ſed hic quæro*, & ſic conciliantur opiniones, nam *Abbas in cap. vt fama de ſent. excomm. Prepoſ. in cap. illi, qui eod.* cum alijs interpretibus *Ant. Anchar. Decio in cap. dilectis de appellat. Felin. in cap. Vniuerſitatis de ſent. excomm.* dicunt non licere. Alij in contrarium affirmant ex conſuetudine. Conciliantur tamen, non licere, dum id fieri commodè poſſit per Clericos; licere quando non adſint Clerici periti, & volentes. Non enim inferretur tortura, ſi Clericorum opera infligenda eſſet: quia nunquam reperiretur Clericus, qui talem functionem, vel facere ſciret, aut vellet. Sed per Miniſtros clericos, ſi adſit.

Reſpondeo tertio, ex dictis inferri poteſt, excepto tormento funis, in ordine Seraphico non poſſe torqueri fratrem per Laicos Sæculares, quia hoc nunquam fuit in conſuetudine vti eſſet flagellis percutere, taxillis, vigilia, igne, carcere affligere &c. nam omnia hæc optimè per Religioſos ipſos præſtari poſſunt, & pręſtantur. Ergo aliter facientes, in excommunicationem citatorum canonum incidunt, & ſubiacent rigoroſę ſcribentium opinioni, propter rationem contrariam. Vide, quæ fusè docet *Diaz* mox citatus.

Si contra ſecundam reſponſionem obijcias, Militiæ cingulus, Nobilitatis titulus, Doctoratus gradus, à tortura immunes reddunt, vt multis docet *Clarus ſupra Verſu Quæro an Doctores, & infra*. Ergo multò magis eximet Clericum à tortura cingulus Clericatus. *Præpoſitus in cap. illi qui* 5, *quæſt.* 5. apud quem *Hugo, Archid.* & alij *Silu. Verb. Inquiſitio* 2. *S.* 9. *Sot. lib.* 5. *de Iuſt. & iure. quæſt.* 6. *art.* 2. *Chryſoſt. in lib. de Sacerdot. apud Simanc. cit. num.* 49.

Reſpondeo primo negando conſequentiam, quia in iure tantum eſt, Clericos torqueri debere in crimine hęreſis *cap.* 1. *de depoſito. c. ad abolendam. de hæret. cap. accuſatus. de hæret. in* 6 Dū ſunt infames in *d. c.* 1. *de depoſito. vbi Florentia, Imola, Card. Barbat. & alij* multi, quos citat *Clarus ſupra verſ. ſed an Clerici*, Vel ſint infamati, & contra eos militent indicia, *Fel. in capit. veniens. de Teſtibus*, *Vterquè Abbas antiquus & Iunior in capit. grauius*, *de depoſit. Præpoſit. in capit. in ſumma diſtin.* 45. *Diaz ſupra initio cum ſuo Scholiaſte verſic.* Qui clerici torquendi ſint, ſecundum iura

T 2 ſit

Digitized by Google

ſic infamatus. Secundo diſtinguo antecedens, de iure verum eſt, milites, nobiles, Doctores torturæ non ſubijci, de conſuetudine tamen eſt falſum, vt ipſemet *Clarus, vbi ſupra* teſtatur. Et quoad Ordinem Franciſcanum eſt expreſſa conceſſio Nicolai 3. *in Bulla* Etſi cunctorum *fidelium*, relata in Bullario *Rod fol.*43. in qua conceditur Generali Ordinis authoritas puniendi ſubditos, & dicitur *Iuxta conſtitutiones, & regularia inſtituta antiqua eiuſdem ordinis corrigere, viſitare, punire, & emendare, ac in criminalibus grauioribus, ſi res ipſa exegerit cum moderamine tamen, torturæ ſubijcere poſſit, & valeat authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus*.

In ordine Minorum, quo iure tortura inferri poſſit.

Omnes tamen ſupradicti Doctores vnanimiter affirmant, Clericos, & præcipuè Sacerdotes, mitius eſſe puniendos, & torturam in illis non debere eſſe ita ſeueram, ſicuti in Laicis.

Laici, ſeu conuerſi religionum durius torqueri poſſunt.

Quæſtio tertia. An omnes Clerici torqueri poſſint.

Reſpondeo primo nomine Clericorum, in materia torturæ non veniunt Laici, ſeu conuerſi noſtri, & aliorum ordinum, quia iſti Clerici non ſunt, & ſolum Clericorum priuilegijs gaudent quoad forum, & canonem, qui faceret quidem incurrere excommunicationem, eos, qui aliquem ex ipſis indebitè torqueret, vt dicemus, non tamen eximeret ipſos à rigoroſa tortura, ſicut eximeret Clericos, & multò magis Sacerdotes, qui ſunt electa membra Chriſti. Non enim Clericali charactere inſigniti reperiũtur, qui clericos diuinę militię cingulo decorat.

Qui Clerici torqueri nõ poſſint

Reſpondeo ſecundo, Clerici Minores 14. annos, ſenes decrepiti, qui vt plurimum ſunt ſexagenarij, niſi complexionis robur ætatem ſuperet, torqueri non poſſunt fune, benè tamen alijs tormentis *l. 1. §. impuberes ff. ad Syllan.* cum authoribus, quos citat, & ſequitur *Clar. ſupra verſ. Quæro nunquid minores*, qui etiam de ſenibus loquuntur *l. 3. ff. eod.* Quod ſi ex iſta ex communi opinione conceduntur pueris, & ſenibus ſęcularibus, multò magis concedi debent Religioſis, hinc in noſtra practica criminali *titulo de Tortura §. debiles* Sancitum eſt *Debiles, & infirmi, pueri, ſenes, qui ſexageſimum annum attigerunt. Patres grauiſſimi, quorum fama plurimum Religioni confert, torqueri non debent, Si autem caſus adeo atrox, & enormis accideret, vt aliud fieri oporteret. Reuerendiſſimi Patris Generalis conſenſus accedat*, quæ verba examinanda ſunt.

Quæ debilitas, & infirmitas excuſet à tortura

Debiles, & infirmi, non quælibet infirmitas excuſat, ſed illa,

la, quæ ad ſubeundum dolorem reddit inhabilem. Debet enim Reus ſaluus conſeruari innocentiæ, vel ſupplicio, vt dicitur *l. quæſtionis modum, ff. de quæſtion.* Omnes igitur illi, quibus tormenta potius ad vitæ diſpendium, quàm ad veritatis indaginem cederent, torqueri non poſſunt. Huiuſmodi ſunt debiles, & infirmi, qui potius in tormentis deficerent, quàm iuris intentioni reſponderent. Si autem eſſet infirmitas, apta ſufferendis doloribus, vt epatis inflammatio, ſcabies, podagra, reſpectu funis, ſicuti excuſaret chiragra reſpectu ſibilorũ, & funis, & aliæ huiuſmodi; poſſet Reum tormento ſubijcere. Sub qua ratione militant etiam pueri, quia debiles ſunt, & delicati, quiquè vix ferulam, & virgas ſufferre poſſent, *l. 1. §. impuberes. ff. ad Syllan. Anan. in cap. 1. num. 10. de delictis puerorum. Gomez. eod. num. 67.*

Qui ſenes tormentis eximuntur.

Senes, qui 60. ann. attigerunt. *l. 3. §. ignoſcitur ff. ad Syl. vbi Bartol. & in l. de minore. ff. de quæſtion. Grillandus de diuerſis crimin. lib. 3. quæſt. 6. num. 5. Brun. in tractatu de iudicijs, & tortur. q. 9. num.* 18. apud quem alij. Quod autem de ſexagenario dicatur, eſt, quia in hac ætate ad decrepitatem, vt plurimum accedit, & de Senibus decrepitis valere exemptionem firmat *Grammat. deciſ. 34. num. 5.* Sed nos debemus tenere noſtrum Statutum, vt ſexagenarij excuſentur, etiamſi decrepiti non ſint, etiamſi ſexaginta annos non expleuiſſent, ſed tantummodo attigiſſent, iuxta verba Statuti. Et quia in pœnis inferendis mitiores eſſe debemus, ſub hac exceptione comprehendi volumus eos etiam, qui quinquageſimum ſeptimum annum exceſſiſſent, iuxta ſententiam *Vincentij Maxilla in conſuetudinibus Ciuitatis Bari. tit. de Immunit. nouorum Ciuium apud Viuium opin.* 698. Maximè his noſtris temporibus, quibus ætas breuior, & debilior euaſit, & etiam in minori, ſi vires antea ſenuiſſent, quæ ſtare debent iudicio prudentis, & pij Iudicis, qui in eam partem ſemper inclinare tenetur, vbi pietas militabit, niſi caſus atrocitas aliud ſuaderet. Vide, quæ diximus *ad comm. Statut. c. 2. Statut. 1 §. 9. in fine pag. 69.*

Patres digniſſimi, qui ſint in Religione Minorum.

Patres digniſſimi. Putat *Zambellus* noſter in ſuis *regulis Criminalibus cap. 16. num.* 22. inter hos comprehendi *Lectores, Theologos, & Concionatores generales*, etiamſi eſſent iuuenes; nec valere conſuetudinem in contrarium, cum de iure non non valeat, excepto caſu hæreſis, proditionis, Læſæ Maieſta-

tis, &c. Verùm cum nullum appareat ius nec commune, nec municipale, quæ nominatos, *grauiſſimos Patres* appellet, credo non ita laxè extendendam eſſe exceptionem. Nam multi ſunt Lectores, & Concionatores generales ſolo titulo, vel ſine nomine, qui parum, aut vix pro talibus cognoſcuntur, & in venerationem habentur, igitur illos tantùm inter grauiſſimos adſcribendos puto, qui in tota vna familia dignam exiſtimationem nacti eſſent, quiquè in præcipuis ſtudijs generalibus, & conſpicuis Ciuitatibus Theologiam docuiſſent, & Dei verbum prædicaſſent. Quos Statuta Ordinis, *cap. 8. tit. de præcedentia.§.42.num.9.* appellant *Clariſſimos*, & fauet ratio Statuti practicæ iam deſcripti; *Quorum fama plurimum Religioni confert.* Igitur ſicuti fama, & bonum ipſorum nomen Religionem decorat, ita è contrario offenderet, ſi tormentis ſubijcerentur. Non iuerim inficias, poſſe dari aliquem ex ſupradictis, qui *Clariſſimus* ſit in ſua, vel vicinis Prouincijs, de quo eadem ratio habenda eſſet, quia nomine Religionis, non tantùm venit tota, quam vna Prouincia, vel plures, & in hunc ſenſum ad Commentaria Statutorum, *cap.1, Stat.3. §.11. fol.27.* diximus Grauiores Patres Ordinis eſſe *Generales, Prouinciales, Procuratores emeritos, Lectores Iubilatos, Diffinitores, Lectores generales actuales* grauiorum Conuentuum, & Claſſicos, celebresq. *Concionatores*, omnesq. alios, qui Patres Prouinciarum nuncupantur. Attamen dum de exemptione à tortura agitur, ſentio non omnes prædictos venire ſub nomine digniſſimorum Patrum, quia ſi omnes Patres Ordinis, & Prouinciæ digniſſimi cenſeri debeant, nec reperientur digniores, nec digni, cum ſuperlatiuum referatur ad poſitiuum, & comparatiuum ex natura relatiuorum, vt conſtat ex Logicis, & videre eſt apud *Barboſ. Axioma* 201. igitur relictis dignis, & dignioribus diſpoſitioni iuris, remanent priuilegiati ſolùm digniſſimi. In quibus omnibus prudentia Iudicis deſideratur. His addere poſſemus eos fratres, qui vitæ probitate, & ſpiritualitatis titulo inſigniti, ab omnibus haberentur, ex quorum tortura nimium Ordinis color obſcuraretur, & concluſionem deducere ex ratione Statuti. Attamen cum de his lex non diſponat, & ſæpius vidimus Sathanam in lucis Angelum transformari, non video vltra legem de iſtis cenſere. Vide dicta ſupra *cap. 2. quæſt.5. reſponſ.5. fine & cap.*

& cap. 3. quæſt. 2. 7. difficultate 1.

Si autem caſus adeo atrox, & enormis accideret? Quid ſit enormitas dictum eſt ſupra *cap. 4. quæſt. 5. §. Dices tertio*, vbi etiam de atrocitate actum fuit. Verum puto aliquid aliud requiri, vt grauiſſimi Patres torqueantur, pręter ordinariam, & communem enormitatem, & atrocitatem, quia licet apud nos enorme delictum ſit votorũ tranſgreſſio &c. Attamẽ, cũ hæc cõmmunia ſint etiam alijs, qui Patres non ſunt, nõ ſunt in communi legẽ arctandi Patres, dum ab eadem eximuntur. Quapropter dicendum eſt, delictum propter quod torquendus ſit Pater grauiſſimus, debere eſſe atrox quidem, & enorme, ſed aliqua circumſtantia conſpicuum, vt pluris æſtimetur, ſplendorem Religionis (qui ex grauitate Patris conſurgit) obſcurari, quam delictum impunitum relinquere, alias non eſſet ritè prouiſum exceptuatis. Itaque ſi de proprietate agatur, debeat eſſe magna, notoria, ſcandaloſa. Si de furto, quod ſit ſacrilegium rerum notabilium, vel cum fractura &c. Si de fornicatione, quod ſit diffamata, cum ſcandalo ſæcularium, monialis, vel nefanda, notoria &c. Si de percuſſione, quod ſit publica, cum mutilatione, vel morte, &c. & in hoc etiam magnum pondus habere debet Iudicis arbitrium, & prudentia. *Reuerendiſſimi Patris Generalis conſenſus accedat*. Non ſufficit tacitus, ſed requiritur expreſſus, quia licet in leuibus conſenſus tacitus ſufficiat, *Bartol l quæ dotis ff ſolut. matr. Præpoſitus c. ſollicitudinem, de appell.* vnde conſenſus Epiſcopi in modicis ſtatuendis non eſt neceſſarius. *cap. cum acceſſiſſent. de conſtit. c. requiſti. de Teſtibus Abb conſ. 7. volum. 2. Crauett. conſ. 182. num. 15. Gloſ l. quod dicitur ff de liber. agnoſc. l. Diuus ff de bonis damnat. Baldus de præſcript. cap. fin.* Non tamen ſufficit quando agitur de graui præiudicio *Bart. in l. 1. ff. de aqua pluuia arcenda*, & in *diſput. de hac re*, quæ incipit *Mulier habens*, cum alijs adnotatis per *Anton Gabriell. lib. 1. de præſumpt. concluſ. 1. num. 53.* & nemo ignorat, torqueri aliquem eſſe rem grauiſſimam, & maximè præiudicialem. Et ſpecialiter non præſumitur conſenſus, vbi requiratur præſentia, & authoritas Iudicis *Bald. in l. 2 C. de legit. hæred. Rom. in l. ſtiendum ff. de verb. oblig. Abb. in cap ſignificauit. de cenſib. Ruin conſ. 90. volum. 3.* Verum tamen eſt, quod ſi Generalis adeſſet, ſciret, & taceret, haberetur pro conſenſu expræſſo, vt probat *Iodocus in Enchirid. parium ver. conſenſus non negando Aimo. de antiq temporum*

Patres grauiſſimi ob quod delictum torqueri poſſint.

Conſenſus Generalis in torquendis patribus debet eſſe expreſſus

Quia in graui pæiudicio, non ſufficit tacitus

Et requiritur præſentia, & authoritas iudicis

Quando cõſenſus præſumitur.

3.*par.à num.29.Ruin.conſ.*151.*num.*16.*volum.*4. Quando enim probatur ſcientia, & patientia eius, qui conſentire debet, conſenſus præſumitur.

Si dicas, Quando requiritur conſenſus, non refert, an præcedat, vel ſequatur, iuxta comm.opin.opin. relatam à *Iaſone l.ſi quis mihi bona ff.de acquir.hæred.*& ſic poterit Iudex torquere Reum, & deinde petere conſenſum Generalis.

Præcedere debet in actu irretractabili

Reſpondeo val:t regula in actu retractabili, vt in acquiſitione, & poſſeſſione, non irr.tractabili, cuiuſmodi eſt tortura. Ridiculum eſſ:t, ſi torqueret, & deinde aſſenſum peteret. Sicuti ſi quis hominem ſuſpendio necaret, & deinde conſenſum Principis expeteret. Qui ſi negaret, iam mors, & tortura inflicta retractari non poſſent. Et ſic iudico Reum iniuſtæ torturæ, qui taliter Patrem torqueret.

Si quæras an ſit neceſſarius conſenſus Generalis ad torquendos debiles, ſenes &c. ſicuti ad torquendos Patres, itaut hæc clauſula ad omnes ſupra recenſitos referatur.

Conſenſus Generalis requiritur etiam in tortura ſenum, & debilium.

Reſpondeo affirmatiuè, quia cum omnes ſint excepti, non eſt maior ratio, vt ad vnum potius referatur, quam ad alium eſtque clauſula immediatè appoſita, quę antecedentem diſpoſitionem modificat *l.*3.*§ filius ff.de liber. & poſthum. l.talis ſcriptura ff.de legibus.l.*3.*ff de lib.præter.Doct.in cap.requiriſ.*2. *& in cap.Inquiſitioni.de appellat.*

Si quęras adhuc, an conſenſus Generalis requiratur ad omne genus torturę inferendæ exceptuatis.

Sed in Tortura funis.

Reſpondeo circa Patres, de omni genere torturę intelligendum eſt, quia omnis tortura dedecorat ipſorum opinionē, qui eſt finis ſtatuti. Circa alios intelligitur de eo tantum genere torturæ, quod ipſorum ſtatui repugnat, vt eſt funis, quę non poteſt applicari ſenibus, debilibus &c. non autem de flagellis, & alijs, quæ pati poteſt torquendi complexio. Non enim eſt neceſſarius conſenſus generalis, vt debilis torqueri poſſit igne, ſibilis, taxillis, puer flagris &c.

Si quęras tertio, An talis conſenſus debeat eſſe ſcriptus.

Reſpondeo debet eſſe in forma probante, vt in proceſſu appareat, ad teſtificandam innocentiam, & modum procedendi Iudicis, aliàs puniri poſſet. Et ſic neceſſario comparere debet ſcriptus. Poſſet tamen dari oretenus coram teſtibus, qui deinde examinarentur in proceſſu ad veritatis teſtimonium:

Quę-

Quæſtio quarta, quæ de iure procedere debeant, antequam Reus torturę ſubijciatur.

Torturam legitima, & probata cauſa præcedat

Reſpondeo primo, *ſine cauſa legitima, & legitimè in actis probata, nec teſtis, nec Reus tormentis ſubijciatur. Sub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in cap ſi quis ſuadente, in Iudicem temerè procedentem*: ita noſtra praxis criminalis, *titulo de tortura fol.33.init.* eſtquè communis omnium ſententia. *Marſilij in l.quæſtionis modum ff de quæſtion. Boſſij de Tortura num.31. Clari quæſt.64. Alexandri conſ.65. Simancb. de Cathol.inſtit tit.65.à num.12. Pollerij in praxi can.crim. cap. 31. num.5. Diaz in pract.crimin. cap. 128 initio. Chartarij in practica interrogandorum Reorum cap. 1. à num.50.* Qui multos alios citat, & de communi omnium ſententia teſtatur. Equidem *l.1.ff.de quæſtionibus initio. Non eſſe à quæſtionibus incipiendum*, decernit, & §.*ſed & epiſtola*, dicitur. *Ad tormenta ita demum veniri oportet, cum ſuſpectus eſt Reus, & alijs argumentis ita probationi admouetur, vt ſola confeſſio deeſſe videatur*, & *l.vltim ff.eod. Quæſtio habenda non eſt, niſi ſi aliquibus ſuſpicionibus vrgeatur*, & *C de quæſt.l.milites §.oportet autem.* dicitur, *oportet autem Iudices nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum ſunt, ad inueſtigationem veritatis à tormentis initium ſumere, ſed argumentis primum veriſimilibus, probabilibuſq; vti. Et ſi his veluti certis indicijs ducti, inueſtigandæ veritatis gratia, ad tormenta putauerint eſſe deueniendum, tunc id demum facere debebunt, ſi perſonarum conditio patiatur*. Hinc maxima illa Iuriſtarum, *Tortura eſt remedium ſubſidiarium*, quando ſcilicet aliæ probationes haberi non poſſunt, quia dum alius modus probationis adfuerit, tormentum inferri non debet, quia iuri naturali repugnat, tormentis ſubijcere hominem ſine cauſa. Hinc eſt grauiſſimum peccatum mortale, aliter procedere: Communem omnium opinionem, & frequentiſſimos Authores citatos, vide apud *Chartarium ſupra à num.14.* Eſt enim tortura grauis afflictio, quę omnem pœnam pecuniariam excedit, *l in ſeruorum* §.1. *ff.de pœnis*, & grauior, quam manus abſciſſio §.*fin.auth.vt nulli Iudic.* infertquè malum irretractabile, & propterea adhiberi ſine cauſa non debet.

Tortura remedium ſubſidiarium

Grauis afflictio.

Sed quę dicenda erit cauſa legitima?

Torquendi cauſæ legitimæ

Reſpondeo fusè de his in citata noſtra practica criminali.

tam

tam quoad torquendos Teſtes, quàm quoad Reum. Et de teſtibus quidem, ſi abluenda eſſet in illis inhabilitatis macula, ſi adſit varietas, vacillatio, mendacium, taciturnitas, malitia &c. De Reo autem, ſi delictum ſit ſemiplenè probatum, ſi contra illum militent grauia indicia; vel plura leuia copulentur, vel neget ſuum dictum, extra tormenta, vel teſtimonium vnius non integri teſtis alio indicio adiuuetur, vel adſit indicium probabile, aut confeſſio extraiudicialis, quę omnia probantur per iura, & Doctores, ad marginem citatos. In quibus non diffundor breuitati ſtudens.

Quæ iudici conſtare debent in actis

Sed cur additum ſit, legitimè in actis probata?

Reſpondeo, quia non ſufficit adeſſe indicia, & cauſas, niſi Iudici conſtent, Iuris ordine ſeruato. Iuris autem ordo eſt, vt procedatur ſecundum tenorem cap. qualiter, & quando de accuſat: prout traditur in eadem praxi *tit. de forma ſeruanda à Iudice fol.* 15. per accuſationem, ſcilicet, inquiſitionem, denunciationem. Cum omnibus alijs, quæ ibidem, ex Sacris Canonibus, & probatis authoribus præcipiuntur, ac etiam in *titulo de indicijs per tot. fol.* 25. Præterea, vt quodlibet indicium ſit plenè probatum in ſuo genere. Hinc in mox citata practica ſancitur, *Omnia indicia, cuiuſcumque generis ſint, nulla reputantur, niſi quodlibet illorum, per duos ſaltem teſtes, conteſtes integros probata ſint. Clara, certa, concludentia, ſeu inferentia delictum adeo vt non videatur deeſſe, niſi ſola Rei confeſſio*, vt per *Clarum, Farinaccium, Marſilium*, in margine citatos docetur, & fusè tradit *Chartar. ſupra à num.* 54. qui ſubinfert, non omnia qualitercumquè habita pro informatione Curiæ habilia ſunt, vt quis torturę ſubijciatur, & cum de inferendo irretractabili tormento agatur, *Ante torturam omninò concedendæ ſunt Reo defenſiones, & copia actorum*. vt in citata noſtra practica *tit. de tortura. fol.* 34. *verſus finem*, diſponitur, quę eſt communis omnium ſententia, apud *Clar. quæſt.* 64. *Bouer.* 2. *par cap.* 36. citatos in margine, *Burſattum conſil.* 201. *num.* 40. & 50. *lib.* 2. *Rolandum à Valle conſ.* 12. *à num.* 35. *lib.* 3. Apud quos alij innumeri. Vnde Teſtes examinari debent citata parte, vel quod ſint antea confrontati cum Reo, vel eos habeat Reus, pro ritè, & rectè receptis, & examinatis. Et hoc non obſtante, audiendus eſt Reus in ſuis defenſionibus antequam torqueatur. Secus poſſet quis torqueri de delicto, quod nun-

Ante torturam concedantur defenſiones

nunquam cogitauit, quod eſt ſummè iniquum, & Deo odibile. Imo Iudices ſic procedentes, potius canes, quam homines nuncupari mererentur, ex *Marſil. conſ.* 18. *num.* 8. *& Roland. à Va'l. conſ.* 12. *num.* 52. apud *Chartar. ſupra num.* 57. & tantum abeſt, vt Iudex, maximè regularis torqueat Reum ſine claris indicijs, & iuridicè probatis, vt potius, vbi arbitrium habeat, debeat in mitiorem partem inclinare. Et quando poſſit torturā excludere, tenetur à tormētis abſtinere, *Bic. conſ.* 85 *n.* 2. *Bal. conſ.* 85. *in fin. lib.* 3. *Sim. de Prat. cōſ.* 15 *n.* 18. alias daretur appellatio à decreto de torquendo, vt habetur in *l. ante ſententiam ff. de appellationib. recipiendis*, vbi dicitur, *Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem in Ciuili negotio habendam Iudex interlocutus fuerit, vel in criminali, ſi contra leges hoc faciat*. Et nulli dubium eſt, fieri contra leges, ſi quis ſine legitima cauſa torqueatur.

Tortura excludi debet vbi arbitrio iudicis relinquatur.

A tortura appellari poteſt, & quando.

Reſpondeo ſecundo, *Tortura non infligitur Reo, niſi prius conſtet de corpore delicti* Ita citata noſtra Practica *tit. de Tortura fol* 33. verſus finem. Ratio eſt, quia proceſſus, in quo de corpore delictī non conſtat, eſt nullus vt expreſsè habetur in *l. 1. ff. ad S.C. Syllanianum.* §. *item illud.* ibi, *Niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia, quæſtionem. Liquere igitur debet ſcelere interemptum*, & tradunt communiter omnes apud *Marſil. conſ.* 12. *&* 14. *& Maſcard. de probat.* §. *ſuper quam num.* 48. citati in noſtra practica *tit. de Tortura fol.* 19. vbi ſancitur, *Proceſſus, in quo prius de corpore delicti non conſtat, eſt nullus, & ſi ex ipſo conſtitutus eſſet Reus, etiam ſi confeſſus fuiſſet, nihil ille nocere poteſt confeſſio.* Si ergo ex dictis non poteſt aliquis torqueri, niſi adſit cauſa legitima, legitimè in actis probata, euidenter ſequitur, non poſſe aliquem torqueri, vbi de delicto nō cōſtet, quia nulla tūc adeſſet cauſa.

Tortura nō infertur, niſi conſtet de corpore delicti.

Reſpondeo tertio, *In cauſa, vbi ſi quis condemnaretur, maiorem tortura pœnam non mereretur, non eſt torquendus.* ita in eadem noſtra practica *tit. de tortura* §. *penultimo Clar. quæſt.* 64. *verſ. Præterea debet Chartar. lib.* 4. *c.* 1. *à nu.* 17. apud quem alij multi *Couar. in pract. quæſt.* 23. equidem non debet durior pœna infligi delicto non probato, ea, quæ probato infligeretur. Hinc in hac materia ſcribentes examinant, an pro delicto quod pecuniaria pœna corripitur, tortura adhiberi poſſit, & An torqueri poſſit, quis vbi non criminaliter, ſed ciuiliter agatur.

Tortura non debet dari, vbi pœna delicti illā non excederet.

Vbi ciuiliter agitur, an tortura adhiberi poſſit.

In

In qua difficultate *Follerius inpract. crimin.can. S.Vel vſurā committere*, quod eſt *cap.20 num.16.* & *Marſilius in l. Diuus. ff.de quaeſt.num.5.* & alij apud *Chart.num.44.& 45* tenuerunt Vſurarios, qui non ad ſimplicem reſtitutionem, ſed etiam ad pœnas quærruntur, & fallitos, fugitiuos ad effectum reuelandi abſconditas pecunias, torqueri poſſe. Vniuerſaliter autem, vbi pecuniaria pœna intercedit, & vbi agitur ciuiliter, neminem torqueri poſſe. Fauet vtrique concluſionis parti citata, *l.Diuus, de quaeſt.* dum ait, *Poſſe de ſeruis haberi quaeſtionem in pecuniaria cauſa, ſi aliter veritas inueniri non poſſit. Sed & hoc ita eſt, vt non facile in re pecuniaria quaeſtio habeatur, ſed ſi aliter veritas inueniri non poſſit, niſi per tormenta*, & in *l. Maritus, eodem Imperator pronunciat, quaeſtionem illegitimè habitam fuiſſe* de quadam ancilla in cauſa pecuniaria, cum *l edictum Diui Auguſtini eod.* vbi Paulus ait, *Quaeſtiones, neque ſemper in omni cauſa, & perſona deſiderari debere arbitror, & cum capitalia, & atrociora maleficia non aliter inueſtigari poſſunt, quam per quaeſtiones habendas cenſeo*. Et tum in has leges Scribentes, tum de hac materia tractantes, huic doctrinæ ſubſcribunt apud eumdem *Chartar.* fusè. Addo limitationem *Hippoliti in pract.crimin. §.expedita*. Poſſe torqueri Reum in cauſa pecuniaria, ſi ea fuerit ardua, & grauis, quia tunc æquiparatur criminali, & *Ber. Diaz regula 764. in Ciuili*, ſi habeat crimen adnexum, vt de vſurario.

In cauſa pecuniaria ardua tortura applicari poteſt.

Quoniam autem apud nos pecuniariæ pœnę non imponuntur, & ciuiliter aliquando proceditur in quibus delictis, vel pœna corporalis afflictiua non imponitur, vel ſi imponitur, torturæ ęquiparari non poteſt, videndum eſt, in quibus delictis regularibus tortura imponi poſſit & referendo me ad dicta, *cap.2.quaeſt.5 reſponſ.2.* de delictis ciuilibus, & criminalibus, Dico, non ſolùm in Ciuilibus non poſſe adhiberi torturam funis, vel aliud illi cognatum, ſed neque in omnibus Criminalibus. Nam non poterit torqueri delinquens leuiter, nec grauiter, iuxta diſtinctionem delictorum in noſtra praxi *tit.Delictorum diſcrimina fol.5. & 6.* ſed grauiſſimè, *Gandau de Malef.tit.de quaeſtion. numer.12. Clar. ſupra verſ. praeterea debet, Becc.conſ.62.num.26.* nec ſentio cum *Chart.n.32.* quod etiam in leuibus dari poſſit tortura, cum authoribus ab ipſo citatis, & conſuetudinibus aliquarum Ciuitatum: Non enim ample-

In quibus delictis regulares torquendi.

ĉti debe mus corruptelam aliquorum tribunalium, niſi à frequentia delictorum iuſtificetur, & niſi quę apud ſęculares reputantur leuia; apud Regulares ſint grauia, vt eſt furtum, occiſio duorum bouum, inflictio cicatricis in faciem, provt ipſe exemplificat. Hæc enim grauiora delicta ſunt apud Regulares. Præciſè enim ſtando in notione leuis delicti, repugnat rationi, vt propter illud aliquis torqueatur, & hæc eſt communis opinio, prout teſtatur *Boſsius de indicijs n. 92.* & quoad noſtrum ſacrum Ordinem adeſt ſtatutum, *cap. 7. §. 5. num. 15.* dicens *Tortura duntaxat infligenda eſt pro atrocibus, & grauibus delictis. Adde Papienſem in pract. fol. mihi 249. à nu. 14.* apud quem alij. Et in nonnullis ex grauioribus, vt in Libelli fabricatione, actus carnalis ſollicitatione, aut patratione, falſi depoſitione, & vniuerſaliter torquendus non eſt, vbi de priuatione ſola agatur ſuffragiorum, & officiorum, niſi ea infligēda eſſet cum alijs pœnis corporalibus ob exceptuata, & grauiſſima crimina, vel de delatione ſigni probationis, vel de alijs pœnitentijs ſalutaribus, vt pote ieiunij, diſciplinę, &c. Conſiſtunt enim pœnæ iſtæ potius in apprehenſione, quàm in afflictione corporis, quæ tormentis æquiparari poſsint. Et ad particularia deſcendendo. Libellorum famoſorum fabricator, fur rerum notabilium, aut ſacrarum cum ſcandalo, vel iteratione, &c. quæ delicta ſeueriori diſtrictioni remittuntur, atquè adeò largiori carceri, triremibus, &c. Fornicarius, Sacrilegus, de peſsimo crimine conuictus, gladio, vel alio inſtrumento percutiens, feriens mutilans, occidens, falſarij, introducentes mulieres intra clauſtra ad malum finem, Diuiſionem Ordinis procurantes, Monetarij, in Summum Pontificem obloquentes, inſurgentes, &c. Simoniaci, & omnes illi, quibus longior carcer, triremesq. imponuntur, fune torqueri poſſunt, vel etiam taxillis, alijsq. tormentorum generibus. Vt ab his arctationem diſtinguam, quæ licet ſit corporis afflictiua minoribus tamen delictis adhiberi mandatur, vt eſt ſuſpectum conſortium, Reuelatio Sacramentalis Confeſsionis, & quid ſimile. Quæ in re. Notandum etiam eſt, licet verum ſit, indicia, & torturam remitti Iudicis prudentis arbitrio, debet tamen tale arbitrium duci ratione, vt leuius torqueatur, qui leuius delinquit, *Gomez tom. 3. Variar. reſolut. cap. 13. nn. 5. Penna 3. par. direct. Inquiſ.* Scholio 118. *Foller. in praxi, cap. 20. num. 9.* qui citat

Leuius torquēdus, qui leuius delinquit.

citat *l. quæſtionis modum*, *et l. de minore*, *ff. de quæſtion.* Et habenda eſt ratio loci, temporis ſcandali, &c. Hæ enim circũſtantiæ ſicuti aggrauare ſolent delicta, ita etiam per ſeueriora tormenta ad veritatem deducenda ſunt.

Reo torquẽdo defenſiones concedantur.

Reſpondeo quartò. *Ante torturam omninò concedendæ ſunt Reo defenſiones*, ita praxis noſtra Criminalis, *fol.* 34. Inuenio circa hanc concluſionem aliquam diſcrepantiam. *Clarus* enim tum *quæſt.* 49. *verſ. ſed nunquid tenetur Iudex*, tum *quæſt.* 54. *verſ. Sed quid ſi ille*, tenet non obligari Iudicem dare copiam indiciorum torquendo, niſi ille petat, & citat *Blancum in practica*, dicentem, ſufficere, quod Iudices dent Reis Aduocatos, & ſibi imputare debent, quod defenſiones non petant. *Chartarius citato lib.* 4. *cap.* 1. *à num.* 161. & infra fusè rem examinat per quinque caſus, quos figurat de repetitione torturæ, an tunc etiam concedi debeant defenſiones, vbi in ſubſtantia docet non teneri Iudicem offerre defenſiones, ſed cõcedere, ſi petantur. Verum Chriſtianæ pietati conformiorem iudico, teneri Iudicem offerre torquendo defenſiones poſitiuè; tantò magis in Religione, vbi plus æquitati, quàm carnificinę tribuendum eſt. Ita in vniuerſum ſenſit *Simancas de Catholicis Inſtit. tit.* 65, *num.* 16. qui ait, *Id, & natura æquũ eſt, & ratione probatur, et ab omnibus Iuriſperitis communiter traditur*. Clariſſimè enim ſancitur in *l. Vnius. §. cogniturũ. ff. de quæſtion.* vbi dicitur *cogniturum de criminibus Præſidem, oportet ante diem palam facere, cuſtodias ſe auditurum, ne hi, qui defendendi ſunt, ſubitis accuſatorum criminibus opprimantur, quamuis defenſionem poſtulante Reo, negari non oportet*, quo loco non ſolùm ad poſtulationem Rei, ſed etiam ad oblationem Iudicis defenſiones dari præcipiuntur, citat etiam *l. Deſertorem, §. ſi ad diem. ff. de re milit.* ibi *facta prius copia docendi, num fortè caſibus quibuſdam detentus ſit, propter quod venia dignus videatur*. Sed hic agitur de condemnando, non de torquendo milite deſertore, quo ſenſu loquitur, *cap. ſuſceptis, de cauſa poſſ. et prop. Nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire*. Agit enim de ſententia diffinitiua, non de interlocutoria, ſed quidquid ſit de mente Canonum, & Legum certum eſt, inauditum condemnari non poſſe ad actũ irretractabilem, cuiuſmodi eſt tortura, & merito *Crudelis, et iniquus* appellatur ab eodem *Iudex, qui contra diuina, et hu-*

mana

mana iura hominem inauditum torquet, ac propterea in noſtra practica criminali condemnatur Superior, qui torſerit Reũ non exhibitis defenſionibus ad pœnas, contra malè torquentes inflictas. Et ratio illa videtur eſſe, quod ſi Iudex torqueat per ſolum proceſſum informatiuum, & ſuper illo Reum non audiat, torquet non legitimatis indicijs, quæ cum euacuari poſſent, poteſt accidere caſus, vt torqueat innocentem, & committit ſe periculo errandi in re tam graui, & conſequenter peccat mortaliter, & propter temeritatem puniendus eſt de irrogata iniuria. Neſcio enim qua libidine moueri poſſit Iudex regularis, ad ſequendas opiniones, quæ ad ſæuitiam ducunt, facit ſiquidem iniuriam Legibus, qui vult videri ſe meliorem quam leges, vt doctè in hac re tradit *D.Roland. à Valle conſ.*12.*n.*42.*vol.*3. lege quę ſcripſit, *Bonaccoſ. apud comm. opin. Iuris tom.*2.*lib.*9 *de quaſtion. tit.*28. *num.*49. *Practicam Papienſis fol.*249 *num.*19.

Non tamen iuerim inficias, torquendum eſſe ſine defenſionibus, ſi oblatas noluerit, vel ſi intimato ſibi decreto de tortura inferenda, & monito, vt doceat, quare torqueri non debeat, neglexerit. Quia ſecundum regulam Canonicam *Volenti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus de regul. iur. in* 6.

Licèt enim de rigore iuris conſentio *Chartario citato à n.*177 quod qui renunciauit defenſionibus in primo decreto torturæ, ſi illa repetenda foret, & peteret defenſiones, non eſſet audiendus. Quia ad ius defenſionis renunciatum, non datur regreſſus, nec datur locus pęnitentię, vt eſt commune axioma, *ibid.* probatum per leges, & authores, *num.* 197. Sicuti etiam, ſi factis defenſionibus, & incępta tortura, reus peteret, elapſo termino, & in reiteratione torturæ defendi iterum velle, quia licèt elapſo termino, non tamen incępta tortura, ſi velit iterum ſe defendere, audiendus eſſet, non propterea audiri debet, iam incœpta tortura, & in executionem cępto mandari decreto de torquendo, vt etiam fusè per multos Doctores, & iura probat *à num.* 181. De æquitate tamen ſentio, audiendum eſſe torquendum, etiam in ſecunda tortura, dummodo poſſit probare, vel non eſſe iterum torquendum, vel non fuiſſe primo tormentis examinandum, & non ſint friuolæ excuſationes, & moræ ad protrahendum, vel eludendum tormentum,

Adius renũciatum non datur regreſſus.

tum,

tum, facit dicta, *l vnius de quaeſt.* vbi ait, *defenſionem poſtulante Reo, negari non oportet*. Quæ vim eamdem habet tam in prima, quàm in ſecunda tortura, vbi fraus, & illuſio excludantur. Minus in hoc Authore placet, quod dicit in 3.*caſu,num.*193. Iudicem non teneri dare defenſiones Reo torto prima vice, non datis defenſionibus, nec peritis, ſi in ſecunda tortura eas petat. Quia inquit, ſibi imputet Reus, quare ante primam torturam copiam non petijt, maximè ſi ad primam proceſſum eſt, legitimato proceſſu, vt corrigit *nu.* 206. & citat *Marſilium*. & *Clarum*. Non placet inquam, quia iure defenſionis priuat Reum, ſibi competenti in quacumque repetititione quæſtionis, cum non ſit minor ratio, vt defendi poſſit in prima, quam in ſecunda, cum æque vtraque ſit tortura, inuidetur fortaſſe miſerrimo Reo innocentiæ præſidium, iuris naturalis conceſſio? *De paruula ſumma iudicaturo* ſibi (inquit citatus *Simanca num.*17.) *res ſine teſte non probaretur, teſtis ſine iureiurando non valeret vtrique parti, dares actiones, dares tempus, non ſemel audires* (vt ait *Seneca lib.*2. *de ira*) & hominem, & Religioſum) *torquere audes antequam illi, vel indicia noſſe liceat, vel teſtes?* & citat *Gen*.4. & 18. *ac act*.25. & leges ciuiles, vbi Adam, Sodomitæ, & alij audiuntur, antequam vel puniantur, vel affligantur.

Tortura non poteſt inferri ſine conſenſu diffinitorij.

Reſpondeo quinto *Torqueri nullus poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Prouinciæ*. Ita in noſtra praxi de *Tortura, fol.*32 fine. Statutum municipale eſt, accuratam iuſtitiæ adminiſtrationem concernens. Licèt enim tota iuriſdicēdi facultas in Superioribus Ordinis reſideat, qui ſūt Ordinarij Prouinciarum, & Religionis, attamen cum hæc à Capitulis generalibus pendeat, & limitata ſit, mirum non eſt, ſi roti Diffinitorio collata reperiatur. Sic ad cautius peragenda negotia Fidei; & ſi concedatur Epiſcopo, vel Inquiſitori citatio, captura, cuſtodia, & inquiſitio, duro tamen carceri mācipare, tormentis exponere, vel ad ſententiam deuenire contra de hæreſi ſuſpectos, non conceditur, niſi vtriſque ſimul cōcurrentibus, & aſſentientibus. *Clem*.1.§.1. *de haret.* ſic inductæ Rotæ, Collegia, Senatus, publica iudicia, quæ paſſim apud prophanos, & Eccleſiaſticos Authores reperiuntur.

Sed incidit prima difficultas, an confeſſio extorta per tormenta, non inflicta ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij, ſed ex decre-

decreto ſolius Iudicis, etiam ſi poſt tormenta ratificetur, ſit valida ad omnem effectum. Videtur enim negatiuè reſpondendũ, quia non entis nullæ ſunt qualitates, vt Probat *Barboſ. Axiom*. 162. *num*. 1. non eſt autem actus, qui fit ſine ijs, quæ ſunt de forma illius, quia deficit requiſitum ad eſſentiam, & entitatem, & eſſe inualidum, & eſſe nullum, idem ſunt; *l. ſi autem nullum, & ibi Baldus, C. de legit. hæred. And. de Iſernia in cap.* 1. § *præterea. quæ ſit prima cauſa. benef. amit* qui allegat, *l.* 1 §. *quod ſine mora ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom* & alia. Nam non eſſe de iure, & ſimpliciter non eſſe paria ſunt. *l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan.* vide alia apud *Iodocum Dambonderiũ in Enchirid. parium iuris ſub ver eſſe*. Ergo ab hac tortura nulla, & illegitima in iure, non poteſt validari confeſſio, ſicuti in ſimili dicimus de Confeſſione extorta, iuris ordine non ſeruato, quæ Reum non afficit.

Non entis nullæ ſunt qualitates.

Reſpondeo tamen affirmatiuè, quia conſenſus Diffinitorij non petitur ad conferendam Iudici facultatem (eam enim habet à iure, ſiue ordinario, ſiue delegato) ſed ad rectitudinem actus, vt ſcilicet in re tam graui maturè procedatur, & licèt Iudex peccaret mortaliter, non petendo conſilium, & aſſẽſum Diffinitorij, & propterea puniendus veniret priuatione officij, & alijs pęnis arbitrarijs, vt idem Statutum in practica regiſtratum, ſancit, non propterea actus eſſet nullus, quia Statutum illum non irritat, & ex communi multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. Vnde poſſe Inquiſitorem abiurationem hæretici recipere ſine Epiſcopo, tenet *Lucerna Inquiſitorum*, quam ſententiam, licèt à veritate alienam putet *Simanca de Cathol. inſtit. tit.* 1. *num.* 27. id non colligit ex alio capite, quam ex *Clem.* 1 *de hæret.* in qua irritatur factum, in his verbis; *Si ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo iure.* Ergo ſi talia verba non fuiſſent addita, actus ſuum valorem haberet, Sicuti dicimus de noſtro Statuto, in qua nulla clauſula irritans apponitur. Vide quæ dixi in Commen. ad *Stat. Ord. cap.* 1 *Stat.* 6 *fol.* 30. vbi plura de hac re. Ad ea, quæ in oppoſitum adducebantur, dico, actum, ſeu decretum torturæ non eſſe nullum, quia conſenſus Diffinitorij non requiritur ad ſubſtantiam illius, ſed ad directionem. Vnde ceſſant rationes in oppoſitum.

Confeſſio facta in tortura illata ſine conſenſu diffinitorij eſt valida.

Secunda Difficultas, An in hoc etiam admittenda eſt ſub-

V roga-

rogatio in locum abſentis, &c. ſicuti in Congregationibus Capitularibus.

In decreto torturæ ſubrogandi ſũt Diffinitores abſentes.

Reſpondeo affirmatiuè per dicta *cap.8.Stat.37 fol.639.* & eſt determinatio indiuidua in Statutis nuperrimis, *cap.8.§.33.n.3. Diffinitores ad ferendas ſententias, &c. ſub pœna nullitatis à Prouinciali ſemper vocandi ſunt, dummodo extra Prouinciam non exiſtant, & longius, quàm per tres dies eorum præſentia haberi poſſit, quo caſu alij, vt ſupra ſubrogari debent*. Si autem ex hoc Statuto inferas oppoſitum Superioris reſolutionis, ob pęnam nullitatis oppoſitam. Scias ſermonem hic eſſe de ſententijs diffinitiuis, quę latæ ſine Diffinitorio nullæ ſunt, non de interlocutorijs, quæ ad ſolum Iudicem ſpectant. Vnde Prouincialis poteſt, & debet ſine aſsiſtentia, vel cenſenſu Diffinitorij Reum conſtituere, carcerare, torquere vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè. Igitur (dices neque Statutum bene applicatur difficultati,) quia ſi non agit de interlocutoria, neque tanget torturæ decretum. Reſpondeo tamen, ſubrogationẽ Diffinitorũ eſſe quid vniuerſale ad omnes actus, ad quos Diffinitorium adhibetur, quia nomine Diffinitorij cõſtat, venire Prouincialem, Cuſtodem, & quatuor Diffinitores, quibus deficientibus, alij ſubrogari debent, vt Diffinitorium ſemper appareat.

Et quid facient delegati.

Tertia Difficultas, An his legibus teneatur etiam Commiſſarius à Generali delegatus.

Reſpondeo cum Statuto eiuſdem practicæ. *Si fecerit Commiſſarius à Reuerendiſſimo deſtinatus cum conſilio, & aſſenſu eiuſdem Diffinitorij, vel ſi ratio ſuadeat, &c. aliquorum proborum, & peritorum* Patrum, *&c.* Diuerſitatis ratio eſt, quia cum Generalis non ligetur legibus Prouincialium, non tenetur exquirere conſenſum Diffinitorij Prouincialis, neque in perſona ſua, neque in ſuo delegato, qui nomine Generalis procedit. Quia tamen res eſt non parua, delegato iniungitur, vt cum conſilio, & aſſenſu peritorum decernat. Verum tamen eſt, non eſſe liberum delegato relinquere Diffinitorium, & alios ad conſultationem adſciſcere, quia cauetur, *Si ratio ſuadeat*. Et hæc poterit eſſe ſuſpicio, vel quod Reo faueant, vel quod Periti non ſint, vel quod nimis diſtent, &c. Poterit etiam aliquos ex Diffinitorio vocare cum alijs Peritis, & reliquos dimittere. Si autem quęratur, quot ad minus eſſe debeant iſti Periti?

Digitized by Google

riti? Reſpondeo ſufficere numerum ſaltem duorum, quia *pluralis locutio duorum numero eſt contenta. de regul.iur. in 6.*

Quarta Difficultas, an Diffinitorium, vel Periti adhibiti non ſeruantes regulas praxis criminalis, & ſacrorum Canonum, & iniuſtè aliquem torturæ ſubijcientes, incurrant pęnas ma è torquentium.

Reſpondeo vide tradita ſupra *cap.1.q.2.Reſponſ.4.* vbi copioſè de obligatione, quã habent Diffinitores in ferendis ſententijs Cauſarum Criminalium.

Quinta Difficultas. An conſenſus iſte, & conſilium dari poſſit per literas.

Reſpondeo, *Vide dicta c.1.Stat.4.§.17.fol.29.& c.8.Stat.39. fine fol.664.* quibus addo affirmatiuam reſponſionẽ, *ex Clem. 1.de haret.§.1.in fine*, ibi, *Vel ſuum ſignificare per literas conſilium, & conſenſum*, quæ requiri mandat, antequam Rei hæreſis ab Epiſcopo, & Inquiſitore torqueantur. Nec maiores cauſæ inter Regulares cauſis Sancti Officij examinãtur. Sufficit autem, vt à maiori parte Patrum concludatur ex notis iuribus.

Reſpondeo Sextò. Licèt in aliquo caſu recipi poſſit doctrina Simanchæ dicto *tit.65.n.18.Clari q.54.ver Vbi nihil Caſon. in praxi.Chartar.dicto lib.4.c.1.n.62.* dicentiũ Reum ex accuſatione non eſſe torquendum, niſi inſtante accuſatore. Per iura à *Simanca* citata quæſtionem permittentia ad poſtulationẽ partis. Nè videatur ipſe Iudex partes accuſatoris ſubire. Idq. ſeruari poſſe, vbi Iudex ſolam accuſationem proſequatur. Attamen vniuerſaliter veram, vel ſequendam inficior, tum quia praxis eſt in contrarium, vt citati *Caſonus*, *Clarus*, *Chartarius*, & de hæreticis ipſemet *Simanca* de communi teſtantur. Tum quia nil vetat, poſſe Iudicem inducere zelum publicum, & ex officio inquirere veritatem delictorum, atq. adeò ſupplere negligentiam accuſatoris. Et ſicut ab initio potuit procedere, præcedente fama, ſic in medio poteſt procedere habita luce delicti per accuſationem, & vbi viderit vrgentia indicia, poteſt torquere reum inrequiſito accuſatore. Quid ſi ante torturam accuſator, non habens hæredes, moreretur, an Iudex deſerere debeat cauſam, tot indicijs refertam, & Reum dimittere? Hoc enim eſſet delictis fauere, & contra Iudicis officium peccare, ſic ſentit *Papienſis in practica fol.249 n.22.* qui citat *Bart.in l.1 ff.de quaſt. & in l.2.ff.de adult. & in l.4 ff.de damno*

Tortura poteſt inferri etiam non inſtante parte.

in ſecto l.2.C.de abolit.Io.Andr. *Innoc.in cap. cum clamor de teſtib.& cap fraternitatis eod.*

Quæſtio Quinta. An quibuſuis exiſtentibus indicijs Reus torqueri poſsit.

Ob quæ indicia tortura infligi poterit.

Reſpondeo Primò. Niſi fuerit indicia grauia luce meridiana clariora, legitimè, & plenè quolibet in ſuo genere probata, Rei torqueri non poſſunt. Ita per plures SS. *practica noſtra tit. de tortura*, & de indicijs ad quæ me remitto, tam quoad torturam Teſtium, quàm Reorum.

Conuictus torqueri nō debet.

Reſpondeo Secundò. Si delictum fuerit plenè probatū, nimirum per duos ſaltem teſtes conteſtes, vel per illas probationes, quæ Reum ad ordinariam pęnā condemnāt, Reus nullo modo eſt torquendus. Ita Statutū noſtrę practicę de *Tortura fol.* 33. fine in hęc verba, *Conuictus non debet torqueri, cū poſſit per depoſitiones teſtium condemnari, & nulli vnquam tormenta applicanda ſunt, cum aliunde veritas haberi poſſit*: Eſt concluſio omniū, de hac materia tractantiū. *Marſil.in l.1.de quæſt.Couar. Variar.q.23.Clar.q.69.Nauar.c.18.n.59.Carrer in pract.fol* 92 *Chartar ſupra n.15.& infra*, recole dicta, *q.4.reſponſ.*1. & Ratio eſt, quia tormentum adhibetur, vt veritas inueniatur, at ſi per teſtes conuincentes veritas iam inuenta eſt, quid opus erit tam graui, & laborioſa inquiſitione? Vnde peccare mortaliter Iudices aliter facientes, & teneri in Sindicatu, affirmāt *Couar. et Clarus ſupra*, & alij apud *Chartar.nu.16.*& eſſe fatuos tales Iudices, qui conuictum per tormenta interrogarent, dicit *Albericus apud Clarum ſupra, verſ.Veritas eſt.* Quia ſi Reus ſuſtinet in tormentis, purgat indicia, ac etiam plenas probationes, & propriam confeſsionē, vt ex cōmuni affirmat *Clarus vbi ſupra*. Niſi confeſſus, vel conuictus interrogaretur de ſocijs, vel ſuper aliquo articulo confeſsionis, cum clauſula, & proteſtatione, *Sine præiudicio confeſsi, vel conuicti criminis, vel latæ condemnationis*, ijsq. adnotatis in actis, quia Iudici id affirmanti non crederetur. Quod etiam in loco mox citato noſtræ practicæ cautum reperitur.

Reus ſi ſuſtinet in tormentis, purgat indicia plena.

Quæſtio Sexta. An peritorum induſtria requiratur in inferendis tormentis.

Tortura à perito inferatur.

Reſpondeo Primò cum Aphoriſmo noſtræ practicæ *fol.* 34. initio. *Cum opus fuerit, funis adhibere tormentum, id non debet fieri, niſi peritus adſiſtat, qui liget; et depoſito bra-*

chia laxata componat. Et hoc eſt de communi praxi omnium Iudicum, & de iure naturali, quia ligare manus vno, aut alio modo, ſuis locis dimota oſſa ſine peritia componere ſatis refert ad deformationem torquendi, ac ad corrumpendam corporis habitudinem. Vnde Iudex teneretur de membri debilitatione, ſi ſua culpa accideret Reo, tormentis ſuppoſito *l. apud labeonem. §. quæſtionis verbo ff. de iniurijs, & § ſet. & ſi iuſſu Bartol in l. quæſtionis modus, & Cynus in l. Gracchus C. de Adulter. Papienſis in pract. num.* 20 *cit.* Quod breuibus verbis inſinuatur in noſtra prattica mox citata. *Vt vel ſic charitati, & iuſtitiæ conſulatur*. Charitas reſpicit proximum, & Iuſtitia Iudicis munus. Sicquè peccaret mortaliter contra charitatem, & contra iuſtitiam Iudex aliter procedens, etſi tortus remaneret cum brachio debilitato, itaut functiones ſuas obire non poſſet, idque ob ineptam brachij accommodationem, fieret irregularis tanquam mutilator, vt cum *Cyno, Bartoloquè tenet Angelus in verb homicidium* 5. *num.* 6. interpretaturquè mutilationem pro tali debilitatione, ad differentiam truncationis, quæ membrum ex toto abſcindit, ex *l. idem Ophilius ff. de ædilit edic. Clem. vnica de homicid. & cap quicumque percuti* 23. *quæſt vltima*. ſequitur *Tabiena verb. Irregularitas*: 3. *num* 27. *Roſella verb. homicidium* 4. §. 19. *Paſtor in c. cum illorum de ſent. excomm.* qui idem eſſe dicit, mutilare, ac debilitare, mitto diſtinctiones, quia non faciunt ad rem, ſufficit, quod ſi fuerint brachia totaliter inutilia, irregularitatem ex mutilatione incurreret,

Totalis debilitatio mutilationi æquipa ratur.

Reſpondeo ſecundo *Idem ſeruandum eſſe de aſſiſtentia, & iudicio medici, caſu, quo torquendus, vel tortus infirmitates, & animi deliquia allegaret*. Vt in eadem noſtra practica diſponitur, quæ & rationem addit. *Si enim Reus in tormentis moreretur ex negligentia, vel culpa Iudicis, homicidij Reus haberetur*, quæ eſt communis omnium ſententia. *Decius conſ.* 93: *Clar. quæſt. 64. Verſ. Iudex autem. Bertus Lucenſis tit.* 22. *c.* 3. cum authoribus ab eiſdem citatis, *Rodriq. in tract. ordinis iudicialis cap.* 11. *num.* 2. *Abb in cap. cum in contemplatione de regul. iur. Diaz in pract. crimin can. cap.* 128. fine. Cuius ratio eſt, quia tormentum non datur, vt mortem inferat, vel carceratis ſalutem adimat, ſed vt veritatem eliciat, ſeruari enim debet Reus, vel pœnæ, vel innocentiæ, vt diximus,

Tortura iteratur cum aſſiſtentia Medici,

ergo ſi talis complexionis fuerit, vt per tormentum malam ſanitatem contrahat, aut moriatur, non eſt illi applicandum: Hinc *rupti, manchi, agri, debiles, ſenes, pregnantes, morbo gallico laborantes* &c non debent torqueri tormento funis, ſed alijs magis accomodatis *Chartbar. lib. 4. cap. 2. nu. 6.* de tormento ignis. *Clar. dicta quaſt. 64.* de ſenibus *Ver. non etiam*, & de pręgnantibus *Verſ. quaro modo*, cum iuribus, & authoribus ab eodem citatis. Cum igitur Iudex regularis non ſit de hac arte peritus, debet ſtare iudicio medicorum quos adhibere tenetur, aliàs ſi ob infirmitatem, tormento exacerbatam, moreretur, homicidij reus conſtitueretur, tanquam, qui in ſuo munere tum notabilem, vel malitiam, vel negligentiam commiſit, *Bartol in l. quaſtionis modum initio ff. de quaſt.* & eſt communis apud *Marſilium in pract. §. expedita num. 89. Bellon. conſ. 84. num. 12. Brun. de indicijs, & tortur. fol. 109.*

Qui torqueri non debet

Quæſtio ſeptima, An tortura replicari poſſit.

Tortura quoties replicari poſſit.

Reſpondeo, *Tortura ſuper eodem articulo, niſi clariora indicia ſuperueniant, repeti non poteſt, nec eodem die, ſed diuerſis, & ſeparatis*. Sic in noſtra practica Loco citato, atque hoc modo habentur, quę communiter ſcribentes circa hunc articulum, tradunt, quia licet dicatur, torturam eſſe in arbitrio Iudicis, attamen arbitrium regulari debet per iura, & probatas conſuetudines. *Clar. dicta quaſt. 64. verſ. vltimo videndum eſt*. apud quem alij. *Symancha dicto tit. 65. num.* 75. qui allegat *l. repeti l. vnius de quaſt. Chart. dicto lib. 4. cap. 1. num.* 120: & infra, & permulti alij, qui adducuntur apud *comm. opin. iuris tom. 2. lib. 9. tit. 28. num. 5. 18. & 118. de quaſtion.* ex quorum doctrina hæ colliguntur concluſiones.

Tortura plena quæ.

Prima vel tortura plena inflicta eſt prima vice, vel non. Plenam torturam dicunt, quæ habet omnes gradus torturæ, quos ad quinque diſtinguunt, nimirum *minas de torquendo, conductionem ad locum tormentorum Spaliationem, ac ligaturam, eleuationem in Eculeo, & ſquaſſationem, Clarus dicta quaſt. 64. verſu Nunc de gradibus*, melius putat reduci poſſe ad tres, quorum Primus eſt *terrere*, qui comprehendit non ſolum minas, ſed conductionem, & ligaturam. Secundus *ponere*, vel *interrogare* in tormentis, tenendo ſuſpenſum per aliquod tempus notabile: Tertius *ſuſpenſum quaſſare* vnico ictu funis: *Char-*

Digitized by Google

Chartarius dicto cap. 1 : *num.* 132. Tertium gradum ponit, quādo per vnum miſerere ; vel paulò plus ſuſpenſus detinetur. Quartum quando per quadrantem, vel tertiam partem horæ. Quintum, quando pedibus appenſi ſuſpenduntur compedes, vel alia pondera, vel eius dorſo inijcitur aqua frigida, ex *Carrerio in pract. fol.* 93 *num.* 2. & 3. vel refrigerari, & quieſcere in fune appenſum, per duas, vel tres horas, & deinde doloribus plenum iterum eleuari faciunt, qui vltimus modus nedum Religioſos dedecet, ſed etiam Laicos, & ſolum à crudelibus, & ſanguinarijs Iudicibus vſurpatur, vel tantum in atrociſſimis delictis, & in euidentibus indicijs applicatur, vbi de aſſaſſinio, de proditione Reipubl. de enormi ſacrilegio, hæreſi, rebellione &c. Mihi quoad Regulares, cum illa opinione ſtandum videtur, vt plenè tortus dicatur quis, quando prudentium Iudicum, & aſſeſſorum iudicio, tortus ſit iuxta qualitatem delicti, & indiciorum. Si enim indicia leuia fuerint, plenè torquetur, ſi torqueatur leuiter. Si autem grauia, vel grauiſſima fuerint, plena tortura erit, ſi grauiter, vel grauiſſimè torqueatur. Itaquè redeuntes ad concluſionem, dicimus, ſemel qlenè tortum, non eſſe amplius torquendum, quia modus rapionis exceditur, ſi autem plenè tortus nō fuerit, poteſt replicati tortura per alteram, aut tertiam vicem ad ſummum, iuxtà indiciorum exigentiam, itaut tortura non vnica vice, tota tnferatur, ſed in duas, aut tres vices diſpertiatur v. g. ſi iplena rortura fuerit indicata, ad ſpatium vnius. horæ, prima vice dari poteſt per quadrantem. Secunda per alium. Tertia per medietatem horæ. Vel in tertia vice addendo ſquaſſationes, hoc eſt eleuationes, & dimiſſiones appenſi per funem quæ vulgo dici ſolent *Tratti di corda*.

Tstrturæ genus ſæuiſſimum.

Plenè tortus vnica vice torquendus iterum non eſt.

Secunda Concluſio, adhuc inflicta tortura plenè, & ſecundum indiciorum exigentiam, ſi noua, & vrgentiora indicia ſuperueniant, ſpecie à primis diuerſa, tortura repeti poteſt. Quia ſicut prima tortura euacuauit priora indicia, ita ſuccedentia, per aliam torturam euacuari debent. Alias iuſtitiæ conſultum non erit. Dixi ſpecie diuerſa, quia ſi agatur de fama, de inimicitia &c. non ſufficit accepiſſe nouas probationes circa famam, vel inimicitiam, ſed neceſſe eſt, vt accipiantur alia, puta teſtis vnus de viſu, inuenta arma, ſcripturæ,, minę, confeſſio extraiudicialis, & his ſimilia, quæ vide in *pract. noſtra*

Tortura repeti poteſt ſi noua indicia ſuperueniant.

*ſtra fol.*33. per totum, tam quoad teſtes, quàm quoad Reum. Inter hęc ad ſecundam torturam indicia numerant, negare extra torturam, quod in tortura confeſſus fuerat. Quia tunc prioribus indicijs addit vacillationem, & mendacium. Itaq; ex communi ſententia, qui non ratificat extra quod in tormentis confeſſus fuerat, iterum torquendus eſt vſque ad ſecundam, vel tertiam ad ſummum vicem, vltra quas amplius torquendus non venit, vt in noſtra practica cautum eſt, ex probatis Authoribus ad marginem allegatis *fol.*32. Quia vt inquit *Chartarius num.*132. ſi confiteretur in vlteriori tortura, diceretur confeſſus vi tormentorum, & immoderatè tortus.

Et quæ hæc indicia

Tertia Concluſio: Tortura repeti debet, non eodem die, ſed interpoſitis ſaltem inter primam, & ſecundam torturam horis 24. qui eſt dies naturalis, & aptus ad ſedandum dolorem antecedentis torturæ, & Ratio eſt, quia confeſſio, non ex veritate, & libertate, ſed ex dolore, adhuc perdurante, elicita præſumeretur, niſi metiamur gradus torturæ, connumerando inter illas, conductionem, & ligationem &c. qnia hic non impediret, quin eodem die replicari poſſet, nam nec dolorem inflixit, nec ſi quis inflictus eſſet, permanet.

Tortura nõ eſt repetenda eodem die.

Quæſtio octaua. Quas pœnas meretur, qui indignè, & illegitimè Reo torturam infert.

Reſpondeo cum ſtatuto noſtræ practicæ *fol.*33. initio. *Sine cauſa legitima, & legitimè in actis probata, nec Teſtis, nec Reus tormentis ſubijciatur ſub pœna excommunicationis latæ in can. ſi quis ſuadente diabolo, in Iudice temere procedentem. Qui etiam officio diſtituendus, & ad id inhabilis perpetuò declarandus omnino erit, ſeruata P. Generali facultate, eundem vlterius puniendi iuxta temeritatis exceſſum, & depoſitio facta in tormentis nulla ſit.* Leuis quidẽ animaduerſio, quia in iure cõmuni capite plectendi ſunt *Roland. à Valle*, qui de cõmuni teſtatur, *conſ.*12.*n.*6 *vol.*3. & *Clar. d. q.*64. *initio*, qui alios multos citat. Licet dicat ſeruari tantũ, vbi Rei mors ſequeretur. Ipſeq; putet, vbi cõſtaret mortuũ ex malitia Iudicis corrupti, vel inimici &c. alias pœna extraordinaria puniendus; Nobis ſufficiat primo iniuſtè torquentẽ, ipſo iure incurrere excõmunicationẽ maiorẽ, quia per alios manus violentas in Clericum inijcit. Secundo priuandum, & perpetuò inhabilitandũ eſſe per ſententiã Prouincialis, ſi Iudex eſſet ab ipſo delegatus, vel Generalis, ſi Pro-

Torquens indebitè excommunicatur, deſtituitur, punitur,

ſi Prouincialis id commiſiſſet, vel ab eo delegatus eſſet. Tertiò Confeſſionem factam in tormentis nullam eſſe, quia fuit nõ iuris Ordo ſeruatus. *Iaſon.conſ.*188.*num* 2.*volum.*2.*Bartolus conſ.*70.*à num.*16.*volum.*2. *Corn. conſ.* 134.*in* 4.*volum. Bald. conſ.*479.5.*volum.Rolan à Val conſ.*3.3.*vol* & alij multi relati *à Bonacoſ apud comm opin.iur.tit.de queſt. num.*95.96. Quartò poteſt ſeueriori pęna à Generali puniri.

Sed circa hoc quęro Primò. An ad triremes, vel ad talionis pęnam condemnari poſſit.

Reſpondeo negatiuè, quia ſeuerior pœna non debet tam vaſtè excedere pęnas, in Statutis nominatas. Cùm enim ponat excommunicationem, & priuationem officij, nimis magnus exceſſus eſſet torquere Iudicem, vel ad triremes eum condemnare; quia ſi tortus in tormentis moreretur ex malitia Iudicis, pluſquam ad triremes condemnari non poſſet, cũ ergò in Religione talis exceſſus non numeretur inter delicta morte digna ad triremes mitti non poterit. Talionis autem pęnam, cum ſtatuta decreuerint in certis caſibus infligendam, ad hunc extendi non debet. Et ſic libitum erit Generali, hunc malum Iudicem carceri mancipare, flagella, ieiunia, & congruam ſatisfactionem iniungere. Indebitè torquens an ad triremes dãnari poſſit.

Quæro Secundò. Ex quo capite malitiam, vel dolum Iudicis conijcere valebimus.

Reſpondeo ex legum tranſgreſsione, quia dolus præſumitur, quando tranſgreditur leges. *Rolan.à Val.ibid. num.*10. Leges enim præcipiunt, non eſſe deueniendum ad tormenta ſine legitimis indicijs. Et dicitur *a Claro dicta quaſt.*64 *verſu Iudex autem*, excedere modum in torquendo, quando non ſeruat conſuetudinem Prouinciæ. Nos diceremus Religionis, conſuetudo autem Religionis eſt, vt nullus torqueatur, non præcedentibus indicijs, & non ſeruata practica Criminali. Torturę malè illatæ cognitio, vnde venanda.

Sed quid ſi id faceret ex ignorantia, vel zelo indiſcreto, quia conſtat non eſſe inimicum Rei, & aliàs virum non ſolitum ſæuire.

Reſpondeo, ex hac ignorantia non excuſatur, quia eſt iuris, non facti, *cap. ignorantia.de regul.iur.in 6.* nec excuſat ignorantia illius, qui ex officio ſcire tenetur, quinimò dolo comparatur. Quia eſt nimis craſſa, cum Iudici imponatur, vt non ſolus, ſed cum conſilio torturam infligat. An excuſet ignorantia, vel zelus.

Sed

An ſit puniendum totum Diffinitoriũ.

Sed quid: Si totum Diffinitorium erraret, motum ex ignorantia rerum Criminalium, vel deceptum ex aliqua probabili doctrina.

Reſpondeo per ea, quæ ſupra de Diffinitoribus ad ſententias adhibendis dixi. Excuſarem tamen Iudicem, & Conſiliarios, ſi ſecuti minus probabilem opinionem ad id proceſſiſſent, tum quia minus probabilem tutè ſequi poſſumus ſine culpa, ergo ſine pęna. Tum quia indicia, & tortura remittuntur arbitrio Iudicis. Id dixerim, niſi manifeſta appareret ignorantia, neglectus petendi conſilij à peritis, &c. Tum quia Statutum temeritatem ſupponit, de qua vide in Comment. *ad cap.1.Stat.1.§.9.fol.5.*

Quæro Tertiò. An Statutnm intelligi debeat de omni genere torturæ, an tantum de fune.

Statutum loquẽs de tortura, non ſolum de fune interpretandum eſt, ſed de omnibus.

Reſpondeo de omnibus, quia lex vniuerſaliter, & ſine diſtinctione loquens, vniuerſalitet, & ſine diſtinctione interpretanda eſt eò, vel maximè, cùm ſit eadem ratio de omnibus. Omnia enim tormenta, & corpus torquent, & mentem quatiunt, & remedium inueſtigandæ ſunt veritatis. Verum tamen eſt, quod in leuioribus tormentis, & in leuioribus gradibus ipſorummet tormentorum; non autem, vbi eſt pœna taxata. Quia de excommunicatione, & priuatione, ac inhabilitate, &c. Sentio firmiter in omnibus tenendas eſſe, ſiue funis, ſiue taxillorum, ſiue verberum, ſiue ignis adhibeatur tormentum. De arctatione non nihil remittendum putarem; cum non ſit tormentum adeò doloroſum, nec niſi leuioribus adhibetur delictis. Vide dicta de arctatione, & carcere ſupra *cap.4.quæſt 6.*

Quæſtio Nona. Reo tormenta ſuſtinente, quid agendũ erit.

Tortus plenè, & ſuſtinens, purgat indicia, & abſolui debet.

Reſpondeo ſi plenè, & completè tortus ſit, purgat indicia, & probationes contra ipſum exiſtentes. & àbſoluendus venit, etiamſi delictum plenè probatum eſſet, vel ſaltem non poſſet in pęnam ordinariam condemnari. *Albericus in Rubrica. C. de quæſt Boer.deciſ.163.num.13. Clarus ſupra verſ.veritas eſt. Vmbert. Locatellus in opere inquiſit. verb. tortura. numer.26.* Penſata enim indiciorum qualitate, & torturæ ſeueritate, ſi conſtat adęquatè tortum, & nihil confeſſum eſſe, omninò abſoluendus venit, quia ſuſtinuiſſe in tormentis, vim habet, ac ſi veritatem faſſus fuiſſet. Ita ex *Alberico, Claro, Caſo.Capol. Capbal.*

Cephal. Alphonſo affirmantibus eſſe practicã totius mundi, & omnium Tribunalium ſæcularium, & Eccleſiaſticorũ, firmat *Chartar. dicto cap. 1. num.* 133. & licet *Marſilius, Gomez Clar. Carrer. Carauita, Alphonſ. Pegna, Ioſeph, Cumin.* apud eundem *num.* 134. dicant relaxandum eſſe ſub fideiuſſione de ſe præſtando toties quoties, &c Alij tamen dicunt diffinitiuè abſoluendum eſſe. Placet practica dicentium, *Abſoluendum eſſe tanquam non repertum de iure culpabilem, nec punibilem, rebus ſic ſtantibus, & ita ex hactenus deductis*, ſiuè *nouis ſuperuenientibus indicijs*. Vndè ſi noua poſtmodum ſuperueniant indicia, poteſt iterum contra eum procedi, non obſtante abſolutoria ſententia. Maximè ſi indicia grauia fuiſſent, & inter Regulares per repetitionem torturæ plenè purgari non potuiſſent, cum eſſe non ſoleant, nec debeant tam acerrimi tormentorum Exactores. Hæc eſt communiſſima Doctrina apud eundem *Char. num.* 136. Tamquam nonrepertus de iure punibilis.

Quæſtio Decima. Si Reus in tormentis confiteatur, quid iuris.

Reſpondeo, *Confeſsio in tormentis facta, nulla eſt, niſi ſequenti die à Reo poſito extra vincula, & timores ratificetur.* Ita noſtra praxis *fol.* 34. ex omnium ſententia apud *cit. Chart. num.* 139. qui aduertit, non ſufficere, quod Reus non retractet ſuam confeſſionem, ſed opus eſt, vt illam poſitiuè ratificet. Confeſſio facta in tortura non valet, niſi ratificetur.

Dicitur die ſequenti, vt dolores ceſſaſſe præſumantur, nec allegari poſſit, confeſſionem factam fuiſſe non ſpontaneè, ſed vi tormentorum.

Dicitur poſito extra vincula, & timores, vt ceſſet iſta præſumptio violentiæ, quæ adhuc durare cenſebitur, ſi in vinculis perſeueret. Quinimò conſulunt, ratificationem hanc fieri debere non in loco, vbi tortus fuit, ſed in banco Cauſarum, ne ſcilicet locus refricet memoriam tormentorum, & quod pro veritate dicit, credatur dixiſſe ex recordatione, & timore tormentorum. Quam circumſtantiam non eſſe in vſu praxis contraria ſuadet, quia examinantur Rei in carceribus, vbi torti fuere, non tamen ad aſpectum tormentorũ, vt apud *Chart. num.* 147. docent multi. Et dari poteſt caſus, vt vnicus ſit locus, in quo, & de plano, & rigoroſè Rei examinentur, & tunc non eſt, cur alium locum quæramus.

CA-

CAP. VI.

De Pœnis Inobedientium, Contumacium, & Rebellantium.

TRes haſce pœnales animaduerſiones in vnum Caput colligimus, quia vni obedientiæ virtuti, ac voto opponuntur.

Inobedientia, contumacia, rebellio in quo differūt.

Quæſtio Prima. Quid inter inobedientiam, contumaciam, & rebellionem interſit.

Reſpondeo de inobedientia, contumacia, & rebellione egimus in noſtris Commentarijs ad Statuta, *cap.* 1. *Stat.* 3. *S.* 3. *&* *Stat.* 6. *S.* 17. *&* 18. & ſupra de contumacia, *cap.* 1. *quæſt.* 2. vbi de condemnatione contumacis. His addendum eſt, hæc tria delicta ſe habere aduerſus obedientiam ſecundum magis, & minus. Quorum malum eſt inobedientia, peius contumacia, peſſimum rebellio. Equidem ad probandam contumaciam, ſeu rebellionem, duo requiruntur ex *conſ* 41. 2. *volum. Criminalium, nu.* 1. Scilicet inobedientia antecedens, & inobedientia conſequens, mandatorumquè peruerſio, quod apertè colligitur ex *l.* 3 *&* 4. *ff. ad l. Iuliam Maieſtatis. Clem. Paſtoralis de re iudic.* In quo autem formaliter inobedientia conſiſtat, docet ex S. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 2. *Nau. in Sum. cap.* 23. *num* 35. nimirum cum obedientia ſit virtus ſpecialis inclinans ad faciendum, quod iubetur ex eo principaliter, quia iubetur, ſequitur ex oppoſito, quod inobedientia ſit vitium, inclinans ad non faciendum, quod iubetur ex eo principaliter, quòd iubetur. Et habet pro obiecto præceptum Superioris, vt Superioris, Ex quo ſuccedit conceptus contumaciæ, quæ tumet, & contemnit præceptum Superioris, non vt Superioris tantùm, ſed Iudicis, quia vt notat *Syluester verb. contumacia initio*. Contumacia eſt inobedientia voluntaria, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit, vt elicitur ex *cap.* 2. *de dolo, & contumacia*, cum *Gloſ. in verbo contumaciter*, quam inobedientiam, idem *Sylu.* diuidit in eam, qua quis vocatus comparere peremptoriè contemnit, vel ſe occultat, ne citetur, vel citatio-

Inobedientia in quo conſiſtat.

Contumacia quid.

tionem, ne ad eum feratur, impedit. Vel comparens ſine licentia aufugit. Vel ſententiæ parere retractat. Vide Authores, & iura apud eundem, qui etiam diſtinguit de contumacia vera, id eſt expreſſa, quando citatus dicit, Nolo comparere, & deficta, ſeu tacita, quando citatur, & non venit, ſeu latitat, ſeu impedit, ne citetur. lege *Ricciulum de Iure perſon. lib. 4. cap. 63. numer. 25. & 26. Foller. in praxi, §. non comparentes numer.* 40.

Cōtumacia vera, & ficta.

Tandem Rebellio non eſt eadem, ac inobedientia ex contempta, quia ſub hac notione venit contumacia, vt notat *Spiegiellius*, licèt à peritoribus pro eodem accipi innuat, ſed addit ſupra inobedientiam Superiori, & Iudici debitum infidelitatem, & inſurrectionem in Priucipem, eſtquè oppoſitum fidelitati debitore Superiori, ac Domino, vt delarat *Bartol. in Conſtit. Imperat. Henrici VII. qui ſint rebelles*, & ex illo *Farinac tom. 4. quæſt. 113. à num. 154. & Gigas lib. 1. de crim. Læſæ Maieſt. quæſt. 25. & 27.* ducta ex eo appellatione, quod quaſi bellum inferant Superiori, vnde Perduelles dici conſueuerun, velut duellum contra Dominum affirmantes, & in rigoroſa aeceptione tal s appellantur, qui contra Principem arma ſumunt, ac in eum inſurgunt, vt ex mulris ab ipſo citatis probat, *Scortia in Selectis Theor. 240. & 356.* In prædicta enim Conſtitutione *Henrici III.* ſinonima ſunt infidelis, & rebellis, vnde inquit, *Pronunciamus, quod omnes illi ſunt rebelles, & infideles noſtri Imperij, qui quomodocumque publicè, vel occultè contra noſtrum honorem, & fidelitatem aebellioni opera faciunt, & contra noſtri Imperij proſperitat ali. quie mathinantur contra nos ſeu Officiales noſtros in ijs quæ ad cummiſſum eis officium pertinent rebellando*. Ex quibus verbis rebellionis natura deducitur, vt ſit defectio ſubditi à ſuo Principe, vt idem *Bartol.* ait in *dicta Conſtit. §. tenore fin.* facta, vel rebſtendo, vel non obediendo, quia vt idem probat ex *Hugone C. de Ser. l. 2. lib.* 12. rebellare idem eſt, ac reſiſtere, quod fieri poteſt, vel faciendo aliquid contra vt congregando milites, occupando Ciuitatem, colligendo cū hoſtibus, impugnando arces, &c. vel non faciendo, quod præcipitur, ſeu non obediendo, vt non recipiendo militē, aut præſidiū à Principe miſſum Guberbatorem Ciuitstis, publicationem legis

Rebellio ad inobedientiam, & cōtumaciam addit infidelitatem ad Principem.

Com-

Commiſſarios ad cauſas publicas, vel priuatas, *cap. ſané de offic. delegati*, & vno verbo, quidquid fit contra perſonam, honorem, fidelitatem Principis, vel contra proſperitatem Imperij, aut contra officiales illius, in concernentibus eorum officium, nomine rebellionis venit, & inter rebellionis opera numeratur. Atquè hæc de notione horum terminorum ſecundum iura. Apud nos autem termini confunduntur, & idem ſunt *reſiſtere*, *contradicere*, *ſe opponere*, *aut rebellem ſe exhibere*, *cap*. 7. §. 5. *num*. 75. qui tamen omnes declarandi ſunt iuxta poſitam doctrinam, vt intelliguntur contra ſuperiores, vt Superiores. Licet enim *contradicere* in bonam partem in iure aliquando ſumatur, vt pro *allegare iuſtam læſionem*, prout affirmat, cum *Vlpiano in l. nam ita Diuus. ff. de adoptionibus Prateius*. Hinc verbum illud, quod ſolet opponi in commiſſionibus apoſtolicis, *Contradictores*, ex communi apud *Barboſam clauſula* 33. non compræhendit eos, qui contradicunt de iure, ſed tantum de facto: quia licitum eſt ſuas rationes exponere, & ſuam læſionem oſtendere, de iure tantum, & non de facto. Quæ tamen doctrina non eſt vniuerſaliter extendenda ad omnes caſus, quia hac ratione, obedientiæ votum, diſputationis materiam conſtitueremus. Quod non eſt dicendum, quia in voto obedientiæ ſubditus non habet velle, & nolle, ſed tenere debet Abbatem pro Deo, quia nimirum loco, & vice Dei recepit vouentis expreſſionem. Et ſic quando Generalis mitteret delegatum ad viſitandam Prouinciam, vel ad cauſas particulares, vel aliquid præciperet, ex ijs, quæ non ſunt animæ, & regulę contraria, nullo modo poſſet Subditus contradicere. Si verò delegaretur Inimicus, vel notoriè ſuſpectus, poſſet in hoc ſenſu contradicere, ideſt, ſuas læſiones exponere, & expectare delegati, vel delegantis reſolutionem, ſecundum regulas Eccleſiaſticas de appellationibus. Sic etiam ſi commiſſarij attentarent aliquid contra ordinis ſtatuta, vel ius naturale, & diuinum, aut Apoſtolicas conſtitutiones non dicerentur rebelles, nec contradictores, qui reſiſterent, vt affirmant *Rodriq tom. 1. quæſt. 54 art. 4. Miranda tom. 2. quæſt. 13. artic. 3. Portel. Ver. Commiſſarius Prouinciæ num. 1. & in Addit. num. 1.*

Contradicere quando in bonam partem ſumitur

Opponere quomodo ſumatur.

Hanc ſignificationem etiam ſortitur verbum *opponere* dum pro obijcere ſumitur *l. 42. §. Vſura ff ſolut. matrim.* dum dicimus

mus opponere compenſationem,opponere exceptionem *l.* 57. *ff.de procurat.* & ſecundum ſenſum præfatum non loquitur ſtatutum ſed de eo, qui de facto obedire renuit, delegatum recipere detrectat, vnde *C.de iure fiſci.l.probibitum*, vbi *Bartolus*, *& de off.deleg.cap.cauſam*, *vbi Panborm.* dicitur, non licere Magiſtratibus, Iudicibus, eorumquè officialibus reſiſtere, aut obſiſtere.

Sed cum conſtitutio iſta ſanciat ſolum de Imperatore, Imperio, eiuſq; officialibus, iure quæritur, an extendatur ad Reges, Reſpublicas, & Principes abſolutos.

Reſpondet *Bart.ſupra* §.*Rebellando num.*3. negatiuè, quia cum ſit odioſa conſtitutio rigorosè tenenda eſt. Sunt tamen rebelles ex veteri iure *l.amiſſione.ff de capitis diminutione*, in qua dicitur *deficere autem, dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, & in hoſtium ſe numero conferunt. ſed & ij, quos ſenatus hoſtes iudicauit, vel relegati &c.* & fatetur idem *Bart.* antiquiora iura non vſurpaſſe vocabulum rebellionis, ſed eius vice vſa fuiſſe vocabulo defectionis, & Henricum tuliſſe poſtea legem, vt veterem declararet, & quod in opinione erat, vel ſub comminatione, infligeretur de facto. Igitur, qui ſub alterius imperio conſtitutus deficit, ideſt, deſinit, quantum eſt ex ſeipſo eſſe ſub imperio illius, & hoſtis Domini conſtituitur, ex *Gloſ. in dicta l.amiſſione verb.conferunt.* dicitur rebellari.

Rebellare eſt tantum in eum, qui ſuperiorem non cognoſcit.

Sed an in Guardianum, vel in Prouincialem, & Generalem rebellio committi poſſit?

Reſpondeo affirmatiuè ex ſtatuto *cap.* 7. §.*de pœn. num.* 74. dicente, *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat &c. Qui Commiſſario à Generali miſſo reſiſtere &c. aut rebellem ſe exbibere præſumpſerit &c.* & infra, *& cap.*1.§.1. *à num.*4. *Qui Miniſtro, Vicario, aut Commiſſario Generali rebellauerit*: Quia licet rigoroſa acceptio rebellionis in his teneri non poſſit, quia Regulares, licet ſint ſubditi, non tamen ſunt Vaſſalli, nec fidelitatis iuramentum fecerunt, nec feudum obtinent, nec propriè ad hoſtes confugiunt, aut in Superiores arma capiunt &c. Attamen, quia vouerunt obedientiam, quæ maior eſt fidelitate, & ſuas voluntates Superiorum arbitrio obligarunt, poſſuntque facere

Rebellio cõmitti poteſt etiam in Guardianũ, & Prouincialem

actus,

actus, qui Superioris perſonæ, iuriſdictioni, honori, officioq; opponantur, iure optimo in rebellionis crimen incidere poſſunt. Et ſic in indiuiduo poſt *Bart. ſupra num.* 7. conſuluit, *Bart. Veron. conſ.* 17. quod crimen Leſæ Maieſtatis committitur, nedum contra Papam, ſed etiam contra Vicarios Eccleſiæ, & Dominos Ciuitatum, Quia leges loquentes de crimine læſæ Maieſtatis Imperatoris, & eius Officialis, trahuntur etiã ad Papam, & eius Rectores, & ſpecialiter ad Cardinales *cap. fælicis de pœnis in 6.* Vide notata in addit. ad *Bartol. in dicta conſtit Henrici dicto* §. *rebellando*, vbi multa ad rem adducuntur, & cẽrtum eſt Religiones, & ipſarum Generales, & Prouinciales iuriſdictionem habere à Summo Pontifice, imò à Deo, qui ſtatum regularem in Eccleſia fundauit, vt *Rod. tom. 1. quæſt.* 17. *artic.* 1. *&* 2. & nos in noſtris Commenr. ad *Stat. cap.* 1. *Stat* 6. §. 1. probauimus Generalem ordinis eſſe Principem, ac propterea in illum committi poſſe rebellionis crimen. Et adeſt manifeſta ratio ex natura rebellionis, quia poteſt cõtra illius perſonam ſubditus reſiſtere occultè, vel manifeſtè, repugnando, non obediendo, detrahendo, oſtendendo ipſum vel ſuos officiales. Ergo formalis committi poteſt rebellio, quia in his caſibus deficit à Superiore, & declarat ſe non habere illũ tanquam Superiorem, & immediatè eximit ſe ab obedientia.

Si petas, An poſſit ſubditus talia facere impunè, non odio ſuperioritatis, aut Superioris (in quo præciſa ratio rebellionis conſiſtit) ſed odio perſonæ, quia forte eſt ſuus inimicus, eſt peruerſus, eſt Religionis decoctor.

An aliqua ratione poteſt ſubditus ſuo ſuperiori non obedire.

Reſpondeo, vel præcipit, quæ inimicitiam ſapiant, & peruerſionem legum, & in hoc caſu obedire non tenetur, ex generalibus Prouincijs obedientiæ, quæ non obligat in ijs, *quæ ſunt contra animam, & regulam*, vt dictum eſt.

Vel præcipit iuſta, & honeſta, & ad ſuum officium ſpectantia, & tunc nullo modo poteſt prætendere inobedientiam, & rebellionem, vt firmat *Bart. ſupra* §. *tenore num.* 5. quia immediatè offendit Superiorem, vt Superior eſt. Scandaloſum enim principium aperiretur, ſi cuilibet conceſſum eſſet diſtinguere inter perſonam, & officium, & diceret, & fateor me eſſe ſubditum Generalis, attamen nolo obedire, quia me odit &c. Superioris mandata non examinantur, Sed adimplentur. Et

ideo

ideo in dicta Conſtit. Henrici, ponitur Rebellio, ſi non pareatur, *Nobis*, *Imperio*. [*Officialibus*, atque adeò] perſonæ, & officio. Hinc eodem loco *num. 7. Bart.* ponit quinque ſpecies rebellium, ſeu quinque actus rebellionis. Primum, & ſecundum, ſi dicit publicè, vel occultè contra Principem. Tertium, ſi non obediat, etiam ſi opera hoſtilia non faciat. Quartum, ſi faciat contra perſonam Principis tantum. Quintum, ſi faciat contra officiales eius. Et quis non iudicat Reum læſæ maieſtatis, ſi manus in Principem iniiceret, tanquam in inimicum, & ex priuato odio, & non contra eundem, vt Principem. Rebellionis quinque actus.

Dices, quid ſit rebellare occultè. Rebellare occultè.

Reſpondeo ex *Bart. ſupra* §. *occultè*. cum quis fingit ſe non eſſe hoſtem, & velle obedire, attamen occultè facit opera contraria. Vt ſi collegiſſet milites aduerſus Principem, poſtea verò fingeret illos dimittere, vt vicinus Princeps illos ſuis ſtipendijs ad ſe vocaret &c. nos poſſumus dicere, ſi per vim ſæcularis impreſſionis, vt recurrendo ad Principem Sæcularem, Regem, Senatum, Parlamentum, Conſilium, impedire faceret executionem præceptorum, & officialium Generalis, eius authoritatem, viſitationem, Commiſſarios, Suggerendo Principibus rationes ſtatus, quibus moneantur ad impediendos Superiores, ne vel ipſi, vel eorum officiales, aut epiſtolæ ad ſuos ſubditos accederent, vt cum maximo regularis diſciplinæ diſpendio his annis factum, & fieri miſerabiliter videmus (ſcribimus enim hæc anno 1643.) Quis ſapiens, & non amoræ, aut peruerſæ mentis negabit, hos, qui talia procurant, rebelles exiſtere? Idem ſiquidem eſt, ac ſi Ciuitas, vel Caſtrum vias obſtrueret Principi naturali, ne in ſuo dominio reciperetur. Exemplificat *Baldus* de colligationibus, & ſocietatibus, quas Reipublicæ, vel Ciuitates facere ſolent inter ſe. Quas iure prohibitas, & conuenticula eſſe, contra proprium Principem firmat *lex in iuſſibus feudorum de pace firmanda. cap. 1.* §. *conuenticula*. Hos igitur affirmo reos eſſe rebellionis, & læſæ maieſtatis v.g. ſi deſtinanre Viſitatorem Generale. quis procuret ipſum non admitti, quia non eſt de ſtatu, vel commiſſionales literas non recipi; quia eſt bellum inter nationes, & ſic mala libertate fruitur, Sciſmaticus, Ordinis diuiſor, & promiſſæ obedientiæ profligator. Eſt enim Rebellio ſemper grauiſſimum

mum

mum peccatum mortale, quia opponitur obedientiæ, *Sanctus Thomas 2.2.quaſt.162.artic.4.Sylu. verb. Superbia num. 6. Sanctus Anton. 2.part.tit.3.§.13.* patetquè ex Apoſtolo ad *Roman.1.& ad Timot.3.* vt refert idem *Sanctus Thom.quaſt. 105. artic.1.* & ratio eſt, quia opponitur charitati, & iuſtitiæ, nam charitas præcipit diligi Deum, & proximum. Et iuſtitia reddi Deo, quæ Dei ſunt, & Cæſari, quæ Cæſaris. Hinc patet grauitas rebellionis, quia licet poſsit dari inobedientia peccati venialis, vel ob paruitatem materiæ, vel ob actus imperfectionem, *Caiet.in Sum.verb. Inobedientia. Armilla ibidem num.1.Sylu.Verb.Superbia.à num.1. Angelus eod. Tabiena verb.obedientia num.20.*

In rebellione autem, quæ ſupponit inobedientiam, & contemptum, malitia ſemper eſt mortalis, hinc maiores exagerationes contra peccatores in Sacra Scriptura in malitia rebellionis fundantur *Nolite rebelles eſſe contra Dominum. Num.14.* & *cap.20. Audite rebelles, & increduli, ſemper fuiſtis rebelles. Deut.9.fuerunt rebelles lumini. Iob.25. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos. Iſ.41.*

Inobedientium pœnæ

Quæſtio ſecunda, De pœnis inobedientium.

Reſpondeo, per ſtatutum c.7.§.de pœnis num.23. *Inobedientium pœna eſt carceratio, ac conſequenter actuum legitimorum priuatio: Si debitè moniti, in contumacia perſeuerant.* De carceratione, & actuum legitimorum priuatione dictum eſt ſupra.

Circa quam Concluſionem, & Conſtitutionem occurrit Prima difficultas. An ob quamlibet inobedientiam poſsit ſubditus carcerari, & priuari.

Inobedientia carceratione digna debet eſſe peccatum mortale.

Reſpondeo primo, nullus poteſt carcerari, niſi ob inobedientiam, quæ ſit peccatum mortale, patet, tum ex ſtatuto examinato ſupra *cap.4.quæſt.5.* de qualitate delicti, carceratione digni. Tum ex mox citato, ibi, *Si debitè moniti in contumacia perſeuerant.* Quibus innuitur, inobedientiam eſſe debere appenſatam, & pertinacem, quæ arguit culpam mortalem ex *S. Thom. 2.2. quaſt.* 104. quia includit contemptum, qui ſemper eſt peccatum mortale, ſiue ſit circa conſilium, ſiue circa præceptum. Quo remoto, ſiue etiam conſuetudine.

Syluester refellitur.

(*Angelus verb. Inobedientia, initio*, non erit mortale, quidquid dicat *Siluiſt.eod.tit.num.3.* qui poſtquam totum exſcrip-

ſit

ſit ab Angelo, ipſum carpit opponens exemplum contrahentis intra gradus prohibitos, non ex contemptu, vel conſuetudine, ſed ex voluptate, vnde ſequeretur non peccare mortaliter, quod eſt falſum. Sed verè fallitur, quia alia eſt materia legis poſitiuæ, quæ ſecundum mentem legiſlatoris non obligat ad mortale; niſi adſit contemptus, nam non cenſetur, legiſlatorem voluiſſe omnibus, & ſingulis tranſgreſsionibus inijcere vincula peccati mortalis. Alia eſt deordinatio grauiſsima, vt contrahere matrimonium prohibitum, quod vetatur ſub pœna excommunicationis. Ex qua præciſa mens legiſlatoris conijcitur, & ideo in hoc nullus negat adeſse peccatum mortale, tum ratione materiæ, tum ex parte legiſlatoris ad mortale obligantis. Quo in loco iuuat refellere eundem *Sylueſtrum*, dum *Angelum* malè impugnat, aſſerendo Bernardum malè ab Angelo citari, quaſi non loquatur de præceptis, ſed de mandatis, cum apertè idem Angelus recenſeat verba eiuſdem Sancti dicentis, *Surreptum fuerit contra præceptum &c.*

Inobedientia contumax, carcerationem inducit,

Reſpondeo ſecundo, Non in quodcumquè peccatum mortale inobedientiæ poſſe ſancitis pœnis animaduerti, ſed illud quod eſt aliqua inſigni circumſtantia qualificatum. Probatur ex ipſomet ſtatuto dicente. *Si debitè moniti in contumacia perſeuerent*, ideſt, *ſi trina monitione præmiſſa per diem naturalem, congruis interuallis inobediens perſeueret*. Igitur non punitur inobedientia, vt inobedientia, ſed vt perſeuerans in contumacia. Et non eſt dubium, quod quælibet inobedientia Voluntaria circa materiam grauem, & eò magis ſi contemnat, eſt peccatum mortale, & tamen non omnis talis punitur his pœnis, & Ratio eſt, quia non eſt artis omnes defectus emendare, ſed illos, qui communitati maximè incommodant. Sicuti de ſingularibus non datur ſcientia, ita de ſingulis defectibus, quæ in Republica committuntur, non dantur punitiones, ſed de frequentioribus, & conſideratione dignis, hinc illud, *Si quoties peccant homines, ſua fulmina daret Iuppiter, breui tempore inermis erit*.

Debita monitio, quæ contumacé facit, debet eſſe trinal

Secunda difficultas, quid ſit debitè moneri.

Reſpondeo, vide dicta in Comment. *ad Stat.cap.1. Stat.*4.§. 18, & hic *cap* 11. *quæſt.* 4. vbi de audiendo Reo, ante condemnationem, actum eſt. Nimirum per trinam monitionem, aut

vnam habentem vim trium monitionum, vel etiam vna tantum monitione præmiſſa, ſi diſcretorum conſilio tam conſpicua inobedientia appareret. vt ſancitur *cap. 1. num.* 8. *Statut.* In quo meritò dubitari poteſt, An dicente ſtatuto, *Qui autem pœnitentiam per locorum Superiores ſibi impoſitam, agere renuerit, de diſcretorum conſilio, & aſſenſu, etiam trina monitione non præmiſſa, carceri mancipetur*. eodem modo procedendum ſit contra inobedientem Generalibus *num.* 4. contra ijſdem rebellantem, vel iniurioſis verbis agentem *numer.* 5. contra, hæc in Prouinciales, & Commiſſarium committentem *num.* 6. vel etiam iſta perpetrantem contra Guardianum, Vicarium, vel quempiam grauiorem Patrem *num.* 7. itaut carcerari non poſſi, & puniri inobediens, vel rebellans Generalibus, & Prouincialibus, niſi ſemel, vel ter prius moneatur, ſicuti moneri præcipitur, qui impoſitam ſibi à Guardiano pœnitentiam agere recuſauerit. Vel in eiſdem Diſcretorum conſilium requiratur.

Reſpondeo negatiuè, quia talis cautio non ponitur, niſi in nolente acceptare pœnitentiam à Guardianis mandatam. Ergo ad alios tanquam odioſa extendi non debet. Vindicare enim iniurias, & emendare delicta, ad ordinarium Superiorem ſpectat, vt probaui in *cit. Comm. cap.* 1. *ſtat.* 4. *§.* 8. *fol* 25. adde *cap. quanto.* 2. *quæſt.* 5. *Abb. in cap.* 1. *de poſtul. Prælat. Gloſ in cap. quod ſicut de elect.* § *ſuper eo, & c. ex litteris de offic. delegat* vbi *Abb. cap.* 1. *de maled. Alex. conſ.* 35. *lib.* 2. *Oldrat. conſ.* 258. ergo iure ordinario poteſt punire inobedientiam, & rebellionem ſibi, vt Iudici, & Prelato illatum, in quo cum communi, diſtingue, prout in allatis commentarijs diſtinxi de perſona, & dignitate, de notorio, & non notorio, de pœna determinata in lege, & arbitraria. Verum, cum etiam iſti Superiores imponere poſſint ſalutarem pœnitentiam, maiori ratione, quam Guardiani, in caſu inobedientiæ, de æquitate, cenſeo, eos ſeruare debere leges Guardianorum, circa monitiones adhibendas, quia cum ſit eadem vtrorumquè ratio, nimirum fraternæ imbecillitatis compaſſio, debent omnes eamdem charitatis paternæ normam tenere. Dixi de æquitate, quia de iuſtitia ad hoc non tenentur. Ad hæc, conſideranda eſt diſparitas inter Superiorem localem, & alios maiores.

De

De illis enim ſancitur. *Qui autem pœnitentiam, per locorum Superiores ſibi impoſitam agere renuerit &c. etiam trina monitione non præmiſſa carceretur &c.* De Generalibus autem, & Prouincialibus, non dicitur de impoſitione pœnitentiæ, ſed ſi ijs *non obedierit, rebellauerit &c.* & Ratio diſparitatis eſt, quia licet Guardiani ſint ordinarij Prælati non ſolum in Refectorio, ſeu Capitulo, ſed etiam toto Conuentu, & ita poſſint præcipere in illis, ac in qualibet parte Conuentus, vſus tamen obtinuit immemorabili conſuetudine id declarante, vt non imponant ſalutares pœnitentias, niſi in Capitulo, vel Refectorio, nec ſubditorum culpas auſcultent in alijs quibuſquè partibus Conuentus Et propterea ſenſus ſtatuti eſt de pœnitentia impoſita, in capitulo, ſiue Refectorio, itaut ſi alibi imponeretur, puta in choro, in Dormitorio, vel in Clauſtro, non eſſet locus carcerandi inobedientem, & pœnitentiam exequi renuentem. Quia non eſt ſolemnis, ac regularis pœnitentiæ impoſitio. Vnde Capitulum, & locus refectionis eſt veluti Tribunal Guardianorum, inque ijs ſuam iuriſdictionem exercent, neque hoc ſufficit, niſi etiam adſit communitas fratrum. Itaque ſi pœnitentia imponatur extra hæc loca, vel in ijs, extra communitatis præſentiam, non inferet carcerationem inobedienti, quia ſtatutum pœnale ſic diſponit. Generales autem & Prouinciales non habent ſuum Tribunal in vno Conuentu, ſed in omnibus ſibi ſubiectis, ideo non diſponitur de illis ſicuti de Guardianis, etſi etiam non ſoliti ſint Superiores maiores culpas auſcultare, & pœnitentias imponere in viſitationibus, alijſq; occaſionibus occurrentibus, niſi in prædictis locis, tamen ſi in alia parte Conuentus aliquid præciperent, & illis notoriè non obediretur, ſiuè rebellaretur, poſſent per ſancitas pœnas in refractarios procedere, patet hoc à ſimili, quia Iudex poteſt iudicare de ſuis iniurijs, ſi fuerint notoriæ, ideſt, factæ publicè in præſentia populi, vel illatæ ſibi, ſedenti in ſuo Tribunali, vt eſt communis opinio, apud *tom.* 2. *Commun. opin. iuris lib.* 9. *tit.* 25. *num.* 18. *&* 19. at ſi agatur de Principe vel Domino, poterit illas punire, quomodocumque inferantur, vt de crimine leſæ Maieſtatis, eodem *lib. tit.* 6. ſic etiam &c.

Guardiani in quo loco ſalutares pœnitentias imponere debent.

Tertia difficultas: Quid ſit, *Præſumpſerit*? An ſcilicet ceſ-

ſante præſumptione, adhuc remaneat conceptus inobedientis contumacis rebellis.

Præſumere quid ſit.

Reſpondeo, ſumimus hic *præſumere* in ea ſignificatione, qua tantum valet, quantum *audere*, vel *tentare* aliquid contra ius *cap ſed nec*. *Ne Clerici, vel Monachi ſæcul. negot. ſe immiſ.* vbi dicitur, *Ne Clericorum quiſque exercere præſumat*. ideſt tentet, audeat. Vide dicta in *cap.* 1. *Commentar. ſtat.* 1.§,10. Cœterum ſtatutum Ordinis dicto *cap.* 7. *num.*75. ait, *Qui Commiſſario, à Generali miſſo reſiſtere, contradicere, ſe opponere, aut rebellem ſe exhibere præſumpſerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, &c. & n.*74. *Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat &c* in quibus videre eſt formam loquendi ſatis diuerſam. ibi ponitur, præſumptio, hic ſola rebellio. Vnde dubitatur, an in vtroque caſu requiratur præſumptio, an ſufficiat ſola facti inſpectio, itaut, ad incurrendas pœnas ſufficiat actus inobedientiæ, contumaciæ, rebellionis, quidquid ſit de intentione, & formalitate præſumptionis, an verò in vtriſque requiratur prçſumptio.

Rebellem ſe exhibere commiſſarijs inducit excommunicationem

Præſumptio ſupponit ſcientiam.

Reſpondeo ſecundo requiritur præſumptio, quæ ſupponit ſcientiam, & dolum. *Bonacina de cenſuris in communi diſput.* 1, *quæſt.* 1. *par.* 3. *num.* 18. *& quæſt.* 2. *par.* 1. *num.* 11. *& de cenſuris Bullæ cœnæ diſput.* 1. *quæſt.* 22. *par.* 3. *num.* 3 apud quem *Sanchez, Auila, Duardus, & alij*, dum declarant verba illa poſita in Bullis, *Abſolutè præſumpſerint* ſentientes in vim illorum non incurrere excommunicationem Bullæ cœnæ, & alias, eum, qui inaduertenter, indeliberatè, ignoranter, peccaret contra præceptum, & faceret actum prohibitum ſub cenſura, & excuſari per quamcumque ignorantiam, etiam craſſam, & ſupinam, quia hæc ſcientiam, in præſumptione requiſitam tollit. Quare præſumptio importat voluntarium, plenum, directum, & ex certa ſcientia legis, cenſuræ, ac præcepti. Quod affirmarunt, cum citatis authoribus *Suarez Molina, Filliuc.* & alij communiter apud eundem de *Cenſur. in communi diſp.* 1. *q:* 1. *puncto* 3 *num.* 18, *fine*.

Omnis ignorantia, etiã craſſa excludit præſumtionem

Ex qua doctrina infero primo, Qui tales cenſuras, & ſtatuta neſciret & Commiſſario, vel Superiori locali reſiſteret, non eſſe pœnis ſtatutarijs obnoxium.

Infe-

Inferoſecundo, qui deceptus ab aliquo motiuo, ſibi ratio-nabili viſo, nimirum quia Commiſſarius reputatur deſtructor diſciplinæ, diſcordiarum ſator, hoſtis bonorum &c. & putaret ſibi hoc ſufficere ad non contrahendam excommunicationem & rebellionem, & propterea Delegato reſiſteret &c. non incurrere excommunicationem in foro conſcientiæ, bene quidem in foro exteriori, quia hæc ſua ignorantia, vel iudicij peruerſitas, cum in foro exteriori probari non poſſint, non eximerent ſic ſe opponentem Delegato à cenſuris, & pœnis, & ſuum erit probare iſtas exceptiones.

Infero tertio, tam in reſiſtentibus, & ſe opponentibus Delegato à Generali, quàm Prouinciali, vel Guardiano, requiri præſumptionem, ſiue ſcientiam, & dolum, & deliberatum actum peccandi. Quia, quod facit in foro interiori cenſura, facit in exteriori rebellio, nimirum, quia ſicuti non incurritur cenſura ſine præſumptione, vt expreſsè cauet ſtatutum, ita non eſt rebellio ſine præſumptione, quia vt diximus initio huius *capit.* 6. rebellio includit inobedientiam, & contumaciam & conſequenter contemptum, ac peccatum mortale grauiſſimum. Quæ ſine perfecta deliberatione, ſcientia, & expreſſione, fieri non poſſunt. Eſt enim peccare voluntariè, & appenſatè. Ideò, vbi rebellis quis declaratur, ſupponi debet, id feciſſe voluntariè, & appenſatè, ſcienter &c.

Si quis autem quærat, vnde quis dignoſci poſſit, peccaſſe ex ignorantia, vel ex malitia, & temeritate, vel ex debilitate voluntariè, an inaduertenter.

Reſpondeo ex regulis generalibus. Nam quod dicitur: *Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia l. varius ff. de probat. §. quod autem l. ſuper ſeruis* C. *qui milites non poſſ. cap. præſumitur, de reg. iur. in* 6. declarant Doctores per diuerſas limitationes, & ampliationes. Nimirum in longinquitate temporis, vbi præſumitur obliuio *Bartol. & alij in l. peregrè. ff. de acquir. poſſ. ff. Gramm. conſ.* 47. *num.* 13. *Gandin. in titulo de falſar. num.* 28. In facto graui, & arduo maximè ſi agatur de ruſtico milite minore, *Alexand. in dicta l. peregrè. verſic.* 3. *fallit Felin. in cap. cum illorum. verſic. vltimo nota de ſent. excomm. Guidopapæ quæſt.* 127. Stante iuramento, ſuper tali ignorantia, facto ab Epiſcopo, & maioribus de Capitulo, quod neſciuerint. *Gloſ. in cap. propoſuiſti.* 8? *di-*

Ignorantia quando præſumitur.

ſtin.verſic.non probatur . *Marc. Anton' Bauer. in tractatu de iureiur.* & vniuerſaliter valet in facto, non in iure, quia *ignorantia facti, non iuris excuſat.de reg.iur.in 6.* & in dubio, non autem in claris. *dicta l.verius.* cum allegatis per *Soccin.regul. 3. Lapum allegat. 90.num.4.* & multos alios citatos à *Barboſa Axiom. 113.num.12. Gabrielium. de regul.iur.lib. 6.concluſ.6. & 7.* & *Philippum Tinghium tom. 1.Suarum regularum iuris lib.9.per totum.* Itaquè Religioſus non poſſet allegare ignorantiam iuris municipalis, & Statutarij, tum in hac parte, tum in alijs materijs ſtatutorum. *Quia ignorantia iuris neminem excuſat.* vt c'arè probat textus in *l. iuris. C. qui admit.* vbi *Gloſ. & Doctores in cap.2. de conſtitut.* & non ſolum in ijs, quæ ſunt de iure diuino, & naturali, ac gentium. *cap. turbetur. §. notandum 1. quæſt. 4. l. 2. C. de in ius vocandis*, *vbi Gloſ.* ſed etiam in iure municipali, & ſtatutario. *Gabriel ſupra conſil. 5. Sebaſt.med.de caſibus fortuitis 1. part. quæſt.3. Gail. lib. 2. obſeruat. 48. num. 29. Maſcard. conc. 879. Tuſculus tom. 4. lit. I. concluſ. 11* & ratio eſt, quia ſtatuta ſępius publicantur in anno, & omnes Religioſi ea ſcire tenentur, & lata culpa eſt, ea neſcire, quæ ex iure tenentur, *l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus*. De lege enim publicata non præſumitur ignorantia, *Gloſ. in cap. propoſuiſti. in Verſic. non probatur diſtin. 82.* ſicuti nec de edicto publicato. *Corn. conſil. 33.* & de ſtatutis iam publicatis pro tali Religione nullo modo ignorantia præſumi poteſt, quinimo præſumitur ſcientia, quoad perſonas talis Religionis, aut loci, *Bald. in dicta l. leges. Bartol. in repet. l. quod Nerua. ff. de poſſeſſ. Alex conſ. 65 vol. 6. Paris. conſ. 49. volum 1. Ripa in 2. reſponſ. volum. 1.* Quia iam facta eſt notoria ſtatutorum publicatio, & fama publica contentorum in illis conſurrexit., vnde exulat ignorantia, & præſumitur ſcientia, & hæc præſumptio eſt iuris, & de iure, lege *Gabrielium concluſio. 5. à numer. 12.* Quare non video quomodo in Regularibus poſſit probari ignorantia Conſtitutionum. Et qui eam allegaret, teneretur illam probare.

Lata culpa eſt neſcire, quæ ex iure tenemur.

Præſumptio iuriš, & de iure.

Et licet in *l. ſuper ſeruis. C. qui militar. poſſ. vel non poſſunt*. Ignorantia probetur, *eo quod contrarium minimè probatur*. Vel vt dictum eſt ſupra, probetur per iuramentum illius, qui dicit ignoraſſe. Quia cum ignorantia ſit

Ignorantiā allegans, illā probare tenetur.

pœnes

penes animum, non poterit aliter probari, vt fatetur *Damaſus vetuſtiſſimus Doctor regul.* 131.& ſic difficillima eſt probatio intentionis, quæ ſine dubio, ſi probaretur, non fuiſſe ordinatam ad malum, ſed cauſatam ab ignorantia, liberaret inobedientem, contumacem, & rebellem à pęnis Statutis, vt legere eſt à *cap.*46. *vſque ad* 51. *diſt.* 50. *& cap. Ordinationes* 9. *quæſt.*1. vbi parcitur ordinatis à Schiſmaticis, *Niſi probare valuerint ſe cum ordinarentur, eos neſciſſe damnatos*, cui ſimile eſt caſus in *cap. ſi qui à Simoniacis* 1. *quæſt.* 1. nimirum de ordinatis à Simoniacis per ignoranriam, &c. & *cap. Si verò aliquis de Sentent. excommunicat.* de percutiente Clericum, neſciente eſſe talem, tunc non incurrit, &c. vel ſi eſt in dubio, iuret ſe ignoraſſe, & in *cap in lectum* 34. *quæſt.*1. vbi remittitur inceſtus mariti, qui ſororem vxoris cognouerat inſcius. *Si per ſecuritatem verum hoc probauerit, quod inſcius fecerit hoc ſcelus*, in quibus tam leges, quàm Canones eximunt à pœnis committentes homicidia caſu, animo indeliberato per ignorantiam, & fortuito. Attamen ſicut cogitationum Deus eſt Iudex, & Teſtis, ita in foro exteriori, nec præmiari, nec puniri poſſunt.

Ignorantia à pœnis liberat.

Si quid autem piæ interpretationis applicari poſſet taliter rebellanti, vt eum à pœnis liberemus, id poſſet eſſe, ſi frater eſſet iuuenis, ruſticus, & indocilis, maximè ſi eſſet laicus, tunc laborare eundem ignorantia Conſtitutionum Apoſtolicarum, & ordinis præſumendum eſſet. Caſus expreſſus in *l. Regula ff. de iuris, & facti ignorantia*, quam charitatis gratia ex parte apponere placuit. *Regula iuris eſt, iuris ignorantiam cuique nocere, facti verò ignorantiam non nocere. Videamus igitur, in quibus ſpeciebus locum habere poſſit ante præmiſſo, quod minoribus* 25. *annis ius ignorare permiſſum eſt, quod & in fœminis propter ſexus infirmitatem in quibuſdam cauſis dicitur. Et ideò ſicubi non eſt delictum, ſed iuris ignorantia, non læduntur*. Quę ſanctio fundatur in ſexus fragilitate, in ruſticitate, in malitia, in minoritate, quæ Legibus vacare non permittunt, vt commentatur *Cuiacius*, qui adijcit, *Excuſantur fœminæ, & ruſtici certis quibuſdam caſibus, & hoc vbi delictum non eſt. ſed legum ignorantia, delictum ſcilicet, quod iure naturali prohibitum ſit, vt furtum, adulterium, ſtuprum, nam huius iuris ignorantia neminem excuſat.* Verum ſi cri-

Quibus caſibus rebellis à pœnis liberari poſſet.

men

men tantùm deſcendat ex iure ciuili, etiam fœminas, & minores iuris ignorantia excuſat. l. ſi adulterium. ff. ad l. Iuliam de adult. Vbi propter minorem ætatem, & propter ſexum excuſantur inceſtæ nuptiæ, et propter ruſticitatē manifeſtam, ob quam tale matrimonium contraxit. Cuius rei bonam coniecturam adducit, ſi ruſticus, vel fœmina, &c. ſtatim ac illis reuelatur error, corriguntur, & retrahunt ſe, videntur inuiti contraxiſſe; Sin autem dicendum eſt oppoſitum, quia actus, cuius pœnitentia nos non capit, non eſt dicendus inuitus ex *Ariſt. 3. Magnorum Moralium ad Nicbomacbum*. Igitur vt ad rem noſtram reuertamur, ſi ex coniectura ruſticitatis, ſtoliditatis, vel indeliberationis, aut conſiderationis defectu præſumi poſſit in aliquo fratre ignorantia iuris, tunc excuſandus eſt à pœnis Statutorum. Quia, vt inquit *Syluest verb. ignorantia n. 14.* Ignorantia, quæ eſt ſine omni culpa, vitat omnem pœnam legis, pro quo citat *Panor. in cap. cognoſcentes de Conſtit* quantitas enim pęnę proportionari debet quantitati culpæ *cap fœlicis de pœn. in 6.*

Cuiacius examinatur.

Aduertendum hic eſt, doctrinam Cuiacci non eſſe ex omni parte veram, vel ſaltem interpretandam, quia licèt factum ſit naturali, aut diuina lege prohibitum, adhuc in lata culpa, vel in ignorantia craſſa, & ſupina excuſaretur. Quia vbi requiritur dolus, & ſcientia, ſufficit ad excuſandum à pęnis quoad nos (quidquid ſit de diuino iudicio) quælibet ignorantia excuſat à dolo. *l. plagiarij criminis. C. ad l. flauiam de plagiar.* cum alijs adductis *à Cataldino conſ. 58. criminal. vol. 1.* & alijs allegatis à *Salſedo in addit. ad Diaz cap. 88. verb. excuſabitur*, vbi ait *Immo pœna amiſſionis bonorum, quæ contrahentibus inceſtas nuptias infertur, minimè locum ſibi vendicat, data in ipſis contrahentibus ignorantia iuris, vel facti etiam craſſa, quæ ex lata culpa contingit*, & hanc opinionem dicit communem. *Couar. in 4. decret. 2. par cap. 6. §. 8. num. 21.*

Ad probandam ignorantiam, quando ſtādum ſit iuramento.

Pro complemento huius difficultatis noto ex *Graſſio deciſ. 2. par. lib. 2. cap. 9. num 20.* Licèt verum ſit, ſtandum eſſe iuramēto in ijs, quæ dependent ab animo, vt multis iuribus, & Doctor, probat tamen non ſemper adhiberi debet iuramentum, nec illi ſemper credendum eſt. Quia ſi caſus poteſt per alios probari, non debemus ad iuramentum confugere. *cap. ex parte de offic. Ordinarij. cap ſicut nobis. de ſent. excom.* quia non eſt adhi-

adhibendum remedium diuinum, dum habemus humana. *cap.illud. cap literis de præſumpt.cap.preterea de Teſtib.* Itaquè ſi adſunt certæ, & magnę præſumptiones, quod rebellis ius ſciat, non eſt ei dandum iuramentum de ignorantia. *Bart.in l.inter omnes* 1. *S.rectè ff.de furt. Innoc.in cap cognoſcentes de Conſtit* ſicut etiam, quando perſona non eſſet fide digna. *Baldus in l.falſus.C.de furtis.Gloſ.in cap ſignificaſti* 1. *de homicidio*. Cœterum his præſumptionibus ceſſantibus, ſtandum eſſet aſſerentis iuramento, quia non eſt veriſimile, quod quis ſit ſuæ ſalutis immemor. *cap.ſancimus* 1. *quaſt.* 7. Deus enim eſt optimus teſtis, quia omnia nouit. *cap.videtur. qui matr accuſ. poſſ.* alias iſte deſtitutus. probationibus reperiretur, nec faceret, quod poſſet. *cap.faciat* 22. *quaſt.* 2. Hoc totum ſtet prudentis Superioris arbitrio.

Quæſtio Tertia. An excommunicatio in rebelles impoſita ita ſit ipſo facto, vt nulla alia ſententia, vel declaratione indigeat. Sicut etiam priuatio actuum legitimorum.

Reſpondeo primo iuxta dicta ſupra *cap.*2. *q.*2. *& in Comm. cap.*9. *Stat.*7. *quaſt.*4. *pag.*794. *&* 95. non eſſe excommunicatum, nec priuatum, niſi poſt ſententiam declaratoriam criminis, vt patet ex Statuto Ordinis, ibi allegat. Contra. Hæc excommunicatio non eſt Ordinis, ſed Pontificia. *Greg.* nimirum XIII. in *Bulla. Quoniam noſtro*. Ergo non pendet à declaratione, & moderatione Capituli generalis. interpretanda eſt iuxta regulas Canonicas, quæ excommunicationem latæ ſententiæ cum effectu intelligunt, alias nulla incurreretur excommunicatio in foro conſcientiæ, ſi hæc non incurritur, quia omnium aliarum eadem eſt ratio. *Peirinus tom.*1. *Priuil Conſtit.*6. *Iul.*2. *num.*20. vbi citat Sanchez in multis locis. *Theſaurus de pœn.*1. *par.cap.*32. *quaſt.*1. Rebellis cõtrahit pœnas poſt declarationé.

Reſpondeo hanc interpretationem patitur etiam Apoſtolica Conſtitutio, quia cum ea lata ſit ad inſtantiam Ordinis, patitur interpretationem Ordinis, qui habet facultatem declarandi, & interpretandi priuilegia Apoſtolica ſibi conceſſa ex *Innocentio VIII. & Leone X. et Eugenio IV.* qui Prædicatoribus, & Minoribus concesserunt, poſſe eos declarare, ſaltem doctrinaliter dubia in Bullas Apoſtolicas incidentia. Relatore *Rodrig.tom.*1. *quaſt.*11. *art.*5. *apud Rodriguez Iuniorem reſol.*9. *num* 35. *et* 48. qui citat S. *Thom. Nau.Silu. Cordubam,* & mul- Religio poteſt declarare, & interpretari Priuilegia ſibi cõceſſa.

Cordubam, & multos alios dicto. *num.* 35. non obſtante *cap. cum veniſſent de iudicijs*. Vbi ſoli Papæ reſeruatur declaratio dubiorum, quæ in Apoſtolicis Priuilegijs emergunt, fauet enim nobis. *cap. Ex ijs, qui ſeminat de verbor. ſignific. in 6.* & *Extrauag. Quorundam*, in quibus & conceditur, & mandatur fratribus, vt in dubijs ſtare debeant declarationi Superiorum Generalium, & Patrum. Lege nouiſſimum *Lezanum tom. 4. ver. Priuilegia Regularium. num. 13. et tom. 1. cap. 18. num. 56.* apud quem alij. Quod ſi poſſint Capitula generalia renunciare Priuilegijs. *Peirinus de Priuil. Conſt. 2. Iulij II. num. 9.* ex *Rodriguez tom. 1. quæſt. 9. art. 2.* multò magis ea poterunt declarare, vt in facto declararunt, excommunicationes ipſo facto latas non ligare, niſi poſt ſententiam ſaltem declaratiuam delicti. Efficax enim argumentum ex duobus Statutis deducitur ad rem præſentem. *Primo num. 37. Declaramus, quod quando in Statutis pœnæ imponuntur priuationis, carceris, excommunicationis, etc. nolumus ad eas obligari fratres, notis ſcienter deliquerint, et vbi ipſo facto incurrenda imponitur, decernimus in pœnam eiuſmodi neminem incurrere, niſi poſt delarationem à Prælato factam, quod dicimus etiam de excommunicatione, et ſuſpenſione.* Altero *num. 75. qui Commiſſario, etc. ſe rebellem exhibere præſumpſerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, etc.* Ergo cum hęc excommunicatio in Statutis à Bulla Apoſtolica reponatur, interpretanda erit iuxta generale Statutum, de his loquens.

Verum, vt hæc materia melius percipiatur affero difficultatem à doctiſſimis viris examinatam. An ſcilicet crimen rebellionis ſententiam requirat, quam multis exagitat *Gabrielius concluſ. lib. 8. de Criminalibus. conſ. 11* & licèt attento iure antiquo ante *Extrau. Quoniam nuper. tit. qui ſint rebelles, et cap. cum ſecundum. de hæret. in 6.* Viſum fuerit multis, requiri ſententiam condemnatoriam, poſt tamen citata iura non videtur requiri ſententia condemnatoria. Sed declaratoria delicti, vt cum multis, quos plena manu citat *Gabrielius* ſentit, etiamſi neque hanc deſideret, *Bartolus*, & alij multi apud eundem, ſed placet diſtinctio, aut rebellio eſt notoria, & tunc non requiritur declaratio, quia ipſum notorium ſubit vicem declarationis, aut non eſt notoria, & tunc expectanda eſt declaratiua ſententia. Vnde vniuerſaliter infertur iſta famoſa

An rebellionis crimen ſententiã requirat.

con-

concluſio, quod in pœnis, quæ ipſo iure inferuntur, ſi delictū notorium fuerit, declaratoria ſententia non requiritur, vt per innumeros Doctores probat citatus *Gabriel. conc.6. à num.* 2. dummodò notorium ſit inexcuſabile, non autem quod excuſari poſſet, ſæpè enim allegatur notorium, quod tale non eſt. Ex quo aduertere licet, in tali caſu requiri ſententiam declaratiuam notorij, licèt non requiratur ſententia declaratiua delicti. Et ſic conciliari poſſunt contrariæ opinantium ſententiæ, & in caſu noſtro ſupponi ſemper debet notorietas, quia huiuſmodi contumaciæ, & rebelliones non fiunt clam, ſed palam. Igitur Commiſſario Viſitatori rebellans, ſequè opponēs, ſi notoriè id faciat, ideſt, ſi coram maiori parte Communitatis illius conuentus hoc ſcelus patret, eſt habendus ab omnibus tanquam excommunicatus. & priuatus actibus legitimis, ad cuius rei memoriam debet factum in acta redigere ipſe Commiſſarius. Quod coram tot, & talibus rebellauit, & propterea excommunicationem contraxit, ac priuationem, &c. Vel ſi caſus non eſt adeo notorius, debet examinare duos ſaltem teſtes de rebellione affirmantes, eumquè rebellem declarare, vel quod notoriè rebellauerit. Ad quod ex natura legis in excommunicationem, & actuum legitimorum priuationem incidit. Quod autem hoc ſit Priuilegium Ordinis, & Generalium, licèt ſit in odium rebellium, patet, quia impetratum fuit à *Generali Capite fontium* in ſuæ iuriſdictionis ſubſidium. Et ideò ſi Generalis mittens Commiſſarium intenderet, illum non recipi, vel à Fratribus illi reſiſti, contradictores, & rebelles, pœnas fulminatas non incurrerent, quia ſuo iuri renunciare poteſt, licèt eundem peccare non dubitem, quia ſcandali cauſam præberet, & ſuum Statum peruerteret, eſſetque in præiudicium ſucceſſorū, ſub qua conſideratione poſſet etiā dubitari, an ſuo iuri renunciare valeret, cum non ſibi perſonaliter, ſed Ordini, & Generali conceſſum ſit, vnde eſt reale, quibus ipſe præiudicare non poteſt. Maximè cum non ſit per modum conceſſionis, ſed præcepti, & contineat materiam iuri naturali, & ſacris Canonibus conformem. *Sigiſmundus à Bononia in addit. ad dubium* 120. *de elect. Sanchez lib.6. in decal c.*18 *n.*13. *Suar. tom.*4. *de Relig tract.*1. *lib.*2. *c.*22. *n.*13. quos citat, & ſequitur *Peirin. in addit. ad Conſtit.*2. *Iul.*2. *c.*3. *num.*10.

In delictis notorijs non requiritur ſententia declaratiua.

Priuilegijs realibus Generalis renunciare nō poteſt.

Quæſtio Quarta. An dicente Statuto: *Ipſofacto excommunica-*

nicationis ſententiam incurrat, à qua, niſi à Romano Pontifice extra mortis articulum abſolui poſſit. Poſſit taliter excommunicatus abſolui à Prouinciali, vel Generali in vim Priuilegiorum.

Excommunicatio contra à rebelle per ordinē abſolui non poteſt.

Reſpondeo negatiuè, quia in hac parte renunciat ordo Priuilegijs abſoluendi, & diſpenſandi. Licet enim ex dictis *cap.2. Stat.14. à dicto tertio*, & infra Prælati Ordinis poſſint ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, etiam Bullæ Cęnæ ſuos ſubditos abſoluere, & ſine controuerſia per communicrem ſententiā, poſſint abſoluere ab omnibus extra Bullam Cęnæ, & conſequenter comprehenditur iſta excommunicatio, etſi Papæ reſeruata, & de hoc nulla mihi remanet dubitatio, abſtrahendo à Statuto: tamen, quia ipſamet Religio reſeruat hunc caſum Summo Pontifici, ſicut ipſemet Summus Pontifex reſeruauerat, ſignum eſt, Religionem abdicaſſe à ſe facultatem, aliàs ſibi conceſſam, à tali excommunicatione abſoluendi, idquè ob ſacrilegi criminis immanitatem, quod votum obedientiæ, & primam in Ordine iuriſdictionem arietat, & quantum eſt de ſe confundit, ac peſſundat; vt vel hac difficultate timeant ſubditi, & obediant. Secus dicendum eſſet Statutum eſſe ridiculum, ac vanum, quod omnino negandum eſt.

Quæſtio Quinta. Cum contradicere, opponere, & rebellare poſſimus per nos ipſos palam, & per alios occultè. An comprehendantur ſub pœnis hiſce ſtatutarijs fautores, Conſultores, & Adiutores rebellionis, ij nimirum, qui clam conſulunt alicui, vt dicat, vel faciat aliquid, quo Viſitator impediatur, vel præſentia animum addat rebellanti, paratus in actum exteriorem prorumpere, quando neceſſitas ſeſe obtulerit. Vel cum ſit perſona grauis, quæ poſſet ſedare rebellionem, nihilominus negligentia, vel odio, vel timore tacet, vel ſe abſcondit, vnde oritur poſtea rebellio.

Pœnæ in facientes, intelliguntur contra fautores, &c. & quando.

Reſpondeo Primò. Videantur dicta ſupra *cap.3. quæſt.7 per totam*. Vbi res ex profeſſo tractatur, quibus addo doctrinam, quam affert *Theſaurus de pœnis* 1.*par. cap.*10. dicens pęnas ſētentiæ ferendæ in iure Statutas contra facientem, ſeu committentem crimen procedere eodem modo contra cooperātes, mediantes, auxiliantes, conſulentes, mandantes, &c. quoties fuerint cauſæ proximæ delicti, & in delictum influxerint, omnesq. tales puniendos eſſe pęna ordinaria, niſi remote tan-

tantùm concurriſſent, & ſine ipſorum concurſu iam crimen patratum fuiſſet, quia tunc puniri deberent pęna extraordinaria. Ex oppoſito autem, ſi pęna eſt ipſo facto lata, concauſę (etiam ſi de facto influant) puniri debent pęna lata in facientem, niſi tacitè, vel expreſsè in verbis legis comprehendantur, cuius rationem aſſignat, quia in iſtis fit ſtrictiſſima interpretatio, vt non fiat extenſio, etiam in paritate rationis. Sed cur in pęnis ferendę ſententię non debeat fieri ſtrictiſſima interpretatio, cum vtraque odium importet, & ſententia ferenda in latam tandem reſoluatur, dum ſententia fulminatur, non dicit, & tamen commune effatum eſt, *non fieri extenſionem in pœnalibus etiam ex paritate rationis. cap. in pœnis. cap. odia. de Regul iur. in 6. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. vbi Iaſon.* dicit eſſe communem. *c. pœna. de pœnit. diſt. 1. & in l at ſi quis. §. trinus autem Marcus. ff. de Religioſ.* quem textum dicit notabilem. *Bald. in l. 3. in princ. C. de Epiſc. & Cleric. & in l. factum ſuum. §. in pœnalibus. ff. de regul. iur. vbi Cagnol.* Sed quidquid ſit de varia intelligentia huius regulę, quam varie limitant, & ampliant Doctores, & per ſuas fallentias diuerſimodè traducunt.

Reſpondeo ſecundo in Statuto comprehendi, non ſolùm qui palam ſe opponunt, & rebellant, ſed etiam, qui ſollicitauerunt, ſuaſerunt, & in cauſa fuerunt, ne Commiſſarius reciperetur conſentientes, conſuelntes, adiuuantes. Ratio eſt, quia Religionis mens, & Pontificia diſpoſitio intendunt impedire rebellionem, & aſſerere debitam reuerentiam erga Generales. Igitur intendunt punire cauſas effectus contrarij, & certè cauſę ſunt, qui conſulunt, ſuadent, adiuuant, conſentiunt, quia ponunt effectum, qui ſine talibus non cauſaretur, qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. Et fautores dicuntur, non ſolùm illi, qui cooperantur de facto, ſed illi etiam, qui conſilio, & verbis ad rebellandum impellerent. *Farinac. tract. de hereſi quaeſt.* 182. §. 1. *num.* 1. confer dicta initio huius 6 *cap.* in declaratione terminorum. *quaeſt* 1.

Sollicitantes, ſuadentes, rebellionem pęna Statuti plectendi ſunt.

Fautores qui dicendi.

Reſpondeo Tertio. Pœnas incurrit, qui poteſt impedire, & debet ex officio, & non impedit, quia inter cauſas, quibus contra iuſtitiam peccatur, Doctores reponunt, *Non obſtans,* quod intelligunt de ijs, qui obſtare tenentur ex officio, vt eſſet Prouincialis, Guardianus, Vicarius, Diffinitorium, ſeu ſinguli

Potens, & debens impedire rebellionem, & non impediens, eadem pœna plecti debet.

guli Diffinitores, & Patres Prouinciæ, quia cum ipſis ſit commiſſa cura Prouinciæ, & conuentuum, tenentur illam defendere quantum poſſunt, & conſequenter non permittere, vt tā graue malum, & dedecus, qualis eſt rebellio, Prouinciæ inferatur. Aduertit tamen *Peirinus ad conſtit.* 2. *Gregor,* XIII. *num.* 5. eum, qui ſine dolo, ſed ex pura negligentia, vel commoditate, ne ſcilicet ſe his difficultatibus intricaret, non

Quid ſi non impediret ex negligētia.

reſiſteret poſitiuè rebellantibus, ſed permitteret hoc ſcelus excurrere, non incidere in haſce pœnas. Verum difficile probatu eſset, quod ex negligentia, & commoditate propria, & non animo deſerendi iuſtitiam, feciſset, & præſumptio eſset contra permittentem, tacentem, ſe abſcondētem &c. *c. quãta de ſent. excomm.* vbi *Panorm. num.* 7. aſſertque dictum *Innoc. in c.* 1. *de offic. deleg. in gloſ. verb. Pœna*, aliquem conſen-

Conſentire, quotupliciter quis dicatur.

tire delinquenti, poſse quadrupliciter contingere, nimirum, Negligendo prohibere, aut punire, conſulendo, cooperando et preſtando authoritatem, vel mandando, vel defendendo delinquentem, citatque *Stephanum de Federic. de interpretatione iuris*, *part. vltima num.* 45. Verum, qui ex negligentia ſuo muneri deeſſet, dum teneretur iura Prouinciæ, & Generalium defendere, ab excommunicatione non liberaretur. argum. *c. ſi culpa de iniur. l. in re mandata* C *mandati l tutori C. de negl. ge. l. Sancimus C. de iudicijs Silueſt. verb. reſtit.* 2. §. 16. *& Reſtitutio* 3. *num.* 5. apud quem multi alij parum enim refert, ſi quis conſentiat rebellioni, negligentia, aut dolo, dummodo negligentia ſit cauſa, vt Commiſſarius non recipiatur, non negauerim plus peccare doloſum, quàm negligentem, tamen cum hæc negligentia ſit grauis peccatum mortale inducit, & excommunicationem malus, ac mercennarius paſtor in euangelio, conijcitur ex eo, quod fugiat, dū lupum viderit venientem, modo fugiat ex timore, modo ex negligentia, modo ex dolo, ſi lupus mactat, & perdit oues, tenetur ipſe ad damna gregis. Qua propter nullo modo excu-

Potens liberare clericū a verberibus & non faciens eſt excommunicatus.

ſarem ab pœnarum incurſu, qui videns conuentum ab obedientia Commiſſarij deficientem, & ex officio debet, & poſset impedire, tamen quia negligit, vel leuiter timet, permitteret conuentum tam grauiter deordinari. Et ſi declaratur excommunicatus, qui potens liberare Clericum à percuſſione, non liberat, etiamſi non ſit Officialis. *Silueſt. verb. excommunica-*

tatio 6. num. 5. §. *quinto quando*, vbi multos citat, multo magis declarandus eſt excommunicatus Guardianus, qui non impedit rebellionem. Hinc ſtatuta *Alexandrina c.7.* ſanxerunt *Et ſi adſtantes non fauerint, nequè Prælatorum bonori conſuluerint, & contra talem* (iniuriantem Prælatum) *non acclamauerint, & manus contra ipſum, vt carceri mancipetur, non injicere voluerint. ſi Prælatus ſufferit per duos annos non poſſint promoueri, & ſint priuati voce actiua, & paſſiua. Et ſi Conuentus propter hoc coniuraret, vel miniſtro rebellaret, interdicto publico puniatur.* ecce vetus, & conſtans Ordinis diſciplina.

Quæſtio 6. An pœnæ iſtæ incurrantur, non ſequuto effectu, licet tentata rebellione. & an detur latitudo temporis, puta vnius diei, in quo ſubditi prius tentarint non recipere Cõmiſſariũ, poſt a conſilijs, vel admonitionibus moti, ipſum receperint.

Reſpondeo primo negatiuè, quia pœnę non incurruntur, niſi cum effectu patretur actus prohibitus. Vide dicta ſupra *cap. 3. quæſt. 6. Reſpondeo 2.* ſi enim actu non reſiſtit, opponit, rebellat, pœnas non incurrit, neque puniri poterit conatus. Tentare rebellionem, & non perficere, pœnas, non inducit.

Reſpondeo ſecundo, actum rebellionis non ſuſcipere latitudinem temporis, poſtquam completus fuerit, itaut ſuppoſito, quod aliquis dicat Commiſſario, *Ego nolo recipere te, non te cognoſco*, vel facit aliquem actum, puta *claudendo fores ne ingrediatur, impediendo ne campanula Capituli pulſetur ad conuocandos fratres, claudat Capitulum, vel refectorium, vel impediat ne ſermonem habeat ad fratres, vel ne ſuas patentes literas publicet*, vel aliquod aliud his ſimile operetur, ſtatim eſt Reus rebellionis, & obnoxius pęnis, qui iam patrauit actionem legibus prohibitam; ergò pœnas incurrit à legibus Sancitas, *cap. perpetuæ. de elect. in 6.* vbi *Io. Andrea Silu. verb. excommunicatio 6. numer.* 2. Sicut enim per ſolam attentationem non incurritur excommunicatio, quæ ſit fulminata in tale, vel tale agentes, ita poſita tali inobedientia, ſtatim ſequitur pęnæ contractio. Nam iſti actus non conſiſtunt in tractu temporis, niſi ſit aliquis præcedens tractatus, & conſultatio de rebellando, quæ poſſunt quidem fieri in tractu temporis, & facta conſultatione, habitaquè deliberatione, de non recipiendo Commiſſario, erumpitur in actum ipſum notorium, qui eſt veluti quædam forma inducta in talem materiam, quâ moraliter poſita in eſſe, ſtatim ſequitur culpa, & pœna. Si autem Rebellio pęnitentia nõ diluitur.

detur caſus, vt aliquis deceptus reſiſtat, & doctior poſtea factus ab amicis & probis de errore, reſipiſcat,& petat veniam; tunc dico non incidere illum in pœnas, quia ſupponitur non commiſiſſe delictum,ſicquè illum iuuare beneficium tẽporis.

Quæſtio ſeptima inquit ſtatutum c.7.§.5.n.76. *Quibus omnibus,ac etiam ſemeſtris carceris mancipationi ſubiaceat, qui Miniſtro,vel Commiſſario Generali rebellauerit*; & c.1.n.4. *Qui miniſtro, Vicario, aut Commiſſario Generalibus non obedierit trimeſtris carceris pœna, vel grauius, pro eorum arbitrio puniatur*, & n.5. *qui eiſdem rebellauerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, & ſemeſtris carceris pœna, vel grauiori, pro delicti qualitate puniatur*. Super quibus ſtatutis eſt prima difficultas, cur maior pœna imponatur rebellantibus Commiſſario à Generali miſſo, quam ipſimet Generali, quia ille punitur priuatione perpetua officiorum, & inhabilitate, &c. hic per ſexennium. Secunda, An in facti contingentia ſtandum ſit ſtatuto *c.primi* ſancienti, ſexennem priuationem, in c.7.infligenti perpetuam. Tertia, cur æquetur Commiſſarius Generalis cum ipſo Generali? Sicut enim fit graduatio inter Guardianum, Prouincialẽ, & Generalem, nam illis rebellantes *omni ſuffragiorum iure triennio carent, & ad Prouincialis arbitrium carceri mancipãtur* d.c.7.n.74. & c.1.n.6. *Qui in Miniſtrum Prouincialem, vel Commiſſarium crimina eiuſmodi admiſerit, & carceri pœna, & ſuffragiorum priuatione puniatur, Generalis arbitrio*. & nu 7. *Qui in Guardianum, vel Vicarium, aut quempiam grauiorem Patrem deliquerit, vt ſupra, puniatur arbitrio Prouincialis, ſecundum qualitatem delicti*, ita debet fieri gradatio inter Generalem,& Commiſſarium Generalem, qui non minus eſt ei Subditus, ſicuti Guardianus Prouinciali,& Prouincialis Generali. Quarta, *in 7.Capitulo* rebellans Prouinciali carceratur ad arbitrium Prouincialis,& c.1.ad arbitrium Generalis. Quinta quomodo quis rebellare poſſit Vicario, qui non eſt Prælatus Conuentus,& Patri graui, qui eſt merus ſubditus?

Legum correctio vitãda.

Reſpondeo primo, quia neceſſe eſt iura iuribus concordare, & legum correctionem, quantum fieri poteſt vitare, c.1.*de nou. oper nunciat.c.cum expediat.de elect in 6.l ſi quando.C. de inoff. teſtam.Gemin.conſ.88.fine.Roman conſ.104.col.2.in princ.Abb. conſ.70.princ.lib.2.* ne ſtatuta ſibi contraria videantur, ad concordiam reuocanda ſunt nõ tantũ ad inuicẽ,ſed etiã cum iure com-

communi *Bart in l. omnes populi ff. de Iuſt. & iur.* Ideo ad primã difficultatẽ dico, nõ eſse æqualẽ pęnã inflictã rebellantibus Prouinciali, & Generali, nã vltra priuationẽ ſuffragiorum, datur carcer ſemeſtris rebellãtibus Generali, qui rebellibus Prouinciali nõ datur. De priuatione autẽ perpetua, & ſexãnali, dico id mãdari, ex acceſſione Carceris, qui eſt grauiſſima pœna, & importat perpetuã priuationẽ actuũ legitimorũ, vide dicta c. 4. *q.* 8. & ob exceſſum carceris mitigatur priuatio ſuffragiorum. Sed cur ad ſexẽnium deſtituitur iure ſuffragiorũ, ſi carceratus legitimè ijs priuatus remanet vigore ſtatutorũ, ſine limitatione?

Reſpõ leo. ad ius ſuffragiorũ poteſt Carceratus reſtitui à Capitulo, cõſiderãdo præciſã rationẽ, quia carceratus fuit, attamẽ ad priuationẽ ſexẽnnẽ, de qua loquimur, reſtitui ante tẽpus nõ poteſt & ſic grauior eſt hęc pœna. Adde, quod cũ *vix* reperiatur vnus, qui Generalibus rebellare audeat, Cõmiſſariis autẽ ſæpius accidebat, Religio applicat medelã iuxta exigentiã morbi.

Reſpondeo 2. ad ſecundã difficultatẽ. cũ iã ſit cautũ in iure, vt lex vna per aliã diſtinguatur, & declaretur. *Iaſ in l quod te. col. 2. ff ſi cert petatur & in l bono. C. de bonorum poſſ ſecundum tabulas* debemus vnũ ſtatutũ declarare per alterum, & cum ſtatutum *c.* 7. ſubſequatur ad ſtatutum *c.* 1. illud tamquam prius declarationi poſterioris ſtare debet, quia licet ſecundũ leges ſtatutũ vltimũ declarari debeat ſecundum prius. *l non eſt nouũ ff. de legibus l ſi ſerui plurium §. fin ff de legibus* 1. *Bartol. in l.* 1. *§ parui ff quod vi, aut clam*, *Pariſ. conſ.* 54. *volum* 2. *n.* 12. hoc tamen intelligi debet, niſi aliter conſtet de mente ſtatuentium, qui per nouam legem voluerint antiquam corrigere *Immol. in l. vero §. de viro ff. ſolut. matr. Alex conſ.* 107. *num.* 6. *volum.* 5. *Iaſon poſt Gloſ.* communiter approbatam, & alios Doctores in *l. ſciendum ff. qui ſatiſd cog.* & hoc adeo eſt verum, vt *Bart. in Extrau ad reprimend. verſ. non obſtantibus.* dixerit, ſi ſtatutum præcedens, & ſubſequens eſſent omnino contraria, per ſecundum tollitur primum, niſi aliqua deſtinatione, aut declaratione adiuuari, aut concordari poſſent. vt notauit *Viuius opin.* 759. Dico igitur ſtandum eſſe ſecundo ſtatuto, quia de mente ſtatuentis conſtat fuiſſe factũ vt hoc, non illud in hac parte ſeruaretur, nam ſecundum ſtatutum latum fuit à *Gregorio XIII.* multo tempore, poſtquam illud primum emanauit. illud repetitur in ſtatutis *Alexandri-*

Lex vna per aliam declaratur.

Quando lex vltima declaretur per primam.

nis cap. 7. factis *ann.* 1500, vt citatum eſt ſupra ad *fin. quaſt.* 5. hoc autem factum fuit *ann.* 1593. experimento docente, & ad Sedem Apoſtolicam reclamante. Et placuit Religioni ſeruare indemnem antiquitatem venerabilem, & ad reprimendam perditorum audaciam, nouum ſtatutum ex Apoſtolico condere. Si enim poſſemus vtramque pœnam irrogare, vtrũque ſtatutum ſeruandum eſſet, quia vt optimè *Pariſ. conſ.* 44. *n.* 9. cum ſequentibus in terminis ſtatuti cuiusdam Bononienſis dixit, ad tollendã contrarietatem in ſtatutis alternatiua in copulatiuam vertenda eſſet, Nihilominus, quia in perpetua ſuffragiorum deſtitutione ſexannalis continetur, non ſumus in caſu niſi dicamus ſubſiſtere in proprietate verborum ſtatutum *c.* 1. quia ſi practicari non poſſit de rebellione, poterit, de irreuerentia. dicente ſtatuto, *Qui eiſdem rebellauerit, aut iniurioſis, vel irreuerentibus verbis aliquem ipſorum* (Generalem, Vicarium, Commiſſarium) *publicè affecerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, & ſemeſtris carceris pœna, vel grauiori, pro delicti qualitate puniatur.* poterit igitur carcerari, & deſtitui propter irreuerentiam, & iniurias relictis pœnis rebellium ad Pontificiam ſanctionem, prout *num.* 9. ſtatuta ipſa remittunt. Preterquam quod relinquitur facultas, grauius puniendi ipſos rebelles, nimirum per Conſtitutionem Gregorianam, & ſic ſtatuta ipſa concordant. Hoc dixerim, vt ſciant poſteri, non poſſe rebellibus indulgere limitatam pœnam Capituli primi, ſed agendũ cũ illis eſſe, per Conſtitutionẽ Apoſtolicã iã citatã.

Ad tollendã cõtradictionem in ſtatutis, alternatiua in copulatiuam cõuertendã eſt.

Reſpondeo 3. ad tertiam difficultatem. Verum quidem eſſe Commiſſarium Generalem eſſe ſubditum Generalis, attamen cum illi collata ſit tota authoritas Generalis ex Conſtitutione *Leonis* X. *Ite & vos*, de qua nos in *cap.* 8. *Statut.* 35. *quaſt.* 2. non eſt mirum ſi rebellantes in Commiſſarium Generalem puniantur æquali pœna cum rebellantibus Generali. equidem, cũ Commiſſarius Generalis in hac, vel illa familia ſit veluti alter Generalis, ſi permitteretur in illum inſurgere rebelles, nimis fœdè gubernium deſtitueretur. quinimo, ſi tam rigoroſe punitur rebellans in Commiſſarium miſſum ad aliquam Prouinciã, multo acrius puniendus eſt, qui in Cõmiſſarium Generalẽ rebellaret; vnũ enim Tribunal faciũt ordinarius & delegatus, quinimo Cõmiſſarius Generalis eſt ordinarius ſuæ familię.

Reſpondeo 4. ad quartam difficultatẽ quod dicitur in c. 7.

num.

n.74. *Et carceri mancipetur ad arbitrium Prouincialis* referendum eſt ad illud, vt ſuperiori locali rebellauerit, quia quantum concernit, *Qui Prouinciali rebellauerit*, declarandum eſt per Statutum, *primi capituli*, *puncatur Generalis arbitrio*, vtquè hac ratione ſtatuta concordent, hæc verba quidem non erant in prima conditione huius ſtatuti, quæ fuit in *Generali Rom. Cap. ann. Iubilei* 1575. nec in ſecunda recollectione eiuſdem facta Valliſoleti anno 1593. ſed fuit adiecta in vltima ſtatutorum compilatione facta in Capitulo, & Congregatione Generalibus Romanis ann. 1639. & 42. Potuit equidē clarius deſcribi, ſed germanus ſenſus eſt, quem recenſui. Cæterum diuerſitatis rationēm vide in *Comm. ſtat c. 1. ſtat. 6. §. 8.*

Reſpondeo quinto ad quintam difficultatem. Vicario rebellis, aliquis eſſe poterit, quando in abſentia Guardiani Cōuentum regit, & eſt verus Prælatus. Vide loco ſupra citato §. 10. & de Patre graui § 11. & 12. de hoc tantum agitur, ſi irreuerentia, & iniurijs afficiantur.

Quæſtio octaua, Dum accidere poſſit differentia culpæ, non ſolum ex parte obiecti, nimirum Generalis, Prouincialis, Cōmiſſarij, &c. ſed etiam ex parte actus, ſcilicet poteſt quis acrius, inſolentius, pertinacius ſe opponere, reſiſtere, & rebellare Prælatis, iure dubitari poteſt, an diuerſo modo peccantes iuſtè eadē indiuiſibili excōmunicatione, & perpetua ſuffragiorum deſtitutione plecti debeant, datur ne arbitrium Superiori? In pœnis attenditur effectus, non affectus.

Reſpondeo negatiuè, quia in pœnis non tantum attenditur affectus, quam effectus *l. eum qui ff. de iniur. & l. aut facta ff de pœnis. & l. illud ff de iniur. conſil* 3. *Crimin. volum.* 2. Parum enim refert, quod quis occiderit malo dolo, vel peiori, vel peſſimo, dummodo culpabiliter occiditur; & in omnes vna pœna ſancita eſt, mors reſpicit ſiquidem lex vltimum gradum plectibilem, nimirum occiſionem, in hanc mortem intentat, Relinquendo ſuperiores gradus affectus, non negaterim variari delicta ob immanitatem, ob circumſtantias; &c. quando id legibus cauetur, tamen ijs caſibus ſunt peculiaria delicta, ipſemet circumſtantiæ, quæ variant ſubſtantiam criminis, vt occidere ad furandum, quod eſt aſſaſinium, occidere in Eccleſia, quod eſt ſacrilegium violare virginem inuitam, vel rapere, &c. quod eſt raptus, &c. attamen conſtituto quodlibet delicto in ſua ſpecie parum infert intentio, vel

Rebellio omnis ęqualiter punitur.

remiſſio affectus apud Iudices, ſicuti valeret apud Deum, qui peccata ex affectu menſurat. Concludendo igitur dico, niſi addantur circumſtantiæ, quæ ex ſui natura ſunt delicta, vt iniuriæ, irreuerentia, violentia, &c. rebellio æqualiter punienda venit, quia vna, in pluribus perſonis, Prælati maieſtas offenditur, & vni voto obedientiæ contraitur.

Non ſolum rebellantes, ſed etiam non ſeruantes mandata commiſſariorum, ſunt excommunicati.

Quæſtio nona, An recepto Commiſſario, ac Viſitatore, eoquè aliquid ordinante, incurrantur pœnæ ſupradictæ à non ſeruantibus ſuas ordinationes, & decreta.

Reſpondeo affirmatiuè, ex eodem Gregorio XIII. *Quoniam noſtro* vide dicta in Commentarijs ad ſtatuta in fine *cap.* 8. vbi verba Conſtitutionis Pontificiæ referuntur. Quibus addo non incurrere pœnas, quando Viſitatores rectè, & ſalubriter nō ordinauerint, ait enim Pontifex. *Quæ à dictis Commiſſarÿs rectè, & ſalubriter ordinata, & geſta fuerunt*. Verbum enim *Rectè* idem eſt, ac vtiliter idoneè, vt oportet, & ſignificat iuſtitiam rei, & æquitatem, & legitimum cauſæ ordinem, vt multis docet *Io. Caluinus in Lexico.* ad hoc verbum, vbi ex bonis ſcriptoribus probat, idem ſonare, ac Ritè, nimirum, quod fiat iuxta ritus, & morem, ac conſuetudinem Patriæ, & Prouinciæ, quia quod fit contra ritus, & mores, non eſt iuſtum, nec æquum, aut vtile, ac ſalubriter inſtitutum, ex quibus notionibus deducitur, quod ſi Commiſsarius non ordinet quod iuſtum eſt, quod ſecundum ritus, & mores Prouinciæ non ſit, quod regulam, ſtatuta ius naturale, diuinum, vel canonicum non referat, ſed aliud quidpiam pro particulari zelo, & ſcientia, Prouincia, Prouincialis, & fratres, ſua præcepta non obſeruantes, in Gregorianas pœnas non incidunt.

Rectè quid ſignificet, quid etiam Ritè.

Sed eſt difficultas, an exiſtente conſuetudine præſcripta in Prouincia contra ſtatutum aliquod, vel præceptum regulæ, quæ iuxta communem ſententiam, illa abrogata ſint, v. g. quod in die ieiuniorum lacticinia comedantur, ſuppellex ſuperflua apud fratres reperiatur, calceamentis fratres vtantur, modi contrectandarum pecuniarum, per Syndicos Apoſtolicos, in Conſtitutionibus diſpoſiti non ſeruentur, &c. An inquam, ordinante Commiſſario obſeruantiam illorum iuxta ſtatuta, teneantur fratres illa obſeruare, ſub pœna excōmunicationis, &c.

Reſpondeo: vide dicta *cap.* 12. *ſtat.* 13. *in fine* Commentariorum, licet enim conceſſerim conſuetudine rationabilem, præ-

præſcriptam, & de aſſenſu, vel conniuentia Principum legitimè introductam habere vim legis, vt allegaui *cap.2. Stat.14. ad tertiam obiectionem, & cap.8. ſtat.66. initio*, attamen poſſe dari legitimam conſuetudinem contra præcepta regulæ, conſtanter negaui, *cap.2. Stat.71. fol.270.* & nego ob rationes ibi adductas. Si autem contra ſtatuta aliqua conſuetudo introducta eſſet, cum hoc ſit ius poſitiuum, dicerem Commiſſarium eo caſu non poſſe ordinationes facere, quæ ſub mortali obligent, & pœnis transgreſſores ſubijciant, niſi à Patre Generali ſpecialem ſuper eo commiſſionem obtineat. Et ratio eſt, quia de iure communi conſuetudo abrogat ius poſitiuum, contra quam rectè, & ritè non procederet Commiſſarius, cum generali commiſſione, quia tunc Pater Generalis committit iuxtà diſpoſitionem iuris, ſi autem ſpecialiter præciperet, reuocandam eſſe talem conſuetudinem, tunc poſſet rite procedere contra illam. arg. *cap.1. de conſtit. in 6. ibi Niſi expreſſè caueatur in ipſa, non intelligitur in aliquo derogare*, Poſſe autem Generalem tollere inductam conſuetudinem, eſt certum, quia poteſt præcipere, quod non eſt contra animam, & regulam, præcipuè ſi ſit de alias in ſtatutis ordinato. Vide *Suarez lib.7. de legib. c.20. n.17. & Hieron. Rodr. reſol.34. n.4.* apud quem alij.

Contra præcepta regulæ, an dari poſſit conſuetudo.

Conſuetudinem præſcriptam poteſt Generalis abrogare.

Quæſtio decima, An præcipiente, & ordinante Commiſſario obſeruantiam alicuius ſtatuti, quod non obliget ſub peccato mortali, puta ſilentij, &c. non obſeruantes peccent, itaut remaneant excommunicati.

Reſpondeo negatiuè, quia niſi fiat per contemptum, præceptum ſuperioris non mutat materiam, itaut illam è leui grauem reddat, & è veniali reddat mortalem, nec volens ſubditos obligari ad Statutorum obſeruantiam, quæ ſub mortali non obligant, poteſt rationabiliter intendere, vt ſub mortali obligetur. Lege ſuperius dicta *cap.2. q.3.* vbi de his fusè.

Excommunicati non ſunt, qui nō obſeruant ordinationes leues cōmiſſariorū.

Quæſtio vndecima, Quando, & quis mortaliter peccet, & habendus ſit tanquam excommunicatus, dum præcepta, & ordinationes Commiſſarij Viſitatoris non ſeruat, & ſi de omni Commiſſario à Generali miſſo, id verum ſit.

Reſpondeo primo, ſi contemnat ſupra *cap.2. quæſt.3. reſpon.3.* Secundo, ſi materia ſit grauis, quæ præcipitur, dicta *quæſt.3. Reſpondeo 3.* non enim putandum eſt, aliquem excommunicari ob peccata, quæ mortalia non ſint, ſed ob contumaciam,

Ob peccatū non mortale nullus excommunicari poteſt, & niſi adſit cōtumacia.

Concil. Triden. ſeſſ. 25, cap. 3. S. Clem. lib. 2. Conſtitut. cap. 41. Sot. in 4. diſt. 22. quaſt. 1. art. 2. Enriq. lib. 13. cap. 17. Sair. lib. 1. cap. 9. num. 25. V. golin. tal. 1. cap. 9. §. 5. Suar. diſput 4. de cenſur. ſect. 5. num. 6. & eſt communis. Adde *cap. reſecanda 24. quaſt. 3.* quia ſi non adſit contumacia, non eſt excommunicatio. Ait namque *Gregorius 13.* in prædicta Conſtitutione. *Quia aliquando nonnulli Miniſtri ex viſitatis Prouincijs per Commiſſarios ad hoc deputatos, quæ à dictis Commiſſarijs rectè, & ſalubriter ordinata, & geſta fuerunt, reſcindere, mutare, aut contemnere ſolent, ſub omnibus, & ſingulis pœnis ſupradictis expreſsè prohibemus, ne quiſquam ab eiſdem Commiſſarijs facta, & ordinata mutare, alterare, aut peruertere, ſine expreſſa licentia Generalis vllo modo præſumat.* Quibus patet, inter alia prohiberi *contemptum*.

Ob quas ordinationes commiſſarij violatas pœnę incurrantur.

Tertiò ſi mutet, alteret, & peruertat facta, & ordinata, puta ſi Commiſſarius aliquod Oſtium ad Clauſuram obſtruat, altare, indecenter poſitum diruat, clauſuræ terminos præfigat, legatum renunciet, vel renunciari mandet, Procuratores fratres fieri prohibeat, capſulas ad colligendas pecunias ab Eccleſijs, vel Conuentibus amoueri iniungat, Vagationes periculoſas, commercia ſcandaloſa, quæſtus exceſſiuos inhibeat ad caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ obſeruantiam, neceſſarias cautelas imponat, chori frequentiam, diuinorum officiorum celebrationem, orationis cultum, & delictorum fugam, virtutum acquiſitionem ſeriò ordinet, atquè his ſimilia, & Prouincialis (qui in hac ſanctione ſolus includitur) ſciens, & prudens, ordinatorum mutationi, alterationi, ac peruerſioni, vel aſſentiatur, vel conniueat, ſine dubio in ſancitas pęnas incurrit. Dixi conniueat, quia nō ſolum debet exequi mādata, & facta manutenere, verum etiam tenetur ſe opponere tranſgreſſoribus, eoſquè, vt par eſt, tanquam inobedientes reprehendere, & punire. Monacus enim impoſuit hominē vice Dei ſuper caput ſuum Vnde liberam voluntatem non habet *cap. ſtatuimus 13. quaſt. 3.* vnde non poteſt velle contra voluntatem Prælati *cap. Monacho 20. quaſt. 4. Turrecr. Præpoſit. in cap. non dicatis. 12. q. 1.*

Monacus habet Abbatem vice Dei, nec habet velle, vel nolle.

Quarto, ſolum poſſet excuſari ſi vires, & pectus non habuerit ad reſiſtendum corruptæ Communitati, quæ nollet Commiſſarij decreta ſeruare. Sicut enim cum ipſe eſſet Ordinarius

non

non potuit emendare deordinationes, quas poſtea emendat Commiſſarius, qui non præcipit, niſi quod implere debebat, & non impleuit ordinarius, ita poſſet imparem ſe iudicare in adimpletione præceptorum Commiſſarij. Multa enim facilia videntur Commiſsarijs præcipientibus quæ executu difficilia ſunt Miniſtris Prouincialibus menſurata debilitate executoris, & reſiſtentia conuentus, vel Ciuitatis, vel nobilium, conſurgit coniectura, quod ſi Commiſſarius tales difficultates ponderaſſet, non præcepiſſet, &c. exemplum habemus (vt moderniora, & quotidiana taceamus) in Seraphico noſtro Parente, qui videns Domum magnam ædificatam Bononiæ ad vſum fratrum, illamquè iudicans ſtatui fratrum non conuenire, decreuit, & cœpit eandem diſcooperire, & diruere, ſed fuit à Ciuitate impeditus, vt legitur in prima parte Chronicorum. A culpa tamen non eximerem Prouincialem, qui videns ordinationes Commiſsarij adimpleri non poſse ſine difficultate Generalem non conſulit, & ab eo licentiam, illas non obſeruandi, non impetrat, ſed vel proprio marte, vel importunitatibus impulſus, executioni non mandat, tunc enim ſponte peccat, quia conceſſo remedio non vtitur.

Quid ſi Commiſſarius ordinationes faceret, vel Generalis fieri permitteret, externo tantum adſpectu, ne videretur inutiliter proceſſiſſe, quidquid ſit de futura executione, vel ſciens illa obſeruatum non iri, poſtquam ipſe diſceſſerit. Vel etiam non ex animi ſententia, ſed vt ſatisfaceret conſilijs, & ſuaſionibus aliquorum parum ducens, obſeruentur necne, vt multoties à Mercennarijs, & nebulonibus factum narratur. An in his caſibus pœnæ à tranſgreſsoribus contrahantur.

Reſpondeo negatiuè, quia Pontifex diſponit de veris, & rectis ordinationibus, non de illuſionibus. Equidem ipſi Commiſſarij in his caſibus excommunicari deberent, & tanquam cauponantes officium regularis diſciplinæ animaduerſioni ſubmitti. Nullum iſtis infeſtiorem, & amariorem hoſtem habere poteſt Prouincia, quin mētitò zelo fabulam agant, & Deum, homineſquè decipiant, in primis ipſi fuco regulari inuſti, intrinſecus autem abominabili hypocriſi repleti, Seraphicæ Religionis bonum poſsundant, & candorem obfuſcant. Dixi, *Commiſſarij*, quia de Generalibus nefas eſt, id ſuſpicari. Tenentur enim rationem reddere de animabus ſibi commiſſis,

Si Commiſſarius ordinans, non intendit obligare, tranſgreſſores nō peccant.

Deo

Deo, qui *non irridetur*. Illud etiam addiderim, eſtò quod Commiſsarius pro certo teneat, poſt diſceſsum ſuum, ordinationes ſuas non obſeruandas, non propterea ſubditi excuſarentur ab executione, quia Commiſſarius facit, quod in ſe eſt, & ſubditi, ſibi, & ſuis malis moribus imputent, quod benè ordinata non ſeruent. Sic Deus præcipit ſuæ legis obſeruantiam ijs, quos certò ſcit illam non ſeruaturos, qui propter hoc ab inobſeruantia non excuſantur. Congruit etiam famæ Commiſsarij: ne videatur vitijs, & inobſeruantijs manus dediſse, & ne taciti ſilentij color, tranſgreſſionibus præſcriptionem authenticet. Satisfit conſcientiæ, & officio, quod de ſui natura ad reformationem dirigitur. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 7. & 9. ſeſſ. 21 cap. 8. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. & ſeſſ. 25. de regul. cap.* 8. & 20. in quo diſponitur. *Teneanturquè quicumque prædictorum ordinum Monaſterijs præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi*, & quia citatur in margine *ſeſſ. 21. cap. 8. de reform.* exſcribo ſequentia, *Curent Epiſcopi congruentibus remedijs, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vtque renouatione indigent, aut reſtauratione reficiantur, appellationibus quibuſcumquè, priuilegijs, conſuetudinibus, etiam immemorabili tempore præſcriptis, non obſtantibus &c.* Itaque ex iure communi ſicuti imponitur viſitatio, ita inculcantur correctio, & media, nimirum pœnæ, & conſuetudines obſtare non poſsunt, etſi non eſset ſpecialis conſtitutio Gregoriana, quæ ſolos Prouinciales obligat, tenerentur etiam Superiores Locales, ob citata verba, *Monaſterijs præſunt*.

Viſitatoris officium ad morum reformationē dirigitur.

Si dicas, Guardianus, vel Frater particularis, qui aliquod decretum Viſitatoris tranſgreditur, etiam detrahendo, & reſiſtendo ordinationibus, nonne formaliter Conſtitutionem Apoſtolicam violat, & ſtatutum? ergo ſimili pœna plectendi ſunt.

Prouinciales ſoli puniendi, ſi Viſitatoris precepta non obſeruentur

Reſpondeo peccabunt peccatum inobedientiæ, ſiue contemptus, ex eo quod præceptis Superiorum non parent, idque vel mortaliter, vel venialiter, iuxta Superiores doctrinas, penas tamen non incurrent, quia materia hæc odioſa ad ſolos Prouinciales reſtricta eſt.

Contra Conſtitut. Gregor. XIII. non opponitur Concilio Tridentino, quod etiam Superiores Monaſteriorum comprehendit,

dit, & iura concordanda ſunt, ergo etiam Guardiani plecti debent.

Reſpondeo, plecti debent pœna arbitraria, non Gregoriana, quæ Prouinciales impetit. Concilium autem nullam pœnam imponit.

Dices in ſtatutis generalibus, non ponitur diſpoſitio contra non obſeruantes, ſed contra rebellantes, & cum Conſtitutio Gregoriana emanarit ad petitionem, & fauorem Religionis, quæ habet ex iure poſſe renunciare priuilegijs, vel in totum, vel in partem, ſequi videtur illam acceptaſſe Religionem, in ea tantum parte, quæ in rebellantes diſponit, non in tranſgredientes decreta Viſitatorum.

Reſpondeo primo, fuit etiam in hac parte recepta ſupra Cõſtitutio, nam in ſtatutis Vallifoletanis, ex quibus moderniora conflata, & in breuiorem formam redacta ſunt, id ipſum teſtantur *c.* 8. §. *De fratribus coram Commiſſario Viſitatore, &c. fol.* 271. in hæc verba, *quos ſi quis auſu temerario Commiſſario Viſitatori contradicere, non obedire, aut ſe rebellem exhibere tentauerit: aut eius mandata, ordinationes, & decreta exequi neglexerit, aut etiam contempſerit, is pœnas contra rebellantes ſtatutas eo ipſo incurrat* & citatur in margine *Greg.* 13. hæc autem clauſula in compilatione ſtatutorum exceſſit, & in authographo remanſit, nam vaniſſima eſſet Commiſſariorũ deſtinatio, niſi quæ ipſi ordinarent, reciperentur. & æquale, quinimo maius inconueniens eſſet hoc ipſa rebellione, quia non recipere Commiſſarium, & non exequi, quæ ille ordinat, idem omnino eſt, nam *abeſſe, & inefficaciter adeſſe*, paria ſunt vt multis probat *Iodocus Dambauderius in Enchiridio parium, & ſimilium iuris verb. Abeſſe* ſicuti *habere actionem inutilem, & non habere actionem, & aliquid fieri Prætore vetante, & fieri aduerſus Prætoris edictum idem ſunt eod. ſuis titulis*. quinimo ſi rebellione violatur maieſtas, tranſgreſſione violatur eadem, et vitia radices figunt. Adde, quod taliter diſponente Sede Apoſtolica, non poteſt Religio diſpoſitioni renunciare, quia illa non eſt per modum priuilegij permiſſiui, ſed præceptiui, iuri communi innixi. Vide *Hier. Roder. reſol.* 116. *n.* 26. & alios ab ipſo citatos. Vnde tranſgredientes mandata Commiſſariorum puniendi ſunt in vim Conſtitutionis Gregorianæ, etiamſi in ſtatuta relata non fuiſſet, ſicuti paſſim fit per

alias

alias Apoſtolicas conſtitutiones, etiamſi in ſtatutis non citentur, recole dicta in *Commentar. cap. 8. ſtat. 67 Dico 6.*

Quæſtio duodecima, An haſce excommunicationem, & pœnas poſſit Generalis remittere?

Super Excõmunicatione lata cõtra rebellantes Generalis non poteſt.

Reſpondeo negatiuè. quoad excommunicationem, vt dictum eſt hoc cap. *quæſt.* 4. De alijs pœnis *priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa. & alia quæcumquè dicti ordinis officia exercenda, ac vocis actiuæ quàm paſſiuæ, eo ipſis incurrendis pœnis.* vt diſponit Gregoriana, affirmo cum *Rodrig tom. 2. quæſt 24. art. vltimo orb. verb. abſolutio ordinaria quoad fratres Portel. ver diſpenſare num. 10. Hier. Rodrig reſol 52. num.* 10 qui alios citat *Lezana ver. pœna Eccleſiaſtica num. 17. & tom. 1. c. 10. n. 35. & 36. & cap. 18. num. 46. Peirinus in Conſt 6. Iulij 2. num.* 23. 24. 25. qui affirmat de foro interiori, negat de exteriori cum *Paſſarello*. & à *Sancto Fauſto de paupertate q.* 231. qui negat de deducto ad forum contentioſum concedit de occulto. *Theſauro de pœnis par.* 1 *cap.* 23. *§. dicendum primo*. vbi pro vtraquè parte multos allegat, & ſentit poſſe, vbi canon diſpẽſationem imperſonaliter permittit, & pœna ſit ad tempus indeterminatum, non autem perpetua, vt dicit c. 24. *Ampliatione* 4 ſed quidquid ſit de his limitationibus, id probo non tantum ex priuilegijs, quæ citati authores adducunt, nimirũ *Greg. 14. Illius* quo Miniſtris infirmorum conceditur, *Nec nõ cum eis, ſi opus fuerit, etiam cum rehabilitatione & abſterſione inhabilitatis, infamiæ, & maculæ diſpenſare. Pij V.* Caſſinenſibus idem concedentis, apud citatos *Rod Portel. & Peirinum*. licet illud *Greg.* 14. ad ſolum forum conſcientiæ limitet ipſe, quem ſequitur *Lezana, dicto c. 10. fine*, afferens *Rod. quez, Cruz*, & alios abſolutè id concedentes, ſed etiam ex ipſamet Gregoriana, reſeruante ſibi expreſſe abſolutionem

Exceptio firmat regulam in contrarium.

excommunicationis, non verò aliarum pœnarum; & cum exceptio firmet regulam in contrarium *c. Dominus 32. q 7.* dicendum eſt alias pœnas relictas eſſe ſecundum iuris diſpoſitionem *c. nuper à nobis de ſentent. excomm. §. in 2. vero ver quia tamen*. vbi dicitur, *Quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi*. qui textus tollit etiam perpetuitatẽ pœnarum, quia non eſt reſeruata, & in tantũ dicitur perpetua,

inquan-

inaquantum nõ remittitur, nam & ipſa perpetua remiſſibilis eſt, & ſi remittitur, deſiuit eſse perpetua. Vide diſputata ſupra *c. 2.q.5. Reſpondeo 4. §. dico igitur primo, & in Commen. ad ſtatuta cap. 2. ſtatuto 14. per totum* præcipuè *quæſt. 6.* vbi de facultate Generalium ampliſſima in diſpenſando, diſcurritur. Accedit, quod cum diſpenſare poſſit in pœna, qui poteſt in crimine, vt deduxi. Dicto *Commiſſario quæſt. 5. §. reſpondeo 2.* & Generalis diſpenſare poſſit in contumacia, reſiſtentia, & rebellione, poteſt enim ſuo iuri renunciare, imo & facere, vt non intendat talem Religioſum committere rebellionem, *ſupra quæſt. 11. § quid ſi Commiſſarius,* multò magis poterit pœnas remittere, quæ tandem ad ſuum fauorem latæ ſunt, vt patet in proemio dictæ Conſtitutionis, Hinc puniuntur non obſeruantes ordinata à Commiſſarijs, ſed *ſine expreſſa licentia Miniſtri Generalis, qui ſolus ea mutare valeat*. vt tandem intelligamus totum hocce negotium Generali reſeruatum eſse, qui priuilegijs in totum, & in partem renunciare poteſt, Tandem non placet diſtinctio illa de pœnis indefinitè, & perpetuò latis, quia quoad abſolutionem, & remiſſionem, tantam durationem habet indefinita, quam perpetua, quia ſi indefinita non remittitur, erit perpetua, & ſi perpetua remittitur, non erit amplius. dicere autem quod indefinita poteſt remitti, perpetua ſecus, eſt petitio Principij, cum nulla ſit ſtatuenti reſeruata. ſi vrgeas, cur igitur illa indefinitè, hæc perpetuo fertur? nec enim caſu id fieri dicendum erit, Reſpondeo facilè ex allegatis à *Barboſa dict. 254. num. 6.* nam *indefinitum* aliquando eſt *Perpetuum*, & perpetuum idem eſt, ac indeterminatum, *Perpetuum* enim dicitur, quod licet aliquo modo ante mortem finiri poſſit, aptum eſt durare vſque ad mortem, & non habet tempus determinatum, & perpetuus cenſetur actus, qui certo temporis ſpacio non concluditur. Vide apud ipſum Authores, & iura, quibus addo vetus teſtamentum multa continere de his perpetuis, æternis, & infinitis, vt circumciſionem, ſacrificia, &c. quæ tamen finita ſunt, quia idē valent, ac lata per tempus indefinitum,

Qui poteſt diſpenſare in culpa, poteſt in pœna.

Villicatur diſtinctio pœnæ inde finitæ, & perpetuæ.

Perpetuum quid.

Si tandem replices, ſtatutum confirmatum à Papa cum clauſula irritante, etiamſi ſit ad inſtantiam, & vtilitatem ſtatuentium non poſſunt ſtatuentes illud reuocare. *Abb. in cap. dilecto, de Prabend. Iaſon. in l. poſthumo. C. de bon. poſſ. contra tabul. & in*

Statutum confirmatū à Papa, an à ſtatuētibus mutari poſſit.

& in l. ex facto ff de vulg. & pupill. Io. de Anan. in cap. quia fruſtra de vſur. Felin. in cap cum acceſſiſſent. de conſtit.

Reſpondeo, non agimus de reuocatione ſtatuti, ſed de condemnatione pœnæ.

Quæſtio decimatertia, An hæc diſpoſitio valeat etiam de Commiſsarijs, qui à Generalibus ad cauſas particulares mittuntur.

Commiſſarij ad cauſas ſpeciales nō fulciuntur Gregoriano priuilegio.

Reſpondeo primo negatiuè in vim Gregorianæ, quæ habet *ab ipſo Generali miſſis pro viſitandis Prouincijs*, iuxta quæ interpretanda ſunt verba ſtatuti, *Qui Commiſſario a Generali miſſo reſiſtere, &c.* Licet enim prima fronte, cum non diſtinguat de Commiſsario ad viſitandum, & ad cauſas, videtur de vtroque interpretandum, & aliam diſtinctionem non admittere, eò vel maximè cum vna ſit vtriuſquè ratio, nimirum contemptus Iuriſdictionis, & rebellio, attamen, cum manifeſtè ſtatutum loquatur de Commiſsario iuxta *Gregorium XIII.* vt patet, iuxta illud accipiendum eſt, idquè colligitur ſine hæſitatione ex *ſtatuto 9 cap 1.* dicentis. *Qui Commiſſarijs Viſitatoribus rebellauerint, pœna rebellantibus impoſita puniantur.* & remiſſio fit ad ſtatutum *cap. 7.* de quo diſputamus. Ergo iſtæ pœnę ſunt latæ in rebellantes Viſitatoribus, non alijs.

Sed num impunes iſti euadent? minimè gentium. imò rigorosè, & exemplariter plectendi ſunt pœnis inobedientium Generalibus, quia ipſi in delegatis ſpernuntur, quæ eſt *Trimeſtris carceris, & grauiori, pro illorum arbitrio, cap. 1. ſtat. 4. & Semeſtris cap 7. num. 76.* & ſi rebellans Commiſsario miſſo à Prouinciali ad cauſas, vel viſitandam partem Prouinciæ, *voce actiua, & paſſiua triennio priuatur, & carceri ad arbitriũ Prouincialis mancipetur; eod.* quanto magis miſso à Generali? huc recurrunt regulæ de pœnis arbitrio Superioris reſeruatis, de quibus nos *ſupra cap. 2. quæſt. 5. Reſpondeo 6.*

CA-

CAPITVLVM VII.

De Proprietariorum Pœnis

DE hac materia, quarto, & ſexto Capitulo Statutorum in noſtris Commentarijs egimus, vbi de natura paupertatis, & proprietatis oppoſitæ, ac etiam de caſibus proprietatis vtcumquè tractatum eſt, hic tantum diſputamus de pœnis in Proprietarios diſtrictis, & illis caſibus, qui altiorem exquirunt indaginem.

Quæſtio prima, quæ ſint pœnæ Proprietariorum.

Reſpondeo, ex ſtatuto cap. 7. num. 4. *Pœna Proprietariorum eſt priuatio actuum legitimorum, & carceratio per menſem & ſepulturæ Eccleſiaſticæ priuatio, ſi quiſpiam reperiretur (quod abſit) Proprietarius ab hac luce migraſſe*; Statutum quidem in ordine vetuſtiſſimum, ij ſimet paupertatis voto, & prout proprietatem eliminat Euangelicæ paupertati coæuum. Iudas enim Apoſtolicæ pecuniæ baiulus, & fraudator, ac Ananias, & Saphira donatorum ab ipſis bonorum partem abſcondentes, proprietatis vitium in Eccleſiam induxerunt coæua virtutibus vitia, quæ, vt inquit *Firmianus diuin. Inſtitut. lib. 7. cap. 10. virtutem ſemper impugnant* hoc autem proprietatis, poſt nuncupatum Deo votum, non tantum Religiones omnes arietat, verum Minoricæ ſodalitatis eſt virus exitiale, quatit enim Franciſcani ædificij fundamentum, & Seraphicæ Religionis præcordia inuadit, dignum, quod deſtitutione, & carceratione diſperdatur.

Pœnæ in Proprietarios ſancitæ

Proprietarij priui in eccleſia.

Vitia virtutibus coæua

Prima igitur pœna in Proprietarios diſtricta, & actuum legitimorum priuatio, de qua nos ſupra *cap. 3. quæſt. 1.* & cum ſit indefinita, quantum durare debeat, diximus *cap. 3. quæſt 5. Reſpondeo 4.* An autem hęc ſit pęna canonica, patet affirmatiuè ex *cap. Monachi, cap. cum ad Monaſterium, cap. ſuper quodam de Stat. Monach. & Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 2.*

Secunda eſt carceratio per menſem, quæ municipalis eſt, ſed in citato Tridentino permiſſa, ait enim *atque etiam iuxta ſuæ regulæ, & ordinis Conſtitutiones puniatur, quod in capit. non dicatis 12. quæſt. 1.* inſinuatur, *quod ſi depræhenditur, ſecundum arbitrium Præſbyteri, vel Præpoſiti grauius emendetur.*

Præ-

Præpoſitus autem eſt generale Capitulum, quod Carcerationem infligit, etſi videatur carceratio repugnare expulſioni è Monaſterio, ſiquidem in *cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* dicitur. *Si proprietatem aliquam fuerit deprahenſus habere regulari monitione præuia, de Monaſterio expellatur: nec recipiatur vlterius, niſi pœniteat eum ſecundum Monaſticam diſciplinam.* attamen cum expulſio ſit maior pœna, imo *grauiſſimum, & extremum remedium*, deturquè *in profundum malorum delapſis*, vt dicitur in *decreto de Apoſt. & eiectis.* cui præmittitur annualis carceratio, tanquam diſpoſitio ad reſipiſcentiam, ſatis miſericorditer expulſio in carcerem commutatur. Qua autem ratione infligendus ſit carcer, vide *cap. 4. quæſt. 5. & per totum.*

Sepultura Eccleſiaſtica qui priuentur

Tertia Pœna eſt, Eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatio, ſi in proprietate deceſſiſſe conſtiterit, grauiſſima quidem, quippe quæ exigentibus, & ſibi retinentibus decimas, morientibus in duello, vſurarijs manifeſtis, hæreticis, eorumquè defenſoribus, non confitentibus, nec communicantibus ſemel in anno, Incendiarijs, ſanctimonialibus vitam regularem non ſeruantibus, ſe ipſos occidentibus, defunctis in excommunicatione, alijſque magnis peccatoribus irrogatur, vt colligit *Anton. Auguſtinus* in ſuo *Epitom iuris Eccleſiaſtici lib. 26. tit. 12.* quorum omnium vna ratio eſt, quia nimirum habet præſumptionem Eccleſia, quod ij in peccato mortali deceſſerint, quibus, ſicut

Quam ob rem.

Eccleſia triumphans negat manſionem, ita militans ſepulturam, *cap. quibus cap non exiſtimemus 13. quæſt. 2. apud Sylu. verb. ſepulturam num. 9. §. ſeptimo generaliter Abb. in cap ſuper eo. de Stat Monach. num. 2. Gloſ. in cap. ſuper quodam eod.* Hoc autem intelligitur, niſi contritionis ſigna non dederit, ad quod probandum ſufficit vnus teſtis, vt cum *Archidiacono*, inquit, *Syluester* loco ſuperiori. Sepeliendus igitur erit Proprietarius defunctus in loco prophano, non in Eccleſia, aut Cœmiterio.

Proprietarius cum pecunia deſodiendus.

Si quæras, an in prophanam hanc ſepulturam deſodiendus ſit defunctus cum ſua pecunia, vt decernit *Innocentius Tertius dicto cap. cum ad Monaſterium*, ibi, *Quod ſi proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perditionis, extra Monaſterium in Sterquilinio ſubterretur.* idque fieri debeat ſub culpa mortali.

Re-

Reſpondeo affirmatiuè, Nec puto peccare mortaliter, qui prætermitteret, quia multi apud *Theſaurum 2.par.verb, Religioſus cap, 11.* affirmant, non eſſe neceſſe cum eo ſepelire totam illam pecuniam, ſed ſufficit partem, & ex æquitate, ad quid enim perditio hæc? (inquit *Graſſius decis.aurearum par. 2.lib.3. cap. 19.num. 5.*) & agitur de præiudicio charitatis, & pietatis, & non eſt maior ratio de tota, quàm de parte. Vnde ſi non peccatur ſepeliendo partem, cum textus diſponat de tota, nequè peccabitur nihil ſepeliendo. accedit, quod non omnis proprietas eſt pecuniæ, poterit eſſe librorum, poterit cenſus vini, &c quæ incommodè cum defuncto ſepelirentur. Eſt enim quædam cerimonia deteſtatiua ſceleris, & viuorum admonitiua, ne peccent.

Dices, ergo Guardianus, qui Proprietarium ſepeliret in Eccleſia, non eſſet puniendus.

Reſpondeo negando illationem, quia non omnes pœnæ pro culpa mortali irrogantur. Sufficit transgreſſio Statuti. Quapropter pœna arbitraria puniendus eſſet, vſquè ad priuationem officij, qui ſecus faceret, tanquam grauiſſimæ Eccleſiaſticæ diſpoſitionis contemptor. Si id ſine ſcandalo poſſet, & eſſet excommunicatus ipſo facto *Clem, 1 de ſepult. Vide Hier. Roder.* & alios apud ipſum *reſol.128.num. 23.* Et in caſu contrauentionis exhumandus eſſet, & in profanum locum abijciendus, ſi ſcandalum non generaretur, vt expreſsè ſancit *c. ſuper quodam. de ſtat. Monach.* ibi *ſi ſine maximo ſcandalo potuit fieri, de ipſa proÿci dignus eſt Eccleſia*. Quodnam autem ſit hoc maximum ſcandalum? dicerem ſi ſæculares eſſent in Conuentu, ſi Religioſi exteri, ſi ad ſæculi notitiam deuenire poſſet, quæ etiam cauſæ ſufficiunt ad non ſepeliendum proprietarium in Sterquilinio, quia idem eſt, præmitti, & ſubſequi, & eadem ſcandali ratio. Hinc ***Abb. hic num.** 2.* ait, ***Nota**, quod ratione ſcandali euitandi relinquitur corpus in Cœmiterio, contra iuris diſpoſitionem*. Vide *Theſaurum citatum num.1.* Si tamen ſine ſcandalo fieri poſſit.

At quomodo in Sterquilinio ſepeliri poterit? teneri fortaſſe debeat rigoroſè vocabulum Sterquilinij, vel Stercolinij, vel Sterculinij, vt apud veteres? An ſepeliendus rigoroſè in Sterquilinio.

Reſpondeo negatiuè, quia ſufficit ſepelire in loco profano, & immundo, horto videlicet, ſilua, &c. terminus enim ille in Monaſterio rigoroſè teneri non poteſt, vt ſepulturæ ſit aptus.

Dices vlterius in dicto *cap. ſuper quodam*, habetur, *licet à ſuo Priore communitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit reſignare*. An ſi monitio non præcedat, poſſit Proprietarius in Sterquilinio ſepeliri.

Reſpondeo affirmatiuè cum *Panhor. loco cit quia* (inquit) *reperitur deceſſiſſe in peccato mortali*, quæ eſt cauſa a Priore huius ſanctionis, Commonitio enim illa non eſt diſpoſitio Pontifi cis, ſed ſupplicantis Canonici Regularis narratio.

Dices adhuc, an in profano loco ſepeliendus eſſet, qui repertus fuiſſet alienaſſe ante mortem bona Monaſterij, donaſſe nummos, &c. non autem actualiter poſſidere. Equidem donare, vendere, alienare, in emphiteuſim tradere, &c. & vlterius ſi conſtaret mortuum eſſe in peccato proprietatis, iuxta actus omnes illos Proprietarios, qui vt tales in noſtra Religione cenſentur, quos recenſui in meis *Commentarijs ad Statuta cap. 4. Stat. 2. & cap. 6. Stat. 13.* & recenſebuntur plenius infra, & tandem ſi moriatur Proprietarius, nõ nummorum, ſed aliarũ rerũ.

Proprietarius quoquo modo hanc pœnam meretur.

Reſpondet *Theſaurus citatus in fine dicti cap. 11. Non dici proprietarium, qui aliquid alienat ſine licentia, ſed ſolum, qui poſſidet aliquid vt proprium, ſine Superioris licentia*, cum *Sanchez, & Laiman*: Verum ſi vniuerſaliter hoc dictum intelligatur, non eſt verum, quia alienatio ſtrictè ſumpta *eſt omnis actus per quem trasfertur dominium. l. 1. C. de fun. dotali*, & latè per quem transfertur poſſeſſio ad longum tempus, vt in locatione, & emphyteuſi, vt fatentur ſcribentes de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & ipſemet *Author in verb. Alienare*. transferre autem dominium eſt actus proprietatis, quia non poteſt transferre, qui non habet *cap exijt de verb ſignif in 6. § Ne talium rerum*. vbi de hac materia fusè, non habens autem dominium & in alios transferens, dicitur fur, & proprietarius, *Graſſius* citatus *dicto cap. 19.* initio. Igitur qui alienauit eſt proprietarius, ſicuti qui peccauit eſt peccator, & qui hominem necauit, homicida. Neque hic recurrendum eſt ad peccatum actuale, & habituale, itaut pœnas Proprietariorum mereatur, qui actu eſt proprietarius, retinendo rem non ſuam, non autem, qui fuit, quia hac ratione pauciſſimi delinquentes punirentur, ij tantum, qui inflagranti crimine reperirentur, quod eſt omninò abſurdum, & quod qui alienauit, dedit, donauit, vendidit ſine licentia ſit proprietarius, eſt communis opinio, à qua ſine temeri-

meritate non eſt recedendum, *Cordub. in regulam cap. 6.* & omnes illi, qui in regulam ſcripſerunt cum *Nicolao 3. in cap. exijt & Clem. 5. in cap. Exiui de verb. ſignif. in 6.* & *Io. 22. ad conditorem*, alijſquè Pontificibus, qui ante hos regulam Sancti P. Franciſci expoſuerunt. *Mend. in quod quaſt. 8. concl. 3. Bonac. de largit. mun. diſput. 3. Diana tract. 6. de pauper: religioſa. S. Thom. 2. 2. quaſt. 32. art. 8. S. Anton. 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 11. de S. Fauſto de voto paupert q. 208.* & qui totam conficit rem, *Clem. 8. in Bulla de largit. munerum*, quę incipit *Religioſa Congregationes* §. *quod ſi quis ait. Et præterea priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ* (quo eſt pœna proprietariorum *Conc Trid.*) *ipſo facto incurrat, necnon contra furti, & ſimoniæ criminum Reum tam per viam denunciationis, accuſationis, aut querelæ, quàm etiam ex officio inquiri, & procedi, condigniſquè ſupplicijs affici debeat*, & loquitur de alienatione iam facta per donationem, & munera, eoſquè fures, & ſimoniacos cenſet, & Proprietarios, contra quos inquiri mandat de crimine iam tranſacto, Alienaſse igitur, peccatum proprietatis eſt, & Proprietarius dicendus venit qui alienauit, ne dum qui actu retinet, & hoc tanquam principium ſolidum tenendum eſt in Religione Franciſcana, vt taceam de omnibus, quæ votum paupertatis emittunt.

Dixi hoc dictum non eſse vniuerſaliter verum, quia ſi loquatur de Proprietario, in ordine ad ſepeliendum illum in Sterquilinio, vt loqui videtur, ſentio, tam grauem pœnam dari non poſse, niſi actu in proprietate depræhenſis, & decedentibus, nã verba Sacrorum Canonum hoc innuunt. In cap. enim *cum ad Monaſterium*, dicitur *Quod ſi proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte, ipſa cum eo &c. ſubterretur.* & in *c. ſuper quodam.* dicitur *proprium, quod latenter habuerat, noluit reſignare.* vbi de actu proprietatis ſermo eſt. *Concilium verò Tridentinum dicta ſeſſ. 25. c. 2.* dum ait, *quod ſi aliter quidpiam tenere depræhenſus fuerit, aut conuictus, biennio actiua, & paſſiua voce priuatus ſit*, non eſt intelligendum, ſi actu inueniatur cum nũmis, &c. ſed ſi conuictus fuerit Proprietarius (quod verificatur de actu proprietatis iam tranſacto) & ideo non ſine cauſa dicit, *depræhenſus, aut conuictus, quia depræhenſus ad actum præſentem l. palam. § quæ in adulterio ff. de ritu nupt. l. 2. & 4. C. ad leg. Iul. de adult.* vbi deprehendi in adulterio, & *l. 7. C. de fenſ: Ciuit.* vbi deprӕhendi in latrocinio. & *l. 2. C. de ſepulch. violat.* vbi

Depræhenſus de actu *Conuictus* de prę terito accipitur.

vbi depræhendi in demoliendis ſepulchris, & *conuictus* ad prçteritum refertur, nam conuictus eſt, qui ipſemet ea, quæ commiſerit negare non ſufficit *l. 16. C. de pœnis*.

Dices præterea. An hæc ſepultura irroganda ſit publicè corã tota cõmunitate, an verò corã ſcientibus delictum, & vlterius, an de cõſilio Patrũ, & de cuius decreto, & ob quãtã materiam.

Proprietarius notorius comm tota communitate ſepeliendus.

Reſpondeo, & dico multa Primum ſi proprietas notoria fuerit, ſepeliri debere coram tota cõmunitate, quia iſte eſt mos Religioſos ſepeliẽdi, alias de clãcularia ſepultura oriretur murmuratio in Cõuẽtu. Secũdũ, ſi proprietas nõ fuerit notoria, ſed vnus, aut alter id ſciuerit, nõ debere ſepeliri palã, qui defũcti fama nõ minus curari debet quàm viui. Viuus autem non puniretur, vel non diffamaretur, niſi delictũ eſſet notorium. Tertiũ, hoc notoriũ poterit eſſe iuris, vel facti, nimirũ, quod per decretũ Superioris declaretur, proprietariũ deceſſiſſe, & tunc poterit apud alios publicari, vt fit in delinquentibus, qui conuicti per duos teſtes, publicè puniuntur, vel etiam ſi depræhendatur proprietas in facto, ſcilicet inueniatur in ſuo cubiculo burſa cum nummis, vel aliquid aliud alibi. Quartum ante ſepulturam præcedere debet diſcuſſio inter Superiorem, & Diſcretos de veritate proprietatis, & intercedere decretum de ſepultura. Alias enim defuncto iniuria irrogaretur, & poſſet agi contra Prælatum aliter procedentem, niſi notorium eſſet, attamen cum hoc notorio, debet præcedere diſcuſſio notorij, & pœnæ applicatio, ita de proprietario depræhenſo, & conuicto, ſentiũt ex vi verborũ *Theſaur. d. c. 11. n. 2.* cum *Sanch. Laym. & Gloſa, & à Sancto Fauſto de voto pauper. q. 198. nu. 2.* Ratio eſt, quia agitur de irrogatione pœnæ, ergo conſtare debet de culpa. Quintum Iudicem huius ſepulturæ eſſe Prouincialem, ſi aderit, aut ſtatim moneri poſſit, ſin autem Superiorem localem, quia agitur de punitione, quæ Prouincialibus reſeruatur, niſi cauſæ ſtatus aliud ſuadeat, nimirũ, ne defunctus plus nimio inhumatus detineatur, & fortaſſe ſæculo ſcandalũ generetur. Si enim Superiori locali remittitur inſtructio corporis delicti, quando ob morã eius probatio deperiret, multò magis ad ipſũ ſpectabit in abſentia Prouincialis, mortuũ ſepelire, eò vel maximè cũ ſtatuta nihil innouent, & ſepultura hæc qualificata remittatur ijs, quibus de iure competit mortuos fratres ſepeliendos curare. Et in probatione huius delicti non debemus vti coniecturis, ſed facti euidentia, qua

non

non repugnante, debemus ſemper inclinare in fauorem defuncti, adeo vt ſi non poſſumus excuſare opus externum apparens, debemus excuſare intentionem, puta (ſi anteacta vita criminí ſuſpitionem non dederit) ſi reperiatur confeſſarius cum nummis, & poſſit conijci eos habuiſſe ab alio Religioſo, vt Superiori, vel Syndico reſignaret, & morte præuentus adimplere non potuit. Si fortaſſe commoditatem non habuit reuelandi. Si moriens confeſſarium volebat: ſi ſigna contritionis dederit: Si quod proprietas apparet, iudicari poſſit alicuius ſæcularis depoſitum: ſi reſtitutio facta à pœnitente, quam reſtituere Domino intendebat. Si librum hæreticum, & caracteres necromanticos haberet, quod tamen occaſione confeſſionis retinebat, ſi ignorantia laborabat, ſi ad neceſſaria ſibi paranda d narios tenebat, ductus aliqua opinione probabili, hæc enim omnia culpam mortalem auertunt. Vide *Hieronym. Rod. reſol. 129. in 3. retractatione*, vbi piè, & doctè cum *Rod.* Sextum, ob leuem proprietatem, quæ non ſit peccati mortalis, non debere ſepeliri aliquem in loco profano, quia tota ratio huius ſepulturæ eſt præſumptio, quod is ſit in peccato mortali defunctus, quo deficiente, deficit iuris præſumptio, *Rodriq. p par. Sum. cap* 150. *num.* 1. cum *Nauar. & à S. Fauſto dicta quæſt.* 198, fine: & debet teneri opinio, quæ maiorem ſummam aſſignat. Septimum, ob eandem rationem ſepeliendus, eſt extra Eccleſiam, qui moreretur in peccato mortali, etiam ſi non ſit contra votum paupertatis, puta ſi reperiretur mortuus in lecto cum muliere, vel ſine habitu regulari, etiam ſi cum probabili opinione, quam tenui in *Commentarijs ad ſtatuta cap* 2. *ſtat.* 62. non ſit iudicandum mortale, dormire ſine habitu, ex quo iuxtà ſuperius dicta, repertus nudus non deberet ſepeliri in loco prophano quia nuditas hæc mortalis non eſt, & niſi nuditas adminicularetur per indicia vitæ irregularis anteactæ in piam partem inclinandum eſſet, attamen Religioſum mori ſine habitu, & vitioſè ſibi detr ct, in Religione non bene audit. vel occiſus dum alium aggreſſus fuiſſet, vel cum ſcripto necromantico, vel hæretico ſupra ſuam perſonam, adiuncta diffamatione prioris conuerſationis, vel ſi laqueo à ſemetipſo ſuſpenſus, aut in puteum d merſus, &c. dummodo non poſſet haberi coniectura, quod hoc feciſſet, motus ab aliqua vehementi paſſione, quæ eius intellectum obſcuraſ-

ſcuraſſet, & dementaſſet, vt in facti contingentia ſepeliri vidi in Ciuitate Vrbeuetana Curatum quemdam, qui malinconico humore poſſeſſus, in piſcinam quamdam ſeſe abiecerat, & ſuffocatus perierat. Sapientum enim habito conſilio, Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D.D. Cardinalis Creſcentius in ſacrato ipſum ſepeliri iuſſit, erat ſiquidem alias vir probatæ conuerſationis, & cuſtodiebatur in Conuentu Fratrum Minorum Conuentualium Reformatorum Sancti Laurentij illius Ciuitatis, ne aliquando ſe ipſum perderet.

Dices tandem, an eadem pœna, & maiores, & minores proprietarios comprehendet?

Pœnæ proprietariorũ, an creſcere debeant pro exceſſu proprietatis.

Reſpondeo, ſepultura non poteſt creſcere, vel minui, & hęc infertur ob mortalem culpam, quæ formaliter eſt in paruo, ac in magno. Vlterior enim quantitas ſe habet materialiter. Priuatio verò actuum legitimorum, & carceratio pro exceſſu criminis augeri poſſent, nam ſi conſtaret, aliquem inſorduiſſe in proprietate per annum, vel annos ſordidè, & cum ſcandalo ſibi pecunias, vel quidpiam aliud comparaſſe, ingentem pecuniarum ſummam corraſiſſe, &c. Ratio ipſa ſuadet ſeueriori diſciplinæ animaduerſione plectendum eſſe: mitiori autem, qui per diem, per hebdomadam, per menſem, clanculò, in parua quantitate proprietarius depræhenderetur, taxata ſiquidem pœna, pro inferiori qualibet proprietate lata eſt, maiores grauior vltio debet impetere. Ita praxis noſtra criminalis *tit. Applicatio pœnarum delictis fol. 9. Proprietariorum pœna eſt, &c. cum pœnarum augmento, vbi culpa replicata fuerit.* cuius argumento dicendum eſt etiam, *vbi culpa acuta fuerit*, ex facultate generali conceſſa Iudicibus in fine eiuſdem tituli *fol. 14.* in hęc verba, *& licet has pœnas Iudex alterare, mutare, ſeu moderari regulariter non poſſit, tamen vt in aliquo caſu mutatis circumſtantijs, & qualitatibus delictorum, cum conſilio Patrum, poterit, vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pœnarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, ſiue ſcandalum, aut peccandi fragilitas, & conſuetudo ſuaſerint*, Idquè firmant *Innoc. Tiraquell. Clarus, Menoch. Salzedo, Couar. Sayr. Alphonſus de Caſtro, Miranda*, citati in margine huius ſtatuti, & praxis. Iuſtum eſt enim, *vt quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum detur illi tormenti, & luctus*. Apoc. 18. Illo tamen firmo remanente, vt non ſit arbitrarium Iudici

dici, minuere pœnam ſtatutariam, quia (vt dictum eſt) illa etiam minimos caſus proprietatis comprehendit, dummodo ſint peccata mortalia.

Qua autem pœna puniendus ſit Superior, ſepeliens in Eccleſiaſtica ſepultura eum, qui notoriè defunctus eſſet Proprietarius, & nulla tergiuerſatione excuſari poſſet.

Reſpondeo, nullam in iure determinatam reperio, vt reperitur de hæreticis, & eorum fautoribus *cap. 1. de hæret. & cap. 2. de hæret. in 6.* De interdicto ſuppoſitis *Clem. 1. de ſepult.* De infidelibus *cap. Eccleſiam de conſec. diſt. 1.* De excommunicatis publicè, & nominatim *de priuil. in 6. cap. Epiſcoporum* De Vſurarijs manifeſtis *cap. quia in omnibus. De vſurarijs. capit. quamquam de vſur. in 6.* Hi enim omnes reſpectiuè excommunicationem, interdictum, & ſuſpenſionem incurrunt, cum debito exhumandi cadauera, & locus ille, in quo hęretici ſunt ſepulti, remanet interdictus, de quibus legendi ſunt *Syluest. verb ſepultura,* & alij ſub hoc titulo. non eſt autem imponenda cenſura vbi ius non imponit, quare remanet pęna arbitraria pro temerè proprietarios ſepelientibus, & obligatio exhumandi ſepultum, & in ſterquilinium defodiendi, ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, vt dictum eſt ſupra. Quibus prohibeatur eccleſiaſtica ſepultura ſub pœnis.

Si inſtes cum *cap Monachi de ſtat. mon.* vbi recenſito de Religioſo, qui mortuus erat proprietarius, *Nec inter fratres recipiat ſepulturam*, aduertit, *Abbas autem qui iſta diligenter non cauerit, officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurum*, poteſt deponi Superior contraueniens.

Reſpondeo primò, iſta pœna non refertur ad ſolam ſepulturam, quia in Capitulo diſponitur, ne Religioſi permittantur habere peculium, ne vagentur per villas, ne pro ſua redemptione aliquid dent, & de moriente in proprietate. Vnde ad omnia hæc, pœna in Abbatem negligentem dirigitur, patet ex illo verbo, *qui iſta*, quæ pluralitatem denotat.

Reſpondeo ſecundo, poſſe applicari etiam negligenti Guardiano priuatio officij in hoc caſu, & nota illud verbum *diligenter*, quia puniri debet, non ſolum ſi malitiosè, & per contemptum id faciat, verum etiam ſi faciat per negligentiam, quia in eo, qui habet officium, quiquè, & ſcire, & exequi debet, quæ ſui iuris ſunt, negligentia eſt lata culpa. *Sylu verb. culpa num. 5.* Negligentia quando eſt lata culpa.

Quæſtio ſecunda, In quorum Proprietariorum genera ſupradictæ pœnæ diſtringantur.

Reſpondeo, Proprietariorum pœnas Seraphica Religio non tantum applicat veris, & in rigore proprietarijs, verum etiam aliquibus, qui circa pecunias, earumquè contrectationem, Conſtitutiones Apoſtolicas, & Seraphicas Sanctiones non ſeruant, quos ſimilitudinariè proprietarios cenſet, idquè ad manutentionem paupertatis altiſſimæ, quę eſt minorici ędificij fundamentum, exempli gratia.

In cap. 4. ſtatut. num. 2. dicitur *Tanquam proprietarium puniri præcipimus, qui denarios, vel pecuniam receperit, aut eos propria authoritate ad recipiendum, & in proprios vſus cõuertendum, quempiam ſubſtituerit* & num. 3. *Vel eoſdem ſupra ſe, vel in pera, vel ſupra iumentum portauerit, aut eos propria manu contrectauerit, vel apud ſe in cælla, vel alibi, vel in ſæcularium manibus depoſitos habuerit*. In cuius ſtatuti commentatione plura diximus in *Commentarijs ſtat.* 2. pręcipue quod pręceptum regulę *cap.* 4. *Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant &c.* importet receptionem deſignantem dominium, & conſequenter transgreſſorem eſſe vere Proprietarium, ad quem ſenſum interpręrati ſumus alia ſtatuta vetantia contrectationem, quęſtum, & familiaritatem pecunię. Verum eadem ſubtilius timantes, dicimus non omnia ſtatuta importare veram proprietatem, ſed aliqua prohibere, ac punire fictam. Probatur, nam ſi non eſſet hæc diſtinctio, vana eſſent multa Statuta. Si enim omnia importarent dominium, & appropriationem, non probè diſtinguerent. *Qui denarios, vel pecuniam receperit, aut eos propria authoritate, &c.* vbi eſt propria authoritas, ibi eſt independentia, & dominium, & nulli dubium eſt, talem eſſe verè Proprietarium. Si ergo hæc propria authoritas non eſt memorata in *qui denarios, vel pecuniam receperit*, ſignum eſt de receptione, quæ non ſit vera proprietas, ſed ad inſtar, idquè conijcitur ex duabus particulis, *Vel*, & *tamquam* Illa ſignificat (præter dicta à nobis in *Comment. Stat.* 42. *cap.* 8 *fol.* 670. *& infra*) diuerſitatem, etiam ſi illa diuerſa idem importent, vel parum diſtent, nam licet aliquando, *Vel* valeat, ac ſi diceremus *Et*, ac copulat, id tamen verum eſt in ijs tantum, quæ ſunt idem ſignificantia, vt per allegata à *Barboſa*

Proprietas vera, & ficta

Vel quid denotet.

Dict.

*Dict.*415. modo non ſumus in caſu, quia,& ſi concedamus parum diſtare *Recipere denarios*, & *propria autboritate recipi facere*, maximè apud minoritas, quibus innatum eſt in denarios odium, attamen inter ſe ſunt diuerſa, quia poſſunt recipi, & non propria authoritate,& ideo particula diſiunctiua, *Vel* vim copulatiuæ non habet. Hæc autem *Tanquam* de ſui natura denotat improprietatem, & fictionem, *Barboſ.dict*. 402. *num*.1. & ad ſummum, ſimilitudinem, quæ poſſet importare veritatis expreſſionem, niſi obſtaret ratio diuerſitatis apertæ, quia multoties accidere poſſet, vt quis ab alio rogatus denarios, vel ſupra ſe, vel iumento, vel in pera portet, vel in cælla retineat, vel manu contrectet Phyſicè,qui tamen ſui non erunt,& tota formalitas proprietatis abſcedat. Nō iuerim inficias,poſſe hæc ipſa ſtatuta declarari de receptione,portatione,retētione &c.propria authoritate factis,quia declarant præceptū regulæ, quæ actus proprietarios vetat, vnde dicitur in antecedentibus verbis ſtatuti, *declaramus nobis probiberi receptionem denariorum, & eorum, quæ pretio extimantur, quorum vſum fratribus babere non licet, vnde tanquam Proprietarium, &c.* & in fine *numeri* 2. *Vel ſæcularium manibus depoſitos babuerit*. Depoſitum autem dicit deponentis dominium, quamquam poſſit frater minor, ſi annulum, vel torquem aureum inuenerit, illum apud aliquem deponere, non tanquam Dominus, ſed tanquam Inuentor, vt proprio Domino reſtituantur. Sed in hoc ſenſu ſtatutum non loquitur, verum de depoſitione authoritatiua, quæ proprietatem importat, qua conſideratione optimè fuit in Commentarijs declaratum ſtatutum. Nihilominus affirmo, puniri pœna proprietariorum aliquos actus non proprietarios, idquè probo manifeſtè,nam *cap*.4.*nu*. 7. dicitur *ſine Procuratore nibil emi, nibil vendi, aut de eleemoſynis prædictis quouis prætextu diſponi poſſit ſub pœna proprietatis. Sub qua pœna probibemus, ne Guardianus, niſi in manu Syndici, vel ſubſtituti de eiuſden licentia eleemoſynas pecuniarias teneat, vel per alienas manus expendat*. Et nullus ambigit, emere mediantibus eleemoſynis, aliquid Conuentui neceſſarium: reponere in manus non Syndici eleemoſynam, expendendam in vſus fratrum, non eſſe proprietarium, quia nihil ſibi appropriat propria authoritate non expendit, ſed facta ſibi à datore eleemoſynæ. Non conſignare Syndico, non eſt ſibi appropriare, & tamen vt proprietarius punitur. Sic etiam

Tanquam quid importet.

num.

num.1 c. petere eleemoſynam pecuniariam ſine licentia, *prohibetur ſub pœna proprietarij*, & tamen poteſt petere eleemoſynam pro re neceſſaria, & *n*.1 1. prohibentur capſulæ, & trunci, *ſub excōmunicationis latæ ſentent. & proprietariorū pœnis*. Etiā ſi ſint confratriarum, quis hic videt proprietatem? & his ſimilia multa. Quare his pœnis ſubiacent proprietarij ſimilitudinarij, illi nimirum, qui præſumptionem, & ſpeciē proprietatis præſeferunt, vt inquit *Clem*. 5. *c. exiui*. infra citanda, quæ manifeſtè diſtinguit inter has proprietatis ſpecies, ſicuti in voto paupertatis, & præcepto, dicens *Verum etiam cum dicti Ordinis fratres, non ſolum à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verum etiam à contrectatione qualibet ipſius, & ab ea ſunt penitus alieni*. quibus verbis videre eſt, receptionem, aliquando dicere proprietatem, ibi *receptione, proprietate, dominio*, cum nimirum propria authoritate fiat, & proprietario affectu. Cæterum his ceſſantibus, ſolam contrectationem, & ipſam prohibitam per præceptum, dicit, & clarius §. *Declaramus Quod dicti fratres non ſolum ad illa tria vota nudè, & abſolutè accepta ex profeſſione ſua regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia adimplenda, quæ ſunt pertinentia ad hæc tria*, quæquè vocat, *modificantia tria vota*: & latiſſimè ſuper omnes alios Pontifices deſcendit ad caſus particulares, quibus proprietas verè, vel ſimilitudinaliter contrahitur, qui deinde in ſtatuta ordinis ſunt repoſiti.

Quæſtio tertia. An ſub eodem rigore puniendi ſint proprietarij ficti, ſicuti, & veri.

Proprietarij veri, & ficti an æqualiter puniendi,

Reſpondeo ex proprietate ſermonis videtur reſpondendum affirmatiuè, quia ſine ambiguitate ſtatuta diſponunt, *pœnis proprietariorum afficiatur, tanquam proprietarius puniatur, ſub pœna proprietatis*, vel *proprietarij &c.* in claris autem non indigemus coniecturis, & cum ſtatuti verba ſunt clara, non eſt vlterius diſputandum, *argum l. ille §. cum in verbis ff. de legibus*; & certum eſt, ſeruanda eſſe ſtatuta legitimè condita, *l. omnes populi ff. de iuſt. & iure*, vbi communiter Doctores, præcipuè *Socinus Iunior conſ*. 49. *num*. 1 *vol*. 4. & eſt doctrina communis apud *Gram. de extenſion. num* 9. *Curt Iun. conſ*. 329 *à num*. 36. *volum*. 3. *Bonacoſſ* citatus in *commun. opin. lib*. 1. *tit*. 17. *num*. 240. Quod ſtatuta ſimpliciter loquentia, habent locum in caſu ficto, vbicumquè caſus verus, & caſus fi-

Statutum loquens de caſu vero, quando verificatur de ficto.

ctus

ctus æquiparantur. In Seraphico autẽ ordine ex cõmuniſſima, & præſcripta opinione cenſentur proprietarij,tã veri, quã ficti, & ita apud omnes audiunt.Præter quã quod, ſtatuta nõ decernunt tales eſſe proprietarios, ſed puniendos eſſe pœna proprietariorũ,nec argui poteſt à pœna ad culpã, quaſi iniquè, vt proprietarius puniri mãdetur,qui proprietarius non ſit, nam leges poſſunt vnam pœnam pluribus applicare delictis,vt pęnam mortis homicidio, aſſaſſinio, furto, ſacrilegio, hæreſi &c. Sic etiam de exilio, confiſcatione bonorum. Sic mandans, & mandatarius, agens, & conſentiens pari pœna puniuntur. *Clar.quæſt.89.init ver.ſed quæro.* in Minorico ſodalitio, ita timentur nummi, & proprietas, vt quidquid ad illa appropiare, vel inducere poteſt, vitetur tanquam proprietarium,& vt proprietarium puniatur. Appropiant autem omnes illi actus,quibus Proprietariorum pœna imponitur, vt eſt tangere, deferre, tenere, deponere, &c. nummos,emere, vendere, Syndico Apoſtolico non vti, &c. quia facilis tranſitus eſt à tactu, & retentione pecuniæ da appropriationẽ,*qui tãgit picem inquinabitur ab ea Eccleſ.13.*ideò rigoroſa diſciplina,ſpecies,&ſimilitudines ablegat, ne res, & exiſtentiæ ſenſim in ordinem inferantur. Maximè dicente *Clem.V. cap exiui, de verb.ſignif.§ cupientes igitur, Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur interiorem mentis diſpoſitionem, & habitum repræſentet, neceſſe habent fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxerunt,ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſtinere, & §. Amplius, ait Cum non ſolum, quod malum eſſe dignoſcitur, ſed & omne quodſpeciem habet mali ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum, & c.creduntur veriſimiliter ex ijs, quæ foris patent,in ipſis rebus fratres, aliquid quærere tanquam ſuum.* fundantur igitur in exemplo proximorum, & præſumptione proprietatis. Species mali ablegan da.

His tamen non obſtantibus dico, Proprietarios fictos mitius puniendos eſſe, & Ratio eſt, quia ſicuti eſt diuerſitas inter verum, & fictum, ita debet eſſe inter pœnam, & pœnam. Statuti enim verba debent propriè intelligi, non autem impropriè, at fictè, vbi abſonus ſenſus non ſequatur. Et ſtatuta requirunt caſum verum, & non fictum, *l.3.ff de neg.geſt.§.hæc verba,* vbi *Bartol. & alij in l.1.ff.ad leg.Cornel.de Sicar.*& iſtam Proprietarij ficti mitius puniendi Statuta propriè, & ſecũdum caſum verum intelligenda.

eſſe communem opinionem aiunt, *Decius in l. non vult hæres ff de reg. iur. num.* 4. cum ſequentibus *Auguſtinus Berous in c. ſi quis Epiſcopus de accuſ. num.* 6. *Viuius in verb. ſtatutum. limitat.* 10. & licet non ſit neceſsè propter hoc confugere extra ſtatutū ad casū fictū, quia ſtatuta proprijſſimis verbis diſponūt talem, vel talem puniendum eſſe pœna proprietariorum, vbi nulla eſt caſus fictio, ſed pœnæ extenſio, attamen, cùm ſint aliqui ex his caſibus, vt videbimus, qui leuem ſatis culpam oſtendunt, rationi conſonum eſt, vt etiam lenior fiat pœnæ irrogatio. Leuitas autem conducere poterit, tum in non neganda ſepultura Eccleſiaſtica fictis proprietarijs. quia cum hæc ſit pœna Canonica, infligi debet illis, qui veri proprietarij ſunt. Tum etiam, quia priuatio actuum legitimorum non debet extendi ad tantum temporis, ad quantum extenderetur, ſi verus proprietarius eſſet. Tum deniquè quia priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium non poterit fulminari contra fictum proprietarium quia (vt dictum eſt de ſepultura) illam ſancit Concilium Tridentinum in veros proprietarios Aduerto tamen, eſſe aliquos actus fictæ proprietatis, ita minoricæ Religionis deturpatiuos, vt expediat contra delinquentes rigorem ſtatuti ſine miſericordia exercere, vt in publicis vijs denarios petere; in Eccleſijs capſulas ad colligendas pecunias exponere: in ijſdem pecuniarias quæſtuationes indicere, & facere, &c. & his ſimilia, & eò fortius debemus in hæc delicta inſurgere, quo validius, & turpius Religionem in communi publicè infamant.

Proprietario ficto ſepultura eccleſiaſtica non eſt neganda.

Quæſtio quarta, Qui nam ſint actus proprietatis, tam ſecundum regulam, quàm ſecundum ſtatuta, qui pœnis in proprietarios ſancitis puniri debeant.

Reſpondeo multos eſſe illos, per ordinem, quo in ſtatutis ſparſim deſcribuntur recenſebo.

Primus actus proprietatis.

Primus eſt, in cap. 4. Stat. §. 1 num. 2. & 3. *Tanquam proprietarium puniri præcipimus, qui denarios, vel pecuniam receperit: aut eos propria authoritate ad recipiendum, & in proprios vſus conuertendum quempiam ſubſtituerit. Vel eoſdem ſupra ſe, vel in pera, vel ſupra iumentum portauerit, vel in Sæcularium manibus depoſitos habuerit.* Hoc autem totum diſpoſitum eſt ad obſeruantiam præcepti regulæ cap. 4. dicentis *Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, ut nullo modo denarios, uel pecuniam reci-*

recipiant, per ſe, vel interpoſitam perſonam, vt dictum eſt ſupra *hoc capitulo quæſt*.2. circa quæ.

Difficultas prima conſurgit, An hoc ſtatutum veram proprietatem contineat.

Reſpondeo præter dicta *quæſt*.2. continet proprietatem veram, & fictam, illam, ſi authoritatiuè hos actus faciat, & hac ratione immediatè opponitur voto, iſtam. ex præſumptione, & tranſgreſſione præcepti, declarati per *cap. Exijt, qui ſeminat. & Clem. Exiui de Paradiſo. de verb. ſignif.* in quo Sedes Apoſtolica (apud quam reſidet dominium directum, & immediatum rerum, quæ fratrum vſibus conceduntur) determinauit modos, quibus licitus eſt vſus pecuniæ apud fratres, nimirum per ſubſtitutos dantium eleemoſynas, vel per Syndicum Apoſtolicum. Itaquè alios ſubſtituere, vt vetitum, & illicitum, reputatur proprietarium.

Difficultas ſecunda, ſuppoſito, quod ſine culpa, & ſcandalo poſſit minorica ſupra ſe, vel in pera, vel ſupra iumentum, vel in cæila, vel in ſæcularium manibus denarios portare, & deponere, nimirum in periculo latronum, vel vt amico morem gerat, aut inuentum aſſeruet. Si de his conuictus, puniri, vt proprietarius poſſit.

Reſpondeo ſi ſimul conſtet, culpam, & ſcandalum abſuiſſe, quia ſcilicet id actum fuerit cum perſonis notis, regulam callentibus, vel doctis, quibus frater proteſtatus fuerit, id ſibi vetitum, & tantum ex charitate, & neceſſitatis articulo conceſſum, non debet puniri tanquam ſtatuti tranſgreſſor, ſiquidem vt ſupra ex *Clemento V.* retulimus, mali ſpecies punitur, & tranſgreſſionis præſumptio, ergo his ceſſantibus, debet etiam ceſſare punitio. Si autem hoc non probetur. remanet reus delicti, & pœnę obnoxius. Probari autem per ſolum ſocium, non ſufficit, quia vnus Teſtis, & in materia tam ſcrupuloſa apud Minoritas, non probat, ſicuti nec in alijs materijs.

Difficultas tertia. An confeſſarium iuueret, ſi inuenta in ſua cella pecunia, diceret, ex reſtitutione eſſe, ibiquè ad opportunitatem temporis aſſeruari.

Cõfeſſarius vt proprietariuspuniẽdus, ſi denarios reſtituendis in cælla retineat.

Reſpondeo negatiuè, Tum quia id probandum eſset, tum etiam (& ſi probaretur) non debuit ſe exponere periculo, quod apud idſum pecunia reperiretur, & ſęcularia negotia ſibi impertinentia, & prohibita arragare, non enim debet admitti

mitti per viam confeſſionis, quod ſibi vetitum eſt per viam regulæ, & ſtatutorum, *cap. cum quid de regul. iur. in 6. & non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. cap. non eſt eod.* neque permitti vnquam debet impunè tale exemplum, quod poteſt peſſimas conſequentias generare. Neque hic adduci poteſt doctrina dicentium, retinere libros hæreticos, expectando opportunitatem illos conſignandi Superioribus, non inducit excommunicationem in indice librorum prohibitorum *Regula decima, apud Tridentinum*, & Bullam cœnæ, vt affirmant *Antonius Souſa diſput. 16.* & alij, quos citat *Bonac. diſput. 1. de cenſuris, in Bulla Cœno contentis punc. 4. num. 15. & Portel. ver. libri prohibiti num. 11.* qui alios citat, & cum hæc ſit grauior prohibitio, ac ſeueriori animaduerſione plectenda, & tamen admittat hanc limitationem, & excuſationem, multò magis admitti debet in Confeſſario, qui habet idem præceptum de non recipiendis pecunijs, attamen ſi illæ reſtituendæ eſſent, nec id fieri poſſet per pœnitentem, & neceſſaria eſſet mora aliqua ad captandam opportunitatem reſtitutionis, videtur à fortiori dicendum, confeſſarium puniri non debere ob retentionem pecuniarum, ſicuti neque puniretur ob receptionem, & retentionem librorum prohibitorum.

Tenere libros prohibitos, vt cõſignentur Inquiſitoribus an inducat excommunicationem

Non inquam iuuari poſſet per hanc doctrinam, quia non eſt dabilis caſus reſtitutionis, faciendæ per conſeſſarium Minoritam, vt eſt de libro prohibito, Nam poteſt accidere caſus, vt pœnitens accedat ad Confeſſarium cum libro hæretico, quem Inquiſitori, vel Epiſcopo in perſona reſtituere, vel per alium mittere non poſſit, ſecum deferre, vel vlterius retinere, aut ipſum propria authoritate comburere non debeat, tunc partes Confeſſarij ſunt, librum è pœnitentis manibus eripere, & peccandi vlterius occaſionem remouere, animo ipſum Superioribus opportunè conſignandi, vt ſæpiſſimè accidit; at in reſtitutione facienda, non cogitur Confeſſarius, ad ſalutem pœnitentis, accipere ab ipſo pecuniam, alteri poſtmodum reſtituendam, quia ſi reſtitutio, ſine famæ, aut grauioris mali periculo, & iactura fieri non poteſt, non tenetur pœnitens facere reſtitutionem, *Rebellus lib. 2 quæſt. 17 ſect. 4. num. 27. Nauarr. cap. 17. num. 57. Leſſius lib. 2. cap. 16. num. 21. Filliuc. tract. 32. c. 5. quæſt. 5. num. 145. Turrianus diſput. 17. dub. 1.* & alij, & licet poſſit Confeſſarius aliquando hoc facere, tamen Confeſſario Mino-

An idem ſit in Minorita tenere denarios reſtituendos.

Reſtitutio non obligat cum iactura famæ.

Minoritæ non eſt permiſſum ob Regulæ, & Conſtitutionum præceptum. Vnde iſte eſt puniendus, non ille. Aduerto tamen, poſſe in aliquo caſu excuſari Confeſſarium Minoritam, apud quem pecuniæ reſtituendæ reperirentur, ſi nimirum repugnare pœnitenti non potuit moraliter, reperiuntur enim aliquando impertinentes, & indociles, qui Confeſſarijs denarios dare volunt, ipſis repugnantibus, & renitentibus, quos tandem in ſedem Confeſſionalem inijciunt, putantes ſe obſequiũ Deo præſtare, & diſcedunt, vt aliquoties in S. Lateranenſi Pœnitentiaria experti ſumus, coacti poſtmodum aliquem deuotum ſæcularem vocare; qui illos inde amoueret, & pauperibus, vel piæ cauſæ applicaret, & diſpenſaret, & quod faciunt titulo eleemoſynæ, poſſunt, & reſtitutionis. Poteſt igitur talis caſus accidere, & tunc non putarem, Confeſſarium puniendum eſſe. Diſcerni autem poteſt ex vita, & moribus Confeſſarij, ſi nimirum integra fama patiatur, ſi ſemper paupertatẽ coluerit, ſi ſuæ regulæ zelator, & denariorum hoſtis, tunc ſiquidem non eſt præſumendus præcepti regulæ violator, vt in ſimili dicitur de retinente libro hæretico, qui non debet reputari hæreticus, ſi coniecturæ ipſum excuſent, vt inquit *Pius IV Dominici gregis*, & firmant *Simanca de Cath. inſtit. cap. 38. num. 32. Alterius lib. 5. diſput. 2. cap. 7. Graſſius deciſ. 1. part. lib. 4 cap 18 num. 36. Souſa in Bulla cœnæ cap. 2. diſput. 19. Pegna in Directorio comm. 3.* ita etiam &c.

Secundus caſus in dicto *cap. 4. §. 1. num. 7. ſine Procuratore nihil emi, nihil vendi, aut de eleemoſynis prædictis, quouis prætextu diſponi poſſit ſub pœna proprietatis. ſub qua pœna prohibemus, ne Guardianus, niſi in manu Syndici, vel ſubſtituti, de eiuſdem licentia, eleemoſynas pecuniarias teneat, vel per alienas manus expendat*. Diſpoſitio eſt *Innocentij IV. & Nicolai III.* ad ſaluandam paupertatem Ordinis Minorum, cui conceditur vſus facti ſimplicis, non dominium, nec in communi, nec in particulari, ſed quia dominium apud aliquem reſidere debet, cum multoties apud dantes eleemoſynas non remaneat, qui illi renunciant, vel renunciare videntur, ne Ordo Seraphicus proprietarius euadat, & altiſſimæ paupertati in aliquo deroget, Sancta Romana Eccleſia, pia eiuſdem Ordinis mater, in ſe, ſedemquè Apoſtolicam, rerum fratribus conceſſarum dominium, & proprietatem aſſumpſit, & iure quidem, quia vt diſcurrit

Proprietatis ſecundus caſus.

Minoribus vſus facti ſimplicis tãtum conceditur.

Dominium vero in ſedem Apoſtolicam tranſit, & cur.

ſcurrit *Nicolaus Tertius cap. Exijt qui. de verb. ſignific. in 6. Nec talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium, cum Patri Filius ſuo modo, ſeruus Domino, & Monachus Monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas acquirunt, omnium utenſilium, & librorum, ac eorum mobilium præſentium, & futurorum, quæ, & quorum vſum fructum ſcilicet ordini, vel fratribus ipſis licet habere, proprietatem, & dominium in nos & Romanam Eccleſiam plenè, & liberè pertinere, ac præſenti Conſtitutione, in perpetuum valitura ſancimus*. Sed quia nos de Syndico Apoſtolico, eiuſq; facultatibus in *Comment ad Statuta cap. 4. Stat. 4.* late diſputauimus, ſufficiat hic tetigiſſe rationem Statuti, quod per ſequentes difficultates examinamus.

Difficultas prima. An ſit contra votum paupertatis, & præceptum regulæ emere, vendere, & diſponere de eleemoſynis pecuniarijs ſine conſenſu, vel ſcitu Syndici.

Minores nec emere, nec vendere poſſunt.

Reſpondeo ex *Nicolao III. §. poſſunt etiam. Ita tamen, quod ab omni eiuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione fratres abſtineant omnino, & §. quia verò. Si verò rebuiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat, cum fratribus ipſis per ſe, uel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat, ordinamus, & uolumus, quod talis pecunia, ſeu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius uſum fratribus licet habere, per Procuratorem, à præfata ſede deputandum*, qui eſt etiam ſenſus Clem. V. *Clem. Exiui §. porrò* omnia hæc in vno paupertatis voto radicem habent, quia emere, & vendere dicit dominium, quod cum apud fratres non ſit, ſed apud Sedem Apoſtolicam, quæ ſuum Procuratorem, ad hoc munus obeundum conſtituit, fratres ſua authoritate vendentes, & alienantes dominium ſibi arrogant, & proprietatem ideoque meritò vt proprietarij puniuntur.

Dices idem *Nicolaus Tertius §. cæterum* prohibens mutuum, concedit, *Poſſint tamen fratres pro ſatisfactione facienda, pro eorum neceſſitatibus, quæ pro tempore occurrerint (ceſſantibus eleemoſynis, de quibus ſatisfieri tunc non poſſet) citra cuiuslibet obligationis uinculum dicere, quod per eleemoſynas, & alios amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendant fideliter laborare*. Ergò licitè poſſumus emere ſine Syndico, quia hic nulla dominij ſuſpicio, vel ſpecies, & ſic

Sta-

Statutum vetat, & punit rem licitam, & conceſſam.

Minores poſſunt emere, & quem.

Reſpondeo, *Nicolaus* 3. diſponit, non de emptione, ſed de venditione, quæ eſt alienatio, & dicit dominium. Emptio autem eſt adquiſitio non vetita maximè ſi fiat iuxta dicti *Nicolai* 3. præſcriptum, quia non promittitur pretium, tanquam noſtrum, ſed promittitur fidelis eleemoſinæ procuratio. & in hunc ſenſum non eſſet puniendus, qui emeret, etiam ſi cum Venditore diſcurreret, de tanti, vel quanti veneat liber v. g. aut aliud quidpiam *offero decem, nolo dare niſi decem* &c. hæc enim verba, licet in rigore dominiũ importent, tamẽ ſecundũ ementis intentionem, & Mercatorum fortaſse ſcientiam, de ſtatu fratrum Minorum idem ſapiunt, ac fideliter procurabo eleemoſynam, qua ſatisfias. & tantum materialis, non formalis proprietas appareret. Poteſt enim caſus accidere, vt frater, qui rem emit, ſit in arte peritus, noſcatque mercatorem vltra ſummum pretiũ petere, et Syndicus, qui emptioni adeſt imperitus, vendentisque fraudem non agnoſcere, puta ſi emantur libri, ſi aromata, et medicinalia ob infirmos &c. tunc nullum eſſet peccatum, ſi frater dicat, Domine Mercator petis vltra rigoroſum pretium, hoc mercium genus, tanti, venit nec vltra.

Minores an paciſci poſſint.

Minores quã do commutare poſsũt.

Dices vlterius concedit idem Pontifex *dicto §. quia vero vt commutatio rerum mobilium, quibus fratres vtuntur, & ad eas res, quarum vſum fratribus licet habere, de Generalium, & Prouincialium coniunctim, vel diuiſim authoritate procedat*. Si ergo venditio, & emptio dicunt dominium, & hæc commutatio ſit venditio, & emptio, antiquitus vſitata. *Columella in præfat. lib. 6. Alciat. in l. pecunia 4. ff. de verb. ſignif. Paul. l. 1. ff. de contrah. empt. c. totum* 1. *q.* 3. cur conceditur fratribus ſine Sindico, vel quare hac conceſſa, venditio per pecuniam prohibetur?

Reſpondeo, nobis regula prohibet denariorum, vel pecuniæ contrectationem, quam etiam *Nicolaus* 3. vetat, permittit commutationem, non venditionem. & licet in commutatione intercedat dominij alienatio, et acquiſitio, ea nobis conceditur à Papa, qui eſt Dominus, et conceſſiſſet venditionem, ſi abſquè nummis fieri potuiſſet. Commutamus igitur, non authoritate propria, ſed authoritate Papæ. Vnde nullum in Fratribus reperitur dominium.

Dices adhuc, dicit *Nicol* S. *cæterum ver. Ita tamen quod penes ipſum dantem dominio, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper, vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam plene, & libere. & integre remanentibus*. vbi concedit dominium danti vſquequo denarij conuerſi fuerint in rem emptam. poſtea verò quam empta fuerit, dominium ab ipſo aufertur, cum tamen debuiſſet æque remanere in re empta, ſicuti in nummis, quia emptam per pecuniam Cai, Cai eſt.

Minores an ius habeant in res emptas.

Reſpondeo, omnes neruos intendit Pontifex, vt neceſſitati fratrum conſuleret, et pecuniæ ab ipſis iuxta præceptum regulæ non tractarentur, expenſis igitur in rei emptionem pecunijs, atquè in ſe non remanentibus, cũ fratres illa vti poſsint, dominium tranſlatum eſt à dante ad ſedem Apoſtolicã, vſquè ad conſumptionem illius, cui dominio dando eleemoſynam, Dominus renunciauit, ex quo apparet quanta auerſio à pecunia in Religione Minorum aleſcat, vt nec Sedes Apoſtolica voluerit ſibi illius proprietatem aſciſcere, niſi in rem aliquam immutatæ.

Difficultas ſecunda, An in emptione, et venditione requiratur Phiſica Procuratoris præſentia, an vero ſufficiat moralis, nimirum, an debeat ipſe perſonaliter adeſſe, an autem ſufficiat mittere aliquem, qui nomine ſuo id præſtet, vel dicere fratribus, ite, et *meo nomine vendite, & emite vobis neceſſaria*, et quod ſufficiat, delegaſſe fratribus, patet ex eo, quod in tali caſu nullum oſtenditur dominium, quia aliorum nomine operarentur. Sicut enim poſſet Confeſſarius nomine Domini reſtitutionem facere, puta enſis, veſtis, et nummorum, nequè inde argueretur proprietas, ita etiam in venditione, facta nomine Syndici, maxime ſi ſine ſcandalo fieret, nec videretur peccare contra regulam, ſi Dominus equi rogaret fratrem Minorem, vt illum ſuo nomine venderet, et de pretio paciſceretur. nulla hic proprietas, nulla regulæ tranſgreſſio, ſicuti nec eſſet, ſi eum dono mitteret per fratrem etc.

Minores an poſſint emere non preſente Syndico.

Reſpondeo concedendo de aliquo, quem mitteret Procurator cum fratribus ad aliquod emendum, et vendendum. Delegatus enim ad omnia, poteſt ad aliqua ſubdelegare vt eſt noti iuris, nequè grauari debet Syndicus, ad præſtandam

vbi-

vbiquè ſuam præſentiam, cum id faciat in rebus ſuis, emendo, & vendendo per ſeruos, & amicos, multò magis poterit in rebus Papæ. Nego autem poſſe hoc committere fratribus, quia hoc munus illi iniunctum fuit priuatiuè quoad fratres, quibus vetitum, & illicitum eſt vendere, & emere per citatam decretalem, nam ſi hoc noluit concedere Pontifex, cur poterit illius Procurator? eſt enim expreſsè cautum, vt non fratres, ſed ipſe venditioni, & emptioni adſiſtat, huc recurrit citata *regula* 84. *iuris in* 6. *Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti*, nec valet de Delegato ad Vniuerſitatem cauſarum, &c. quia ad actus ſibi, & in iure prohibitos, ſubdelegare non poteſt. Nam in perſona Syndici deligitur induſtria perſonæ, quæ ſubdelegari non poteſt *cap. quoniam Apoſtolica. de offic. delegati §. is autem, & cap. ſi pro debilitate. eod.* dicitur *Niſi cauſæ ita graues ſint, quod ſine præſentia tua non poſſunt commodè terminari*. Sunt autem iſtæ cauſæ voti paupertatis, quod in Religione grauiſſimum eſt, & eſt doctrina communis, *lib.* 1. *commun. opin. tit.* 22. *num.* 42. quod delegatus Papæ, cui commiſſa eſt cauſa, per ſeipſum terminanda, non poteſt eam ſubdelegare, & certum eſt commiſſam fuiſſe Procuratori cauſam emendi, & vendendi, terminandam, non per fratres, ſed per ipſum. qua in re debet mandati fines conſeruare diligenter, *l. diligenter. ff. mandati.* hi autem fines ſunt, quod ipſe vendat, ipſe pecuniam recipiat, ipſe faciat, quod fratribus eſt interdictum, & ſemper vbi agitur de pecunijs, nunquam nominantur fratres, ſed ſæculares ſubſtituti à dantibus, vel Syndicus Apoſtolicus. In emptione tandem alicuius rei, ſentio, poſſe fratres de licentia Syndici, illam emere, & ſpondere, quod veniet Syndicus Apoſtolicus, & ſoluet pretium libri, verbi gratia, vel calicis. Et ratio eſt, quia hic non contrectantur denarij, & ſecundum hanc cenſionem applicari non debent pœnæ in ſtatuto fulminatæ.

Delegatus quando ſubdelegare poſſit.

Difficultas tertia, An ſtantibus priuilegijs Martini V. & aliorum Sommorum Pontificum, qui nimis dilatauerunt authoritatem Syndicorum, concedendo multò plura, quam Nicolaus, Clemenſquè concesserint, & ſecundum doctrinam Cordubæ fratres exempti ſunt ab obſeruatione modorum, in duabus Superioribus decretalibus aſſignatorum circa pecuniæ contrectationem: Stante inquam hac probabili opinione, an ope-

rans iuxta illam, poſſit puniri per hoc ſtatutum, ſi contra illud faciat, eo quod Iudex iudicare debeat ſecundum opinionem fauorabilem, dummodo ſit probabilis.

Minores Syndico Martiniano vti non poſſunt.

Reſpondeo, remittendo me ad diſputata contra Cordubã de authoritate Sindici, in *Comment cap.4.Stat.4.* & dico, omnino puniendum eſſe, Tum quia ità clarè ſtatutum affirmat, & contra aperta verba ſtatuti, facti poſt Apoſtolicas Conſtitutiones, paupertatis relaxatiuas, non debet præualere opinio probabilis, quia non eſt amplius probabilis, quia lex, & ſtatutum prohibet, & reſiſtit, & in hoc caſu non ſolum non valet opinio Cordubæ, ſed nec, ſi eſſet multorum, & communis, *l.iubemus. C.de Sacroſ. Eccleſ. § ſcientes* nec nouum eſt, opinionem aliquam eſſe communem, ſed falſam. *Abb.in cap. vt debitus. de appell.num.32. & in cap. 1. de poſtul. Prælat. num. 24.* qui ait communem opinionem poſſe habere intellectum legis, qui nõ ſit verus, & dicitur, quod communis error facit iùs, & tamen nihil magis opponitur Veritati, quam error, vt optimè diſcurrit *Macagnanus Azoguidus lib.3.de communi opinione cap. 10.fine.*

Opinio cõmunis põt eſſe falſa.

Difficultas quarta, An in rigore, vt Proprietarius puniri poſſit Guardianus, qui reponi facit, & expendi eleemoſynas per alias manus, quam Syndici.

Minores expendi lauentes pecunias per alias manus, quã Syndis ſunt puniendi.

Reſpondeo affirmatiuè, quia ita ſtatutum ex citatis decretalibus, & cum ſit res magnæ conſiderationis, à qua præcepti, de non recipiendis pecunijs proba obſeruantia dependet, non eſt paruifacienda, nam ſi concedatur, hunc, vel illum Guardianum pro aliquo caſu particulari, non debere puniri, ſequeretur fruſtratorias eſſe diſpoſitiones Pontificias circa Syndicos, & conſtat ex alia parte, eſse expræſsè contra præceptum, *Vt nullo modo denarios recipiant per ſe, vel interpoſitam perſonam*, quia hæc eſt formaliſſima receptio pecuniæ per interpoſitas perſonas, cum omnes illę ſint interpoſitę perſonæ, quę ſunt ſubſtitutę dantis, & Syndici Apoſtolici, vt elicitur ex *capit. Exijt. §. ad maiorem autem declaramus* (inquit) *quod fratres prædictis modis, vt præfertur, circa pecuniam, in ſupportandis eorum præteritis, & ingruentibus neceſſitatibus obſeruatis, non intelliguntur, nec dici poſſunt, per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniam recipere contra regulam, & profeſſionis ſui ordinis puritatem cum manife-*

niſeſtè pateat , ipſos fratres, non ſolum à proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verũ etiã à contrectatione qualibet ipſius , & ab ea pecunia penitus alienos, & argumentum à contrario ſenſu locum habet in verbis legis, & Statuti, notabilis text. in *l.* 1. *ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio* §. *huius rei*, & in *l. qui teſtamento. ff de teſt.* §. *mulier*. & *cap Apoſtolica. in fin. de his, quæ fiunt à Prælat.* & *cap. cum virum de regul.* Appellaturquè in iure *fortiſſimum*. Doctores in dicta *l.* 1. *ff. de offic. eius, vbi Cagnolus num.* 119. dicit eſſe communem, & appellatur *mens legis*, vel Statuti, vt fatetur *Gloſ. Ordin.* 71. ſicquè fuit declaratum per *Clem V. dicta Clem. Exiui* § *porrò. Dicimus fratres teneri ſummopere cauere, quod pro alijs cauſis, & ſub modis alijs, quam ponat dicti Prædeceſſoris noſtri declaratio ad dantes pecunias, ſiue deputatos nuncios non recurrãt, ne (ſi ſecus attentatum fuerit) tranſgreſſores præcepti, & regulæ meritò poſſint dici*, & addit rationem . *Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum*. Limito tamen reſponſionem in caſu, quo non ipſe Guardianus ex ſuo marte , ſed dator eleemoſynæ deponi illam faceret apud aliquem extra Syndicum, diceretquè vtimini, & expendite illam pro neceſſitate ipſi ſignificatam, quia tunc non eſset perſona interpoſita, ſed ſubſtitutus dantis. At ſi ipſe dans nolit nominare aliquem, ſe dicat, nominate vos vnum, quem cognoſcatis, cui eleemoſynam dabo, pro vobis expendendam, dubium eſt, an poſſit Guardianus aliquem nominare præter Syndicum. Caſus eſt reſolutus in dicto *capit. Exijt.* §. *Articulum iſtum. verſ. quo caſu*. vbi dicitur *Quo caſu procuretur à fratribus, quod ille, qui dabit eleemoſynam per ſe, uel per alium, non nominandum ab ipſis, ſi fieri poterit, ſed ab eo potius ſecundum ſuum beneplacitum aſſumendum*. At ſi dans eleemoſynam, nollet, vel neſciret nominare aliquem, declarat Pontifex non eſse contra regulæ puritatem. *Si fratres ipſi alicuius, uel aliquorum ſibi curent dare notitiam, ſeu aliquos, uel aliquem nominare, aut etiam præſentare, cui, uel quibus, ſi eleemoſynam facienti placuit, committi poſſit exequutio prædictorum*. Poterit igitur Guardianus de mandato Domini eleemoſynam deponi facere in manus aliorum, qui Syndicus Apoſtolicus non fuerit. Vnde tam Statutum, quod commentamur, quam Reformatorum *cap.* 4. *num.* 3. dicens *Ogni*

Argumentũ à contrario ſenſu, quam efficax.

Minores, an poſſint nominare aliquem cui donans, pecunias com mittat expẽdẽdas.

Conuento babbia il Sindico Apoſtolico, ò al più un'altro Suſtituto, e queſti, e non altri ſiano nominati dal Padre Generale, ò Prouinciale, per hauer cura delle limoſine pecuniarie, caſo, che il dante non voleſſe tenerle lui, e chi le farà depoſitar altroue, s'è Guardiano ſia priuo dell'offitio, e s'è ſuddito, di voce attiua, e paſſiua per tre anni. Secundum allatam doctrinam intelligenda ſunt, niſi quod Reformati ſtrictius arctantur lege municipali, vt nominans Guardianus alios priuetur officio, &c. eamoti ratione, ne tumultuaria eleemoſynarum depoſitio fraudibus, & inobſeruantijs fores pandat, & ſic Reformati, non vt Proprietarij, ſed vt Statuti violatores puniri debent, quia Statutum imponens nouam pœnam, videtur ſi receſſe à pœna iuris communis, ſtatutique tantum pœna attenditur, vt per *Bald. in l. data opera C. qui accuſare. & in l. 2. C. de reb. cred.* & alij *lib. 1. commun. opin. tit. 30. num. 126.* An autem detur caſus, qui à pœna ſtatuti Reformatos liberet, affirmo, ex verbis decretalis citatæ, nimirum, *ab ipſis, ſi fieri poterit, non nominandum,* quibus ſupponit dari poſſe caſum, vt fratres aliquem nominēt, ita poterit dari caſus, quo denarij ad Syndicum deferri non poſſint, v. g. ſi longè diſtaret, ſi pecuniæ periculum amiſſionis incurrerent, ſi Syndicus prætendens ſe creditorem fratrum præteritorum, non pro ipſorum neceſſitatibus expenditurus, præſumeretur, ſed eas ſibi retenturus, & interim fratres ſui ſtatus incommoda paterentur, aut victus inopiam, eò vel maximè ſi qui dedit illas, voluit eas impendi pro neceſſitatibus, non pro debitis fratrum, moraliter enim cenſentur ſtatuta in his caſibus nolle à verbis legis abſcedere, quæ ſunt interpretatio iuris municipalis, quia ſtatutum diſponens, id quod ius commune addens, vel minuens pœnam, non tollit ius commune. *Panb. in cap de cauſis de offic. deleg. Henricus Bobich de Synodo 3. par. art. 1. num. 236. Io. Bapt. Vezinus in ærario comm. op. ver. Statutum.* & Statutum ita debet interpretari, vt quam minimum fieri poſſit lædat ius commune *Bartol. & alij in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* & communem dicit *Io Crotus in repertorio num.* 194. alij autem ſiſtendi ſunt intra limites Apoſtolicæ declarationis, ac propterea verba illa. *Niſi in manus Syndici, aut Subſtituti eleemoſynas pecuniarias teneat.* declaranda ſunt de eleemoſynis indifferentibus, & indeterminatis, non autem de depoſiti iuſſu Dominorum.

Statuti, non iuris communis, pœna attendi debet.

Statuti verba interpræ tanda ſunt per ius cōmune.

Tertius

Tertius caſus eod. *cap*.4.§.1.*num*. 8. *Inſtrumenta, Contractus, aut cuiuſuis generis ſcripturæ, in quibus fratres recepiſſe pecuniam teſtentur, nullatenus fiant, ſub pœna proprietatis*. Ratio Statuti eſt, quia cum fratribus vetitum ſit pecunias recipere, conſequẽs eſt, vt qui eam recepiſſe fatetur, fateatur etiã ſe præcepti regulæ tranſgreſſorem, ac proinde per proprietariorum pœnas plectibilem, & tantò certius, quantò inſtrumenta, & ſcripturæ clariorem facti confeſſionem exponunt. Difficultas tamen eſt, eaquè frequentiſſima, quia in aliquibus locis nolunt Hæredes legata eleemoſinaliter ſoluere, & ſi quid Neapoli, Genua, alijſquè locis Romæ ſoluendum fratribus, per ſchedulas quoquo modo committitur; Campſores, qui nolunt ſoluere, niſi fratres, ſe recepiſſe teſtentur, etiam ſi ipſis Religionis Status aperiatur, doceanturquè, hocce negotium per manus Syndici Apoſtolici tranſire debere, aliàs vt proprietarij punirentur, certum eſt, in his caſibus nullum oſtentari dominium, ſolumquè procedere ob ſæcularium obſtinatam ignorantiam, nullum intercedere ſcandalum, nequè regulæ, & Canonum tranſgreſſionem. Vnde dicendum eſt, non debere, nec poſſe puniri, vt Proprietarium, qui tales ſcripturas conficeret. Nam non eſt vetitum Scripturas conficere in teſtimonium ſolutæ pecuniæ, vel eleemoſynæ, quia ipſamet ſtatuta *num*.9 deſcribunt formam literarum, quæ in aliquibus caſibus fieri debeant, & inquiunt. *Quod ſi ſcriptum fieri oporteat, hæc forma ſeruetur, videlicet, &c.* in qua nimirum præter nudum teſtimonium fidelitatis hæredis, vel Nuncij, & ſatisfactionis exhibitæ, nec verbum quidem additur propriæ authoritatis, & dominij, aut acquiſitionis nummorum &c. Id tantum licitum eſſe affirmo in Prælato, non in ſubdito, & in caſu quo aliter fieri non poſſet, quia ſubditos non decet in his rebus ſe ſe immiſcere.

Proprietatis caſus tertius

Minores an in aliquo caſu confiteri poſſint ſe recepiſſe denarios

Quartus caſus eſt eod. *cap* 4. *num*. 10. *Nemo ſine ſui Superioris licentia eleemoſynam pecuniariam pro ſe, vel pro alijs fratribus quærere, aut accipere audeat, ſub pœna* Proprietarij, *qua pœna puniatur, qui ſine Superioris licentia in manu* Syndici *Apoſtolici tenuerit*. Nec non, qui quouis modo debita contraxerit. Prima pars eſt in regula *cap*.4. *præcipio fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant &c. pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per ami-*

Proprietatis caſus quartus,

Google

eos ſpirituales, Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant &c. eo ſaluo, vt denarios non recipiant. Secunda pars etiam ibidem, *per ſe, vel interpoſitam perſonam*. Tertia pars eſt etiam in ipſa regula, quia debita contrahere, eſt ſe obligare ad ſatisfactionem, & ſupponit dominium, & ius. Vnde *cap.6.Stat.§.1.num.*14. applicatur. *Nullus ſub pœna proprietatis audeat, per ſe, vel per interpoſitam perſonam debita contrahere, vel libros, aliaſuè res ſuo vſui conceſſas pignori dare*, declaratum per *Nicol.3.dicto cap.Exiit.§.cæterum. Dicimus in primis, quod fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant, cum eis mutuum contrahere (ipſorum ſtatu conſiderato, non licet*, & dum concedit poſſe nos promittere fideles futuros in procuratione, eleemoſynarum inquit, *citra cuiuslibet obligationis vinculum*. ſed modo.

Difficultas prima eſt, An poſſit Superior concedere Subdito licentiam quęrendi, & accipiendi pecuniam, dum enim dicit. *Nemo ſine ſui Superioris licentia &c.* ergo cum licentia poterit, quia hęc dictio, *ſine*, importat carentiam, priuationem, & negationem *l.creditores.ff.de verb.ſignif.* quo titulo *Rebuffus in Commentario ad l.ager.*27 *ver ſine*. Valet autem illatio à negatione, & priuatione ad habitum, & affirmationem, quia ſi ſi ſine licentia non poſſum, ergo cum licentia potero, hoc autem concedendum non videtur, quia neque Superior poteſt petere, & accipere pecunias, ergo alijs concedere non poteſt.

Sine quid ſignificet.

Minorita ſuperior quo caſu poſſit ſubdito indulgere recurſum ad pecuniam.

Reſpondeo intelligitur in caſibus à iure permiſſis, illis nimirum, pro quibus recurri poteſt ad amicos ſpirituales pro veſtibus, medicinis, inſtrumentis artium, libris, &c. non de alijs ad libitum, quia hæc prouiſio rerum neceſſariarũ, ex regula, committitur Miniſtris, & Cuſtodibus, & per Apoſtolicas declarationes etiam Guardianis, Iſti autem ſubdelegare poſſunt ſubditis, vt ad hunc, vel illum deuotum recurrant, & ſic in licito recurſu, requiritur vera neceſſitas propria, præſens, aut imminens, & licentia Prælatorum, accipere autem non ſumitur pro retentione apud ſe, ſed pro depoſitione eiuſdem pecuniæ apud ſubſtitutos dantis, vel apud Syndicum.

Difficultas ſecunda, Cur prohibeatur, aſſeruari pecunias in manu Syndici, cum alibi eas tenere, ſit peccatum.

Re-

Reſpondeo eſt munus Prælatorum, diſponere de pecunia & vbi reponi debeat ordinare, non ſubditorum, quibus ita maius eſt Syndicus, ſicut omnis alius ſæcularis, eſſet enim in hoc caſu interpoſita perſona, quia munus Syndici eſt curare de eleemoſynis communibus, non particularibus, cum particulares in ſua manu deponi pecunias nullo modo præcipere poſſunt, clara, & Apoſtolica diſpoſitio in *Clem. Exiui. §. Porrò Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, & quicumque alius recurſus ad illam, ſeu habentes ipſam, qui per declarationem prædictam* (Nicol. 3.) *non conceditur, hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta*, & infra. *Cum recurſus ad amicos ſpirituales expreſſè tantum in duobus caſibus, ſecundum regulam concedatur &c. attendant fratres, quod pro nullis alijs cauſis, quam prædictis, vel ſimilibus, in via, vel alibi recurrere licet eis ad amicos ſpirituales, ſiue ſint dantes pecunias, ſiue deputati per ipſos, ſiue* Nuncij, *vel Depoſitarij, ſiue alio quouis nomine appellentur, etiam ſi conceſſi per eamdem declarationem modi circa pecuniam integrè ſeruarentur*, ac proinde cum non ſeruetur forma per decretales inducta, peccatur contra regulam, & punitur per conſtitutiones.

In manu Syndici qui fratres pecunias aſſeruare poſſint

Difficultas tertia, An in aliquo caſu debitorum contractio ſit licita.

Reſpondeo contrahere debita, quia dicit dominium in recipiente, contra regulam eſt, hoc autem ceſſante, non eſt illicitum, vt declarauit Nicol. 3. *dicto c. Exijt §. Articulum iſtum*. nimirum *citra cuiuslibet obligationis vinculum*, Non tamen eſt conceſſum cuilibet, ſed Prælatis, vel de ipſorum licentia, alias currit diſpoſitio Statuti citati. Quinimo Guardianis vetitum eſt *cap. 6. §. 1. num. 14. ne grauioribus debitis Conuentus onerent, niſi cum licentia Prouincialis, & Diſcretorum conſenſu, ſub priuatione officiorum, & inhabilitate in poſterum*, & cap. 7. §. 5. *num. 69.* ſancitur *Qui notabili infamia laborauerit ob debita, de quibus apud Prælatos conuictus fuerit, & ad omnia Ordinis officia, vltra pœnas ſibi ob delicta inflictas, perpetuò inhabilis exiſtat*.

Minoritæ quando debita contrahere poſſint

Vnde conſequenter quæritur. Quid ſit, *grauioribus debitis onerare Conuentus*.

Dico, id non poſſe determinari vniuerſaliter, ſed remittendum iudicio Diffinitorij, vt in ſimili affirmat *Rodriq. tom. 3. art.* 2. de

[illegible] grauiora [illegible] ſint.

a de grauatis ingenti ære alieno, ſecundum Bullam *Sixti V.* qui ad habitum ſunt inhabiles, pendet enim à iudicio prudentum, vt conſiderata qualitate Conuentus, & eleemoſynarum, quæ ſolent haberi, deductis victu, & veſtitu fratrum, factoq; calculo, quid vt plurimum obtineri poterit per quæſtuationes, tunc deduci poterit, ſi debita ſint grauia, & grauiora. Illa nimirum, quæ ſolui non poterunt, vel cum magna difficultate, vel cum admiratione creditorum, vel cum detractione ordinariæ ſubſtentationis fratrum. haberi etiam poterit ratio ad anni ſterilitatem, & copiam. Hæc enim omnia in re tam morali, & practica conſideranda ſunt. illud in primis certum eſt, debita debere eſſe talia, quibus Conuentus non ordinariè ſit grauatus, ſed extraordinariè, ex verbis *grauioribus*, & *onerare*, quæ grauiter pati debere Conuentum indicant, lege quæ diximus in *Comment. cap. 2. ſtat. 1. §. 6.*

Quæritur etiam, An licentia Prouincialis, & Diſcretorum conſenſus debeatur eſſe explicita, an ſufficiat præſumpta, & qui priuandi ſint officijs.

Licentia Prouincialis ad contrahẽda debita debet eſſe expreſſa.

Dico, debere eſſe expreſſam, quia hæc ordinantur ad conſiderandas vires Conuentus, ſi ſuffecturæ ſint ad onera debitorum, nam ad ignorata, & incognita non trahitur conſenſus, vt per *Barboſ. axiom.* 53. & tantum valet illa clauſula, *Niſi cum licentia*, quantum, non fiat ſine licentia, vt apud eundem *dict.* 217. & iſta importat quod actus aliter factus non valeat (vt dictus *Barboſa Dict.* 371. *num.* 2.) & ſubiungit, ſi dico nõ poſſis facere, ſine licentia importat, quod debeas obtinere licentiam. nec ſufficit petere tantum. Eſſet enim fruſtratoria diſpoſitio, ſi Guardianus onerare poſſet Conuentum debitis & præſumere, ſibi licentiã, & conſenſũ, quod manifeſtè patet ex Statutis Valliſoletanis, ex quib. hoc ſtatutũ eſt elicitum ſicuti omnia alia poſtremæ collectionis, dicunt enim *ſimili pœna puniatur, qui debita contraxerit, non impetrata prius Superioris Scripta facultate*. Verum ſi daretur caſus præſentaneus, vt niſi contraheretur debitum, Conuentus graue damnum pateretur, & Prouincialis licentia haberi non poſſet, ſufficeret exquirere conſenſum Diſcretorum, & neceſſitati imminenti ſuccurrere, quia non eſt præſumendum in hac generalitate compræhendi caſus repentinos, & non præuiſos, fauet ratio ſtatuti nimirum ne grauetur Conuentus, & damnum patiatur, at ſi pati-

patitur hoc damnum, & maius, ſi debita non contrahit, ſequitur intentionem Ordinis excluſiſſe hos caſus. Vide dicta in *Comment.cap.2 Stat.20.& 21.*

De ijs, qui priuandi ſint officijs &c. Dico eſſe Guardianos, de quibus in plurali ſermo habitus eſt, non Prouincialis, qui non onerant Conuentus. Quid ſi ſolus Prouincialis pręciperet contrahi debita? Reſpondeo non eſſe hac pęna mulctandum, quia lex non diſponit de Prouincialibus, ſed de Guardianis, vt de ijs, qui ſolent talia facere, alia tamen pœna corripi debet Prouincialis, qui contraheret debita ingentia in aliquo Conuentu ſine Diſcretis quia vbi eſt par læſio Conuentus, par etiã pœna applicanda eſt, nam licet in pœnis non detur extenſio, nullo modo impunitus euadere debebit, ſed arbitrio Viſitatoris, vel Generalis eſt puniendus.

Onerantes debitis Conuentus, quique puniri mandantur, quinam ſint.

Quæritur etiam tertio, Quid ſit, *laborauerit notabili infamia propter debita.*

Dico, id conijci ex *Vallisfol.1593.cap.6.tit.de debitis non contrahendis*, & antiquioribus *Neapolit. cap.* 17. & Vetuſtioribus *Salmanticenſibus cap.6.* dicunt enim *Quia in multis Prouincijs loca, pleraque debitis adeo grauata reperiuntur, vt, & multorum damno, & ruinæ, & aliorum admirationi, & ſcandalo ſint, propterea aliorum indemnitati, & fratrum exiſtimationi conſulere cupientes, ſtatuimus, &c.* Infamia igitur prouenit eo quod frater malè audiat, quod apud hunc, & illum ſæcularem debitum contraxerit, & non ſoluerit, & ideo de illo inter ſæculares murmuratur, ex quo reliqui fratres, & ipſa Religio infamata remaneat, vt remanent ipſimet ſæculares, qui debita quidem contrahunt, non autem ſoluunt, & quod decoctores, ideſt, qui debitam pecuniam, cum ſoluendo non ſint, auferunt, ſeu qui, vorato patrimonio, Creditoribus fidem fallunt, vt apud *Io.Caluinum in Lexico Verb. Decoctores*, ſint infames, dicitur in *l.40.C.de decurionibus*, & ſimili nota ſignantur, qui bonis ceſſerunt ex debito. conſiderari, & verificari tamen debent particulæ Statuti *laborauerit notabili infamia*, quia non ſufficit, vt vnus debiliter conqueratur, ſed neceſſe eſt, vt notabiliter malè audiat de contractis debitis apud Ciuitatem, vel Vicum, iuxta regulas publici, & notorij, quod accidere poſſet etiam cum vno Creditore, à quo frater multa accepiſſet, & non ſatisfeciſſet. In his omnibus

Infames ob debitorum contractionẽ, qui ſint.

Decoctores infames.

Præ-

Prelati, & Diffinitorij prudentia deſideratur, qui ſeruare debent ordinem iuris, dicit enim, *de quibus apud Pralatos conuictus fuerit*. Conuinci autem ſupponit inquiſitionem, vel accuſationem, aut denunciationem, examen Teſtium de notabili infamia tam apud fratres, quam ſæculares, quia vbi non diſtinguit lex, neque nos diſtinguere debemus, lex autē indefinitè ait, *qui notabili infamia laborauerit* Poteſt autem hoc verificari tam quoad fratres, quam quoad ſæculares, quinimo ſi poſsit probari infamia per ipſos fratres, non debent examinari ſæculares. poſtea conſtante infamia debet conſtitui infamatus, & puniri, & pœna proprietariorum, & pœna contrahentis debita,

Proprietatis caſus quintus. Quintus Caſus eſt de capſulis, & cippis ab Eccleſijs amouendis, ſed quia de hoc diſputauimus ſufficienter in *Comm̄t. cap.* 4. *Stat.* 2. *fol.* 369. eo Lectorem remittimus.

Caſus ſeſtus. Seſtus Caſus eſt *cap.* 4. §. 1. *num.* 12. Quod non recipiantur pecuniæ in Sacriſtis, Eccleſia, vel alio loco Conuentus, neque à Sindico, neque per Tertiarium, aut Seruitorē, etiam cum intentione illas deferendi ad Sindicum. ſub priuatione officiorum Guardianis, Vicarijs, Sacriſtis. & *num.* 13. & qui permiſerint, vel fecerint peti pecunias in Eccleſijs addita Subditis Carceratione per menſem, & confuſibili expulſione ab illo Conuentu, & *num.* 14. Et qui in vicis, & plateis ſteterint ad petendas eleemoſynas pro emptione comeſtibilium, & aliorum venalium, illa prætereuntibus oſtendendo, Sub ijsdē pœnis priuationis, & Carceris, & ſic non infligitur pœna proprietariorum.

Difficultas prima, An priuandus ſit Guardianus, quo neſciente, vel prohibēte Syndicus denarios in Cōuentu receperit.

Reſpondeo negatiuè, quia ignorans non punitur, neque impedire non potens, vt allegaui in *Comment. cap.* 2. *ſtat.* 57 *fol.* 229. Sciens autem poſtea Guardianus contumaciam Syndici, debet prohibere illi, ne negotia fratrum tractet, quouſq; Miniſter conſulatur. à quo remouendus eſt.

Difficultas ſecunda. An ſi deuotus dare velit denarios in Conuentu, & non extra, ibique reperiatur Syndicus, poſſit illos recipere ſine culpa, vel per Tertiarium deferri ad Syndicum.

Reſpondeo affirmatiue, ſi fiat ſine ſcandalo, & ſecreto, nam hæc

hæc prohibitio, non redolet proprietatẽ, aut regulæ tranſgreſſionem, ſed cautelam quandam, & odium pecuniarum tam reſpectu fratrum, quam Sæcularium qui ſcandalizari poſſent, & non eſt putandum in caſu præciſo, voluiſse Capitulum generale impedire effectum eleemoſinæ, vbi nulla eſt culpa. De Guardiano autem, & fratribus, qui in Conuentu, & Eccleſia recipere facerent pecunias à Tertiarijs, deferendas Syndico, oppoſitum ſentio, quia tunc ipſi fratres reciperent pecunias per interpoſitam perſonam, etiam ſi dans illas, ſubſtitueret Tertiarium ad eaſdem deferendas, quia licet non ſit extra diſpoſitionem Decretalium, eſt nihilominus contra ſtatuta Ordinis, qui inhabiles declarat, pro hac ſubſtitutione Tertiarios, tanquam, qui ſunt de corpore Conuentus, & facillima eſt talis commiſſio, & inſeruire poſſent Guardianis & fratribus pro burſarijs & ſic etiam conſentiente datore, eleemoſynæ, et motu ſuo proprio, committente delationem pecuniarum. Sentio, puniendos eſſe Superiorem, et fratres conſentientes, hac tamen reſtrictione adiecta, dummodo talis commiſſio non fieret extra Eccleſiam, et Conuentus ambitum, quia in eo caſu, nulla eſſet violatio ſtatuti, nam in *Congregatione Generali Romana ann.* 1615. in qua tale Statutum conditum fuit ſpecialiter cautum eſt, *Id fieri poterit, ea tamen lege, vt intra clauſtra Conuentus, aut Eccleſiæ, nec Tertiarius, nec ſeruus illam recipiat, & Guardianus, qui contrarium permiſerit priuetur officio.*

Demarij an recip: ſ Syndico in conuentu.

An à Tertiarijs.

Difficultas tertia, An omnis queſtus pecuniẹ in noſtris Eccleſijs ſit interdictus.

Reſpondeo, omnis, qui fiat pro fratribus, non item qui fieret pro pia cauſa aliorum Sęcularium, pura ſi in Eccleſia Ordinis concionaretur, et commendaretur eleemoſyna pro pauperibus Vrbis, hoſpitali, monialibus etc. fieretquè miniſterio Sęcularium, tunc nulla ſcandali, vel tranſgreſſionis paupertatis ſpecies, nec repugnat ſtatutum, dum diſponit. *Quam pœnam ſubeant, qui intra Eccleſias noſtras quouis prætextu, aut titulo ſiuè inter prædicandum, ſiue alio quouis tempore eleemoſynas pecuniarias peti, aut fecerint, aut permiſerint*, quia hoc refertur ad fratres, vel fratrum vtilitatem, qui poſſent illas petere pro fabricis, veſtibus, infirmis, libris, debitis, &c. hi nimirum prętextus, et tituli nullatenus ſuffragari debent, quin Guardianus

Minoritis omnis quæſtus pecuniẹ in eccleſijs eſt interdictus.

dianus, & Subditi tranſgredientes grauiter puniantur, quia hoc eſt contra modum inductum ab Eccleſia Romana pro ſubſtentatione fratrum, vt nimirum erogantes eleemoſynas alios ſubſtituant ad applicandas illas neceſſitatibus fratrum: qui autem ſtipem conferunt inter concionandum, hanc intentionē non habent, nec alios loco ipſorum deputant ad expendendū pecuniam, quę proinde remanet in manibus fratrum, vnde peccant mortaliter, non tantum ratione ſcandali, quin etiam contra præceptum regulę, illiuſquè Apoſtolicam declarationem. Hac conſideratione excluſa non potuit Religio prohibere queſtum pecunię in Eccleſijs, nam mos eſt in aliquibus Eccleſijs noſtris, quæ ſolent eſſe veluti Matrices Vrbium aliquarum, vt Concionator, ad inſtantiam Ciuitatis, Epiſcopi &c. commendet pias cauſas ſæcularium, vel aliorum, extra Minoricam Religionem, quod ſi non fieret, eſſet ſcandalum, & offenderentur Prælati, & Moderatores, vt exempli gratia, fit in Eccleſia Aracęlitana Romę, in qua tempore quadrageſimali, vel Papę Vicarius, vel eiuſdem Viceſgerens, vel Populus Romanus, nunc hunc, nunc illum, fidelium eleemoſynis commendent, & colligitur eleemoſyna per ſæculares, & Commendatoribus per eoſdem traditur ſtatim, abſquè vlla mora, vel opera fratrum, & ſic in alijs Eccleſijs, nec vlli dubium eſt, quod ſi ad tales eleemoſynas, vel mentito colore, vel deordinato affectu, fratres inhiarent, quod culpam mortalem committerent, & duplici animaduerſione digni eſſent, dum ementita pietate, ſordido vacarent affectui.

Difficultas quarta, Quid ſit confuſibiliter ab illo Conuentu expelli.

Confuſibiliter expelli quid ſit.

Reſpondeo antequam expellatur, vocari debet coram Cōmunitate, ibiquè ſugillari, & verborum flagello percuſſus liuorem pudoris contrahat, atquè audita culpa, quam commiſit, rubore ſuffundatur, & erubeſcat, ſibi in pœnam, alijs in exemplum, & ad terrorem. Hinc diſtinctio illa confuſionis bonę, & malę. *Dan.3. Quoniam non eſt confuſio confidentibus in te*. De confuſione per peccatum in conſcientia mala. Vnde Chryſoſtomus, *leuis eſt Confuſio, id eſt, modica, vel nulla, ſi tantum confuſus coram hominibus eſt, non coram Deo*, inquit, *Lyranus*, & *ad Roman.6. In quibus nunc erubeſcitis*, vbi *Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſer.27. eſt quadam temporalis confuſio*;

ſio, ſcilicet perturbatio animi, reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horrentis, & horrore erubeſcentis, & erubeſcendo corrigentis, qui in illud pſal.30. *Non confundar in æternum*, ait, *eſt confuſio æterna, de qua liberari petit, & eſt temporalis ad horam, quæ prodeſt*, & in illud *pſalm*.43. *Tu ſtis improperium meum. & confuſionem meam. Confuſio* (inquit) *eſt quæ mordet conſcientiam verecundia, quando, & frons pro falſis erubeſcit*, & in illud *pſal* 68. *Confuſio faciei meæ cooperuit me*, inquit *Lyranus homo confuſus ſolet faciem operire, & ſe, quantum poteſt abſcondere*.

Septimus caſus eſt in eod. *cap*.4.*num*.16. de recurſu ad pecuniam, in neceſſitate, & cum licentia Miniſtri, & opera Syndici &c. ſub pœna proprietariorum. — Proprietatis caſus ſeptimus.

Sed de hoc egimus in *Commentar. cap*.4 *Stat*.2. *fol*.370. vbi de quæſtu, receptione, donatione, tactu pecuniæ. Vide ibi.

Octauus caſus eſt in *cap* 5.§.1 *num*.4 *Laboris Merces* (*ſi pecuniaria fuerit*) *per ipſos ſoluentes, Apoſtolico Syndico conſignetur, ſin minus. Superioribus integre aſſignetur, contraueniens proprietarius eſto*, cui ſimile eſt illud *cap*.6.§.1.*num*.21. de Aromatarijs, ne vendant medicinas, vel minimum quid, eſt enim mercatura, & ipſo iure paupertatis prohibita, præceptum regulæ *cap*.5.*de mercede verò laboris pro ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam, & hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis Sanctiſſimæ Sectatores*. Sed circa hoc examinanda eſt. — Proprietatis caſus octauus.

Difficultas prima, cum pecunia, per ſcribentes in regulam, diſtinguatur à denarijs, quia iſti ſunt ſignata moneta, illa quid quid vendi poteſt, quid intelligit, per illa verba, *ſi pecuniaria fuerit*?

Reſpondeo, intelligit Statutum denarios, qui indiſcriminatim pro pecunia accipiuntur, vt diximus *in Commen. in cap*. 4. *Stat*.2.*fol*.367. & relinquit laboranti, vt ipſe recipere poſſit res ipſas traditas pro mercede laboris, ſecundum regulam, non quidem venales, ſiue vendendas, ſed in vſus fratrum conuertendas, vt de *Beato Iunipero* in Cronicis refertur, quod laborabat in excuſſione nucum, quarum aliquas in cibum fratrũ ſeró in habitu deferebat, quia licet quodlibet vendi poſſet, non tamen induit rationem pecuniæ, niſi quando ea intentione recipitur, vt vendatur, & tunc eſt contra regulam. — Merces pecuniaria, quæ prohibetur, qualis ſit.

Diffi-

Difficultas ſecunda, eſtò quod ſoluens mercedem det fratri laboranti rem, quæ in vſus fratrum expendi non poſſet, niſi venderetur, puta ſericum, aurum, argentum, lapides pretioſos (non enim eſt contra regulam fratrem peritum in his artibus vacare poſſe textrinæ opificio, & cætera, an poſſet frater operarius ipſe deferre Syndico ſupradictas res, quæ ſtrictè veniunt ſub nomine pecuniæ, iam vetitę recipi.

Minorita operarius an poſſit ad Syndicum deferre res venales, in mercedes receptas.

Reſpõdeo poſſe, quia prohibitio ſe tenet ex parte nummorũ,qui recipi non poſſunt,non vero ex parte pecunię materialiter ſumptæ, quæ prohibita non eſt deferri, tanquam a baiulo ſicuti non eſt proſſibitum, ſi quiſpiam diceret fratri, obſecro, defer hunc ſerici inuolucrum tali meo amico. Vide locum citatum Commentariorum in Superiori difficultate, & quando *Hugo, Piſanus,* & alij dicunt, quod non poſſumus recipere omnem materiam pro mercede, vt eſſet aurum, &c. intelligunt de receptione in regula prohibita, non in baiulatione. Et in caſu, quo fratres vti deberent illa materia, non ad Syndicum deferre, & tandem quando recipiendi illam non adeſſet neceſſitas legitima, ſecundum declarationes *Nicolai 3. & Clemen. V.*

Difficultas tertia. Quid eſt illud, & *hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, &c.*

Quæ humilitas neceſſaria eſt Minoritis in recipienda mercede laboris

Reſpondeo, ſenſus regulæ eſt *Ne mercedis exactio turbet debitores, aut extra modum mendicantis degeneret*, inquit, *Sanctus Bonauentura* in hunc locum. *Non enim cum imperio, vel contentione, vt Domini petere debent, ſibi competentia pro labore: ſed obſecrando, vt pauperes, nihil ſibi proprietatis habentes vnde Sanctus eos non ad litem, ſed ad eleemoſynam recurrere voluit, ſi quando laboris pretium non daretur*, inquit, *Hugo de Dina. Quæ tria verba ſumme exprimunt pauperem vſum, quem nos dicimus cadere neceſſariò ſub voto reſpectu ad eminentiam noſtri ſtatus*, inquiunt *quatuor Patres Ordinis, & hoc humiliter, &c ideſt ſine abſque omni iuriſdictionali repetitione vel appropriatione, nec aliquatenus tanquam ſua, ſed potius vt aliena, notat etiam, quod nunquam dicit, quod operas ſuas vendant, vel conducant. Sed dicendo, de mercede labori, oſtendit ſe principalius loqui de opere, quod ſit in re, vel materia alicuius Domini, &c.* inquit, *Petrus Ioannis*. Interdicitur autem quod-

Digitized by Google

quodcunque pactum faciendum pro mercede laboris habenda, & *hoc oſtendit B. Franciſcus dicens, & hoc humiliter &c. quia non cum lite eſt petenda, & tanquam eis danda ex debito, ſed vult, quod quidquid datur, pro neceſſitate accipiatur ſine lite, magis habendo reſpectum ad eleemoſynam, quam ad mercedem*. Inquit *Serena conſcientia ex Piſano, & Aluaro Pelagio quaeſt.*71. Patet igitur vbi puniri debeat frater laborans, & vbi non, & quomodo iuſtificetur prohibitio, quæ ſubinſertur eod. *cap.*5.*num.*5. Ne ſub pœna proprietarij, & alia grauiori arbitraria Superiori, fratres vendant opera, quæ faciunt, ſine Generalis, vel Prouincialis expreſſa licentia, quia vt dictum eſt ſupra *caſu* 2.*diff* 2. vendere eſt actus dominij, & ſi frater non poteſt petere, niſi eleemoſinaliter mercedem laboris, quomodo poterit vendere opera ſua? *vide* diſputata ad *Commentar: Stat.*16.*cap.*5.*fol.*464. ſed hic conſurgit.

Difficultas quarta, quomodo poterit Prælatus concedere licentiam Minoritæ, vt ſua opera vendere poſſit?

Reſpondeo, iam in fine Statuti cauetur. *Declarantes quod licentia Superioris nunquam intelligitur data pro venalibus, ſed pro communitate, & pijs cauſis*. Verum non euacuat difficultatem ſuprapoſitam, quia dicitur *Ne venale quis faciat, ſine expreſſa licentia Generalis, aut Prouincialis*. Nam ſequitur ergo cum licentia poterit, ex communi principio, *exceptio firmat regulam in contrarium*, à nobis in Commentar. pluries allegato, vt videre eſt in Iudice, quod poſtea caueat, non intelligi conceſſam pro venalibus, eſt contradictio clara. Reſpondeo tamen, ſibi non contradicere Statutum, quia non reuocat abſolutè, ſed *Pro communitate, & pijs cauſis*, ergo pro his poteſt concedi licentia vendendi opera, non autem pro fratribus particularibus, vt declarauit *Capitulum Salmanticenſe*, *Licentiam Miniſter non concedat eis, niſi pro communi vtilitate Conuentus, & non pro commoditatibus particularibus laborantium. Poſſint tamen Miniſtri, & Guardiani ſi eis expedire videbitur, de pretio laboris, alicui neceſſitati fratrum laborantium, quam eis Conuentus teneretur prouidere, ſatisfacere*. Conceditur ergo venditio operum, ad communitatis beneficium applicanda, neque eſt contra regulam, quia nobis conceditur laboritium, tanquam precipuus modus noſtræ ſuſtentationis, *cap.*3*xiije.de verb.ſignif.in* 6.§.*Nec quidquam ex his*.

Quomodo opera fratrũ vẽdi poſſint

Vel de ijs, quæ mendicantur humiliter, vel de ijs, quæ conquiruntur per laboritium, ſuſtententur, qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expreſſè. Et ſicuti poſſumus recipere neceſſaria ob laboritium ſpirituale, officia nimirum, ſacrificia, &c. ita ob materiale, tota difficultas eſt de acquiſitione materiæ laboritij, & venditione. Sed poteſt eleemoſynaliter peti, & poſtquam opera facta fuerint dari Syndico, vt diſtrahantur, vel vendantur, aut in res, communitati neceſſarias commutentur, illo ſemper ſaluo, vt in laboribus, & operibus, nec laborans, nec Conuentus oſtendant ius habere, ſicuti verè non habent; poteſt etiam Superior concedere licentiam fratri, habenti Matrem, aut Patrem, ſiue ſorores pauperes, vt ſuas operas applicet ad ſubleuandam ipſorum inopiam, ſicuti de facto ſolet concedi licentia, vt celebret, & eleemoſynas applicet ad eundem effectum, quare poterit dicere parentibus, vt materiam operum ſibi prouideant, & confecta opera tradere eiſdem vendenda, & applicanda. Sic Paulus, quę ſibi, & ijs, qui ſecum erant, miniſtrabat per labores manuum, & iſte eſt ſenſus ſtatuti, & regulæ.

Laboritij materiam quomodo Minorita cõparare poſſit.

Nonus caſus eſt in *cap. 6. §. 1. num. 4.* de eo, qui ſibi appropriat locum, vel cellam, & ei ex verbis *regulæ cap. 6. fratres nihil ſibi approprient, nec domũ, nec locũ, nec aliã rẽ*, quæ appropriatio declaratur, *dum poſt acceptam recedendi licentiam, remanere procurat, quia extraneos, ſiue ſubditos, ſiue Superiores, habere in loco natiuo recuſat*. de quo mentem *S. Bernardini*, & Ordinis *in Comment. cap. 6. ſtat. 2. fol. 475.* aperuimus.

Proprietatis caſus nonus.

Difficultas prima. Si expertus talem locum ſibi ad ſanitatem propitium, quærat ab illo non recedere, ſiue per fratres, ſiue per ſęculares, determinatus parere, poſtquam, audita ſua neceſſitate, Superior in receſſus ſententia perſeuerauerit, an iudicandus ſit in foro exteriore proprietarius, &c.

Minorita procurans remanere in aliquo Conuentu, quando cenſendus ſit proprietarius.

Reſpondeo negatiuè, quia in iſta reflexione, neque inobediens, neque proprietarius apparet. Nam licet de perfectione obedientię ſit obedire ad nutum, & non replicare, attamen non eſt contra ſubſtantiam voti, indicere ſuo Prælato neceſſitatem corporalem, ſicuti non tollit debitam Papæ obedientiã, qui recipiens illius reſcriptum, apud ipſum Pontificem, cur non obediat, rationes exponit, *quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prauâ nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum* ſcribit

bit Alex. 3. Archiepiſcopo Rauennati *cap. ſi quando, de reſcriptis.* Idem currit in eo, qui eſſet à confeſſionibus alicuius Principis, vel Prælati, aut inſignis benefactoris, ſi iuſſus diſcedere, vel ipſe, vel ſuus filius ſpiritualis id Prælato inſinuaret.

Difficultas ſecunda, ſi haberet iuſtam cauſam recuſandi extraneos à natiuo Conuentu, puta quia damnoſos, quia non vtiles, quia non gratos Patriæ, &c. an eſſet loci proprietarius. Noleas in cõuentu natiuo exteros habitare an ſit proprietarius.

Reſpondeo negatiuè, quia hoc non eſt appropriare, ſed defendere Conuentum à futuris offenſis, attamen poſtquam has cauſas Prelato, vel Diffinitorio publicauit, et perſiſtatur in collocatione exterorum, ipſe tenetur cedere, quia (niſi velit eſſe proprietarius) non habet in hac parte obligationem iuſtitię, ſed charitatis, et ſufficit manifeſtaſſe periculum imminens remittendo diſpoſitionem familię, et Conuentus illis quorum intereſt ex officio, quia ſubditus tenetur obedire Superiori, non tantum in claris, ſed etiam, quando dubitat, an Prelatus pręcipere poſſit, et quę pręcipiuntur ſint ordinata ad bonum, necne, quia potior eſt conditio Superioris pręcipientis in dubio, et eſt in poſſeſſione iuris præcipiendi, etc. et pręceptum Superioris preſumitur iuſtum in dubio, tanquam illius, cui ſe gubernandum vice Dei tradidit, vt ex *Auguſtino contra Fauſtum lib. 22. cap. 74. & 75. & Conar. regula peccatum par. 1. num. 5.* docet a *S. Fauſto de voto obedientia q. 59. per totum*, vbi copioſè rem multis comprobat, & licet ſubditus, in ijsque ad ſuã perſonã, honorem, & famã non teneatur obedire, quando vel illi conſtet, preceptũ Superioris contra hęc bona pugnare, vel quod probabiliſſimè dubitet, vt in ſubſequentibus queſtionibus dictus à *S. Fauſto* diſcurrit, tamen, cum Conuentus, & fratres ad illum non pertineant, nullo modo poteſt in his ſe ingerere; & ſi aliter facit, puniendus eſt, & tamquam inobediens, & tanquam proprietarius, & bono regimini rebellis. In dubio ſubditus tenetur obedire Prælato præcipienti

Difficultas tertia. An procurare reuocationem per fratres; inducat pœnas haſce? Procurans remanere in Conuentu aliquo mediãtibus fratribus, an ſit puniblis

Reſpondeo negatiuè, quia licet ſtatutum dicat: *Qui poſt acceptam obedientiam recedendi, remanere in aliquo loco procurat.* Tamen id fieri miniſterio Secularium; & vt ſic inducere pœnas declarat ſtatutum Vallis-oletanum, *Secularium, medio reuocandam procurarit tunc loci appropriator, & uiolatæ paupertatis reus ſit.* Quod acceptum eſt ex *Farinerijs cap. 7. de* cor-

correctione delinquentium per perſonam aliquam extra noſtrum ordinem exiſtentem, & alio loco, *dicimus autem appropriatores locorum; quibus ſi dantur obedientia recedendi, procurant eas per preces ſæcularium reuocari*, quæ ad verbum replicata fuere in *Salmantilenſibus cap.6.* Hoc autem non eſt intelligendum, quod procurantes per fratres non ſint proprietarij, vt diximus, ſed quia eos Religio non punit iudicans, non adhuc ſibi locum appropriaſſe, nec expedit omnia ad iudicium reuocare.

Propiietatis caſus x.

Decimus caſus eſt eiuſdem *cap 6.num 5. §.1.Qui cella, vel arcula clauem, exiens, Superiori uel alteri non conſignat, puniatur, ut Proprietarius Prouincialis arbitrio*, de hoc in *Commentarijs ad Statut cap.6.Stat.1.* cui addo diuerſitatem vltionis, nam declarandus erit proprietarius, non abſolutè, vt cæteri *Sed Prouincialis arbitrio*. quia ſcilicet potuit eſſe obliuio, ad breue tempus, ex preſumpta licentia Guardiani, quia non habuit fratrem fidelem, cui illam committeret, eo quod in cælla continerentur ſcripta ad conciones, vel Theologiam, literæ miſſiuæ, continentes ſecreta, maximè, ſi qui egreditur eſſet Pater Prouinciæ, cui eiuſdem negocia commendarentur, & in hac conſideratione æquè veniunt Guardianus, & alter quilibet, quia vterquè ob curioſitatem poterit exeunti Patri eſſe ſuſpectus, quotieſcumquè enim abſcedat ſuſpicio, quod non reliquerit clauem, quia noluerit cellam, & in illa cōtenta, ſubeſſe imperio Guardiani, ſed ſecum detulerit, ad cælanda ſecreta, quæ propalare non tenetur, tunc Prouincialis inclinare debet in partem magis piam, & non declarare exeuntem proprietarium.

Clauim cællæ deferre quando oleat proprietatem.

Epiſtolam quando ſubditus non teneatur ſuo ſuperiori tradere continentem ſecreta.

Et occaſione huius declarationis obiter dico, nequè teneri ſubditum dare Superiori epiſtolam, in qua aliquod ſecretum contineretur, quod reuelatum, in alicuius fratris, vel ſæcularis vergeret præiudicium. Et ratio eſt, quia ſicuti non tenetur reuelare ſecretum tale, ſibi auricularitèr communicatum, etiam ſi Superior id per obedientiam, & cenſuras, ſibi reuelandum iniungeret quia de iure naturæ claues ſecreti apud ſe tenere debet. *Syluester uerb.ſecretum.* qui citat *Archid. Vlpian. in l.3.ff.qui tabulas depoſiti*. qui ait, *ego arbitror, & iniuriarum agi poſſe; ſi hoc animo recitatum eſt teſtamentum quibuſdam præſentibus, ut iudicia ſecreta eius, qui teſtatus eſt, diuulgarentur*. *Nauarr.cap.18.num.52.P.Nauarr.lib.2.*

Secretò cōmiſſa non reuelanda.

cap.

capit. 4. *numer.* 459. *Molina tomo.* 4. *tractat.* 4. *diſputat.* 4.*a Sancto Fauſto* in terminis, *de voto obedientiæ quæſt.* 57. *num*.5. & alij communiter, qui affirmant, reuelantem alterius Secretum, ſibi ſub ſilentio commiſſum, ſine rationabili cauſa, vltra peccatum mortale, teneri ad reſtitutionem. Quinimo neque tenetur dicere illud Iudici ſub iuramento interroganti, ſed debet vti æquiuocatione, quia Iudex non poteſt cogere ad reuelandum illud, quod alteri commiſſum eſt, conſeruandum ſub obligatione naturali. *Bañes* 2.2.*q.69.art.*2. vbi *Aragonia*, *& Salonius*, *Valentia tom.* 3.*diſput.*5. *quæſt.* 13.*puncto* 2.*Rodriq.p.par ſum.cap.*79.*num.*13. & alij. Nequè vrget præceptum regulæ, quod frater Minor tenetur obedire *in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ, & regulæ*. Nam hoc eſt contrarium animæ, quia eſt contra ius naturæ. Et de literis aliorum non aperiendis, nec legendis, vnde fama proximi læderetur, vel aliquod illi damnnm adueniret; eſt concluſio omnium, id vetari ſub peccato mortali. *Molina tract.*4. *diſp.*36.*n.*2.*Nau.ibid.n.*53 *Rodr.ſupra tom.*2.*c.*53.*nu.*2.*Azor. tom.*3.*lib.*13.*cap.*31.*dub.*16.*Filliuc.tract.*40.*c.* 2, *quæſt.*2.*num.* 63. Quibus addo, quod ſi Prælatus vi extorqueat literas continentes ſecretum, & qui illas habebat, proteſtetur de continentia ſecreti, puniri debet actione iniuriarum, vt ex *Vlpian.* retuli, egreditur enim extra Sphæram ſuæ iuriſdictionis. Sed inquies, quomodo conijciet Prælatus ſubditum vera dicere? ne illi accidat, vt alteri, cui dicebat Subditus ſe habere ſcripturas ſpectantes ad S. Officium, quibus à multis parcitum fuerat, & tamen erant literæ Superiorum, quas ipſe hinc inde ſurripuerat, & apud ſe in quodam inuolucro conſeruabat. An inquam Superior credere teneatur ſimplici dicto ſubditi, quod non reliquit clauem, quia in cælla, vel arcula continebantur ſecreta magni momenti. Reſpondeo id eſſe venandum ex qualitate perſonæ optimis moribus præditæ, mendacium dicere non conſuetæ, &c. Sub iuramenti Religione id atteſtantis &c in hoc conſiſtit arbitrium Superioris, qui in Rei fauorem inclinare debet, poterit tamen illi præcipere, vt poſthac talia in cella non teneat, quia aliter ſuo iure vtetur.

Vndecimus caſus eſt eod. *cap.*6.*nu.*6. de eo qui tenet libros, & alia apud ſæculares ſine licentia Superioris, & *num* 12. ne libri diſtrahantur ſine licentia ſub pœna ſuſpenſionis, & præ- Proprietatis Caſus XI.

cepto obedientiæ, & *num.* 13. ne extrahantur libri è formalibus Bibliothecis ſub pœnis per Pontifices ſancitis, omnia hæc formalem proprietatem oſtendunt, ac dominium.

Conſeruare res apud ſæculares, quã do ſit caſus proprietatis

Circa primum ſtatutum aduertendum eſt; eſſe proprietatẽ tenere aliquid apud ſæculares, quando non fieret cum ignorantia, vel inaduertentia; hæc enim excuſarent à culpa, & à pœna. Quando item teneret illud per breue tempus, animo reducendi illud ad Monaſterium, vt ſi illa repoſuiſſet, quia tunc temporis non poterat ad conuentum deferre, ſed intendebat quanto citius adſportare; quia tunc ceſſat malitia, & apparet moralis executio legis, quæ debet habere ſuas circumſtantias, ſicut omnis alius actus moralis, qui pendet ex hoc, & nunc, quibus non ſeruatis non rectè fieret. Item licentiam Superioris ſufficere præſumptam, vt pluries dixi in *Comment. ad Stat.* Vide *in Indice verb. licentia.*

Circa ſecundum notandum, quod licet non dicat ſtatutum, ſub pœna proprietarij, debet declarari, quod vltra pœnas proprietariorum debet ſuſpendi per Eccleſiaſticam cenſuram, & peccat mortaliter violans præceptum obedientiæ, quia vẽdere, donare, alienare, commutare ſunt formales actus dominij, & proprietatis, & ideo comprehenduntur ſub pœnis in proprietarios latis, nequè hoc eſt extendere pœnas, quia in ſecundo caſu ſupra poſito, his pœnis puniũtur vendẽtes &c.

Pœnæ extrahentium libros è bibliothecis.

Circa tertium ſciendũ eſt emanaſſe Conſtitutionem à *Pio V.* anno 1568. 2. *Nouembris*, in qua *motu proprio, & ex certa ſcientia Vniuerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, & Regularibus cuiuſcumquè ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant etiamſi Pontificali dignitate præfulgeant, mandat ne ex Bibliothecis* Fratrum *Minorum de Obſeruantia, aut earum aliqua librum aliquem, aut quaternum furto ſubtrahere, quoquo modo præſumant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ niſi in mortis articulo*. Quas pœnas aggrauauit poſtea *Sixtus V.* anno 1587. 3. *Octobris*. *Ne quis Generalis, Prouincialis, Commiſſarius, Guardianus audeat, vel præſumat, per ſe, vel per alium, vel alios, nec pro minimo quidem temporis ſpacio libros, quinterna, folia, nec res alias, nunc, & pro tempore exiſtentes in Bibliothecis Fratrum Minorum de obſeruantia, de dictis Bibliothecis amouere, adſportare, tollere, vel amoueri facere, vel conſulere nequè*

neque verbo, vel facto, in aliquo ex prædictis alicui auxilium, aut opem præſtare, quinimo teneantur notificare, ſi quid factum, vel intentatum contra, et in præiudicium dictorum Fratrum, & Bibliothecarum, audiuerint, ſeu ſciuerint, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & excommunicationis &c. & Guardianis mādauit ſub iiſdem pœnis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis in poſterum, ne audeant exercere officium, niſi prius coram Diſcretis confecerint inuentarium librorum &c. quinternorum, foliorum, & rerum in Bibliothecis exiſtentiũ, cum nominibus authoris, numeri, foliorum, anni, & loci impreſſionis, cooperturæque dictorum librorum ſubſcribendum ab ipſis, & conſeruandum, vbi ſolent reponi claues eleemoſynæ, et conſignandum, cum reuiſione etc. ſucceſſoribus, et reuidendũ à Prouincialibus, et Viſitatoribus ſub pœnis etc. ſed ad petitionem Cardinalis *Matthæi Protectoris ordinis 19. Maij* 1592 *Clem. VIII.* abſtulit excommunicationem, remittendo reliquas pœnas vſquè ad 20. dies, poſt ſuſceptum officium Guardianatus. & ann. 1600. 2. *Octobris*, pœnas in totum abſtulit idem Clemens ad petitionem *P. Franciſci à Soſa Miniſtri Generalis*, eas ſolummodo perſiſtere volens contra eos, qui defraudarent, & obſeruari Conſtitutionem citatã *Pij* V. hæc ex *Rodriguez. tom. 2. quæſt. 129. art. vnico*. itaquè ſtatur nũc Conſtitutioni *Pij V.* & de ſurripiente furto, libros &c. ſed cirhoc eſt.

Difficultas prima, quid nomine Bibliothecæ veniat in hac Conſtitutione, et ne libera nobis tribueretur errandi facultas, addit ſtatutum. *Bibliothecis formalibus* clarè innuens diſtinctionem Bibliothecarum, formalium, & non formalium. Porro Bibliotheca duo denotare poteſt, nempe armaria, & loca, in quibus reponuntur libri, & libros ipſos; do verba *l. librorũ ff. de legatis, et fideicom. §. ſed ſi Bibliothecam*. *ſed ſi Bibliothecam legauerit, vtrum armarium ſolum, vel armaria continebitur, an verò libri quoquè, quæritur? nam et locum ſignificari Bibliothecam eo, alias armarium* &c. & *l. labeo*. (*quæ eſt* 50.) *ff de contrahenda emptione*. Bibliotheca accipitur pro libris. ergo omnis locus publicus, in quo libri continentur (de priuatis enim non eſt ſermo) nomine Bibliothecæ venit, & ſic difficile eſt inuenire diſtinctionem Bibliothecæ formalis, a non formali. In Statutis *Benedicti* XII. publicatis in Bibliothecę quæ dicatur

Capitulo generali Catburci an. 1307. *cap.* 11. diſponitur de libris particularium fratrum, & communitatis. *libri autem ad Communitatem Prouinciæ pertinentes diſtribuantur in Prouinciali Capitulo, per Miniſtrum, de conſilio, et aſſenſu Diffinitorum cuſtodiæ. Item ordinamus, quod libri Communitatis Prouinciæ, non poſſint extra Prouinciam, nec libri cuſtodiæ extra cuſtodiam, cuius erunt, diſtribui. et in Barcinonenſibus cap.3. §. 9. libri fratrum defunctorum applicantur Bibliothecis communibus Prouinciæ, ſub pœnis à Pontificibus latis contra extrahentes, fraudantes, vel diſtrahentes.* In ſtatutis autem *Alexandrinis cap. 5. Prouideatur in quolibet conuentu, ut omnium librorum fiat diligens collectio, et illorum Cuſtodiæ vnus probus, vel duo de Conuentu præficiantur cum authentico inuentario.* Tandem in *Vrbanis* nouiſſimis Patrum *Conuentualium cap. 5. tit. 11. In inſignioribus Conuentibus, vbi præſertim Gymnaſia, ſeu ſeminaria erecta fuerint, Bibliotheca inſtituatur, Armaria, libri, aliaquè res ad eam ſpectantes diligenter parentur, &c.* ex quibus vetuſtatis monumentis colligere licet Bibliothecam includere locum, armaria, & libros ſpecialiter à Superioribus Prouincialibus deſtinata, ac nomine Bibliothæcæ inſignita, & non quamcumquè collectionē librorum, ſed notabilem, & conuentui magnitudini correſpondentem, & ſub hac ratione puto dici Bibliothecas formales, quia ſi non eſſent hac notione concipiendas, venirent nomine Bibliothecæ omnes paruæ adunationes librorum, quę communiter tale nomen non merentur. Non enim apud vulgus appellantur Bibliothecæ, quotquot Armaria, aliquos libros continentia, ſed conſpicuę domus, cum multis, & diuerſis libris, ſuis thecis diſpoſitis, & in hac parte mihi diſcurrendum venit, ſicuti de clauſura, de qua nos in *Comment. Stat. cap* 11. *Stat.* 5. *fol.* 776. Illa enim non dicitur talis ad incutiendas pœnas, in ipſius violatores, niſi ſpecialiter fuerit per Superiorem declarata, vel à conſenſu, & conſuetudine, &c. itaut ſit Bibliotheca, quæ auferentibus ex illa libros cenſuram, & pœnas intentet, debet declarari à Superiore, vel ex communi conſenſu Conuentus vocetur, & habeatur pro Bibliotheca, ſuis foribus obſerata cum deputatione Cuſtodis, ſed de hoc vltimo non ita rigoroſè ſentio, quia poteſt clauis teneri à Guardiano &c. vel tumultuariè huic, vel alteri, iuxta occaſiones tradi, vt

aliquan.

aliquando ſolet fieri, cum magno Bibliothecarum detrimento; Vnde non ſine cauſa *Sixtus V.* cauerat, ne Guardiani officia inchoarent, niſi confecto ſolemniter inuentario librorum, quia hoc maximè conducit, ad conſeruationem Bibliothecarum, & ſplendorem Conuentus. Nec à ſe talem cautelam inuenit, ſed eam accepit à priſcis inſtitutis Religionis *Alexandrinis* citatis, quibus cauetur, *Guardianus omni anno infra duos menſes, poſtquam eſt in officio, teneatur fratribus collectis libros oſtendere, & inuentarium renouare, & videre. Benedictinis* citatis. *Ordinamus, quod Guardiani in ſua nouitate infra vnum menſem, poſtquam officium Guardianatus aſſumpſerint, & in Conuentu ſuo fuerint, teneantur in præſentia Conuentus ſui facere fieri Inuentarium de omnibus libris, qui in ipſo Conuentu fuerint, &c. & huiuſmodi inuentaria renouentur annis ſingulis in præſentia Conuentus.* Quæ inuentaria conficienda eſſe præcipiunt omnia deinceps edita ſtatuta, vt hæc, quæ commentamur, *cap. 12. §. 4. In locali Archiuio conſeruabuntur Inuentaria librorum, tum qui in Bibliotheca ſunt, tum qui fratribus accommodantur*, & alia.

Difficultas ſecunda, An non exiſtente in vſu iſta diſpoſitione Apoſtolica, auferentes è Bibliothecis libros ſint excommunicati?

Reſpondeo negatiuè, quia in ius poſitiuum datur præſcriptio, & conſuetudo in contrarium abrogat illud, dummodo fuerit legitimè præſcripta, *Medina 1.2.quæſt.97.art.4.conſ.3. Miranda 2.tom.quæſt.3c.art.11. Rodriq.tom.1.quæſt.6c.art.1. & quæſt.68.art.1. Sà verb.conſuetudo num. 3*: equidem variari obſeruantiam harum Conſtitutionum, patet ex illarum correctione, à Superioribus impetrata. Vbi conſuetudo extrahendi libros viget, non incurrũtur pœnæ.

Difficultas tertia, Vbi eſt in vſu, an cuiuſlibet libri, quinterni, vel folij ſurreptio, inducat pœnas, & quas?

Reſpondeo Verbum *præſumant*, requirit temeritatem, vnde bona fides, & ignorantia, etiam craſſa excuſaret. *Peirinus in ſimilem Conſtitutionem quartam Vrbani VIII. num.1.* Præſumptio temeritatẽ includit.

Reſpondeo ſecundo, non incurruntur pœnæ, niſi auferantur ex Bibliothecis formalibus, & ex libris ibi repoſitis per Superiores, ad augmentum Bibliothecarum, nam in Statutum. Et ſi aliqui libri reponerentur, aliò adſportandi, cum non ſint de- Extractio ex bibliothecis formalibus pœnas infligit

de corpore Bibliothecæ, non inducunt pœnas, &c. ita *Pyrinus vbi ſupra num.* 2.

Includuntur etiam ſuperiores furto extrahẽtes.

Reſpondeo tertio, Superiores, qui furto ſubtraherent libros, incurrerent in dictas pœnas, quia in Bullis vtriuſquè Pontificis nulla fit diſtinctio Superiorum, & ſubditorum quinimo cum Superiores ipſi maiori cum commoditate poſſint expilare Bibliothecas, contra ipſos rigoroſius militare debent vltiones, non negauerim tamen, poſſe Generales, & Prouinciales amouere aliquos libros, & in alios Conuentus Prouinciæ adſportare ad communem vtilitatem, hoc enim Superioribus permiſſum eſt, quibus rerum fratribus conceſſarum adminiſtratio cõmiſſa eſt, ac etiam ſuperfluos vendere per manus Syndicorum, & in vtiliores commutare, quia hoc non eſt contra mentem Conſtitutionum, imo ſecundum illam, quia eſt in beneficium Bibliothecarum.

Furtum tãtum librorũ pœnas inducit.

Reſpondeo quarto, per ſolam ſurreptionem, & furtum pœnæ incurruntur, non per extractionem temporariam, & accommodationem ipſorum fratribus particularibus, ad hunc enim effectum moderata fuit conſtitutio Sixtina, quia aliàs (vt aduertit *Rod.* citatus) multa incommoda æſtatis, & hyemis paterentur, qui literis, & compoſitionibus vacarent, ſi ſtudere non poſſent, niſi in Bibliothecis, magnis, & remotis domibus, quinimo diſponitur, quod Bibliothecarius det libros, cum ſchedula conſignationis, & receptionis faciendę à quolibet fratre, cui accommodantur, & adnotatur in libro, ad hoc parato, & ſic de facto practicatur.

Superior extrahi permittens, incurrit pęnas

Reſpondeo quinto, Superior permittens furari libros, incurrit pœnas, etiam in vim *Piæ Conſtitutionis*, quę licet non apponat, de permiſſione, ait tamen *ſubtrahere quoquomodo præſumant*, & vt *Peirinus citatus num.* 3. diſcurrit, quando aliquid indirectè permiſſum non eſt, nequè indirectè conceditur, *cap cum quid de regul. iur. in 6. Menoch. lib.* 2. *conſ.* 181. *nu.* 53. & huc reducitur doctrina de eo, qui tenetur cuſtodire aliquid ex officio, & non obſtat auferenti, cum poſſit, cenſetur cauſa ablationis, & tenetur ad reſtitutionem, & plus tenetur tueri res Conuentus Superior, quam Bibliothecarius.

Surripere folium parui momenti non contrahere pęnas.

Reſpondeo ſecto, Surripere folium, vel quinternum, quæ nõ eſſent ſplendori, & commodo Bibliothecæ, ſed ſuperflua, & non ſpectantia ad aliquem librum, vel continentia materiam vti-

Digitized by Google

vtilem, & opportunam, poteſt enim vnum folium continere doctrinam raram &c. non induceret has pœnas, quia materia eſt parua, & non peccati mortalis, & conſequenter non plectibilis per excommunicationem maiorem, ſic in omni materia morali, prohibita ſub cenſuris excuſat paucitas materiæ, & quando Pontifex id prohibuit, intellexit de quinterno, & folio ſecundum Superiorem doctrinam.

Duodecimus caſus eſt eiuſdem *cap.6.* §.1. *num.* 16. *Non liceat pro veſtimento pecuniam dare, ſub pœna proprietatis dantibus, & recipientibus, & Superior dans, ſit indiſpenſabiliter priuatus officio,* condigna animaduerſio, quia denarij dari non debent à Superiore ſubditis, quibus ipſi tenentur auferre, eò vel maximè cum pecuniæ contrectatio ſit vetita fratribus, & tantummodo conceſſa Syndicis Apoſtolicis, per citatas ſæpius Decretales, & ſenſus ſtatuti eſt, quod non detur pecunia fratribus pro mercando habitu, nequè illius nomine alteri, qui emat poſtea, vel non emat ad diſpoſitionem fratris, benè poteſt dari pecunia Syndico, vel alteri, nomine ipſius, qui emant habitum, illumquè det fratribus, non autem nummos, ſub nullo quouis prætextu. Proprietatis caſus 12.

Decimuſtertius caſus, ibid. *num.* 19. & 20. quod Guardianus viſitet cællas, & ſuperflua remoueat, ac curioſa, fratribuſquè indecentia. *Qui verò vltra id quod permiſſum fuerit à Guardiano, & Diſcretis, aliquid habere præſumpſerit, declaratur Proprietarius*, declaratum per *Clem. V. in dicta Clementina. Exiui de verb. Signif.* § *rurſus. verſ. quamuis paramenta. Superfluitas autem, aut nimia pretioſitas, vel quæcumque curioſitas in his (paramentis Eccleſiæ) vel alijs quibuſcumque nō poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui conuenire, cum enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu copiam paupertati tantæ, quoad humanum iudicium derogant manifeſtè,* & inferius declarando ad quem pauperem vſum teneantur fratres Minores, inquit. *Declarando dicimus, quod fratres Minores ex profeſſione ſua regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos vſus, ſeu pauperes, qui in ipſorum regula continentur, & eo obligationis modo, ſub quo continet, ſeu ponit regula dictos vſus.* Vide ergo ſi regula in veſtibus concedit pluſquam tunicam vnam cum capucio, & aliam, &c. in victu quæſtuationem neceſſariam, inhabitaculis paupertatem, &c. eſt igitur expreſsè contra regulam habere ſuper- Proprietatis caſus 13. Superflua habere vetitum.

ſuperflua, curioſa, prophana, &c.& cum remittat Miniſtris & Cuſtodibus prouiſionem neceſſariam, decernentibus illis, hæc & non plura, certum eſt, ſuperfluum contra voluntatem Prælati retentum, vel procuratum, facere fratres proprietarios. *S. Anton.3.par.tit.16.cap.11.Graff par.1.deciſ.lib.3.cap 5. num.* 48.*Cord.in regul cap.7.quæſt.4. Mendoz.quæſt.*8. *quodlib. conſ.* 4.*Leſſ.2.de Iuſt cap.4.dub.5.num.25.P.Nau.3.de Iuſt cap.1.p.* 3.*dub.1.A S.Fauſto de pauper.quæſt.95.per totum. Hier. Gratian.diſcept regul par.2.cap.8,§.3.Sylu.verb.Religio 6. quæſt.7. Valen.tom.3.diſt.10.quæſt.4.Nau.to.2.de regul.nu.21.Thomas de Ieſu in cap.non dicatis.p.4.cap.7.*

Guardiani quoties cellas viſitare tenentur.

Sed an Guardianus teneatur ſub peccato graui viſitare cellas, & remouere ſuperflua? Dicente Statuto, *Præcipimus Guardianis ſub pœna priuationis officiorum, vt ſingulis menſibus, aſſociati duobus Patribus Diſcretis, ex Senioribus Conuentus, cellas fratrum omnium viſitent, & omnem ſuppellectilem videant, & ſolum illa permittant, quæ vſum pauperem decent.*

Reſpondeo, ratione Statuti non tenetur ſub peccato mortali, quia Statuta non obligant ſub mortali culpa. vt dictum eſt ſupra *cap.2.quæſt.3.Reſpondeo.3.* etiã ſi grauitas pœnæ id ſuadeat, priuatio, nimirum officij. Sed tenetur ratione materiæ quando ſcilicet probabiliter ſciret, Patres ſuperflua, & regulæ diſcrepantia retinere, tunc enim vigilare debet, tanquam rationem pro ſubditorum animabus redditurus, & occaſiones peccatorum remouere, quod facere non poteſt niſi *diligenter vultum pecoris ſui agnoſcat, & ſuos ſubditos conſideret prou.27.* doctrina *Conc Trid ſeſſ.25.de regul.cap.1. omniſque cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur tam in capitulis, quam Viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur, nimirum ad communem victum, veſtitum, vota obſeruantiam regulæ*, & quod imponit Generalibus, & Prouincialibus, cenſetur impoſitum his, quibus de mandata eſt viſitatio Conuentus, quinimo *cap.2.* ait, *Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſuppellex, ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, denegetur.* Et hanc obligationem continendi ſubditos in ſua obſeruantia, eſt de iure naturæ affirmat cum *S.Thom.Caietanus 2.2.quæſt.83*

De iure naturæ ſuperior vigilare tenetur circa obſeruãtia ſubditorum.

art.

art.2. Suar.4.de Relig.lib.10.cap.11. quia de iure naturæ tenetur vigilare ſuper ſibi commiſſos, poſtquam acceptauit officiū, quo fundamento Epiſcopi in ſua conſecratione promittunt, ſe reddituros rationem de animabus ſibi commiſſis, & non viſitare ob negligentiam, vel otioſitate, eſſe peccatum mortale affirmat *Lezana verb. Viſitator regularis, num. 3.* quod ſi addas, ex conniuentia, & ne particularem perſonam ſibi amicam, vel potentem contriſtet, &c. multò magis malitia creſcit. Potius enim tenetur dimittere officium, quàm non impedire peccata, quæ poteſt, & debet *iuxta Prou. cap.7. Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas animo inrumpere iniquitatem.* Dixi, *probabiliter ſciret*, quia Superior tenetur habere bonam opinionem de ſubditis, nec debet omni referenti auditum præbere; maximè ſi tale Statutum in praxim deductum non fuerit, & timeat ex rigoroſa Inquiſitione, Conuentum inquietari, & graues contra ſe animoſitates, & inimicitias excitare; & in hoc caſu, ſi ſuperflua, quæ ſuſpicatur retineri in Camera talis Fratris, fuerint eius generis, ſuper quibus valeret Superioris facultas, poteſt ſupplere defectum per ſuum conſenſum, & diſpenſationem, ad vitanda maiora mala, quæ contingerent; iure naturali dictante, debere nos permittere minora mala ad impedienda maiora, quæ euitari non poſſent. *cap. duo mala, cap. Nerui teſticulorum. diſt.13. Si periculi neceſſitas ex his vnū perpetrare compulerit, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligare, & cum in dubijs conſtringimur, vtiliter nimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus; & ſi omninò nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur*, & loquitur Gregorius de eo, qui per ſimoniā obtinuerit dignitatē, & dubitat, ſi illam dimittat, peccare in ſuſcepti regiminis deſtitutione, quod ad caſum noſtrum optimè accomodari poſſet, dum nimirùm Guardiano, & Conuentui non expediret, renunciare officio, & ſine ſcandalo ſubditum corripere, quo caſu minus malum eligendum eſt, ſcilicèt permittere aliquam occultam irregularitatem, ne ex cura Monaſterio grauis inureretur infirmitas. Si autem eſſet publica, vel notoria regulæ tranſgreſſio, ex qua, & fratri pernicies, & cōmunitati ſcandalum crearetur, tunc nullo habito ad has conſiderationes reſpectu, debet in tumens vlcus viſitationis, & correctionis ferrum adigere: èx eadem ratione, quia tunc maius malum

Malum minus permittitur adjuvandum maius.

lum eſt conniuere; quam fratrem conturbare: de quo et Superior, & Conuentus gaudere debent, quia eſt conturbatio ordinata ad pœnitentiam, & emendationem. Si enim talia in ordine permitterentur, breui regularis corrueret obſeruantia. *Nam* (*vt cum Tridentino dicta ſeſſ. 25. cap. 1. de regul. dicam*) *ſi illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium, neceſſe eſt.*

Proprietatis caſus xiv. Decimusquartus caſus eſt, *ibid.* §. 2. *num.* 1. & 2. Ne locentur prata, domus, &c. neque per Syndicos, & locationes diſſoluantur. Si onera miſſarum habuerint, hæredibus renuncientur, ſin minus ſtatim vendantur. Subditi proprietarij, Superiores priuentur officio, & *num.* 3. Non ſeratur triticum, &c. intra locorum ſepta, nec venale exponatur, ſed tantum herbæ, & legumina pro fratribus, & iumentis, ſub pœna proprietatis.

Horti ſuperflui fructus venales. Caſus deciſi in dicta *Clem. Exiui. Item quod alicubi non ſolum exceſſiuos hortos, ſed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quàm de vino multum colligunt ad vendendum, & infra. licet verò non ſolum ſit licitum, ſed multum conueniens rationi, quod fratres hortos habeant competentes ad recollectionem, vel recreationem ſui nec non ad habenda neceſſaria hortalitia pro ipſis, habere autem hortos aliquos, vt colantur, & olera, & alia hortalitia precio diſtrahantur, necnon, & Vineas, repugnat ſuæ regulæ, & ordinis puritati, ſecundum quod dictus Prædeceſſor* (Nicolaus Tertius) *declarauit, ac etiam ordinauit, quod ſi talia ad vſus, proximè dictos fratribus legarentur per omnem modum fratres à receptione talium abſtinerent, cum etiam præmiſſa habere, vt pretium fructuum ſuis temporibus habeatur, ad naturam, & formam prouentuum appropinquet.*

Cóſuetudo contra regulam non valet. Difficultas prima. An valeat circa hoc contraria conſuetudo.

Reſpondeo negatiuè. Audiui his diebus, quemdam typis mandare voluiſſe opinionem, & à veritate, & à bono Religionis errantem, nimirum, vbi inoleuerit conſuetudo in Religione Minorum de ſuperfluis habendis, de recipiendis, & conſeruandis denarijs, & de tranſgreſſione præceptorum regulæ, poſſe tales tuta conſcientia in hiſce tranſgreſſionibus perſeuerare, quidquid ſit de externa punitione, quia fortaſſe Superiores eadem pice coinquinati, non curantes de conſcientia, exter-

temis vacant, ne videantur ab hominibus inobſeruantias publicas floccipendere, & quia res mihi viſa fuit contra pietatẽ, & veritatem, vltra meum ſenſum, quem Reuerendiſſimo P. Benigno à Genua Commiſſario Generali, qui me de eadem interrogauerat, aperui nunc, quia materiam hanc præ manibus tero, non nihil ſcribere, pro zelo paupertatis decreui. In primis enim non me latet communis doctrina, & vis conſuetudinis legitimè introductæ, quæ ius poſitiuum abrogat, vel declarat, vt videre eſt apud *Graff. 2. par. deciſ. cap. 19 num. 48. Hier. Rodrig. reſol. 34. num. 2. Portel verb. lex. num. 11. Theſaur. de pœn. verb. ludus, cap. 4. nu. 1.* Lezana *verb. leges, & regul. n. 54. & 55 A S. Fauſto de paupertatis voto quæſt. 123. Silu verb. conſuetudo per totum*, præcipuè *num. 9. Diaz. in praxi cap. 54. num. 2.* cum quo *Ignatius* Lopez *ibid. Angel. V baldin conſ. 25. num. 23. Io. Bapt. de Plotis conſ. 108. num. vltimo inter Criminalia Ziletti*, & *Actonem de* Nicolinis *conſ. 79. num 6. & 50. ac Bendetum de Aretio conſ. 80. num. vltimo ibid. Bonac de legibus diſp. 1. quæſt. 2. punct. vltimo §. 4. per tot Peirin. de Prælato q. 3. cap. 1. §. 6. num. 181. & ad Conſtit. 4. Iul 2 num. 21. §. 4.* Nauar. *de Spolijs* Cler. *§. 14. num. 3. & 6. & in Manualicap. 23 nu. 59. verſ. 8. & de Pœnit. diſt. 5. in 3. & reliquas partes Gloſ. num. 1. Anton.* Cucchum *Inſtit. tit. de Conſuetudine per totum, præcipuè num. 8. Azorium Rodrig tom. 1. quæſt. 11. art. 7. & 8. & tom. 2. quæſt. 69. Suar. de legib lib. 7. à cap. 1. Canoniſtas in cap. Conſuetudo diſt. 1. in cap final. de Conſuetudine.* Legiſtas *in l.* Contendunt enim omnes, conſuetudinem legitimè introductam abrogare ius poſitiuum, & ſtare pro lege, quando deficit lex; quæ deficere præſumitur, dum non obſeruatur; & contra illam itur; Verùm enimuerò ſupponere conſuetudinem legitimè introductã in Religione de inobſeruantia Præceptorum Regulæ, vt ex diſcurſu ſupponit, eſt contra omnem veritatem, & cum agatur de materia morali, quæ ordinatur ad praxim, ſupponere etiamſi conditionaliter, quod non eſt, ſed quod eſſe poſſet, & ſuper hac metaphiſica ſuppoſitione fundare Concluſiones piorum morum offenſiuas, non eſt prudentis Scriptoris, quia in moralibus, non omne, quod poteſt argumentis exagitari, debet iactari in vulgus; quod neſciens, quid ſit conſuetudo legitimè introducta, poſſet ſibi fingere conſuetudines, ex eo, quod ſe, & paucos alios facere ſciat, & ſuper labili, præcipitiquè

Conſuetudinis legitimę ius.

Sigillatur Scriptor quidam modernus, male de regulari obſeruantia ſentiens.

tiquè fundamento fabricare conſequentias contra animam ſuam, & regulam. Non enim licèt nobis diſputare, ſicuti alijs de quadratura circuli, & ſpacijs imaginarijs, vel de indiuiſibilitate quantitatis, ſed de applicationibus ad praxim. Nec ſaluatur, eo quod Prædicatores, & Lectores debēt potius permittere ſcandalum, quàm relinquere veritatem, quia hoc eſt verum, quando quis tenetur ex officio, & obligatione, non autem qui ſe intrudit, vt ſui capitis conceptiones expediat. Si enim iuxta S.P.N.F. monita calamum examinaſſet, caſtigaſſetquè, non extruderet, quæ potius damnum, quàm vtilitatem generatura ſunt, nec puluinar capiti omnis carnis ſupponeret.

Conſuetudo nulla hucuſque legitimè introducta reperitur contra Præcepta Regulæ.

Probo igitur nullam hucuſquè fuiſſe introductam conſuetudinem in Religione Minorum Obſeruantium, contra præcepta Regulæ, & præcipuè contra receptionem, & contrectationem pecuniæ. Primò quia nulla eſt conſuetudo, quæ à particularibus inducitur, non conſentiente Principe, & Prælato, ita fatentur omnes ſupra citati. Et ratio eſt, quia populus non poteſt inducere conſuetudinem, niſi vbi poteſt condere ius. Vel ſaltem paſſiuè recipere legem ab eo, qui poteſt illam ferre. Si enim conſuetudo eſt ius non ſcriptum. *cap. Conſuetudo. diſt.* 1. Ergo vbi tale ius condere non poteſt, conſuetudinem legitimam inducere non valet, & condere regulam, illiusq. præcepta, non eſt Religionis, ſed Legiſlatoris. Non diſputo nunc, an requiratur conſenſus Principis explicitus, vel implicitus, & interpretatiuus, dum ſcilicet ſcit, vel videt legis ſuæ tranſgreſſionem, & non reclamat, cum reclamare, ac punire poſſit quocumque modo ſumatur, facit ad rem præſentem, at quis Sapiens dicet vnquam Summum Pontificem, Generalem, aut Capitulum Generale videre, & ſcire Præceptorum inobſeruantiam, & conſentire, aut conniuere? cum quolibet generali Capitulo, qualibet Congregatione generali, quolibet triennio, manent Conſtitutiones Apoſtolicæ, & Statuta Ordinis præcipientis Regulæ, & Statutorum obſeruantiam, puniendia tranſgreſſores, annullantia omnem conſuetudinem, & abuſum in contrarium? Do Leges, & Conſtitutiones, mitto Decretales in corpore iuris incluſas, in generalibus Concilijs ſancitas. Sufficiunt recentiora decreta, quæ retuli in *Comment. cap.* 4. *Stat.* 4. *fol.* 382. *& infra.* nimirum Capitulorum generalium ann. 1606. 1612. 1628. 1633. *& Vrb. VIII. Conſtitution. ann.* 1625. in

quibus

quibus declaratur in Regula hucuſquè nôn eſſe pro Religione Obſeruantium diſpenſatum, & ômnes teneri ad illius obſeruantiam iuxta declarationes *Nicolai* III. *et Clem*. V. cum comminatione pœnarum in refractarios fulminatarum, & præcipuè legenda eſt Conſtitutio eiuſdem *Vrbani* VIII. edita ann. 1640. *prima Iunij*, quæ incipit *Militantis Eccleſiæ*, in qua puriſſimã obſeruantiam Regulæ iniungit, intitulaturquè de reſtituendo candore regulari obſeruantię, & Statuta, quæ commentamur de pœnis, & aliàs commentati ſumus, edita ann. 1642. ac ab eodem Vrbano (qui ad immortalitatem tranſiuit die 29. Iulij hora 11. præſentis anni) confirmata, niſi cœcus non videt, quantis diris perſequantur Regulę tranſgreſſores, quomodo inſectentur paupertatis violatores, quomodò rigoroſiſſimè, & Superioribus, & Subditis præcipiant fugam nummorum, & ſeriò intendant obſeruantiam exactiſſimam Regulæ, quamobrem, ter in anno in quolibet Conuentu publicari, & legi ſeueriſſimè iniungunt, & de his Superioribus, audebit quis in dubium reuocare, an in partem contrariam inclinent, ſciant, & conniueant. Tantum eſt hoc, quantum affirmare, quod eluſoriè Statuta condantur, & ſpecie tenus, ac in ſolo foro externo obſeruari præcipiantur, ac propterea Sedi Apoſtolicę, & toti mũdo fucus, & palpus obtrudatur, quod temerarium, & impium eſt dicere, vel ſuſpicari.

Secundò de ratione conſuetudinis eſt, vt quod introducitur, *ratione conſiſtat, quod Religioni conueniat, quod diſciplinæ congruat, quod ſaluti proficiat. cap. Conſuetudo. diſt.* 1. & vt dicitur *cap. erit autem. diſt.* 4. *lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, neceſſaria, vtilis, loco, temporiq. conueniens, manifeſta*, non enim debet conſuetudo rationi eſſe contraria, vt dicitur *diſt*. 8. *cap. mala*. & ſequentibus, *quia ratio, et veritas conſuetudini præponenda eſt. cap fruſtra eod. adde. cap. finale. de conſuetud. Silueſt. verb. conſuetudo, num.* 6. *Sayr in Claui reg. lib.* 3. *c.* 11 *num.* 3. *Naldum in Summa. verb. conſuet. num.* 4. *Suar. lib.* 7. *de legib. cap.* 6. *num.* 14. *Layman. lib.* 1. *tract.* 4 *cap.* 24. *nu.* 6. *Rodrig. tom.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 8. *et tom.* 2 *quæſt.* 69. *art.* 2. Sed quis non videt non eſſe rationabile, non congruere Religioni, non conuenire diſciplinę, non ſaluti animarum proficere, quod qui vouent obſeruare regulam ſecundum intentionem Eccleſię, & Religionis, nimirum ſecundum declarationes Nicolai III. et

Conſuetudo quid requirat ad hoc, vt ſit valida.

Clem. V. illam non obſeruent, ac actualiter peccent, ſicuti omnium ore peccare dicuntur primi, qui contra Regulam introducunt conſuetudinem, & iſti primi extenduntur per annos 40. vel 25. vel ſaltem *decem*, quibus legitimatur conſuetudo. *Rodrig. ſupra*, quia vt ipſe inquit, *ante legitimam præſcriptionem peccabunt*. & citat *Caiet. 2.2. quæſt. 97. art. 3.*

Conſuetudin te:npus debitum.

Tertiò conſuetudo nunquam legitimè introducitur, niſi poſt præſcriptionem. *cap. fin. de conſuetud.* id eſt poſt annos 40. quorum lapſu in ius Canonicum præſcribitur, & in Regulam Sancti Franciſci, quæ canonizata eſt in corpore iuris Canonici, & inter Canones redacta, quinimmo, & 100. annos, vt dixi in *Cōment. ad cap. 2. Stat. 14. fol. 122. et cap. 12. Stat. 13 fol. 933.* & dicitur. *cap. de quarta. cap. ad aures de præſcr.* nec minorem præſcriptionem cenſeo neceſſariam contra bona Religionis, quam contra ipſam Religionem. *Sayr. ſupra. Suar. de leg. lib. 7. cap. 18.* & alij. Sed dato, & non conceſſo, quod ſufficiant decem anni, quis oſtendet, in decem annis non eſſe publicata, & renouata Statuta, & Conſtitutiones Apoſtolicas præcipientes rigoroſam obſeruantiam Regulæ, & Præceptorum, & punientes trāſgreſſores? Hoc enim luce meridiana clareſcit, quia in quolibet generali Capitulo, & Congregatione, quę fiunt de ſexennio, & de triennio in triennium publicantur Statuta, & c. igitur nunquam potuit coaleſcere iſta conſuetudo, quia ſemper interrupta fuit, & interrumpitur, quia non minorem vim habet lex ad abrogandam conſuetudinem, quam habeat conſuetudo ad abrogandam legem, vt fatentur citati. *Sairus num. 10 et Suarez cap. 20* et per vnum actum interrumpitur conſuetudo nondum completè introducta, vt ex *Panor. Arnulla, Reginaldo*, *Salas*, firmat *Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. puncto vltimo. S. 3. num. 33.* Vide *Silueſt. verb. conſuetudo. num. 8.*

Conſuetudo nondū cōplete introducta per vnum actū interrumpitur.

Quartò Conſuetudo debet eſſe, vel totius, vel maioris partis Religionis, quia neque minor pars Communitatis poſſet legem condere. *Suar. cit. cap. 16. num. 1. Clauis regia loc. cit. c. 11. num. 6. Reginal li. 13. num. 243. Azor. lib. 5. cap. 17.* et induci per actus non occultos, ſed manifeſtos, quia aliter non videret populus, nec ſciret Princeps, quid ageretur, et conſequenter nō poſſet approbare actus illos occultos. Sed hoc neque ſufficit, quia tales actus publici debent fieri cum intentione abrogandi legem, et inducendi contrariam conſuetudinem, vt prædicti Autho-

Conſuetudo debet eſſe totius, vel maioris partis Cōmunitatis.

Authores affirmant: ſubſumo, ſed tranſgreſſio iſta non eſt in tota Religione, neque in ipſius maiori parte, vt experientia compertum eſt, & manifeſtè probatur ex *Clem. Exiui. de verb. ſignif. §. ad noſtrum fuerunt deducta examen; quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto, & puritati ordinis repugnare*, & recenſet aliquot grauiſſimas tranſgreſſiones regulæ, nimirum, quod procurabant inſtitui hæredes. Habebant annuos redditus. Agebant negotia ſæcularia in Curijs, litigando pro habendis bonis temporalibus. Inſtituebantur Executores vltimarum voluntatum, & diſponebant de malè oblatis per vſuras. Colebant vineas, & exceſſiuos hortos, & vendebant fructus, & reponebant per totum annum. Procurabant magnas, & ſumptuoſas Eccleſias, & pretioſa paramenta, quibus cathedrales ſuperabant. Recipiebant equos, & arma indiſtinctè in funeralibus. *Tamen Communitas fratrum* (ſubiungit Pontifex) *& ſpecialiter Rectores ipſius ordinis aſſerebant, quod prædicta, ſeu plura ex ipſis in ordine non ſiebant, quod & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur, nec non contra talia, ne ſiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta.* Quibus verbis apparet famam tot tranſgreſſionum inferiorem ſuiſſe facti exiſtentia, & tamen articuli tranſgreſſionis his temporibus (Deo gratias) nullo modo audiuntur, ſignum eſt igitur, quod aſſerere talem conſuetudinem, in tota Religione, vel illius maiori parte, eſt manifeſtam ordini calumniam inurere. Eſt etiam contra veritatẽ, fieri actus hoſce inducentes conſuetudinem, publicè, quia ſi ob humanam fragilitatem aliquis peccaret, curaret omninò clanculũ operari timens querelas, & punitiones, ſiquas, ſi conniuens Guardianus, aut Prouincialis nõ infligit, infliget Viſitator, qui in fine cuiuslibet triennij infallibiliter deſtinatur, & ipſe, qui aliquando vidi, audiui, & his negotijs interfui, ſcio exemplariter in nonnullos animaduerſum. Quare curat fœdifragus, & clam, & ſecreto delinquere, & nullus habuit intentionem, vt eius peccato conſuetudo contra regulam inducatur, putans ſibi ſufficere, ſi deordinato appetitui quoquo modo ſatisfaciat, & neſcio ſi in mentẽ alicuius, niſi ſtulti venerit, vt regula Sancti Franciſci reducatur ad eam virium inopiam, vt obligare aliquem non poſſit, maximè cum nullus ita in præcepta regulæ peccet, vt ſine conſcientiæ remorſu, id faciat, vide relata

Exceſſus, qui erant aliquando in Religione.

per *Bonacinam ſupra nu.*45. Vnde ergo eſt tam legitimæ conſuetudinis præſumptio?

Conſuetudo contra ius diuinum nõ præualet.

Quinto, cõtra ius diuinũ, omnes fatẽtur, nõ induci conſuetudinẽ, quia humana cõditio non eſt ſupra ius diuinũ, aut naturale, *Bonac. de leg. diſp.* 1. *q.* 2. *pun. vltimo* §. 3. *n.* 8. vbi multi alij. *Lezana ver leges reg. nu.* 5 5. vbi alij. *Rodr. to.* 1. *q.* 69. *art.* 2. apud quem multi, & eſt communis, & ſic contra vota non poteſt induci conſuetudo, & quidem contra vota eſſentialia, eſt indubitatum, tum ex ratione adducta, tum ex *cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monac.* an autem contra regulæ præcepta induci poſſit, affirmat opinans cum alijs, verum melius dicendum eſt non poſſe, quia qui profitetur hanc regulam, dicit *Promitto, & voueo obſeruare regulam fratrum Minorum viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate*: nec ſenſus eſt voueo obedientiam, paupertatem, & caſtitatem, quia ſuperfluum eſſet dicere voueo regulam, ſi vltra vota eſſentialia, nihil aliud voueretur. Sed voueo obſeruare totã regulã, præcipuè obedientiã, paupertatẽ, et caſtitatẽ, quæ ſunt vota eſſentialia, ac etiã voueo obſeruare præcepta, vt præcepta, conſilia, vt conſilia &c. & hęc eſt expoſitio Nicolai Tertij dicto *cap. Exijt.* vbi fusè hãc materiam declarat; ſubdẽns. *Ad omnia autem, quæ in ipſa regula continentur; tam præcepta, quam conſilia; quam cætera ex voto profeſſionis huiuſmodi, non aliter tenentur; quam eo modo, quo in regula ipſa traduntur, vt ſcilicet teneantur ad eorum obſeruantiam, quæ in eadem regula ipſis ſub verbis obligatorijs continentur*, & prius dixerat; *declaramus, quod ex profeſſione eiuſdem regulæ fratres ipſi ad ea tantum Euangelica obſeruanda conſilia ſunt adſtricti; quæ in ipſa regula præceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur*, quod clarius expreſſit in Concilio Viennenſi *Clem. V. dicta Clemen. Exiui. Cum votum habeat cadere ſub certo, vouens regulam non poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica, quæ in regula non ponuntur*, & poſt pauca. *Declaramus, quod dicti fratres; non ſolùm ad illa tria uota, nudè, & abſolutè; accepta ex profeſſione ſua regula obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda; quæ ſunt pertinentia ad hæc tria. Nam ſi hæc tria tantum nudè, & præcisè promittentes ſe ſeruare regulam, uiuendo in obedientia, & caſtitate ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria*

Votum Minorum cadit ſuper totam regulã.

modi-

Digitized by Google

modificant, arctarentur; pro nihilo & uanè proferrentur hæc uerba. promitto ſemper hanc regulam obſeruare, &c.
Claret igitur totam regulam ſub voto cadere, & omnia, quæ ſunt in regula ſub Religione voti promittuntur, diſtinguuntur autem eius partes in vota eſſentialia, & vota non eſſentialia, quæ communiori vocabulo votorum modi, ſeu præcepta, & conſilia appellantur. Ex quo deduco, ſi tota regula eſt voti nuncupatione ſancita, ergo contra regulam, & nullam eius partem induci poteſt abrogans conſuetudo, quia votum, vt vótum, eſt de iure diuino, quare dum præcipitur, ne fratres denarios, &c. recipiant &c. votum eſt hoc, ſed non eſſentiale, ſed voti paupertatis modus, dum vetantur ſuſpecta conſortia mulierum, votum eſt, ſed modale, ad caſtitatis cuſtodiam ordinatum, & ſic de alijs. Dicere autem, regulam eſſe quid poſitiuum, qua deſtructa deſtruitur votum, eſt impugnare ſeipſum, quia conceſſo, quod non detur conſuetudo contra votum, & ſuper totam regulam cadit votum, ergo non poteſt tolli regula, quia tolleretur votum, qua ratione poſſemus tollere vota eſſentialia, quia votum paupertatis v. g. concludit expropriationem omnium rerum humanarum, ſed contra res humanas poteſt induci conſuetudo, ergo etiam poteſt tolli materia voti eſſentialis, & ſic ceſſabit obligatio illius. Votum obedientiæ includit ſubiectionem voluntatis Subditi ad voluntatem Prælati, ſed contra actus voluntatis poteſt induci conſuetudo, puta vt non ſubdantur Prælato, ergo etiam poteſt tolli materia voti obedientię, & ſic votum eſſentiale non obligabit. Omnium enim æqua eſt ratio, quia votum ſemper eſt de iure diuino, & fundatur, vt plurimum in re humana, & poſitiua. Ergo præſcribi poterit contra omnia, vel nulla, & ſic neque contra votum, quo vouemus ſeruare regulam, & non eſt maior ratio, quod contra præcepta, quæ iam ſunt Deo nuncupata per votum, poſſit induci pręſcriptio, & non contra vota eſſentialia, cum ſolemnitas ſit de iure poſitiuo, & quidquid ordinarunt Pontifices, eſt de iure poſitiuo, contra quod præſcriptio induci poteſt, quod ipſemet ſcribens concedit in quodam ſuo argumento, nimirum datur cõſuetudo contra ſtatuta, & priuilegia iurata, ergo etiam dari poteſt contra votum, & ſic impugnat communem ſententiam, & ex ſua primaria intentione vult deſtruere vota, & totam re-

gulam, non aduertens differentiam inter iuramentum, & votũ,nã iuramentum continet ſolam reuerentiam votum autem continet reuerentiam, & fidelitatem,vnde illud cauſat irreuerentiam, hoc inſuper infidelitatem, vnde votum eſt magis obligatorium, quàm iuramentum, *Silu.ex* S.*Thom.*2. 2. *q.*89. *verb.iuramentum* 4.*num.*5. mitto diſputata per *Rodriq.tom.*1. *queſt.*4 *art.*1. quod regula fratrum Minorum tota ſit de iure diuino,quia à Chriſto Domino præcepta inſtitui. *Vade Franciſce repara domum meam, quæ labitur*, ab eodem verbaliter dictata, *ipſe Dominus reuelauit mihi, quod deberem viuere ſecundum formam Sancti Euangelij, & ego paucis verbis feci ſcribi*, quinimò in loco Fontis Columbæ apud Reatem, ipſe Chriſtus viſibiliter ipſam regulam dictauit, vt dicitur in *Chronicis.* Vnde Nicolaus *Tertius* citatus dicit *hæc eſt apud Deum immaculata Religio, quæ deſcendens à Patre luminum, per eius filium exemplariter, & uerbaliter Apoſtolis tradita, & demum per Spiritum Sanctum Franciſco inſpirata, etc.* ex quo eſſe de iure diuino, et non poſſe ab vlla poteſtate in terra conuelli, concludit *Rodriq.* lege *Hier.Roder.reſol.*123.*num.*29. qui plura alia teſtimonia addit, ex quibus confirmatur, quod contra ipſam regulam induci diſtractiua conſuetudo non poſſit. Licet poſſit declaratiua maioris, vel minoris reſtrictionis, at inducere conſuetudinem, quod poſsint fratres denarios recipere, equitare, veſtibus pretioſis indui, cum hoc ſit contra pręcepta regulę ex profeſſo eſt deſtruere, non declarare. Quibus addo, non poſſe recipi denarios, vel teneri ſuperflua, quin violetur votum eſſentiale paupertatis, quia tandem videndum eſt,apud quem remaneat dominium pecuniæ, qua frater abutitur, non apud dantem, qui ſe dominio priuat, dum eam alteri expendendam tradit, non apud Eccleſiam Romanam, quæ declarat ſe non recipere proprietatem, niſi eorum, quę fratrum vſui, de Superiorum licentia, et ſecundum regulam, conceduntur, ergo proprietas eſt apud fratrem, qui propterea proprietarius euadit, et contra hoc non poteſt inualeſcere conſuetudo. Equidem alia ratio habenda eſt de pręceptis aliarum Religionum, et præceptis Ordinis Minorum, illę pręter vota eſſentialia, nullis arctantur mortalibus nexibus, nos autem non ſic, nec vouent totam regulam, ſed vota eſſentialia tantum habent ſub voto, ideo non debet tam facilè enunciari con-

Votum obligat magis, quam iuramentum.

Regula fratrum Minorum diuinitus tradita.

Habere ſuperflua in Minorita, deſtruit votum paupertatis.

contra Franciſcanum ſodalitium, quod ſcribitur contra alias. Tandem ſi Pontifices, & Superiores diſpenſant in præceptis, non in votis eſſentialibus, quaſi illa vota non ſint, dicendum eſt, prohibitionem tantum eſſe circa eſſentialia, non circa accidentalia. Sic diſpenſamus in votis ordinarijs, non in votis exceptuatis, caſtitatis, Religionis, peregrinationis Terræ Sanctæ. Compeſcat igitur opinans calamum, & induat ſaniorem mentem, ne in deſtructionem Minoricæ paupertatis vires exaraſſe putetur. Non curet conſulere ſaluti errantium voluntariè, qui ſcientes regulam, poſt votum promiſſa non reddant, ſed proſpiciat ordinis indemnitati, & puritati regulę, dum enim relaxati ſciunt ſe peccare mortaliter, & quotidie inutiliter ſe de peccatis huiuſcemodi accuſant, ſignum eſt, quod non relinquitur pro peccatis hoſtia, non debemus accōmodare regulam moribus, ſed mores regulæ. ſed de hoc ſatis. ſed inquit conſuetudo poteſt, quod poteſt Papa, hic poteſt diſpenſare, & tollere obligationem præceptorum, vt fecit cum Patribus Conuentualibus, quibus bona in communi conceſſit, & equitandi, & denarios expendendi, & alijs veſtibus à regula induendi licentiam,

Reſpondeo, non valere ſimilitudinem, quia Papa poteſt diſpenſare in votis eſſentialibus, quod non poteſt facere conſuetudo. Papa poteſt ſecundum aliquos tollere regulam, quod non poteſt conſuetudo.

Difficultas ſecunda, An liceat exceſſiuos hortos habere, non ad vendendum herbas, & vineas, nec ad condendum vinum, &c.

Reſpondeo negatiuè, quia non minus repugnat paupertati, habere hortos, & vineas ad cultum, & venditionem fructuum, quam exceſſiuos, ita ſupra citatus *Clem V. Item quod alicubi non ſolum exceſſiuos hortos, ſed etiam magnas vineas habent &c.* & concedit ad refocillandas vires, & ad recollectionem, *hortos, & areas habeant competentes ad recollectionem, vel recreationē ſui, & interdū ad ſeipſos poſt labores corporaliter deducendos, necnon ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſeipſis.* & patet ex ipſis terminis, nam exceſſiuum non eſt neceſſarium; & quæ nobis neceſſaria non ſunt, habere non poſſumus, præcipitque vendi agros, & vineas, &c. vt etiam ſtatutum, in quo aduerto vnum, quod concedit hortos ad hortalitia, non tamen

Hortos ſuperfluos habere paupertati incommodar

men vineas. Quia vineæ ex ſui natura ordinantur ad vinum reponendum, ideo de ipſis in conceſſione non meminit, paucas tamen vites tenere ad carpendas vuas, pro vſu fratrum, non eſſet contra ſtatum noſtrum, vnde ſtatutum ſubiungit. *Vineæ autem vnitæ Conuentibus ad fructus, non ad vinum deſeruientes, permittantur*, quæ vſitatiori vocabulo, pergulæ appellari ſolent, nec ſine miſterio dictum eſt. *Vnitæ Conuentibus*, quia habere vineam, etiam ſi paruulam, extra ſepta Conuentus, non licet, quia illa non inſeruiret fini, per quem talia conceduntur, nimirum recreationi, & deambulationi poſt ſtudia, & labores, quia tunc opus eſſet petere licentiam à Guardiano, & ire ad Villam, ſiue pomarium, vt ſolent Domini, & ſæculares.

Nec vineas habere poſſumus.

Decimuſquintus caſus eſt in eod. *cap.6.§.4.num.2.* Guardiani quolibet menſe reddant computum eleemoſynarum communitati. *Quas ſi fraudaſſe, vel donaſſe legitimè conſtiterit, ſint excommunicati ipſo facto, priuati ſuffragijs, &c. & officijs in perpetuum, & carcerentur Superiorum arbitrio, pro fraudis, & dilapidationis qualitate*, opportunum fidelitatis Anthidotum. Sed.

Proprietatis caſus 15.

Difficultas prima eſt. Quo iure imponi poſſit Guardianis redditio computus?

Reſpondeo, id tetigimus in *Comment. cap.6. Stat. 1. fol. 476.* Venit enim computus à computare, & computatione, & accipitur pro rationum redditione, ſeu traditione, *l. inſtar. C. de Iur. fiſc.* licet alij pro rationum ſubductione, & ad calculum reuocatione accipiant, ac ad eum, qui rationes ſubducit, non ad eum, qui reddit, verius accommodandum eſſe, inquit *Prateius*, quod Itali, ſubducta ſyllaba, *conto*, dicimus, & in præſenti materia, eam actionem intelligimus, qua coactis in capitulo fratribus, Guardianus librum accepti, & expenſi profert, & ſiue ipſe, ſiue alius calculos ſubducat, eleemoſynarum, quas in illo menſe recepit, & expendit, rationes exponit. Hinc quia videtur quædam pecuniæ contrectatio, & quædam iuris, ſeu dominij proteſtatio, Ordini interdicta, dubitatur, An in puritate regulæ, ad hoc Guardiani obligari poſſint, attamen conſiderato facto, non eſt de re dubitandum, quia tota hæc actio non dirigitur ad oſtendendum aliquod dominium, quod fratres vel Conuentus, vel Prælatus, vel ordo habeat in receptas, & ex-

Computus vnde dictus

Computus dare, & recipere, an ſit contra regulam.

pen-

penſas eleemoſynas (hoc enim nefas eſt cogitare) cum tot ſtatuta antecedentia, & ſubſequentia clariſſimè conteſtentur, nos nullum ius habere poſſe in minimum quid, exulareque à Minorico ſodalitio frigida illa verba *meum*, & *tuum*. Nec eſt ſenſus, quod Guardianus, vel quiuis alius frater recipiat pecunias, vel denarios, eoſquè in librum redigat, & poſtea Syndico mittat, quia nequè hoc fit, ſicuti neque fieri poteſt; ſed quia ad Syndicũ eleemoſynæ pecuniariæ confluunt, ſiue immediatè ad ipſum delatæ, ſiue prius ſignificatæ fratribus, & Guardiano, & poſtmodum ab ipſis, ad Syndicum deferri præceptæ, quę deinde, iuxta neceſſitates fratrum, ad Guardiani mandatum expenduntur à Syndico, & in libro adnotantur: vt appareat fidelis harum eleemoſynarũ adminiſtratio, & fraudes omnes impediãtur, præcipitur Guardiano, vt ſingulis mẽſibus, vocato Syndico, corã Cõmunitate fratrũ, recepti, & expenſi rationes exponat, vt de facto fit. At inquies in *Clem. Exiui, &c.* dicitur, *Præcipere, quod & qualiter expendatur, cõputũq; exigere de expenſa, &c. ſibi fratres illicitos eſſe ſciant, prædicta enim facere ad ſolos Dominos pertinet.*

Reſpondeo, nõ ſumus in caſu, quia Clemẽtina prohibet expẽſionẽ, & cõputũ, proprio nomine facta, & ſunt actus dominij, nos verò loquimur de expẽſis factis authoritate Põtificia, & de cõputo inducto ad experiẽdã fidelitatẽ Syndici, & Guardiani, qui habẽt ex eadẽ *Clemẽtina, & Decretali Nicolai 3. & extr. Io. 22. Quorũdã exigit*, vt ipſi, & Miniſtri, & Cuſtodes diſponãt de victu & veſtitu fratrũ, & de eleemmoſinis. *Hoc autẽ ſecũdũ exigẽtiã perſonarũ, & locorũ Miniſtri, et Cuſt. ſimul, et ſeparatim in ſuis adminiſtrationib. cũ diſcretione diſponãt c. exijt, etc. §. loca vero.*

Dices, ſi Syndicus nollet ad reddendum computum accedere an poſſet compelli, vel Guardianus puniri. Ad computum reddendum, nec Syndicus, nec Guardianus ciuiliter compelli poſſunt.

Reſpondeo, ciuiliter cõpelli nõ poſſet. *In ipſa pecunia* (inquit dictus *Nicolaus 3.*) *nihil omnino fratres iuris habeãt, nec adminiſtrationẽ, nec cõtra perſonã nominatã, vel nõ nominatã ab eis, cuiuſcũq; cõditionis exiſtat, in iudicio, vel extra perſecutionẽ, vel aliquod aliud in ius intẽtẽt, qualitercũq; perſona ipſa in cõmiſſione ſe habeat. Liceat tamẽ perſonæ prædictæ fratres ſuas neceſſitates inſinuare, ac eã rogare, quod ſoluat. poſſint etiã perſonã eandẽ exhortari, ac inducere, quod fideliter in re commiſſa ſe habeat, etc. ita tamẽ quod ab omni eiuſdẽ pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpẽſatione, & cõtra prædictã perſonã actione, ſeu perſecutione fratres abſti-*

abſtineãt omnino. Sed, vt concedit ipſe Põtifex, per exhortatione, & preces, poterit rogari, vt veniat cõputũ oſtenſurus, quod ſi tãdē facere noluerit, poterit Guardianus inſinuare Prouinciali Syndici duritiē, vt eũ ab officio amoueat, & aliũ magis accõmodatũ inſtituat. Interim ſi ob Syndici renitẽtiã Guardianus ſtatuto parere nõ potuit, nulla erit ratione plectẽdus, quia per ipſũ nõ ſtetit, quin pareret. *Nemo enim poteſt ad impoſſibile obligari, et ſine culpa (niſi ſubſit cauſa) nõ eſt aliquis puniẽdus, et imputari nõ debet ei per qu. nõ ſtat, ſi nõ faciat, quod per eũ fuerat faciẽdũ, et cũ nõ ſtat per eũ ad quẽ pertinet, quominus cõditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet de regul. iur. in 6.*

Ad impoſſibile non eſt obligatio

Difficultas ſecunda. Quod nam iuris Communitati accedit, de computo coram ipſo reddito?

Reſpondeo multa. Primũ bona opinio de ſui Superioris fideli adminiſtratione. Secũdũ indiciũ de ipſamet adminiſtratione, quã ſi vitioſã agnoſcat, accuſare apud Prelatũ poterit, nõ quidẽ cõdẽnare Guardianũ, quia Subditorũ nõ eſt in Superiorẽ inſurgere, hinc cautẽ ſtatutũ. *ſi fraudaſſe, etc. legitimè conſtiterit, etc.* cõſtare autẽ nõ poterit, niſi apud eũ, qui poteſt teſtes examinare, & Tribunal erigere, iſti autẽ ſunt Prouinciales, & maiores Prelati, vt ex ſtatutis, & praxi criminali, & ex ſupra diſputatis conſtat. Tertium dicere coram Guardiano, quod talis partita non eſt vera, talis expenſio non eſt legitimè facta, &c. vt ſciat ſe coram Teſtibus, & Arbitris rationes reddere.

Dices, An ſubditi eandem obligationem habeant attendendi computo, quam Guardianus illud reddendi.

Subditi tenentur attẽdere quando computus redditur

Reſpondeo affirmatiuè, quia aliàs eſſet inutilis redditio rationum, ſi coram Surdis reddenda eſſet, fruſtratur enim finis calculi; & ſi notabilis eſſet, & cum malitia, aut conniuentia diuerſio, & alienatio, Subditi peccarent mortaliter, quia deficerent in re, ad quam tenentur attendere, non tantum ex charitate, ſed etiam ex iuſtitia, ideo ſiquidem coram Capitulo redduntur rationes, vt ipſi audiant, et iudicent, ſi verum ſit, quod exponitur, nam attenditur ratio finalis ſtatuti, *l. fin ff de hared. inſtit. l. 1. ff. ad Macedon.* & iſta propriè appellatur cauſa finalis. *l. cum Pater. §. dulciſſimis. ff. de leg 2. et l. adigere. ff. de iur. patr. §. quamuis.* qua ceſſante ceſſat lex. Ergo cum cauſa reddendi rationes coram Communitate ſit ad obuiandas fraudes, et dilapidationem eleemoſynarum, ſi communitas ad hoc non attendere

Finis ſtatuti oſtenditur.

atten-

attenderet, ſtatutum eſſet omninò inutile. Debet enim in ſtatutis eſſe ratio, & mens, vt not. *Dynus in cap final de regul iur. in 6.* nec eſt neceſſe, vt ratio ſi expreſſa, quia ſufficit tacita, & præſumpta, maximè ſit ratio ſit inuariabilis, *l. libertum ff. de ritu nupt. §. Senat. Conſul. & l ſcire oportet. §. & maximè. ff de excuſat. tutor.* vt in ſtatuto præſente, de quo nulla alia ratio aſſignari poteſt, quam fidelis adminiſtrationis cognitio, & cum hæc ſit cauſa grauis, & grauiter punibilis, fratres adſtantes peccant grauiter non attendentes. Excuſarem tamen aliquos, & maximè ſimplices, ſi pro certo haberent alios maiores, vel diligentiores attendere redditioni calculi, &c. quia tunc obtinetur finis ſtatuti. Item Ratio & mens.

Difficultas tertia: Quid ſi non fieret quolibet menſe? quid ſi per conſuetudinem non redderetur?

Reſpondeo, ſi adeſſet cauſa legitima, non eſſet peccatum punibile, quia adiectio temporis eſt circumſtantia extrinſeca actui, qui poſſet adimpleri in alio menſe, vel menſibus, extantibus maximè adnotationibus accepti, & expenſi, quæ etiam in fine anni videri poſſunt, & vnico actu experiri fidelitatem Adminiſtratorum, ſine cauſa autem, non poſſet ſe tueri Guardianus contra pœnas ſtatuti, quia dum legem claram habemus, ad rationes non debemus confugere, argum. *l. non omnium ff. de leg.* & probatur *in l. Gallus § ſi eius ff de lib. & poſth.* vbi *Iaſon, Imola, Alexander* apud *commun. opin. iuris lib. 2. tit. 8. num. 90. tom. 1.* rationem enim naturalem tantum adducimus vbi non habemus legem. Vt multis probat *Barboſa axiom. 83 num. 3.* cum autem ſtatutum ſit clarum, nullum ſubterfugium inuenitur. Quando autem diſſuetudini traditum eſſet ſtatutum, puniri non poſſet, quia ſtatuta, quæ non obſeruantur non obligant, vt dictum eſt; nam conſuetudo ipſa derogans ſtatuto, pro ſtatuto habetur, *l. omnes populi. ff. de inſt. & iur.* vbi *Iaſon, Tuſcus practicar. concluſ tom. 7. lit. S concluſ. 426. num. 4.* & alij, quia præſumi debet recta adminiſtratio in Guardianis; & de facto ita inter Reformatos obſeruantes practicatur, qui omnia iſta eleemoſynarum negotia Syndicis peragenda committunt, qui etiam debent ex natura ſuorum officiorum ſcire; ſi apud Syndicos ſint debita, & quid eleemoſynaliter aduenerit, vt rectè de illis diſponant, & Deum pro benefactoribus rogent.

Clara lege, ad rationes confugere nõdebemus

Conſuetudo ſtat pro ſtatuto.

Dif-

Digitized by Google

Difficultas quarta. An fraudantes eleemoſynas ſint excõmunicati, antequam hoc legitimè conſtiterit, an verò poſt, & ratio difficultatis eſt, quia Statutum inquit, *quod ſi fraudaſſe, aut donaſſe legitimè conſtiterit, excommunicati ſint ipſo facto.* Ergo prius debet conſtare, & an ſufficiat conſtaſſe fraudem ante ſententiam.

Reſpondeo, non ante conſtitum de fraude, nec ante ſententiam, vt probatum eſt ſupra *cap. 2. quæſt. 2.* & in *Commentar. cap. 11. Stat. 7. fol. 784.* & debet procedi iuridicè, quia legitimè conſtare non poteſt, niſi iuris ordo ſeruetur, vt fusè in *Comment. cap. 1. Stat. 1. §. 11 fol. 6.*

Difficultas quinta. Quid importent illa verba Statuti. *Quod ſi eas fraudaſſe, vel in Prælatorum, vel aliarum perſonarum dona quouis modo erogaſſe conſtiterit*, an quælibet fraus, & donum inducat pęnas præſcriptas.

Fraus notabilis inducit pœnas, & quęnam illa.

Reſpondeo, debet eſſe furtum graue, non tantùm ſufficiens ad culpam mortalem, ſed ad ſubeundas pœnas, quæ non poſſunt infligi ob quodlibet peccatum furti, nam eſto malitia mortalis furti, ſit duorum, vel trium, vel quatuor iuliorum, iuxta diuerſa Scribentium placita, non poterit ob eandem quantitatem formari proceſſus, & excommunicari, ac priuari, deſtituique perpetuò Guardianus, cum externa iudicia in tam paruam materiam non inſurgant, duos, vel tres aureos ſufficere, putat *Bonaccina* ex *Filiuccio*, *Soto*, *et Valero in tractat. de largitione munerum diſput. 3. punc. 5. num. 6. Bart. à S. Fauſto de Voto paupertatis quæſt. 190.* examinatis varijs Doctorum opinionibus in eandem ferè incidit ſummam, qui in antecedentibus quęſtionibus examinat minutias, quę examinari ſolent in ijs, qui pauca ſurripiunt, vel habent voluntatem maiora ſurripiendi, vel furtula frequentia committunt, &c. Probat autem *Bonaccina* ob minorem materiam fulminari non poſſe excommunicationem maiorem *diſput. 1. de Cenſur. in Bulla Cœnæ, quæſtion. 5. punct. 4. numer. 2.* diſcutiens cenſuram in ſurripientes bona naufragantium, quia non debet ferri excommunicatio pro re vulgari, vt inquit *Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform.* quę autem duos aureos non attingit, vulgaris eſt. *l. ſi oleum § fin. cum l. ſequenti. ff. de dolo malo*, quam ſententiam laudo, & Lectorem remitto ad diſputata in *Comment. cap. ſeptimo. Statut. 5. caſu 13. fol. 534.* præcipuè *fol. 538.* vbi de quantitate quæ

Excommunicatio pro furtis non fertur pro re vulgari, & quæ ſit vulgaris.

Quæ donari, & quomodo poſſit in Religione, & *fol.* 533. vbi rem notabilem in furto cum Corduba, dixi decem aureos. Nunc autem ſecundum illam ſententiam iudicandum in Guardiano, qui fraudaret Eleemoſynas, non cenſeo, quia caſus reſeruatus expreſsè habet, ***furtum rei notabilis***, in hoc autem ſtatuto talis reſtrictio non ponitur. imò additur, ***ſi eas fraudaſſe, vel in dona quouis modo erogaſſe***. Vim autem dictionis ***Quouis modo*** declarat *Barboſa dict.* 339. comprehendit enim omnes caſus, omnem modum ſimilem, & diſſimilem, proportionatos tamen materiæ; in qua exprimitur, ne quis putet priuandum, deſtituendum, excommunicandum eſſe Guardianũ, ſi Iulium vnum, vel dimidium fraudaſſe conuincatur. Non enim correſponderet pœna culpæ, licet maxima ſit, quæ paupertatem violat, nec indulgeri debet, fraudare, vel donare ſine punitione decem aureos, quia hoc eſſet, & paupertatem, & Monaſterium perdere. — Quouis modo, quid importet.

Difficultas ſexta, ſi conſtaret, in quolibet computo fraudaſſe vnum aureum (ſuppoſito, quod duo aurei ſint materia primo notabilis pro punitione inferenda) An facto calculo in fine ſemeſtris, vel trimeſtris, vel anni poſſet Guardianus puniri?

Reſpondeo affirmatiuè, quia hic non ſumus in illa diſtinctione, ſi habuit animum furandi multa, & maiora, vel non habuit, de qua *à S. Fauſto q.* 189. *&* 190. & ſic peccet mortaliter vel non ob intentionem perueniendi ad notabilem materiam, quia hic ſumus in materia notabili peccati mortalis, ſolum deeſt acceſſus pro pœna, quo adueniente, cum ſit inproportionata materia culpæ, debet eſſe inproportionata materia pœnæ. Ratio eſt, quia iam Conuentus patitur damnum notabile, & ſancitis pœnis dignum, ergo Hinc non ſine cauſa ſtatutum remittit intentionem, & remiſſionem pœnæ ad qualitatem fraudis, in qua ſolummodo poteſt arbitrari Prælatus, non in minuendis omninò pœnis, ſed in ſola carceratione. — Guardianus fraudãs modica quolibet mẽſe, an in fine anni dere notabili puniri poſſit.

Decimusſextus caſus eſt in eodem *cap.* 6. *§.* 1. *num.* 1. ***Per ſanctam obedientiam præcipitur omnibus, ne per ſe, uel alios ſuadeant, uel procurent fieri, uel ordinari eleemoſynam ad tempus, uel perpetuam, ſibi, fratribus, Ordini, uel Conuentui, & ordinatam, non recipiant, niſi per modum eleemoſynæ, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Prouinciali reſeruatæ, priuatio-*** — Proprietatis caſus xvi.

uationis omnium officiorum Ordinis, & carceris arbitrio Prouincialis, & num 2. ſi relicta fuerit hoſpitalibus, &c. ea lege, ut illam dent fratribus, ſiue cum onere miſſarum, ſiue gratis, fratres eam renuncient, & proteſtentur, ſe non celebraturos officia ex debito legati, ſed ſi voluerint, recipient per modum eleemoſynæ, & non alias, & ſic de omnibus alijs legatis, & num. 7. Quare Procurator frater nullus conſtituatur ad exigenda legata, ſub pœna carceris, & priuationis officiorum Prouinciali, & Guardianis conſentientibus, & num. 6. Non fiant inſtrumenta à fratribus capitulariter congregatis, &c. in quibus transferatur dominium Cappellæ, vel ſepulturæ, & num. 8. Relinquantur Cappellania extra Conuentum, nec miſſæ celebrentur, niſi in Conuentu, niſi adſit urgentiſſima cauſa. Omnia hęc ab eadem radice dependent lucrari denarios ob legata, ob diuina officia, ob Cappellas, ob miſſas, quæ ſi extra meram rationem eleemoſynæ egrediantur, in vitium proprietatis, et violatę paupertatis incurrunt, quę ſimul collegimus ad captandam breuitatem, circa, quę.

Difficultas prima eſt, quodnam peccatum ſit, ſuadere alteri, vt eleemoſynam temporariam faciat fratribus, cum enim mendicatio ſit vnus ex præcipuis modis, quibus vitam traducere poſſumus, & in neceſſarijs poſſimus ad amicos ſpirituales recurrere iuxta declarationes toties citatas. Quid impedit, quod non liceat nobis ſupplicare v.g. Regem Catholicum, donet nobis per aliquot annos lanam pro induendis fratribus, D. Marchionem de Canete, qui donet nobis expenſas pro generalibus Capitulis, &c. vt de facto donant, ceram, & oleum pro Eccleſijs, nummos pro Conſtitutione Conuentuum, nimirum mille pro quolibet anno, vſquequo compleantur. Non video culpam in his caſibus. Nam ſicut poteſt quæſtor panis, vel vini rogare benefactorem, vt ſibi qualibet hebdomada donet menſuram quandam vini, & hoc per totum annum, vel menſes, et in facti contingentia ita practicatur, cur non poſſit Infirmarius, vel Præfectus fabricę, vel Miniſter, petere per aliquot Menſes, vel annos determinatam quandam eleemoſynam pro ſubleuandis neceſſitatibus fratrum.

Quare prohibeatur in Religione Minorica ſuadere ſibi relinqui legata, &c.

Reſpondeo, concedo totum aſſumptum, et reddo rationem Statuti. Principale intentum Religionis eſt, abſtrahere fratres ab immoderato eleemoſynarum quęſtu, que ſpeciem theſauriza-

riza-

tinationis habeant, vt eſt præcipuè procurare legata perpetua, vel ad tempus, de quibus dictus *Nicolaus* 3. §. *Ad hæc quia Fratribus* diſpoſuit, poſſe nos recipere legata, dummodo iuxta modos nobis congruentes relinquantur, & habeamus neceſſitatem, vel præſentem, vel imminentem, propter quam ad amicos ſpirituales nobis concedatur recurſus, & de legatis vult eandem rationem haberi, quæ habenda eſt de eleemoſynis pecuniarijs. Legata autem perpetua, vel ad tempus, rationem redditus habent, & bonorum immobilium, quæ expreſsè paupertati derogant, ſi quid vel minimum iuris fratribus ex illis accederet, non repugnat autem habere illa per modum eleemoſynę, quia, vt inquit S. *Bonauentura*, poteſt Dominus legati de ſuis bonis diſponere prout vult, & ſicuti viuens dabat centum in quolibet anno pro eleemoſyna, & in illis nullum ius habebant fratres, niſi petendi eleemoſynas, ita poteſt ſuis hæredibus, vel alijs imponere, vt fratribus centum erogent in ſingulos annos in perpetuum, ſuper quibus illud ipſum habent fratres, quod tempore viuentis Domini noſcebantur habere, nimirum, nihil, niſi petendi eleemoſynas, etiamſi celebrent officia, quia mercedem laboris, niſi eleemoſynaliter petere non poſſunt. Vide dicta in *Comment. ad cap. 6. Stat. 2. fol. 476.* Ne autem fratres à licitis ad illicita tranſirent, & ne quibus conſcientias regunt, & ad benè moriendum diſponunt, importuno eleemoſynarum quæſtu graues, & ſcandaloſi reddantur, non ſolùm vetuit procurare legata perpetua, ſed etiam ad tempus. Et ſenſus Statuti eſt, non de exquiſitione eleemoſynarum quoquo modo, puta pro præſentibus, vel imminentibus neceſſitatibus, quia pro iſtis, & regula, & eius declarationes ad pecuniam recurſum indulgent. Sed de procuratione legatorum perpetuorum, vel ad tempus, dicunt enim *ad ordinandam aliquam eleemoſynam, &c. et ſi ordinata fuerit nullo modo exigatur à Fratribus, etc.* Vbi patet de eleemoſyna relicta poſt mortem in teſtamento, ſuper qua de iure communi videtur legatarius habere ius, vt probat *Bartolus in Minoricis diſt. 2. et 3.* quod tamen repugnat Fratribus, tam iure hæreditario, quàm fideicommiſſi, quàm codicillorum, quàm donationis, quàm cuiuſuis alterius, cum omnis iuris ſint incapaces excepti iuris facti ſimplicis, vt dicitur in *cit. decret. c. Exijt.* hinc cum dicatur *nullo modo exigatur à Fratribus, in iudicio,*

fermo

ſermo eſt de poſt mortem legantis, quia nullus citat donantem eleemoſynam, vt illam ſoluat. Sed hæredes, quare non prohibetur petere eleemoſynam temporariam pro victu, veſtitu, infirmis, ſed inſinuare, vt in teſtamento ordinent talem eleemoſynam, & hoc eſt cum ſumma cautela Præceptum, quia paulatim introducuntur redditus, & deſtruitur paritas Regulæ. Adde quod eleemoſynæ temporariæ nomine intelligitur, quæ fit ad vitam procurantis, id conijcio ex *cap.6. Statutorum Salmanticenſium*, ex quibus hoc Statutum in noſtra deductum eſt, dicunt enim *Nullus Frater per ſe, vel per alium inducat aliquam perſonam ad ordinandam aliquam eleemoſynam perpetuam, vel ad vitam ſibi, vel alteri Fratri, etc.* vbi pro *ad tempus* poſuit ad vitam, quæ vnius tempore finitur, &c. licèt ſi eius vita ſola conſideretur, perpetua appellari poteſt, vt *Sanchez lib.7.Decal cap.26.num.*40.52.53.

Anpoſſimus ſuadere legata nomine Eccleſiæ Romanæ.

Dices quærere legata *nomine Pontificis* non videtur vetitum, *eſt officium boni viri bona Eccleſiæ Romanæ, in quantū ſua patitur profeſſio acquirere, procurare, ampliare, quorum diſtributio, cum ad perſonam Romani Pontificis pertineat aliquo modo poteſt ipſe Pontifex neceſſaria ex ipſis redditibus Fratribus ſubminiſtrare pietatis intuitu, pro uictu, et ueſtitu, etc. et quia Pontifex hos annuos prouentus, cum libuerit, poteſt retrahere, et ſine alia cauſa alijs condonare, ob huiuſmodi annuos redditus, Fratres non uiuunt contra puritatem Regulæ, cum non ſint dicendi prouentus annui, quoniam pro libito ius habentis poſſit auferri*, ita in terminis *Statuta Alexandrina cap.6.*

Reſpondeo iſtam metaphiſicam inuenit illud Capitulum generale, ad conſeruandas in Religione introductos iam redditus, pro quorum retentione diſpenſauit in iiſdem Statutis *Alex.* VI. & quietauit eorum conſcientias. Sed quod hoc non ſit cōtra Regulam, dicet, qui decretales non legit, vel intelligere nolit, dicitur enim in *cap.Exiui. Cumque annui redditus inter mobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi redditus retinere, paupertati, & mendicitati repugnet, nulli dubium eſt, quod dictis fratribus quoſcumque redditus, ſiue poſſeſſiones, vel eorum vſum, cum in eis non reperiatur eſſe conceſſum, recipere, vel habere (conſiderata conditione ipſorum) non licet*, quod refert *Bartol lib.2. Minoric diſt.6.cap.*1. qui maiorem cognitionem habuit, quam fratres illius temporis, & ſpernenda omninò eſt

Habere redditus eſt cōtra Regulā.

ratio,

ratio, quæ aſſignatur, quod nimirum poſſumus acquirere Sũmo Pontifici, qui deinde aliquo modo poteſt fratribus neceſſaria ſubminiſtrare, &c. hoc enim eſt illudere ſummo Pontifici, vel ſeipſos fallere, quia Pontifex non vult, nec vnquam voluit, nec volet, quod Franciſcani ſibi acquirant, & circumeant mare, & aridam, vt Eccleſiam Romanam ditent, ſed præcipit, ne fratres quærant, *Vtenſilia, nec alia ad eorum Vſum, ad ſui ſtatus, & officiorum executionem (non enim omnium rerum vſum habere debent) ad vllam ſuperfluitatem, diuitias, ſeu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad theſaurizationem, vel eo animo, vt ea vendant, ſiue diſtrahant, recipiant, nec ſub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occaſione, quinimo appareat in eis, quoad dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas.* ita *Nicol.* 3 *cap. Exijt*. Ecce quid intendit Eccleſia, nimirum, quod fratres viuant in paupertate, ſine legatis, & redditibus, de quibus nullo modo proprietatem in ſe aſſumit, vnde ipſi fratres remanent proprietarij, & propterea *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *capit.* 3. *de regul* conceſſit Conuentualibus proprietatem in communi, quia vidit, alio modo ſaluari non potuiſſe conſcientiam, & regulam, quam ſine dubio reliquiſſent proprietati Romanæ Eccleſiæ, ſi illa ſibi appropriare voluiſſet omnes inuentiones, & procurationes fratrum. Item ſuperflua.

Difficultas ſecunda ſi modus eleemoſynæ ſtare poſſit cum inſtantia fratrum apud hæredes, vel Iudices, vt ſoluant legata ipſis relicta &c.

Reſpondeo, ſuppoſito, ac ſemper ſaluo, quod in legatis nullum ius habere, & oſtendere poſſunt fratres, licet eis monere hæredes, ac etiam Iudicem, vt ſuæ conſcientiæ, & officio conſulant. Ecce *Decretalis* Nicol 3. *Ad quæ legata ſoluenda tam hæredes, quam Executores ſe liberales exhibeant, & etiam Prælati, & ſeculares, quibus de iure, ac conſuetudine prouiſio iſta competeret) cum expedierit) ſe ex officio ſuo promptos exhibeant, ad pias voluntates deficientium adimplendas*. Equidem inſtantia à fratribus fieri debet, qui intereſſe habent, Subiungit enim. *Nam & nos etiam per modos licitos, & Fratrum regulæ congruos intendimus prouidere, quod hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ne pia defunctorum de-*

Monere hæredes, & Iudicés circa ſolutionem legatorum, an ſit cōtra regulam,

ſtituatur intentio, & ipſi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur, Poſſunt igitur fratres non citando, non in iudicio comparendo, non ciuiliter agendo, aut litigando, ſed vt in aliena cauſa facerent, dicere Epiſcopo, vel Iudici, Teſtator diſpoſuit pro nobis centum, hæres ſuæ conſcientiæ, & obligationis eſt immemor, monemus te de officio tuo, &c. lege de legatis perpetuis, quæ ex *Rodriquez*, *Miranda*. *Portel*. *Sanchez*, *& alijs collegit Hieron· Rodriquez reſolut*. 88. *toto num*. 10. vbi probat, poſſe fratres non ſolum tenere legata perpetua relicta Communitati, ſed etiam particulari fratri, & illa procurare ad libros emendos, &c. dummodo per modum eleemoſynæ petantur. Conſulit tamen non debere practicari à Prælatis, niſi rarò, & cum cauſa, ne ſcandalum ſæcularibus, & relaxationi aditus paretur. Optimum quidem conſilium, at malè conſultum circa procurationem legati, quia *Statutum Vltramontanæ familiæ cap*.3. *de obſeruantia paupertatis* §.4.*de redditibus annuis*, Ciſmontano Concordans ait. *Renouantes antiqua Statuta, decernimus, quod nullus frater inducat perſonam aliquam ad eleemoſynam perpetuam Ordini noſtro exhibendam, ſub pœna proprietatis procurantibus, & exigentibus*, & parum refert reſolutio ſubſiſtens in iure communi, quæ in ſtatutario non ſubſiſtit.

Difficultas tertia. An Guardianus non ſe proteſtans, nec renuncians legata perpetua ſit punibilis.

Superior nõ renuncians legata quando puniri poſſit.

Reſpondeo, ſi non renunciet, vt exigat, puniendus eſt pœna proprietariorum, & peccat mortaliter, Si exigat eleemoſynaliter, non renunciet tamen, peccat etiam mortaliter contra obedientiam, ſecundum quam imponitur præceptum, & puniri poteſt pœna arbitraria, quia Statutum, vltra præceptum obedientiæ, nullam pœnam imponit.

Difficultas quarta. An inſtitutio alicuius fratris in Procuratorem ad legata, poſſit aliqua ex parte iuſtificari.

Conceſſo vno conceduntur alia conſequentia, minus, acceſſoriũ.

Reſpondeo, vetatur in ordine ad exigenda legata ciuiliter, & ad comparendum in iudicio, non verò ad exigenda eleemoſynaliter, quia cui conceditur terminus, conceditur via, & conceſſo vno, conceduntur alia omnia, ſinè quibus expediri non poteſt, *l*. 2.*ff*.*de iuris*, *l*.*finali*. *ff*. *de officeius*,

tius, & cui conceditur maius, conceditur minus, & conceſſo principali conceditur acceſſorium. *cap. quod te de Cleric. coniugat. cap. ſi diligenti. de for. comp. l. cum principale. ff. de regul. iur.* quę declarat *Damaſus regul.* 25. quando principale conſiſtere non poteſt ſine acceſſorio. cum ergo eleemoſynaliter peti non poſſit legatum, ſine aliqua perſona, quæ petat, & perinde eſt Superior, ac alius quiſpiam, nulla apparet ratio, quod Prælatus non poſſit deſtinare vnum, qui procuret petere tales eleemoſynas.

Difficultas quinta. An puniendi eſſent fratres, ſi non Capitulariter congregati, ſed quilibet ſeorſim ſubſcriberet conceſſioni cappellæ, vel ſepulturæ.

Reſpondeo primo, queſtio continet impoſſibilitatem, quia inſtrumenta publica non fiunt à communitate, niſi in forma communitatis, licet enim inſtrumentum publicum appelletur vel quia ſcriptum manu Notarij, ſiue in iudicio, ſiue extra. *l. geſta. C. de edendo. & cap. quoniam contra falſam. de probat.* Vel quia ſigillatum ſigillo publico, *cap. ſcriptura, de fid. inſtrumen. & cap tertio loco. de probat.* poteſt autem eſſe ſigillum Epiſcopi, vel Principis, *cap poſt ceſſionem de probat.* hinc in multis Bullis Apoſtolicis ſolet apponi. *Volumus tamen, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides habeatur, &c.* Hæc autem eſt ſpecialis diſpoſitio, quæ extendi non poterit ad conſtituenda alia publica inſtrumenta. Vel quia publicatum authoritate Iudicis. *cap. Pi & G. de fid. Inſtrum. l. publicati C. de teſtamentis. & l fin. C. de re iudic.* Vel quia teſtium, & ſcribentis ſubſcriptione firmatum, *cap. 1. de teſtam cap. 2. de fid. inſtr. l ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab.* Vel quia extractum de Archiuio publico *l. in fraudem. §. quoties. ff. de iur. fiſc. cap. ad audientiam, de præſumpt.* & ex oppoſito Inſtrumentum priuatum, ſeu Chyrographum, aut litterę, vel epiſtolæ ſunt, quę vnuſquiſquè à ſeipſo ſcribit. *Inſtit. de litterar. obligat. lib. 3.* Requirunt autem aliqui locum, ſiue locum loci, ad ſolemnitatem inſtrumentorum. *Nall. conſ. 329. lib. 2 Alex. conſ. 59 lib. 2. Matheſ. ſingluari. 45.* puta non ſufficere, ſi dicatur, *Roma*, ſed neceſſe eſt appo-

Inſtrumentum quando appelletur publicũ, vel priuatũ.

Dd 2 nere

nere in *Conuentu Sancti Franciſci*, *& in Capitulo*, *vel cella*, *&c.* & ita communiter practicatur, iſta ex *Papienſi in practica tit. Exhibens*, *& producens numer.* 11. & in additionibus *verſu locus*, cum igitur conſuetudo ſit, vt huiuſmodi Inſtrumenta fiant in Capitulo, aut Refectorio, coram fratribus Capitulariter, ad ſonum Campanellæ congregatis, non eſſet publicum inſtrumentum, ſi fieret clanculò.

Fratres conſentientes conceſſioni cappellæ ſunt puniendi.

Reſpõdeo ſecũdo, eſto, quod fieri poſſet inſtrumẽtũ publicũ, aliquo ex recenſitis modis, & ſubſcriberetur à fratribus ſeorſim ſuo... is, dico, omnes puniendos eſſe in conceſſionem Cappellæ, vel ſepulturæ conſentientes, etiam ſi non fuiſſent capitulariter congregati, Et ratio eſt, quia ſtatutum reſpicit alienationem, nobis non conceſſam, non ſolennitatem inſtrumenti. Mens enim legis attendenda eſt, & debemus inquirere rationem ſtatuti, quæ ſolet appellari anima legis. *l. cum pater* §. *dulciſſimis. ff. de leg.* 2. quia vt probat *Io. Nauiſonus lib.* 5. *Syluæ nuptialis num.* 21. Multum confert ratio legis ad eius intellectum, & inductionem, in quo conſiſtit tota virtus, ſecundum *Romanum ſingulari* 651 Nam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, & licet non ſit neceſſarium requirere rationem, quando habemus legem, *l. non omnium ff. de leg. Lancell. in l. Gallus. ff. de liber. & poſth.* attamen quærere legem, vbi rationem naturalem habemus, eſt infirmitas intellectus, *l. ſcire oportet.* §. *ſufficit. ff. de excuſ. tut.* Ducor autem ex paritate rationis de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, quæ ſub cenſuris, & pœnis vetita eſt, niſi in certis caſibus, & cum quibuſdam ſolemnitatibus, nimirum, vt præcedat ſaltem vnus tractatus inter Prælatum, & eos, quorum intereſt. *Clement.* 1. *de rebus Eccleſiaſtic. non alien.* & conſenſus expreſſus maioris partis Capituli, *cap.* 2 *de his, quæ fiunt à Prælat. verb. collaudatio*, quam *Molina diſput.* 468. *num.* 6. cum *Panbormitano* interpretantur de expreſſo conſenſu, & tamen ſi Canonici poſt tractatum, ſingulariter præſtent conſenſum in alienationem, & non coacti in Capitulo, dicuntur præſtitiſſe conſenſum ſufficientem ad alienationem, & ad incurrendas pœnas, ſi malè alienauerint. *Sylu verb. alienatio num.* 5. qui citat *Gloſ. Vaſquez de reddirib. in opuſculis. cap.* 2. §. 2. *dub.* 12. *num.* 42.

Ratio anima legis.

Ratio non eſt quærenda quando adeſt lex.

Ad alienationem rerum eccleſiaſticarum quid requiratur.

etiam

etiam ſi alij non improbabiliter contrarium ſentiant, eo quod conſenſus extra Capitulum, potius eſt ſingulorum, quam Capituli. Ergo ſi in re tam graui ſufficit conſenſus ſingulariter expreſſus, multo magis ſufficiet in alienatione ſepulturæ. Et quod ſecundum hanc doctrinam difficultatem tollit, eſt ſtatutum dicens *Capitulariter congregatis, nec quocunque alio modo ſe habentibus*.

Sed An poſſit contra fratres Minores alienantes Cappellam, vel ſepulturam procedi, tanquam contra alienantes bona Eccleſiaſtica, quia hæc ſine dubio ſunt bona Eccleſiæ Romanæ, & *cap. Exijt, qui ſeminat. §. loca empta*.

Reſpondeo, cum *Bonaccina de alien. rer. Eccleſ. diſp. 2. quæſt. unica. §. 2. num. 12.* qui citat *Quaranta*, Riccium, & alios, negatiuè, quia hæc non eſt alienatio, ſed conceſſio ad vſum, ob quem fabricatæ fuerunt, nihil enim iuris deperit Eccleſiæ Romanæ, vel Ordini, ob talem conceſſionem, cum in Eccleſia remaneant, & potius recipiat beneficium curæ, & ornamenti.

Difficultas ſexta, Quomodo igitur ſecundum regulam concedi poſſit Cappella, vel ſepultura, cum multas vbiquè conceſſas videamus?

Reſpondeo, non negat Statutum congregari poſſe fratres in Capitulo ad concedendam Cappellam, vel ſepulturam alicui, ſed ne congregentur *ad transferendum dominium Cappellæ, aut ſepulturæ*, cum hoc ſit contra regulam, non tantum S. P. N. Franciſci, ſed etiam *iuris 79. Non poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur, de regul. iur in 6.* fratres autem Minores nihil iuris habent in Eccleſia, Cappellis, & Sepulturis. Non poſſumus igitur dare dominium, ſed vſum facti, nu la pactione præmiſſa, tanquam conceſſionis pretio, ſed ſi quid ſæcularis dare voluerit, id totum erit per eleemoſynam accipiendum, ſicuti facimus in celebratione Miſſarum, & diuinorum officiorum, vnde ſicut exulat Simonia, ita, & paupertatis violatio, cui accedit tacitus Eccleſiæ Romanæ, & Summi Pontificis conſenſus, ac legitima, & præſcripta conſuetudo, quæ obſeruanda eſt, *cap. Apoſtolica, de Simonia*, ob quā immutari cenſentur antiqua iuraque ſimoniam murere videntur, ita *Rodriq. tom. 3. q. 58. art. 1. & Simancas, Duardus Oſmenſis, Sylueſter, Nauar. Molin. Villalobos.* relati à *Rodriq. Iuniore*

Cappellæ, & ſepulturę quomodo concedendę

Conſuetudo legitima ſeruanda eſt.

*reſol.*128.*num.*2. Equidem ſi fratres voluntatem haberent vendendi, aut transferendi dominium Cappellæ, aut ſepulturæ, vltra peccatum proprietatis, contraherent pœnas, contra Alienantes, ſancitas, quia verè, & rigoroſè alienarent res Eccleſiaſticas. Quando igitur Statutum ſubnectit, *Si tamen ſe ſe obtulerit occaſio, in qua fidelium pietati ſatisfieri oporteat, id fiat per modos noſtro inſtituto congruentes*. Senſus eſt, quod non detur dominium, nec aliud quidpiam, quod ad illud accedat, non mercetur, non vendatur, non deducatur in pactum ſolutio aliqua pro Cappella, vel ſepultura, ſed concedatur vſus facti, fabricandi, ornandi, paramentis decorandi Cappellam, & in illa ſodendi ſibi, & ſuis ſepulturam, ac in illa ſe, ſuóſque ſepeliendi, &c. hoc non eſt contra regulam, &c. Quamobrem noto *Portel.ver.Cappella Monaſteriorum*, citans *Rodriq.tom.* 4.*addit.adſummam verb.Procurator. concluſ.*6. ſcripſiſſe, *quod cum aliqua Cappella Eccleſiæ Minorum donanda ſit ſæculari, vel Clerico, non requiritur pulſatio campanæ, neque conſenſus Capituli, neque Diffinitorij, ſed ſufficit, quod donet, ſolus Syndicus Conuentus, qui eſt Procurator Papæ, & Dominus illius Cappellæ, ſicuti alij Regulares, ideo non requiritur, illorum conſenſus, ſed Papæ per ſuum Procuratorem cum conſenſu Prouincialis, non verò Guardiani*, quod dictum pace tantorum Virorum, nullo modo ſuſtentari poteſt, quia Syndico non conceſſit Papa donare Cappellas, nec quiduis aliud, hoc enim nec in *Clemente V*. nec in *Nicolao* 3: imò nec in *Martinis* 4. & 5. qui ad ſatietatem relaxarunt Syndici poteſtatem, inuenitur, ecce facultas, quam concedit *Martinus IV* & confirmat *V*. ex Bulla *Amabiles fructus*. *Qui res ipſas, ipſarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine dictæ Eccleſiæ recipiant, per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates, prout eis licet ex regula, vel declaratione regulæ, conuertenda: ſicut & quando à te fili Generalis, & ſingulis alijs veſtrum, in Prouincia, & cuſtodia ſibi decreta, vel ab ijſdem fratribus de aſſenſu veſtro, extiterint requiſiti. Ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, Alienandi, &c. & generaliter in omnibus cauſis, pro rebus, & locis huiuſmodi, ad prædictam Eccleſiam ſpectantibus, eorundem fratrum vſui conceſſis, &c. liberam concedimus facultatem*. Solum verbum *Alienandi* videtur continere poſſe donationem, quia alienationis appellatione venit omnis

Portel. examinatur.

Donatio eſt alienatio

omnis actio, per quam transfertur dominium, vt multis probat *Barboſa verb. alienatio num.* 1. & ſpecialiter comprætenditur *donatio, vt num.* 5. *attamen in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus, reg.* 81. *iuris in* 6. & non eſt veriſimile, quod Pontifex concedat Syndico, & ſuo Procuratori, vt quoquo modo illimitate, & ampliſſimè alienet, & donet, cum poſſet magnum Religioni facere præiudicium, ſed limitate, *prout licet ex regula, eiuſque declaratione*, quæ alia non eſt, niſi *Nicolai* 3. *& Clementis V.* ac antecedentium Pontificum *Gregorij* 9. *Innocentij* 4. & aliorum, qui regulam declararunt, & in illa non diſpenſauerunt. Regulæ autem, & declarationibus repugnat *donare*, quia repugnat dominium, nec intendit Papa, concedere Syndico facultatem donandi de ſuo quomodocumquè, ſed de eo, quod ſibi acquiſiuit Franciſcana Religio, reſpectiuè ad eandemmet Religionem manutenendam, & ſecundum regulam conſeruandam. Ergo non eſt legitimè pronunciatum, quod Syndicus donare poſſit Cappellas. Mitto nunc cenſuram prædictarum Bullarum, quæ reperitur in *firmamento trium ordinum* 2 *par. tract.* 1. *de priuileg trium ordinum fol. mihi* 64. & in tractatu de diſpenſatione regulæ fratrum Minorum *P. Io. Peirini Doctoris Pariſienſis* 3. *par. fol.* 171. quod ſint ſubreptitiæ, relaxatiuæ, falſæ, & nullæ, diuinis præceptis contrariæ, & votis factis repugnantes. Sed redeo ad reuocationes ipſarum factas à Pontificibus, & Capitulis Generalibus, quibus iuribus euacuatis, nullo modo prædicta ſententia poteſt ſubſiſtere. Si dicas adeſſe Statutum Vltramontanæ familiæ ex *Toletanis ann.* 1583. *cap.* 3. *de obſeruantia paupertatis* §. 4. in hæc verba, *ſi tamen occaſio ſe obtulerit, &c. Syndicus enim nomine Sedis Apoſtolicæ poteſt huiuſmodi dominium, & proprietatem transferre, ſi tamen prius fratres ipſi, Capitulariter Congregati in tribus diſtinctis diebus decreuerint vtilitati Conuentus conuenire, non tamen fratres poſſunt ad id aſſenſum præbere, cum hoc ſolummodo ad Dominij proprietarij ſpectare, &c.* In quo Statuto laudo diſcuſſionis maturitatem, quam conijcere licet veluti ordinatam ad obſeruantiam Paulinæ, *Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* cum tamen ſenſus Religionis non ſit practicare formalem alienationem, ſed conceſſionem vſus, non dominij, laudo aduertentiam, quod fratres conſenſum præbere non

In generali conceſſione non veniunt ſpecialia.

Digitized by Google

poſſint, quia non reſidet penes ipſos dominium. Non poſſum tamen probare, quod in Conceſſione Cappellæ transferatur dominium à Syndico nomine Sedis Apoſtolicæ, vt ſupradictum eſt, niſi pro dominio, & proprietate intelligatur poſſeſſio, & vſus, prout in iure aliquando ſumitur *l.17.ff quibus modis vſuſ fructus amittitur*, & alijs legibus, quas citat *Briſſonius apud Lexic.Caluini Verb.Dominium,non proprietatis tantum*, & oppoſitum ſit ſub vulgari acceptione, dum Dominum appellamus, quem vti aliqua re aduertimus, non diſtinguentes, ſubtilitate canonica, & legali, an res ſua ſit, vel in illa vſumfructum habeat, vel ſimplicem vſum, &c. iuxta doctrinam ex *Bonacina* ſupra allegatam, ſecurius eſſet Statutum caſtigare, iuxta recentiorum decretorum rigorem, vt id dicatur in verbis, quod in rei ſubſtantia retinetur.

Poſſeſſio, & vſus aliquã do appellatur dominium.

Difficultas ſeptima, An habere Cappellanias, & celebrare miſſas extra Conuentum ſapiat proprietatem.

Reſpondeo, habere illas in titulum, & vt beneficium Eccleſiaſticum ſeculare, eſt proprietas, quia beneficium, & ius percipiendi fructus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis ſeruitij. Vide dicta à nobis in *Comment Stat.cap* 8.*Stat.*1 *fol.*150.Item habere Cappellanias, quæ eleemoſynam tribuant fratribus, iure quodam Ciuili, etiam eſt prohibitum, quia ſupponit dominium, & ius exigendi eleemoſynas, vel importunitatem, & ſollicitudinem circa exactionem, & ſub his duabus conſiderationibus loquitur Statutum, volens auertere fratres ab omni proprietatis, & cupiditatis ſpecie. Cæterum celebrare ad aliquod tempus in alienis Eccleſijs, etiam intuitu eleemoſynæ, eleemoſynaliter recipiendę, non eſt contra regulam, quia eſt laboritium honeſtum, & licitum, prohibetur autem, tum vt ſatiſfiat noſtris Eccleſijs, quę incommodum patiuntur, dum miſſæ alibi celebrantur: tum ad vitandam vagationem fratrum, de mane diſcurrentium ad celebrationem miſſarum: tum deniq; ne tanta appareat ad pecuniarias eleemoſynas propenſio. Cauſa tamen legitima intercedente, feſtiuitatis, deuotionis, precum perſonarum, quibus ordo debeat, poteſt ſolui rigor ad celebrandum aliquando extra Conuentum:

Cappellanias habere fratribus interdictum.

CA-

CAPITVLVM VIII.

De Pœnis in Caſtitatis Violatores Sancitis.

CVm ex *Tertulliano in Apolog.cap.15. Varia ſint laſciuia ingenia*, quæ eodem *de pudicitia cap.16.* in Syluam magnam excreuerunt, & currentem ad vitia animum, veluti ſtimuli precipitem agunt, ſiquidem *Ambroſio Aſſertore lib.1.de Cain, & Abel.cap.1.Sæuus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum*, prius diſtinguendę ſunt turpitudinis ſpecies, & poſtmodum in ipſas dirigenda punitionum agmina. Libido varia, ſæua.

Primum enim in præparatione ſceleris, cum non ita occultari poſſit delictum, vt in ſuſpicionem non veniat, latum eſt ſequens ſtatutum *Quicumquè conuictus fuerit domos ſuſpectas ingreſſum fuiſſe, ab eo loco, omninò, & perpetuò remoueatur, ac grauiter arctetur*. Statuta contra ipſam militantia.

Secundò, ſi ex iudiciaria tela crimen fateatur, factum eſt alterum ſtatutum, *Si confeſſus fuerit in fornicationem, vel grauiorem culpam incidiſſe, vel de eo legitimè conſtiterit, pro prima vice ſemeſtri carceri mancipetur, & voce actiua,& paſſiua triennio careat. Pro ſecunda carceretur per annum, & omnibus ordinis officijs decennio careat. Pro tertia ad omnia ordinis officia inhabilis exiſtat, longiore carcere maceretur, vel etiam ad triremes, Superiorum iudicio, pro qualitate delicti mittatur.*

Tertiò, Quia abiſſus abiſſum inuocat, & à culpa, quæ humanitatis titulo excuſari, & ad ſacrilegium ruere poteſt Sancitum eſt aliud ſtatutum, *Si quis (quod abſit) ſacrilegium cum moniali admiſerit, ad Triremes omninò damnetur, aut perpetuo carceri Superioris arbitrio mancipetur.*

Quarto, Cum extincto lumine gratię, & in cæcitatem deducto peccatore, appareat in turpitudinis baratrum, ita corruiſſe, vt etiam naturæ iura peruertat, contra hoc monſtrum vltricibus flammis expeditur, & aliud ſtatutum. *Quod ſiquis de innominabili crimine (quod Deus auertat) propter quod venit ira Dei in filios diffidentia, notatus fuerit, ac legitimè conuictus, nudus omninò, cum ſolis fœmoralibus, coram fratribus capitulariter congregatis manibus ligatis grauiter flagelletur,* ac le-

ac leuiuſculis flammis igneis, hinc inde circumpoſitis quodammodo comburatur, & ad perpetuos carceres irreuocabiliter condemnetur, vbi pane, & aqua, tribus ſaltem in hebdomada diebus ieiunet, & vitam ſuam in dolore, et amaritudine defleat, etcæt..

Quinto, quia ex hiſce impuris Commiſtionibus ſolet aliquando contrahi lues venerea applicatum fuit ſubſequens remediũ *Qui morbo gallico, vel alopetia affecti, aut in carnis illecebras, & errores prolapſi fuerint, ad nulla ordinis officia promoueri poſſint, et omni ſuffragiorum iure perpetuo careant, atquè ab audiendis confeſſionibus (ſi confeſſarÿ fuerint) perpetuo ſuſpendantur.* Circa quę delicta, ac pœnas ſequentes examino quęſtiones.

Quæſtio prima, quid ſit conſortium, quod Religioſum in uiolatæ caſtitatis ſuſpicionem inducat?

Reſpondeo, de hac materia ſufficienter diſputauimus in *Comment. ad Statuta cap. 11. Stat. 4.* vbi tàle conſortium prohibetur, ideo illò Lectorem remitto, & Addo conſortium cum mulieribus, illud dici in iure ſuſpectum, quod inducit præſumptionem criminis, quæ exurgit, ex indicijs antecedentibus, & monitione ſubſequente. *Abb in cap. ſi quiſquam. de cohab. Cler. et Mul. num. 7. et in cap. Monaſteria. de vita, et honeſtate Cler.* in quo mandatur puniri Clericos, qui frequentant Monaſteria Monialium, quia ex frequentatione cum mulieribus oritur ſuſpicio ſiniſtra contra accedentes, periculoſa enim eſt ſexus cõmiſtio, *cap. mulieres. iuncta gloſ. de iudic. in 6.* & ideo Clericus prohibetur ſolus confabulari cum mulieribus *cap. Clericus. cap. Clerici. diſt. 81.* Vnde frequentatio inducit ſuſpicionem, quæ nõ elicitur, niſi aſſignetur cauſa frequentiæ, quę ſit manifeſta, nam occulta non ſufficeret. Aſſignare autem coniunctionem ſanguinis, licet admitteretur, ſi rarò contingeret, attamen vitiaretur, ſi frequenter, quia etiam in conſanguineis tale ſcelus patratum reperitur, *cap. 1. de cohab. Cler. et Mul. cap. definimus. 18. quæſt. 1. et cap. decima. eod.* Nec iuuaret dicere, hoc conſortium, & hanc frequentiam non eſſe, ex ſe malam, quia ſit mala ex occaſione, vt ex ſcandalo, *argum. cap. parſimoniam. diſt. 40.* & ratione *Auguſtini cap. nec ſolo 32. quæſt. 5. Quod ſapè intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus.* Nec prodeſſet allegare bonam conſcientiam, & di-

Suſpectum conſortium quodnam ſit.

cere

cere conſcientia mea munda eſt apud Deum, non curo, quid alij loquantur, quia iſta bona conſcientia non videtur, & tenemur curare famam noſtram, & hoc de iure naturæ, itaut incidente ſcandalo, & debito conſeruandi bonam famam, prius debemus curare de iſta, quam vitare ſcandalum: quod in eo caſu eſſet paſſiuum. *Caldar.conſ.1.Abb.in dicto cap. Monaſteria.* *Cum Ioanne Andrea de vita, et boneſt. Cler.* & alijs diſputantibus de Charitate, quæ incipit à nobis.

Neque ſola frequentia, quam per duos actus conijci) ex multis, diximus in *Comment.loco citato*, etiam ſi plures alios deſiderauiſſemus, nunc autem confirmo ex *Panbor. cit. num. 6.* dicente Ad ſtatuta facientia mentionem de frequentatione, ex duobus actibus, ſeu vicibus inducitur frequentia, & citat *Gloſ.Arcbid.* & alios cum legibus, concludit ſuſpicionem ſi abſint ætas, locus, commoditas, &c. v. g. ſi ſint ſenes, loquantur coram alijs, in loco publico, puta in Eccleſia, in platea &c. *Gloſ.in cap.volumus diſt.81.Abb.in cap inbibendum de cobab.Cler.et Mul.num.2.cum Anton,*

Cum his ſuſpicionis indicijs, ſi ex ſe non dimittit conſuetudinem Frater, peccat mortaliter, ob ſcandalum actiuum, ſed non poteſt puniri; niſi prius moneatur, quod ſi monitus non deſiſtit, ſine dubio puniri poterit. Caſus expreſſus in *cap. ſi quiſquam. dicto tit. de cobab.Cler.* requirit tamen textus trinam monitionem, ſecundum Euangelium, quod expreſſit, *Statutum cap.11 §.1.num.3. Aliàs de bis notatus charitatiuè admoneatur, et corrigatur, admonitus, ſi ſe non emendauerit, puniatur, etc.*

Quæſtio ſecunda. An ad puniendum Fratrem ingreſſum in Domos ſuſpectas, requiratur prius ſuſpectum conſortium.

Reſpondeo in *Comment. ad cap. 11. ſtat. 4. fol. 771.* dixi ſuſpectas eſſe quaſcumquè domos mulierum, vbi caſtitas periclitari poterit, dummodo adminicula alia adſint, nimirum frequentiæ, ſequeſtrationis &c. nunc autem ſubtilius materiã iſtam rimantes dico ſuſpectæ domus appellatione non venire tantum domos meretricum, quæ Lupanaria, & Proſtibula nuncupamus. *l. 21. §. in aliquem ff. de recept.qui arbit.* hoc enim nulli dubium eſt, puniendum eſſe Religioſum, qui infames haſce domos ingrederetur, niſi cauſam talem aſsignaret, quæ

Domus ſuſpecta quæ dici poſſit.

meri-

meritò illum à temerario ingreſſu liberaret, puta ſi cauſa confeſſionis, ſi petendæ Eleemoſynæ, ſi ob caſum repentinũ &c. cum alijs &c. Non ſolum inquam iſtas, ſed etiam alias, quæ ſuſpectæ dici poſsent, nimirum, quia inhabitantur à mulieribus vanis, indeuotis, iuuenibus, in ueſtitu, inceſſu, in moribus non benè apud viciniam audientibus, quæ frequentarentur à Sæcularibus, non coniunctis &c. quæquè à probis, & honeſtis vt ſuſpectæ haberentur. itaut ingreſſus Religioſi in illas, viciniam, aut videntes in admirationem induceret, ac murmurationem. Hoc enim rigoroſè ſignificat Domus ſuſpecta, in ordine ad honeſtatem. duco ſignificationem ex legibus, in quibus ſuſpectus tutor dicitur, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſoluendo ſit, *Inſtit. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectum* : & ſuſpectus curator appellatur, qui fraudulenter, vel negligenter in rebus papilli, vel adoleſcentis verſatur *Vultcius in Comment. Inſtit. de ſuſpect. tutor. initio num.* 1. & qui etiam in moribus talis eſt, vt ſit ſuſpectus *dicto §. ſuſpectus Inſtit. & l. ſuſpectus l. ſcire oportet. ff. de tutoribus, & curator. dat.* ab his, & ſuſpectus Procurator dicitur, qui operã ſuam inuitum ingerit *l. quæ omnia ff. de procur.* apud *Spiegellium*. Igitur ſuſpectam domum dicere poſſumus, quam mulier inhabitat, quæ non ex fide ſuam famam curat, etiamſi non peccet. Sicuti de S. Maria Magdalena dicunt multi eam actualiter nunquam peccaſſe, ſed ſua vanitate dediſſe occaſionem, vt diceretur in Ciuitate peccatrix, Quæquè negligenter viuat, fraudulenter incedat in ueſtitu, inceſſu, quæ moribus parum honeſtis ſit, quæ ſuam præſẽtiam ad feneſtras, ad ianuam impudenter ingerat traſeuntibus, ſuique ſaltem quoad aſpectum, copiam faciat.

Suſpectus tutor, curator procurator quis.

Dices quoties ingredi debeat frater hanc domum, vt puniri poſſit?

Reſpondeo, Statutum non diſtinguit, vnde dicendum eſt, puniri poſſe, qui ſemel tantum ingreſſus eſſet, quia per vnicum actum delicti natura completur.

Semel ingredi domũ ſuſpectam eſt punibile.

Dices non videtur ſufficere ſolus ingreſſus, ſi ſuſpectum cõſortium non præceſſerit?

Ad ſuſpectũ conſortiũ requiruntur pluresactus

Reſpondeo, aliud eſt ingredi domos ſuſpectas, aliud habere ſuſpectum conſortium. Nam ſi quis in Lupanar ſemel ingrederetur, certè non excuſaretur ex defectu conſortij, & frequentię, quin puniri deberet, quia etiam perditiſſimi ſæcula-

res

res peccant cum meretricibus, nec opus habent præcedente conſortio. Conſortium autem adhibetur, vbi verecundia adhuc frenos cohibet, & diſcooperiendi ſuas faces, non eſt libera indulta licentia, vel quia commoditas præſto non ſit. Sunt igitur diſparata, ex quibus non fit illatio. hic multiplicatio actuum requiritur, ibi ſufficit vnus.

Dices tertio cum Statutum dicat *Conuictus fuerit, domos ſuſpectas ingreſſum* fuiſſe, an ad punitionem ſufficiat depoſitio Socij?

Reſpondeo negatiuè, quia teſtis ſingularis non facit fidem, nec reddit conuictum maximè vbi idem ſit denunciator, & Teſtis. nec laudo aſſumendos eſſe teſtes ex ſæcularibus, quia plus noceret ſcandalum, quam prodeſſet correctio. Quod ſi extraiudicialiter Prælatus ſuſpectam conuerſationem Subditi intelligeret, & in conſcientia anguſtiaretur, poſſet illum ab eo loco remouere, non titulo ſuſpecti ingreſſus, vel conſortij quia tunc fieret ſubdito iniuria, ſi non conuictus, nec confeſſus puniretur, ſed ad exercitium obedientiæ, in quo nulla eſt replica rationabilis. Vel eũ domi continere ſub honeſtis reſpectibus. Vel eidem ſocios mutare, vt ex plurium depoſitionibus poſſ t Reus conſtitui, & examinari. Qu nimo. cum ad vnius Teſtis, omni exceptione maioris depoſitionem, Reus agi quis poſſit, & arctari, iuxta ſtatutum poterit Prælatus hac via procedere, maxime cum doctrina communis ſit, denunciatorem Euangelium poſſe eſſe ſimul & Teſtem. Vide noſtram *Praxim Criminalem*.

Suſpectum domum ingreſſum, ſolus ſocius nõ probat.

Dices quarto, An ſola ſuſpicio probata legitimè ſufficiat ad puniendum ſubditum v.g. de fornicatione, adulterio &c.

Reſpondeo negatiuè, quia aliud eſt ſuſpicio, aliud delictum probatum. *Abb. in cap. quiſquam. de cohab. Cler. & Mul. num.* 3. vbi declarat caſum *Auth ſi quis C de adulter.* quod ſi habens ſuſpicionem de adulterio cum vxore, moneat ſuſpectum corã Teſtibus, ſi poſtea inueniat cum vxore colloquentem, poteſt ipſum impunè occidere. Vnde ſuſpicio præcedens cum monitione ſpreta inducit probationem delicti Declarat inquam, caſum legis non eſſe extendendum, quia lex iuſtum mariti dolorem lenire voluit, quod non eſt trahendum ad noſtros caſus, qui variat pœnas pro ſuſpectis, & pro conuictis, & diuerſa peccata laſciuiæ perpetrantibus.

Sola ſuſpicio, etiam ſi probata punitionem de crimine non infert.

Con-

Suſpicio vehementiſſima quando probet delictum difficilis probationis.

Contra, ſuſpicio vehementiſſima in rebus difficilis probationis, plenè probat delictum ad pœnam ordinariam, quia facit præſumptionem iuris, & de iure, nam adulterium v. g. non poteſt directè probari aliqua ratione, cum fiat clam, vt dicit *Gloſ in cap. literis. de præſumpt. in verb. & credebat*, & *Bartol. in l. 2. §. 1. & in l quod ait. de adult.* Vnde ſufficiunt teſtes deponentes ſuper ijs, quę inducunt violentam præſumptionem, quæ in his caſibus ſufficit, *d. cap litteris*, & *cap. tertio loco, de præſump. et cap. præterea. de teſt. et text. cum Gloſ. in cap. Dominus 32. quæſt. 1.* Iſta enim præſumptio ſecundum Hoſtienſem in ſumma inſurgit ex ſolitudine, vt ſi inueniatur vir, & mulier per nemus, & vias publicas, quia ex hac conuerſatione oritur præſumptio, vt eſt text. in *dicto cap. 3 loco*, & ex nuditate, ex loco, ex ętate, vt ſi inueniatur nudus cum nuda in eodem lecto *dicto cap. literis. Specul in tit. de præſumpt. §. 1.* atquè etiã ſi dicant Teſtes, ſe diſtare tenui pariete, & audiuiſſe eos inuicem commiſceri. *Gloſ. in dicto cap. Præterea*. Probatur item per oſcula, & amplexus, vt per *Bartol. in l. 1. de extraordin. crimin.* Quinimo vult *in l. fur. eſt init. ff. de furtis*, quod ſi quis inueniatur in domo alicuius, vbi eſt mulier pulchra, præſumitur adulterium, quem ſequitur *Abb. in d. cap. Præterea.* qui hãc opinionem reprobat, ſicut facit in *cap. ſi quiſquam. de cohabit. Cler et Mul num. 3.* ſed *Bartolo* ſubſcribunt. *Felin. in dicto cap. Præterea de Teſtib. Arimineus in addit. ad Angel. de maleficijs. in rubrica de præſumption. num 6.* & *Marcum Antonium Blancum in tract. de Indic. num. 69.* Nam quod Mulier non ſit bonę famæ. & conditionis, & quod ſit meretrix probatur, etiam non probato actu, vel tactu, ſed probatis circumſtantijs vt plurimum veriſimilibus. *Bald. in l neque natales C. de probat. et in l lata opere ... qui accuſare non poſ. num. 10 et in l. 1. C. de colluſione deteg.* probatur enim Meretrix, ex violenta pręſumptione, quando quis eſt viſus exire de nocte è domo ipſius. Licet Doctores non omnes in hanc ſententiam veniant, attamen faciunt iſta violentam pręſumptionem ad puniendum delictum.

Sola præſumptio pęnam ordinariam non dat.

Reſpondeo ex *Abb. in dicto cap. ſi quiſquam. num. 3.* quod licet inobedientia contra pręceptum, vel monitionem inducat magnam præſumptionem contra inobedientes, non tamen inducit delictum, itaut puniatur pœna ordinaria. Nam vt dicit

cit *Innocentius in cap. quia veriſimile. de præſumpt.* Iudex, qui procedit ex præſumptionibus debet multum temperare ſuam ſententiam, vt modicè, vel rarò imponat pœnam ordinariam *arg. cap. afferte. eod. tit.* facit *l. ſciant. C. de probat.* relata *cap. ſciant. 2. quæſt. 8.* Hinc ſuſpectum ſtatuta optimè puniunt amotione perpetua à loco ſuſpicionis, & quia præſumptio vrget, arctari præcipiunt, non arctatur autem (eſt ſpecies tormenti) niſi apud Iudicem ſit delictum ſemiplenè probatum. Nam intantum punitur ſuſpicio, inquantum timetur delictum & de patratione, vel facta, vel futura ſuſpicio reſultat: Non negauerim nihilominus, ſi, quę diximus indicia, reperiantur de aliquo fratre ſuſpectę conuerſationis cum muliere, quod non poſſit talis puniri ex violenta præſumptione, nam non debemus expectare clariores probationes, vbi reperiri non poterunt, in quo boni Superioris arbitrium, & pietatem deſidero, vt non præcipiti ductu puniat huiuſmodi ſuſpectos, ſed cum maturitate, & in caſu, quo rationabiliter aliud iudicari non poſſit. Cœterum pro noſtra quęſtione, ſufficiunt hęc, & multò minora ad probandas domus ſuſpectę qualificationis.

Quæſtio tertia, dicente ſtatuto, quod Conuictus ingreſſum fuiſſe domos ſuſpectas, remoueri debeat à loco ſuſpicionis, & arctari grauiter, iure ambigitur, an in qualibet ſuſpicione hæc duo iunctim tenenda ſint, itaut ſemper expelli, & arctari debeat.

Reſpondeo negatiuè, ſed relinquitur Prælati arbitrio, quia poteſt eſſe probatio de ingreſſu, non autem ſuſpicio de patrato peccato, & ideo non debet arctari, niſi vrgeant indicia ad ſuſpicandum de delictò patrato.

Dices, dicitur in ſtatuto, *remoueatur perpetuò à loco ſuſpecto, & grauiter arctetur*, ſi iam punitus eſt remotione, cur deinde præcipitur arctari (& cum ponatur copula (&) ſignum eſt vnà ſimul, remouendum, & arctandum eſſe.

Reſpondeo, quando delictum non eſt plenè emendatum per ſolam remotionem, imponitur arctatio, iuxta exceſſum ſuſpicionis, quæ non debet applicari, ſi per ſolam remotionem prouiſum fuerit. Copulatiua autem valet in eo tantum caſu, quo remanente grauiore ſuſpicione inquirendum ſit de delicto.

Quęſtio quarta, dicente Statuto, ſi in fornicationem, vel gra-

grauiorem culpam incidiſſe confeſſus, &c. quæritur, quę ſit hęc grauior culpa? nam non poteſt eſſe ſacrilegium, non crimen peſſimum, quia de his ſpecialis diſpoſitio in eodem ſtatuto reperitur, quę igitur?

Fornicatione quæ ſint grauiora.

Reſpondeo vltra fornicationem ſimplicem, datur ſtuprum Virginis, eiuſdem, vel alterius raptus, adulterium, incæſtus cum nupta, vel ſoluta, beſtialitas, mollities. 36. *quæſt. 1. §. ſed non omnis. Sanct. Thom. 2.2. quæſt.* 154 *& in 4. diſtin.* 41. Omnia enim hæc grauiora ſunt fornicatione ſimplici, quia ex adiuncta circumſtantia, variant ſpecies. Mollities enim eſt contra naturam, quia extra vſum naturæ prouocatur ſemen, omne autem peccatum contra naturam, maius eſt omni peccato ſecundum naturam præciſe ſumptum, cui ſuccedit beſtialitas, vel cum bruto, vel cum Dæmone incubo, vel ſuccubo, quod etiam grauius multò magis eſt: ſic etiam inceſtus cum conſanguinea, vel affini, quæ ſi fuerit Virgo, vel vxorata habet duplicem malitiam, nimirum inceſtus, & ſtupri, ſiue adulterij, & hoc etiam eſt grauius fornicatione ſimplici, quia vltra fœditatem luxuriæ continet iniuriā marito, & Sacramento Matrimonij irrogatam. & hæc patent apud Scribentes de his materijs paſſim. Dico igitur, pro mollitie non eſſe animaduertendum ſecundum omnes pœnas ſtatuti, quia illud latum eſt contra peccantes, & intrantes in domos ſuſpectas & ſpecificatur de fornicatione, vnde ſenſus eſt de peccatis, quæ cum ſecunda perſona committerentur. præterquam quod ſecundum communem exiſtimationem tale peccatum non ſit punibile, & ſecundum leges ciuiles non puniatur, ſicuti nec ſimplex fornicatio. *Clar. lib. 5. §. fornicatio.* tamen quia eſt peccatum, ex ſe punibile eſt, vt infra dicam. An autē puniendus eſſet, his pœnis, ſi pollueretur, vel ſi pollueret cum fœmina, vel alio, vel ſolus. Sentio affirmatiue, tum quia tunc eſt formalis ſenſus ſtatuti; nimirum commiſiſſe grauiorem culpam fornicatione, id eſt, pollutionem cum illa, quæ habet fœditatem lapſus; & turpitudinem circumſtantiæ. Neque ambigo in hunc procedendum eſſe ad pœnam ordinariam. De ſtupro, inceſtu, beſtialitate, non eſt cur diſputemus, quia ſunt peccata adeo enormia, vt paruæ ſint contra talia fulminatę punitiones.

Mollities.

Beſtialitas.

Incæſtus.

Stuprum. Adulteriū.

Mollities, & ſimplex fornicatio ſecū dū leges nō puniuntur.

Solum poſſet quis dicere, puniuntur delicta, quę patrata ſup-

ſupponuntur in domibus ſuſpectis, ergo alia, quæ extra domos ſuſpectas fierent, non ſubſunt diſpoſitioni pœnali, quia cum ſit materia odioſa, & pœnalis, rigoroſè teneri, & nullo modo extendi debet. beſtialitas autem non habet hanc directionem, fornicatio, & alia committi poſſunt extra domos ſuſpectas, ergo hoc ſtatutum, vel ſibi contradicit, vel iuſtificandum eſt.

Reſpondeo, non eſt mens ſtatuti, vt illa ſolum peccata carnis puniantur, quæ commiſſa fuiſſe conſtet in domibus ſuſpectis, hac enim ratione multa, vel omnia impunita remanerent, patet ex contextu, inquit enim quod *conuictus de ingreſſu expellatur*. deinde ſi *ſecundo*, aut *iterum* in illud *incidat*, *puniatur acrius*, ergo ſignum eſt non alligari hęc delicta ingreſſui, & loco, nam præſupponitur iam expulſus perpetuò, quomodo igitur poterit ſecundo, & tertio peccare in loco, vnde longè diſtet? Præterea non ſolum proceditur per confeſſionem lapſi, ſed etiam, *ſi de eo legitimè conſtiterit*. conſtare autem legitimè fit tribus modis canonicis, inquiſitione, accuſatione, denunciatione, *cap. qualiter, et quando de accuſ.* ergo agitur de his independenter à commiſſis in hoc, aut illo loco. Adnectitur autem diſpoſitio vniuerſalis diſpoſitioni de ſuſpectis domibus, quia regula Minorum agit tantum de ſuſpecto conſortio vitando, volens has ſpinas in radice conuellere, & non tam malè de Religioſo præſumere. Cęterum omni conatu debet in hæc ſcelera ordo inſurgere, vt carnis lubricitas coerceatur, et eo grauius, et ſeuerius in animaduerſionem intendere, quo lapſus magis à natura dehiſcunt, rationem improperij paſſionibus fœdius ſubſternunt, vel communitati, aut populo grauius ſcandalum ingenerant.

Hoc autem facere tenentur ex iure communi *titul de cohabit. Cleric. & Mul. capit ſicut, capit ſi autem Clerici*; et alibi, vbi Clericus fornicator ſuſpenditur, et perpetuò à Beneficijs remouetur, et *capit ſiquis Clericus. diſtinct* 81. ob adulterium deponitur, et in Monaſterio detruditur. Vide *Diaz in praxi capit.*89. et copioſius *Salſedo in addition ad eundem*. *Syluest, verb. Adulterium, Luxuria &c. Bonaccin. de matrimon. quaſt.*4. *à puncto* 10. *Sanchez lib* 9 *de matrimon diſput.* 19. *Iulius Clar. recept. ſentent. lib.*5. §. *fornicatio*, apud quos alij multi.

Quæſtio quinta, dicit ſtatutum, qui ſecunda vice in fornicationem incidit, decennio careat omnibus ordinis officijs, & qui tertia ad omnia ordinis officia inhabilis exiſtat. An hæc tertia inhabilitas ſit ad tempus, an verò perpetua?

Inhabilitas ob triplicatam fornicationem eſt perpetua.

Reſpondeo perpetua, quia ſecus melior eſſet conditio triplicantis, quàm duplicantis fornicationem, quia duplicans caret officijs Ordinis per decennium, & qui triplicat indefinitè inhabilitatur ad illa, ſine limitatione temporis. Et quod ſit perpetua, patet ex proportione pęnæ ad fornicationem, quia pro prima carceratur per ſex menſes, & priuatur iure ſuffragiorum per triennium. Pro ſecunda carceratur per annum, & inhabilitatur ad decennium, ergo ſi proportio in augmento ſeruanda ſit, qui tertiò cadit, ſicuti ad longius tempus carceratur, & mitti poteſt ad Triremes, quæ eſt maxima pœnarum regularium, ita priuatio extendi debet ſaltem ad viginti annos, quod eſt perpetuò, & ita carcer, qui Triremibus æquiparatur, poteſt eſſe perpetuus. Licet Verbum *Longiore Carcere* relatum ad carcerationem annualem, videatur non debere excedere biennalem, vel triennalem, tamen poteſt eſſe ita qualificatum delictum ſcandalo, & fœditate protrahi poſſit, Vide dicta de pęnis cap. 2. quæſt. 5.

Quæſtio ſexta. An omnia delicta carnis præter ſacrilegium, & nefandum, ſint eodem modo punienda? Videtur enim contra rationem, vt impares culpæ, parem vltionem inueniant.

Reſpondeo, licet in recenſitis peccatis luxuriæ detur exceſſus in grauitate, vt vidimus, attamen ſtatuto non differentiantur pœnæ, quia vt plurimum tales differentiæ non ſuccedunt, & leges feruntur de ijs, quæ vt plurimum accidunt. Rarò autem, vel nunquam accidit in Regularibus Raptus, Stuprum, Beſtialitas, Adulterium autem poteſt quidem accidere, attamen cum Religio tam ſubtilem horum peccatorum differentiam non obſeruet, ſub vna pœnarum ſanctione illud etiam comprehendit. Poteſt etiam illa clauſula *pro qualitate delicti, & Superiorum arbitrio*, poſita in triplicante delictum, applicari ad præcedentia, quia poteſt eſſe prima fornicatio taliter qualificata, vt Superioris arbitrio, acrius puniri debeat. Puta ſi ſa-

ſi facta fuiſſet cum inſigni ſcandalo, Virginis raptus, adulterij perſonæ conſpicuæ &c. nec rationi congruit, vt eodem modo puniatur fornicatio ſimplex, ſecreta, ſicuti violatio, vel raptus, vel violentia &c. Nam licet verum ſit pœnas ſtatutarias ſeruandas eſſe, relictis legalibus, & canonicis, vt dictum eſt ſupra *cap.* 2. *quæſt.* 10. Id tamen intelligendum eſt cæteris paribus, iuxta dicta in *eod. cap.* 2. *quæſt.* 5. *Reſpondeo* 6. §. *An autem poſſit Iudex* citata praxi criminali noſtra, in qua ſtari mandatur pœnis ſtatutarijs, eaſque mutari non poſſe à Iudice, niſi circumſtantiæ mutentur, Et quidem magna mutatio eſt, à ſimplici fornicatione, ad raptum, ad ſtuprum, ad adulteriũ, adque hæc ſcandali qualificatione inſignita. Maxime cum ſtatuta interpretari, limitari, & intelligi debeant ſecundum iuris communis diſpoſitionem *l.* 1. *C. de nox. l. Caſar. ff. de publica cap. cum dilectus* ; *de conſt.* & *ibi per Anton. de Butr.* Ius cõmune interpretari debet ſtatuta.

Quæſtio 7. quæ qualitas delicti requiratur, ad hoc vt regularis, luxuriæ peccatum committens, ad triremes damnari poſſit.

Reſpondeo de pœna triremium infra cap. 23. nunc quod attinet ad præſentem quæſtionem dico, ex duplici capite poſſe delictum iudicari dignum pœna triremium. Primo ex qualitate ipſius, vt eſt ſacrilegium, & nefandus concubitus, ſecundo ex eiuſdem multiplicatione, quia trinus actus in malam partem facit operantem famoſum. *l. Capitalium ff. de pœnis* § *famoſos Bald. in Authen. ſed nouo iure C. de ſeruis fugit.* & trinus actus tribuitur conſuetudini *l. quicumque C. eod. Angelus, Vbaldus Peruſinus in ſua diſputatione incipiente Aſtenſis miles* & ad Triremes condemnari, niſi aliter delicta emendari non poſſint, & Regulares corrigi. *Peirin. tom primo quæſt. prima cap.* 27. §. *quarta pars Concluſionis*, quod eſt, eſſe incorrigibiles, ad quod requiritur, quod ſaltem ter commiſerint idem delictum, vel peius *Boſſius de for. compet. numero* 132. *apud Clar. lib.* 5. *quæſt.* 36. *numero* 34. *Silu. verb. incorrigibilis Sayrus de cenſuris. lib. quinto cap.* 21. *num.* 37. *Sanchez. lib.* 7. *Decal. capit.* 9. *num.* 4. dicitur enim incorrigibilis iuxta *Anton. de Butr. in cap. fama de ſent. excommunic.* qui poſtquam eſt condemnatus iterum fertur ad idem crimen, & licet non faciat pœnitentiam,

Religioſus ob quæ peccata carnis ad triremes mitti poſſit.

Trina culpa facit peccãtem famoſum.

Incorrigibilis quis dicẽdus ſit.

Digitized by Google

non propterea dicitur incorrigibilis, niſi reuertatur ad idem crimen, vel peius: Tres autem actus ſumuntur ab Euangelio, in quo declaratur Ethnicus, & Publicanus, qui ter monitus non reſipuerit. Itaquè ſtando in qualitate incorrigibilitatis, oportet prius probare, aliquem ter ſaltem commiſiſſe fornicationem, vel adulterium, vel quid ſimile. Hinc meritò ſtatutum tres vices peccantem, arbitrio Iudicis remittit, vt illum condemnare poſſit ad triremes. Peccaſſe autem ter conſtare debet iuridicè, ideſt, quod appareant condemnationes factę in regiſtro Prouinciæ, duæ ſaltem, & tertia per quam compleatur trinus numerus, & condemnetur ad triremes.

Dices primo ſi ob incuriam, vel ignorantiam Superioris non fuerint regiſtratæ ſententię taliter peccantis, vel non fuerit pro prima, & ſecunda vice ſententiatus iuris ordine ſeruato, ſed vel Carceribus maceratus, vel aliqua alia afflictione correptus, an poſſit Prouincialis modernus inquirere de omnibus tribus vicibus, & teſtes ſuper lapſibus peccantis recipere, & probare, quod ter fornicatus fuerit, atque ipſum ad triremes damnare?

Reſpondeo negatiuè, ait enim Statutum, *Vel de eo legitimè conſtiterit pro prima vice, &c.* itaquè legitimè conſtare debet pro qualibet vice & poſtea puniri, quod eſt, debent prius examinari teſtes, & per eos condemnari Reus pro qualibet vice. Notoria enim probatio exurgit ex eo, quod appareat ſententia condemnatoria in Archiuio, & producatur in actis, vt notat *Innoc in cap. ex inſinuatione. de appell.* Legitime enim cōſtare eſt plenarie, & non ſummarie probatum eſſe *cap Venerabilibus. § fin. de ſent. excomm. in 6.* ibi, *poſtquam tibi de hoc conſtiterit*, ideſt, plenariè *cap in præſentia. de probat.* & ita in ſpecie tenet *Couar in capit. Alma mater. §. 12. colum. penult. init. Ricciullus de iure perſonar. extra grem. lib. 4 cap. 67. num. 39.* & cum tales proceſſus, & condemnationes non appareant, idē eſt, ac ſi non eſſent, quia idem eſt non eſſe, quam eſſe, & non apparere *l. in lege. ff. de contrab. emption.* Itaque ſi de nouo formetur proceſſus, in quo appareat aliquem bis, teruè peccaſſe, non poterit propter hoc condemnari ad duas, vel tres vices iuxta ſenſum ſtatuti, ſed ad vnam tantum. Niſi is, contra quem itur, fuiſſet alias inquiſitus, & con-

Notoria probatio cō ſurgit ex lata ſententia.

Legitime conſtare eſt plene probatum eſſe.

Eſſe, & non apparere eſt idem ac nō eſſe.

& condemnatus, ſemel, aut bis, condemnationes verò, & ſententię regiſtratæ non reperirentur iniuria Notarij, vel Superioris ignorantia, aut liber ſententiarum, & decretorum non inueniretur, ſiue eſſet incendio abſumptus, &c. quia in hoc caſu dicendum eſſet, talem delinquentem puniri poſſe pro ſecunda, & tertia vice, dummodo examinarentur Teſtes, qui de præteritis ſententijs deponerent. Tantum enim valent Teſtes examinati iuridicè, quantum valeret authentica ſcriptura, vt pluribus probat *Gabriellius concluſ. lib. 1. de præſumpt. concluſ. 9. 10. & 11.* ſunt ſiquidem ſcripturæ, vt facti memoria conſeruetur, quę ſi per teſtes haberi poſſet, non eſſet opus ſcriptura. Teſtes æqui ualent ſcripturæ.

Huius autem materiæ occaſione venit ſubtilius examinandum ſtatutum, de prima, ſecunda, & tertia vice commiſſi adulterij, an ſcilicet quilibet actus ſingularis veniat appellatione primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ vicis, itaut, qui nunquam inquiſitus eſt, indiciatus poſtea, quod in carnis lubricitatem lapſus eſſet, & confiteretur ſe bis, quater, vel decies adulterium commiſiſſe debeat ſubire pœnas multiplicantis peccata, An primæ vicis tantum, & quidem quod puniri debeat pro quolibet quoquo actu, faciunt allegata per *Clarum lib. 5. practica crimin. quæſt. 84. à num. 2. Couar. 2. Variar reſolut. cap. 10. Molina de Iuſt. commutatiua tract. 3. diſput. 41 per tot.* quia ſunt plura peccata grauiſſima, ergo plures merentur punitiones, nec quia multa ſunt, minuere debēt vindictam. *Nunquam plura delicta concurrentia* (inquit *l nunquam ff de delictis priuatis*) *faciunt vt vllius impunitas detur, nequè enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam.* Nam ſi committatur adulterium cum inceſtu, duplicatur pœna *l ſi adulterium cum inceſtu init. ff. ad l. Iuliam de adult.* ſicuti ſi quis percuteret Clericum in Eccleſia duplex committeret ſacrilegium, *capit. cum pro cauſa. de ſent. excomm.* Maximè ſi actus diuerſi fiant ex interuallo, & non omnes ad vnum finem ordinentur puta, ſi quis arma paret, vulneret, & occidat eum impetu, omnes enim iſti actus diriguntur ad vnum actum homicidij; & vna pœna puniendi ſunt, ſcilicet homicidij. Secus ſi vno die, vel ſpacio temporis paret arma prohibita, altero aggrediatur, altero vulneret, alio occidat, certum eſt diuerſa eſſe delicta, & mereri diuerſas pœnas. *Si idem eundem ſeruum vulnerauit,* An plura peccata merentur plures punitiones.

 poſtea

poſtea deinde etiam occiderit, tenebitur, & de vulnerato, & de occiſo, duo enim ſunt delicta, aliter atque ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit, tunc enim vnica erit actio de occiſo. dicit *l. illud* §. *vltimo ff. ad l. Aquiliam*. Hac etiã ratione, ſi quis vno contextu plures iniurias dicat in alterum, non eſſet puniendus, niſi vna pœna, ſecus ſi effutirentur ex interuallo, *l. apud labeonem* §. *ait Prator ff. de iniur.* quia tunc ſunt numero diſtincta delicta, non tantum in genere peccati, ſed delicti punibilis, vt accidit in percutiente Clericum pluries in eodem rixæ contextu, qui vnam ſolam contraheret excommunicationem, plures autem, ſi ex interuallo. Pari ratione, qui ter ex interuallo furaretur, quibus diuerſa pœna fuſtigationis, pecuniarum, triremium impoſita eſſet, his omnibus tribus pœnis plectendus eſſet, non autem ſi vnica vice, & tempore plura ſurriperet, quia tunc puniretur vna pœna. *Gloſ. in l. vulgaris in verb. fur erit ff. de furtis*. Itaque diſtinguũt ſupradicti Doctores, & plures alij apud ipſos, ſi delicta ſolo numero differentia fiant ex interuallo, vel in diuerſas perſonas, puniẽda eſſe pluribus pœnis, ſi autem fierent ſubſequenter, & vno velut impetu, & ſubiecto, tunc pœna non eſſet multiplicanda. Stari tamen conſulunt verbis ſtatuti, & conſuetudini, quia ſi ſtatutum diceret, pro quolibet peccato fornicationis, pro qualibet iniuria, pro qualibet percuſſione, ſubeatur talis, vel talis pœna, aut ſi id conſuetudo interpretaretur, multiplicandæ eſſent pœnæ ad multiplicationem peccatorum. Quam doctrinã applicantes ad noſtrum ſtatutum dicimus, illud (*prima vice*) non importare tantum ſingularia peccata, ſed quæcunque illa fuerint ante inquiſitionem, & ſententiam, etiamſi centies peccaſſet, tunc enim infligi debet pœna primę vicis, ſcilicet carceratio per ſex menſes, &c. Si autem poſtea recidat (peccet quantum voluerit) & ad ſecundam inquiſitionem deueniatur, & ſententiam, tunc pœna ſecundo peccantis plectendus eſt, &c. eſt ſententia communis apud præfatos Authores *Clarum dicto lib. 5. §. Adulterium num. 10. Molinam dicta diſput. 41. num. 8. fin. Soccin. Senior. in cap. non ea, quæ num 24. de pœn. Suarez verb. Adulterium num. 84.* quos citat *Bonacoſſa tom. 2. apud comm. opin. lib. 9. tit. 7. ad l. Iuliam de Adult. num. 81 & num. 93.* vbi *Couar. 2. var. cap. 10 num. 8. ad fin. & num. 139.* vbi in facti contingentia ita conſuluiſſe *Bart. conſ. 212.* refertur,

Prima vice peccaſſe, quos actus compottet.

tur, & idem tenere *Gloſ. in d. ſta l. vulgaris*, etiam ſi qui pec-peccat ex interuallo dierum, & menſium peccaſſet, & hoc ſit manifeſtum ex inconuenienti. nam ſi puniendus eſſet quilibet actus, qui v. g. cum fœmina quolibet die per annum peccaſſet, carcerandus eſſet ad ducentos ferè annos, quod eſt omninò abſurdum.

Sed demus caſum, quod quis peccaſſet cum fœmina intra ſepta Monaſterij, pro quo eſt prima pœna carceris ad ſex menſes. Secunda excommunicatio in vim Conſtitutionis *Pij V. & Greg. XIII.* & tertia ſtatutaria *cap. 11. §. 1. num. 7. Quæ verò Pius V. de mulieribus in Monaſteria, Conuentuſquè Regularium non admittendis ſtatuit, inuiolatè ſeruentur, & qui contrafecerit, vltra pœnas Apoſtolicas, carceribus etiam mancipetur Superiorum arbitrio*, An iſte omnibus his pœnis puniendus eſſet.

Reſpondeo de introducentibus mulieres intra clauſtra Conuentus latè diſputaui in *Comment. ad ſtat. 4. cap. 11. fol.* 772. & infra, vbi probabile duxi non incidere in excommunicationem, & conſequenter neque in pœnas Apoſtolicas, & licet in probabiliorem partem deflexi, affirmatiuam ſcilicet, attamen cum agendum eſſet de puniendo aliquo ex iſtis, poſſet Iudex etiam alteram partem probabilitatis amplecti, & potius in miſericordiam, quàm in rigorem declinare, quia vbi eſt opinionum diuerſitas, licitum eſt amplecti, quam quis vult ſecundum *Innoc. cap ne innitaris de Conſtit.* Nec poſſet opponi ſtatutum, dicens *vltra pœnas Apoſtolicas, &c.* quaſi videatur ſequi affirmatiuam ſententiam, quia ſtatutum non fundat nouas doctrinas, nec facit, vltra id, quod in iure reperitur, quare poſſet dici, loquutum fuiſſe ſecundum opinionem, vt vltra pœnas Apoſtolicas, ſi illæ pœnæ afficiant, puniatur pœna carceris arbitrarij. Sola difficultas eſt, an preter ſemeſtrem carcerem debeat addi carcer arbitrarius, & mihi videtur negatiuè reſpondendum, & moueor ex doctrina *Clari dicto lib. 5. §. fin. pract. quæſt.* 84. *num.* 4. dicentis, quod ſi adſit ſtatutum puniens delationem armorum in centum, aliud puniens inſultum in centum, & tertium puniens vulnerationem in centum, ſi quis armis inſultaret, & vulneraret, non eſſet puniendus triplici, ſed vnica pœna vulnerationis quia (inquit) *pœna inſultus & armorum confunditur cum pœna vulneris, & delinquens puni-*

In diuerſitate opinionũ Iudex ſequatur, quam maluerit.

Triplex ſtatutum violans vnico actu, nõ punitur per triplicem pœnam.

tur pœna maioris delicti. & citat *Gloſ. Marſilium*, ***Iodocum***, ***Io. Arnobium, Viuium, & Ianfredum*** dicentem eſſe communem opinionem. Vnde eſt Axioma *Gloſæ in l. qui de crimine verb. plurima C. de accuſation. Minora delicta confunduntur cum maiori, ita quod ſolum maius delictum punitur*. modo maius delictum eſt committere adulterium, quam inducere mulieres intra clauſuram, quod apud grauiſſimos autores neque eſt peccatum mortale, ergo ſufficit ſi puniatur pœna adulterij, &c. ſi quis autem Iudex vellet zelo abundare, maximè ſi delictum eſſet qualificatum ſcandalo, vel frequentia, &c. poſſet in alteram partem probabiliorem pendere.

Quæſtio octaua, ſi aliquis introduceret fœminam intra Clauſuram, & ne palam fieret vellet illam emittere, vel ipſe vellet fugam arripere, an poſſent fratres illam capere, & Superiori tradere, & quid ſi is eſſet idemmet Superior?

Clericus peccans, cāpi poteſt, ne fugiat etiā à laico priuato.

Reſpondeo, Clericus parans delictum, vel commiſſo delicto fugam meditans capi poteſt, *cap. dilectis de appell* etiam à laico ſine mandato Ordinarij in *cap. cum non ab homine de Iudic.* cum *Decio*, *Aretino*, *& Abb. in cap. ſi vero de ſent. excom.* vbi *Innoc.* citati à *Diaz. in praxi cap.* 125 & ab Ignatio *Lopez de Salſedo in addit. ad eundem*, ait enim Innocentius ſupra, ſi laicus videt Clericum in alterius iniuriam paratum, & non adeſt ſuus Prælatus, ſi Clericum ipſum alius compeſcere non poſſit, poterit tunc eum ſine timore excommunicationis capere, ligare, & in carcerem tradere, Iudici ſuo ſiſtendum quē ſequuntur *Penna*, *Franciſcus Auiles*, *Menochius*, & eſt communis apud dictum *Salſedo verſ. non eſt dubium* & adducit in *verſ ſequenti Boſſium*, *Alciatum*, *Clarum*, *Mexiam* id ipſum affirmantes & infra de reperto in flagranti crimine, allegat Doctores *cap. vt fama de ſent. excomm. Arcbid. Lapum*, *Bernard. Laurent.* Florian. *Baldum*, *Angelum*, dicens, id licere, non tantum Iudici Sæculari, ſed etiam cuicunque priuato, vt deliquentem Clericum ad Iudicem ſuum ducat. Pro quo allegat *Baldum*, *Bartol. Angelum*, *Auiles*, *Clarum*, qui apud eſdem videri poſſunt. ad quam doctrinam cohærentes dicere poſſumus, licere ſubditis fratribus, Superiore abſente, dum viderent alium Subditum, velle patrare aliquod delictum, puta vulnerationis, occiſionis, furti, vel etiam fornicationis, ipſum verbis, & exhortationibus compeſcere, quod ſi verba non ſufficiant

ficiant ad impediendum malum, poſſunt illum capere, & in cuſtodiam trudere, Superiori ſtatim (laicis iudicibus conceduntur 24. horæ ex conſuetudine Hiſpaniarum vel 20. ex *l. capit. quinto. ff. de adult. & cap. cum non ab homine de Iud. Bartol. ad l. cum eo ff. ad l. Iuliam peculatus*; & eſt communis teſte *Benedicto Capra regul. 75. num.* 10. ad remittendos Clericos ad ſuos Prælatos. hoc autem tempus in caſu noſtro eſt impertinens, quia ſemper vt plurimum adeſt in Conuentu Superior, vel eius Vicarius, qui poſſunt vinculis conſtrictum aſſeruare ad Prouincialis, vel Generalis mandatum) remittendum. ſic etiam facere poſſunt, quando commiſſo iam delicto, niteretur fugere, quia delicta impunita remanere non debent, & ex communi lege iuſtitiæ, & boni publici, cenſetur commiſſa facultas omnibus Subditis in huiuſmodi delinquentes, ſicuti expreſſè conceditur in Apoſtatas, quos quilibet (etiam ſubditus) capere, & capi facere poteſt. *cap. 2. ſtat. §. 10. num.* 28. in hæc verba *In neceſſitate autem etiam fratres Subditi capiendi Apoſtatas, facultatem habeant, prout indulto Apoſtolico Innoc quarti cautum eſt*. Quod ſi conceditur in delicto, quod non ſolet eſſe ita ſcandaloſum, multo magis conceſſum à iure credere debemus, in ijs, quæ grauiora forent, vt occiſio, & ſcãdaloſa cum mulieribus commixtio.

Notanter dixi, de accincto ad committendum delictum, vel de delinquente iam, & fugam meditante, quia extra hos caſus licitum non eſt ſubditis aliquem capere, quia tunc ratio legis ceſſat; delicti nimirum impedimentum, vel punitionis aſſertio quia ſi is peccaſſet iam, & non fugeret, vel non eſſet de fuga ſuſpectus, non liceret fratribus aliquem incarcerare, tunc enim ceſſante motiuo, & fine legis, eſſet vſurpare Iuriſdictionẽ Superioris illamquè confundere, & nulli dubium eſt, quod taliter præſumentes, non tantum in ſententiam excommunicationis *cap. ſi quis ſuadente*; ſine alia declaratione inciderent, verum etiam puniri deberent, tanquã vſurpatores iuriſdictionis, & priuata authoritate aliquem carcerantes. De quo nos ſupra vbi de pœna carceris. Si enim nec ipſimet Prælato licet carcerare, niſi ad pœnam, & ad inſtantiam, ſuſpectum nimirum de fuga, cur licebit Subditis? Scandaloſum ſi quidem principium eſſet iſtud, & maximæ ſeditionis plenum, ſi paſſim concederetur Subditis capere delinquentes. Capere autem

ali-

Capere aliquem ſine facultate, eſt delictum capitale.

aliquem, dum non adſit ius capiendi, eſt priuatum carcerem committere, *l. vnica C. de priuat. Carcer. Boerius deciſ. 275. nu. 4.* & qui priuatum carcerem committit, pęna capitis pleåitur ex commun. opin. *apud Clar. quæſt. 68. verb. priuatum*, & eſt crimen læſæ Maieſtatis *l. 1. C. de priuat. Carcer.* Subditos autem capere Superiorem v.g. Guardianum, in flagranti crimine repertum, puta habentem in ſuo cubiculo fœminam, quam emittere clanculum intendat, & ſuum peccatum cælare, Iudico ſacrilegium, & grauiſſima animaduerſione puniendum. Quia conceſſo, quod ſi Superior vellet aliquem occidere, aut ſuppellectilem ſacram Conuentus adſportare niteretur, &c. poſſet à ſubditis impediri, & ſi eo amentiæ deueniret, quod vi talia delicta perficere ſatageret, & nullũ aliud eſſet remediũ, niſi hominẽ, tanquam ſtultum, & perditũ vinculis coercere, attamen dato caſu, quod peccaſſet cum fœmina, quam adhuc in cælla retineret occultam, & ſubditi hoc ſcientes in illius cællam irruerent, & educta fœmina, ac è Conuentu eiecta, vellent Superiorem in vincula conijcere, & Prouinciali puniendum reſeruare, nulli dubium eſt, quod læſæ Maieſtatis ſcelus committerent, & in uiolatę iuriſdictionis punitiones inciderent.

Subditi ſuperiorem capere non poſſunt, ſub pœna læſæ maieſtatis.

Tum quia hic caſus eſt extra omnes rationes boni publici, quia iam peccatum erat patratum, & ſic ceſſat impedimentum illius. Tum quia nulla adeſſet fugæ ſuſpicio, cum ille ſatageret culpam abſcondere, & in ſua bona exiſtimatione conſeruari. Tum quia hoc non eſt delictum offenſiuum proximi, vt eſt occiſio, vulneratio, dilapidatio, quæ violentiam particularibus, & Conuentui inurunt, ſed eſt peccatum perſonale, quod (ſi occultè fiat) ſibi ſoli obeſt, maximè ſi fœmina non vi, ſed volens, & lubens (vt ſupponimus) conſentiat. Si enim vi opprimeretur, poſſent, & deberent ſubditi illi ſubuenire, non minus, ac vulnerando, vel occidendo. Tum deniquè quia non ſpectat ad ſubditos inquirere de peccatis, quę in Monaſterio committuntur, cum ad ſummum illis concederetur ius accuſandi, denunciandi, & teſtificandi contra fornicarium, ſed eſt munus Superioris, & Iudicis Prouincialis, tantum abeſt, quod Subditis competere poſſit, vt nequè Superiores locales id ipſum efficere valeant. Modò ſi fingamus caſum, quod conuenientes inter ſe aliquot, vel omnes Subditi, quaſi manu facta ad cubiculum Superioris accedant, illum verbis, & ictibus

ad

ad valuas impactis, extrudant, vi portam effringant, mulierem inueniant, iniurijs excipiant, & eijciant, & Superiorem (ne fugiat) ligent, carcerent, vel ita detineant, ne quò abire voluerit, poſſit, quod eſt propriè carcere detineri *l. ſuccurritur ff. ex quibus maior. l. 1. C. de priuat. carcer. l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa. l. ſolutum ff. de verb. ſignific.* Primum enim iſti ſunt excommunicati, quia religioſæ perſonæ iniurjam intulerunt, iuxta *cap. ſi quis ſuadente Diabolo*. Secundo, Teſtes eſſe non poſſunt contra Guardianum, quia omnes ſunt contra ipſum conſpiratores, & actores. Vt patet ex communi doctrina omnium ſcribentium. Tertio puniri debent tanquam Vſurpatores alienæ facultatis, & iuriſdictionis, de quo latè per *Nauar. in Commentario in Rubrica de iudicijs num. 68. & 69.* Vſurpatum enim eſt ius, quod exercetur ab eo, qui non habet poteſtatem illud exercendi, ex *S. Thom. 2. 2. quæſt. 60. artic. 6.* & legibus, quas idem Doctor Nauar. allegat initio, num. 68. et eſt contra ſeptimum præceptum legis diuinæ, *cap. fin. 14 quæſt. 5.* eſt enim furtum alienæ iuriſdictionis, vt doctè *Anton Franc. ad Abb cap. conqueſtus. de for. compet. verſ. quid ſit vſurpare. & cap. nimis. de iureiur. init.* ſibi ſiquidem vendicat, quod ad eũ non pertinet.

Detinere aliquem ne abire poſſit, eſt carceribus illum mancipare.

Vſurpare ius, quid ſit.

At inquient, poterat fugere. Sed hoc eſt vanum, quia ſi non fuiſſet adactus ad ruborem ex inſolenti Subditorum temeritate, nullo modo fugam meditaretur, vnde ſi fugeret, Subditis imputari deberet fuga, qui conſpiratione coegerunt, vt fugaret.

Sed an zelus violatæ caſtitatis illos excuſare poſſet? Dico hunc non eſſe zelum, ſed liuorem; Zelus enim debet eſſe ſecundum ſcientiam, et charitatem, quæ in conſpiratoribus, et tam grauiter errantibus nefas eſt ſuſpicari, peccatum ſiquidem occultum non publicatur, et eſto ad præcludendam peccandi licentiam, bonum eſſet ad lucem deducere, et puniendum denunciare, poterant obſeruare diſceſſum mulieris, et Teſtes adeſſe, ac Superiori delictum in flagranti, deportare:

An autem ex caſu deducto potuit Reus conſtitui, et ſi confiteretur, pœna ordinaria puniri Superior ille? Reſpondeo negatiuè, quia nec indicia adſunt legitima, ſi alia non ſint, niſi accuſatio à ſubditis facta, nam talia reputari potius debent calum-

calumniæ, et conſpirationes, quam legitima indicia. Vnde confeſſio extorta ex tela huius iudicij, nulla eſt, et nullum effectum parere debet in ordine ad punitionem; vt eſt in iure cautum, & in noſtra practica criminali ſancitum *tit. de Teſtibus, de Reo, de indicijs, &c.*

Quæſtio nona. Quodnam ſcelus ſit, & qua pœna dignum, ſacrilegium cum Moniali.

Sacrilegij ſpecies, & quid ſit ſacrilegium.

Reſpondeo primo, in nuperrima ſtatutorum compilatione additum eſt, *cum Moniali*, quod non erat in *Vallisoletanis cap. 7. § de pœna contra caſtitatis, &c.* legebatur enim, *ſi quis ſacrilegium admiſerit*, quod apparens in titulo contra caſtitatis violatores, nullum alium ſenſum pati poterat, quia furari ſacra, vel de ſacro, violare Eccleſias ſanguine, vel ſemine humanis, percutere, aut ſubijcere foro ſeculari, vel tributis Clericos, & perſonas Deo ſacras, quæ ſunt ſacrilegij ſpecies, quia ſacrilegium nil aliud eſt, niſi irreuerentia contra rem ſacram, puta contra perſonas, loca, & res ſacras, id eſt, deputatas Deo per publicum ritum, & inſtitutionem ex S. *Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. & 2.* communiter recepto, et Summiſtis *verb. Sacrilegium. Follerio in praxi c. 17. de Sacrileg. num. 2.* et alijs, hæc inquam non ſpectant ad hoc ſtatutum, licet enim cum Religioſus peccat contra Caſtitatem, quocunque modo peccet, ſacrilegium committit, quia vtitur ſuis corpore, et mẽbris Deo dicatis per votũ Caſtitatis contra ipſum votum, vt *Syluest. verb. ſacrilegiũ Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 3. Leſſius lib. 2. de Iuſt. cap. 41. dub. 9. Sanchez lib. 5. in Decal. cap. 6. Regin. lib. 19. num. 58. Hieron. Rodrig. reſol. 4. de pœnis in Sacrilegos &c. Portel. verſ. Votum ſimplex caſtitatis*. Vide quæ prælibaui in *Cõment. cap. 7. ſtat. 5. caſu 2. reſeruato Rebus ſacris abutentes* & ſi peccaret fornicando &c. in Eccleſia, vel per mollitiem, committeret peccatum, duplici circumſtantia ſacrilegij adornatum, & perſonæ ſuæ, & loci, attamen ob pœnam triremium, vel perpetui carceris, quæ imponitur ijs tantum, qui pœna plecti mererentur in ſeculo, non potuit intelligi, niſi de ſacrilegio cum Moniali.

Sacrilegiũ cum Moniali, quam malitiam contineat.

Reſpondeo ſecundo cum *Gloſ. in cap. Virginibus 27. quæſt. 1.* coitum cum Moniali continere triplicem malitiam, ſcilicet adulterij, quia cum ſponſa Chriſti, ſacrilegij, quia cum perſona Deo conſecrata per votum Caſtitatis, & inceſtus, quia cum

ea,

ea, quę eſt ſoror ratione filiationis diuinę quam omnes participamus, cui conſonat *S. Thom.* 2.2. *quæſt.* 99. *&* 154. *art.* 10. *ad* 2. *Alex. Alenſ.* 2. *par. quæſt.* 152. *initio* vbi ait, ſacrilegium poſſe dici inceſtum communi nomine *Nauar. de pœnit. diſt* 5. *num.* 121. *Alderete lib.* 2. *de Religioſ diſciplina cap.* 15. *§.* 1. hoc autem diſplicuit *Azorio* 3. *par. lib.* 3, *cap.* 27 *quaſt.* 8. quia tam ſponſalitium cum Chriſto, quam affinitas ex paternitate diuina ſunt metaphoricæ, non reales. Attamen non eſt Sponſa Chriſti, quia ad ſponſalitium non requiritur contactus, vt in matrimonio B. Virginis cum Ioſepho, & verè coniungitur cum Chriſto in ratione voti, & ſpiritualis matrimonij. aliud enim eſt dicere, quod ſit matrimonium ſpirituale, verum, aliud quod ſit metaphoricum, hac ratione cognatio ſpiritualis non eſt metaphorica, licet non ſit carnalis, quia ſicuti Deus eſt Pater noſter, ob creationem ita eſt Pater noſter ob generationem ſpiritualem, dedit enim nobis *Filios Dei fieri, quia regenerauit nos in ſpem viuam*, & in hunc ſenſum loquuntur Canones, *cap. ſicut bonum.* 17 *quaſt.* 1. *ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, quia fidem Caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt*, & addit exemplum. *Nam ſi adulteræ reatu ſuis viris ſunt obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur* - & replicatur *cap. ſequenti. Viduas. ſi enim inter homines ſolent bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit*, & *cap.* Nec *aliqua. cap. quod ſi pœnitentiam, cap. ſi quis Epiſcopus. cap. hæc vero. cap quæ decimo.* & eſt communis opinio apud *Suarez. verb. monialem num.* 210. *D. Oſaſcum Deciſione Pedemontana num.* 103. *Dec. conſ.* 338. *num.* 1. *&* 579. *num.* 5. *Bermondum de concubit. num.* 2. *fine*. Quidquid ſit, grauiſſimum ſcelus eſt, in Chriſti Sponſas tam enormem fœditatē cōmittere, eſt enim crimē læſæ Maieſtatis diuinæ, quia Regis Sponſa ad cōcubitū ſollicitatur, mortis atrociſſimæ pęna dignū. Et propterea in legibus ciuilibus ſanctimonialiū raptores, & temeratores, *capitis ſupplicio plectendi decernuntur, quod non ſolum ad iniuriā hominum. ſed etiam ad ipſius Dei Omnipotentis irreuerētiā cōmittitur.* ſancit Imperator Iuſtinianus in *Authen. de raptu Virginū initio.* & in *Authen de Sacroſ. Epiſc. cap.* 43.. *ſiue penultimo.* idem Imperator relatus *cap ſi quis rapuerit.* 17. *quaſt.* 1. iubet *Capitale periculum ſuſtinere, qui ſollicitauerit, rapue-*

Votum caſtitatis in monali eſt matrimoniū ſpirituale.

Sacrilegiū cum moniali quā graue, & quibus pœnis dignum.

rapuerit, aut corruperit Aſcetriam, aut Diaconiſſam, aut Monaſticam, aut quamlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem. ſub qua pœna includit cõſiliantes, adiuuantes, fauẽtes, &c. cuius rei proſtat exẽplũ *Amã*, qui in patibulo ſuſpẽſus fuit, eo quod tãtũ ſuper lectũ Eſter Reginæ ſe proiecit. Eſter cap. 7. quam tamen non ad libidinem, ſed ad ſupplicationem implorabat, & ita *Alderete dicto lib. 2. diſcip. Relig. §. 4. Syluest. verb ſacrilegium circa finem*. In iure autem Canonico huiuſmodi ſcelus committentes excommunicantur in *Concilio Roman. ſub Greg. 2. cap. 2. & 8. 15. 16. Turonenſi 2. cap. 21.* & alijs, quæ allegantur, 27. *tota quæſt.* 1. Maledictione enim æterna tanquam filij perditionis *cap. ſciendum eſt*. communionis, & conuiuij priuatione *cap. de viduis* in ergaſtulo detruſione. *cap. impudicas. cap. ſi quis vero.* in pane. & aqua maceratione *cap. ſi qua Monacarum*, ab ordinibus, & gradibus depoſitione. *cap. ſi quis Epiſcopus.* in carceribus detentione. *cap. Viduas*. perpetua pœnitentia, *cap. omnes fœminæ*. & alijs dictis, ac pœnis ſacrilegi, ſacrilegæque per totam primam quæſtionem *cauſa*. 27 puniuntur. Sunt igitur ipſo facto excommunicati, tum ex citatis canonibus, tum etiam quia, tam horrendum ſcelus vix committere poſſunt, niſi vel monialis exeat è clauſura, vel Religioſus in illam ingrediatur, quorum alterutrum maiorem excommunicationem inducit. *cap. 1. de ſtatu regul. in 6. Triden. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. Pius V. Decori. Theſaurus fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 38. num. 171. Barboſ. allegat. 50. num. 187. Graff. lib. 1. de caſ. reſeru. cap. 5. à num. 9. Dian. reſol. 67. tract. 2. tom. 2.* Equidem laicus, etiamſi clauſuram non violet, ſi ſacrilegium committat, eſt excommunicandus ex dicto *cap. ſi qua, & cap. Virginibus 17. quæſt. 1.* quinimo *Menoch. de arbitr. caſu 389. nu. 24. & Aloyſius de Leon. in rub. C. de raptu. Virg.* dicunt eſſe de facto excommunicatos, eſt enim hoc grauiſſimum ſacrilegium & depoſitione dignum in Clericis. *Diaz in praxi. cap. 84. Farin. quæſt. 146. num. 26* & inducit infamiam, poſtquam fuerit declaratum, & irregularitatem, prout probat. *Theſaur de pœn par 2 verb. ſacrilegium. cap. 1. num. 1. & verb. Clauſura. cap. 7. num. 2 & par 1 cap. 33. §. Secundo modo*, quia eſt crimen publicum. & quia eſt textus in *cap. fin. de furt. & cap. ſi quis Presbyter diſt. 50.* & ibi citat alios, addens, procedere etiam ſi non adſit ſententia condemnatoria, dummodo ſit notorium

quod

quod ſententiæ vicem ſupplet ex dicto *cap. fin. de furt. & cap. fin. de tempor. ordinand.* quas tamen pœnas remittere poſſe Epiſcopū, & conſequenter Prælatus, Epiſcopalē authoritatē habētes, cum multis, quos citat *Verb. ſacrileg. d. c. 1. fine.* affirmat.

Sed dices ſi ſacrilegium eſſet attentatum, vel ad proximum actum deductum, non tamen completum, ob aliquam cauſā an poſſet Sacrilegus ad pœnas ordinarias condemnari?

Reſpondeo, *Theſaurus dicto verb. Clauſura cap. 7. num. 2.* citans *Farin. dicta quæſt.* 146. §. *ſacrilegium num.* 3. ait, non habere *locum pro copula attentata, niſi ſit cum raptu, ſaltem attentato.* Equidem in vim ſtatuti dicentis *ſi quis ſacrilegium cum Moniali admiſerit*, in hanc ſententiam eundum videtur, quia Sacrilegium, ſecundum *Innoc. & Gloſ. in cap. ſacrilegiū. 17. q. 4. & S. Thom. 2. 2. q.* 90. relatos à *Silu. verb. ſacrilegiū initio, eſt ſacra rei violatio, ſiue irreuerentia.* Attamen diſtinctius conſiderando hanc materiam, dico, quod attentatio remota, vt ſunt tractatus, & determinatio facta de peccando, ſiue proxima, vt eſſet conueniſſe ſimul in aliquo loco, & accinxiſſe ſe ad peccandum, hæc inquam non inducunt pœnam ordinariam, quia adhuc non ſumus in formali notione ſacrilegij. attentatio autem proximior, vt eſſet cubare in eodem loco, ad amplexus, oſcula, & tactus ruere, & ad vlteriores, ac viciniores impudicitię actus progredi, ſentio, quod ad ordinariam pęnam condemnaret. Moueor ex diffinitione ſacrilegij, quia qui monialem amplexatur, oſculatur, impudicè ad completam libidinem tractat, verè in rem Deo dicatam, violationem, & irreuerentiam irrogat, *Sacrilegium (inquit Gregorius cit. cap. ſacrilegium) eſt ſi quis quod relinquitur Eccleſijs praua voluntatis ſtudio, ſuis tentauerit compendijs retinere.* Vbi notandum eſt verbum illud *retinere tentauerit*, quod conatū importat, quia licet in furto nō cōmittatur Sacrilegiū, niſi actu res ſacra ſurripiatur, tamen tētare rei ſacræ retētionē, ſiue velle ipſam retinere, etiam ſacrilegium eſt, & conceſſo, quod in ſacrilegio, quoad res requiratur actualis, & non attentata ſurreptio, in ſacrilegio tamen quoad perſonas, in caſu dehoneſtatis, ſufficiunt actus proximi attentati. Do verba *Sancti Cypriani de Virgin ad Pomponium, relati 27. quæſt. 1. cap nec aliqua putet. Certè (inquit) ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & coniacentium duorum, turpis & fœda*

Sacrilegiū attentatum vt puniendū

& fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis conſiteatur? ſi ſuperueniens maritus ſponſam ſuam iacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortaſſis & gladium in manum ſumit? qui Christus Dominus, cum Virginem ſibi dicatam iacere cum altero cernit, quam indignatur, & iraſcitur? vt pateat quanta violatio, & irreuerentia prouenìat ex huiuſmodi proximis ad concubitum actibus lege ſcripta *cap. 2. quaſt. 6. reſponſione 2. vſque ad finem*. Soluitur etiam ex verbis S. Cypriani alia quæſtio, nimirum, ſi ad condemnandum quempiam de ſacrilegio, ſufficiant alia peccata in Virginem dicatam, vltra concubitum naturalem, &c.

Sacrilegium obſcœnum. Reſpondeo affirmatiue. *Ne aliqua* (inquit) *putet ſe poſſe hac excuſatione defendi, quod inſpici, & probari poſſet, an Virgo ſit. cum & manus obſtetricum, & oculi ſæpe fallantur. & ſi incorrupta inuenta fuerit Virgo ea parte, qua mulier poteſt eſſe, potuerit tamen ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt.* Et de hoc nulli dubiū eſſe poteſt, quod per auerſam venerem, ſacrilegium committi poſſit, quinimo fœdius, cum per hoc maior irrogetur iniuria. qua ratione conſtat committere ſacrilegium, qui ſe pollueret cum perſona Deo dicata. Nam ſacrilegus eſt, qui poſt votum caſtitatis, ſe polluit, ergo ſacrilegium maius eſt, cum duæ perſonæ Deo per votum ſolemne dicatæ, ſe polluant, quia duplex ſacrilegium committunt. omnis enim actus venereus, qui in perſonam vetitam committitur, ſpecie malitiæ diſtincta, ſpecificat peccatum, neceſſario in Confeſſione explicandum, vt ſi cum conſaguinea maritata, vxoratus, vel Religioſus, aut è contra religioſa peccat, mollitie, oſculis, tactibus, coitu &c. committunt peccatum adulterij, inceſtus, ſacrilegij &c. ex perſonæ circumſtantia, contra quam irreuerentia committitur ſaltem ex intentione, vt ex *Caiet. Filliuccio*, & alijs affirmat *Bonacc. quæſt. 4. puncto 16. num. 3.* de ijs, quę pertinent ad vſum matrimonij. Licet enim abuti vxore alterius in vaſe præpoſtero non ſit formale adulterium, quia non eſt in vaſe, viro debito, attamen cum agitur de perſona Deo conſecrata quilibet abuſus eſt ſacrilegium, quia tota perſona, & ſinguiæ ipſius partes caſtitati per votum ſunt addictæ. Vnde in quacunque parte corporis committatur actus, erit ſacrilegium punibile, ſecundum magis, & minus, pro

Sacrilegium ex pollutione.

actus

actus peccaminoſi qualitate.

Quæſtio Decima quomodo actus iſti contra caſtitatem prohibiti probentur, vt pœnis ordinarijs puniri poſſint.

Reſpondeo delicta carnalia ſunt difficilis probationis; quia clam committuntur, ideo vt plurimum præſumptionibus probantur *Gloſ. in l. quod ait verſ. in rebus ff. ad l. Iul. de adult. Barboſ. in l. 2. ſi ſimul. ff. eod. Ang. conſ. 44. à num. 15. volum. 1. conſil. matrim Couar. in Epit. lib. 4. Decret. par. 2. cap. 7. §. 6. in 1. tom. Philipp. Corne. conſ. 171. in 2. volum.* & nos diximus in noſtra *Praxi criminali titulo de Indicijs §. Indicia grauiſſima*. vbi exemplificauimus, cum Doctoribus ad marginem citatis *ſi quis nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur. fornicatio præſumitur cap. Præterea, quod eſt 27. de teſt. cap. literis 12. cap. tertio loco 13. de præſumpt. Bartol. in l. capite quinto ff. de præſumpt. num. 3.* voluit quod inuentus in Camera oſculans, & tangens mulierem, præſumatur ſufficienter conuictus de adulterio: & *l. 3. ff. de furt.* quod ſufficeret ſi inueniretur ſolus in cubiculo cum muliere pulchra. actus enim proximus in adulterio eſt reperiri aliquem in lecto nudum cum nuda, & in materia adulterij ex præſumptione legis iudicatur dicto *cap. literis dicto cap. tertio Petrus de Barbobus conſ. 96. in primo volum. Criminal.* & eſt communis opinio Doctorum, adulterium directe non probari, apud *Nicolaum Bellon. in repet. Rubricæ C. de eden. num. 63.* Verum tamen eſt hanc doctrinam limitari ad ſeparationem thori, non ad condemnationem, quia adulterium tum probatur, quando pudenda in pudendis, & obſcœna in obſcœnis fuerint poſita *Mar. Blanc. in tract. de indicijs homic. ex propoſito commiſſ. numer. 69. ad. leg. fin. ff. de quæſtion. Ioſeph. Fontanellus, conſ. 97. numer. 33. ſecundo volum. Crimin. Angel. de Malef. §. che hai adulterato la mia Donna pag. 75. à num. 41. Petrus Phi. conſ. 192. num. 11. volum. 4. conſ. & Roſel. inter conſil Baldi conſ. 445. lib.* 2. ait, quod ſi reperiatur iuuenis diſpectoratus, & caligis diſſolutis, etiam quod mulier teneret ianuam clauſam, & diceret, ibi non adeſſe, non propter hoc ſequitur, ergo adulterium commiſit, cum potuit eſſe, quod adulterare voluerit, non tamen adulterauerit, & ſic potius probatur conatus, non conſummatio delicti, quinimo *Grauetta conſ. 205. num. 21. ſecunda par conſil.*

Delicta carnis difficilis probationis præſumptionibus innitũtur.

Solus cum ſola, nudus cum nuda adulterij præſumptio.

Clara autẽ probatio quę.

fil.

ſil. l. abſentem ff. de pœn. s vbi Gloſ. & Bart. Gandinus in tract. de maleſic. tit. de præſumpt. & indic. Hyppolitus de Marſ. in repet. Rub. C. de probat' num. 257' affirmant, nemi-nem damnari poſſe ex violentis probationibus ad pœnam corporalem, bene quidem ad pecuniariam, quas opiniones refert *Clar. lib. 5. pract. Criminal. quæſt.* 20. *verſ. ſcias tamen*. qui multos citat pro hac re, ac etiam contra ſubſcribit, autem, quod *ex præſumptionibus deueniatur ad condemnationem, non quidem in pœnam mortis, & ordinariam delicti ſed pœnas etiam corporales, puta triremium, fuſtigationis, ictuum funis, & huiuſmodi*. excipit tamen aliquos caſus, Aſſaſſinij, Hæreſis, ſimoniæ, in quibus ex præſumptionibus poteſt quis ad mortem condemnari, non dubito, quod etiam valeat doctrina in *Sacrilegio cum Moniali & in uitio neſando*, quæ ſunt delicta enormiſſima, & Reipublicæ, ac naturæ contraria. Fallitur enim In monialibus Fides publica, ac diuina, dum traduntur Virgines in cuſtodiam, & tutelam diuinam, vt tanquã Chriſti Sponſæ, & corpore, & mente illibatæ conſeruentur. Vnde qui eas violat, tanquam Reipublicæ hoſtis, & diuinæ reputationis inimicus ſeueriſſimis pœnis corripiendus eſt. De vitio autem neſando res clara eſt. Poteſt applicari ad rem præſentem *l. ſi quis ei C. ad l. Iuliam. de adulterijs, & ſtupro*. Diſponit enim, quod habens aliquem ſuſpectum de ſua vxore ter illum in ſcriptis & coram tribus teſtibus monuerit, ſi poſtea illum domi ſuæ vxoris, vel adulteri, aut in propina inuenerit cum vxore conuenientem poterit occidere adulterum impune; ſi in *alijs locis*, conuocatis tribus Teſtibus poteſt tradere eũ Iudici, *qui nulla alia ratione quæſita, babeat puniendi licentiam*. vbi conceditur per præſumptiones ad pœnam mortis adulterum adducere. & eſſe communem opinionem ex *Boſſio* tradit idem *Clarus loc. cit. in fin.* itaque ſi frater ter monitus deſiſtere à conſortio ſuſpecto talis mulieris, vel alterius perſonæ religioſæ, ſi deinde inueniatur ſolus cum ſola, & adſint alia inhoneſtatis indicia, poterit ad pœnam ordinariam condemnari.

Præſumptiones damnãt extraordinarie.

Cui doctrinæ adherens dico, poſſe delinquentem ſiue in fornicatione, ſiue in adulterio, ſiue in maſcula venere reperiatur, condemnari ad pœnam ordinariam, nedum per euidentes probationes, confeſſionem &c. verum etiam per præſumptiones vehementes, ac delicto proximas, vt eſt reperiri

Præſumptiones vehemẽtes, & proximę ad pœnã ordinariam damnãt

cum

cum muliere ſolum cum ſola in cubiculo clauſo, præcinctum ad vltimum luxuriæ actum, illam oſculantem, tangentem in pudendis, in habitu, & aſpectu eorum, qui ſolent in venereis congreſſibus fatigari, vel fatigati reperiri, *Iſti* enim ſunt actus proximi in hiſce delictis vt ſupra allegauimus, & docte deducit *Ioſeph. Fontanell. cit. inter conſil. crimin. vol. 2. conſ. 97. n. 21. 22. & 23.* & his probatis poteſt Reus puniri, vel de effectu, vel de affectu, ac ſi eſſet delictum conſummatum, quia eſt actus ita proximus ipſi delicto, vt inter ipſum & delictum nihil mediet *Boer. deciſ. 316. num. 4 Cornel conſ. 211. Salicet. poſt Cyn. & Bald. in l. ſi is, qui cum telo. ff. de Sicar. & l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cleric. argum. l. proximus ff. de verb. ſignif. & declarat Capoll. conſ. 11. crim. num. 6.*

Quæſtio Vndecima quibus pœnis affici oporteat nefandi criminis Reum?

Reſpondeo Primo, optime *Rodriguez* doctus, æque, & modeſtus ſcriptor *quæſt. 29. art. 1. tom. 2* loquens de hoc crimine obſeruat quam caſte fuerint imperiales leges, quæ ſancientes contra nefandum ſcelus. *inſurgere leges, armari iura, gladio vltori, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, & qui futuri ſunt* Rei. quaſi erubeſcentes de hac turpiſſima materia loqui, ita obſcure loquuntur, vt vix intelligantur. Audiamus Iuſtinianum loquentem *C. ad l. Iul. de adult. l cum vir cum vir* (inquit) *nubit in fœminam, viris porrecturam, quid cupiatur, vbi ſexus perdit locum? vbi ſcelus eſt, quod non proficit ſcire? vbi venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec uidetur?* lex enim prout verba ſenſum non faciunt, quidquid dicat *gloſula marginalis* in verb. *porrecturam ex Contio, et Donato.* Vnde *Menoch. Iacob. Reuard. et Hieron. Paulus apud Scortiam Thecrem* 223. putant *legi debere Cum uir nubit, ut fœmina uiris paritura et Theodoſius Valentinianus et Arcrad. lib. 9. tit. 7. C. Theodoſ.* reſcribunt *Orontio Vrbis Vicario. omnes quibus flagitij uſus eſt uirile corpus muliebriter Conſtitutum, alieni ſexu damnare patientia (nil enim diſcretum habere uidetur cum fœminis) huiuſmodi ſcelus, ſpectante populo, flammæ uindices expiabunt* Propterea nefandum, & innominabile appelletur, & ſtatutum ordinis de re turpiſſima

Nefandi criminis pœnę.

Appellatur innominabile.

Sanctiſſimè loquens, ait *Si quis de innominabili crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ notatus, & conuictus fuerit, &c.* Sunt enim verba *cap. Clerici de exceſſibus Prælat. in Concil. Later. ſub Alex. 3. & cap. Vt Clericorum mores, de vita, & honeſtat. Cleric. in conc.* Similiter *Lateran. ſub Innocent. Tertio* de fœditate, & qualificationibus, & titulis huius peccati videndi ſunt *Anton. Auguſt. in Epit. iuris Canon. lib.* 37. *par.* 7. de concubitu cum hominibus, & brutis, vbi decreta Conciliorum, & Sanctorum Patrum in vnum congerit. *Pius Fuchius* relatus in Syntagmate *comm. opin. iuris tom. 2. lib. 9. titul 7. ad legem Iul. de adulterijs à num.* 153. vbi mira copiosè, & Chriſtianè *Ioan. Baptiſta Scortia in Selectas, Theoremat.* 223. *& Epitome* 103. *per tria Theoremata ſequentia in Conſtitut. Pij Quinti. Horrendum, & cum primum.* §. 11. *Rodriq. ſupra quæſtion.* 29. *per tres articulos. Viuius opin.* 725. 26. *Clar. verb. Sodomia. Diaz in praxi cap.* 89. vbi fuſius, & luculentius *Ignatius Lopez*, alijquè innumeri apud iſtos. Vt taceam moderniores *Bonaccin. de Sacramen. Matrimon. quæſt.* 4. *puncto* 11. *Dianam tom.* 3. *tractat.* 17 *reſolut.* 21. 61. 62. 63. 64. *& tom.* 4 *tractat.* 7. *reſolut.* 20.

Nefandum ſcelus morte mulctatur, per leges ciuiles.

Reſpondeo ſecundo, de iure Ciuili pęna huius criminis eſt mors dictis *l. l. Cum vir nubit*, & omnes, *& authentica, vt non luxurietur contra naturā. Inſtit. de public. iudic §. item lex Iulia*, quæ eſt veteris legis ſententia *Leuit.* 20 quarum rigorem ſeruat adhuc Eccleſia, nam *Pius V.* citatus degradari mandat pedicones, & brachio ſæculari tradi, quos omni Clericali officio, priuilegio, & beneficio priuat, & irregulares ipſo facto declarat. De iure autem Canonico eſt, eijci à Clero, vel in Monaſterio ad agendam pœnitentiam detrudi dicto *cap. Clerici*. Item ſuſpendi, & ſi celebrant, deponi perpetuò ab Ordine, & beneficijs, dicto *cap. vt Clericorum.* Item excommunicari, nec in fine dandam eſſe ei communionem, *in Conc. Eliberitano cap.* 71. Item perpetuo exilio deportari, ac proprij honoris gradu deijci, alienari ab omni Chriſtianorum caterua, & inſuper centenis verberibus correptos, ac turpiter decaluatos exilio mancipari perpetuò. Quod ſi quis auſus fuerit hos ad communionem recipere, & Chriſtianorum

Quomodo de iure canonico

norum ſocietati reddere, remaneat excommunicatus, ita ut nec in fine vitæ communionem recipiat. *Concil. Tolet. 16. cap. 3.* Item maſculorum, & animalium initores, & homicidæ, & venefici, & adulteri, & idolatræ, eadem condemnatione digni habentur *S. Baſilius ad Amphilochium cap. 7.* De iure autẽ noſtro municipali eſt, vt *Nudus omnino, cum ſolis fœmoralibus coram fratribus capitulariter congregatis manibus ligatis grauiter flagelletur, & Pſalm. Miſerere mei recitet, ac leuiuſculis flammis igneis hinc inde circumpoſitis, quodammodo comburatur & ad perpetuos Carceres irreuocabiliter condemnetur, vbi pane, & aqua, tribus ſaltem in hebdomada diebus ieiunet, & vitam ſuam in dolore, et amaritudine defleat.* Canonica animaduerſio, quia flagellatio ſumitur ex *Concil. Tolet. 16.* denudatio datur ad confuſionem, verberatio ad dolorem, manuum vincula ad reatum, flammæ ad diuinæ, & æternæ expiationis exemplum, *Gen. 18.* & ex *C. Theodoſiano*, ac quotidiana experientia, quæ flammis materialibus nefandas libidinis faces emendat. Carceratio perpetua detruſioni in monaſterium æquiparatur, quæ etiam mors ciuilis apud regulares, ac etiam iuris peritos, appellatur ieiunium carnem macerat, fletus pœnitentiæ conſciẽtiæ maculas lauat. Et quia præcipuum expiandæ nefariæ huius turpitudinis inſtrumentum eſt ignis, etiam ad huius ſceleris inquiſitionem, tormento ignis, vti Iudicem, ſtatuta decernunt, dicit enim ſtatutum *cap. 7. §. 5. num. 16. ſi crimen nefandum fuerit, ignis pœna torqueantur*: ad cuius declarationẽ praxis noſtra Criminalis *tit. Tortura §. ob deteſtationem fol. 32.* inquit *ob deteſtationẽ nefarij criminis Reus igne torquendus eſt, ad cuius conſpectum cogatur tenere pedes lardo inunctos, breuiſſimo tamẽ tempore, ne reddatur ad ambulandum inhabilis, idque extendi poterit ad duorum Miſerere ſpatium, interpoſita interdum, ne pedes vrantur, tabula lignea, quæ ignis ardorem attemperet.* Cum enim Regulares pœnam ſanguinis infligere non poſſint, ſacrorum canonum veſtigijs inſiſtentes, & veteris diſciplinæ Eccleſiaſticæ rigorem renouantes, extendunt in perpetuum, quod momento temporis gladius, vel vltrix flamma emendaſſet, hinc ſtatutum cod. *cap. 7. num. 68. qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem, ad perpetuos Carceres, aut ad triremes perpetuo condemnetur* & rationabiliter, quia pœnæ capitalis appellatione venit, etiam exilium perpetuum

Quid de iure municipali.

Exilium perpetuum eſt pœna capitalis, ſeu ti carcer perpetuus.

Ff 3 hinc

hinc in dubio, ſub pœnæ capitalis nomine venit exilium, non mors, vt multis declarat *Clarus lib.* 5. *§. fin. quaſt.* 67. *num.* 1. & citra mortem, ac decapitationem, furcas, ignem, nulla alia pœna grauior ſuccedit, quam pespetuus carcer, vel triremes, quæ deportationi, & condemnationi ad metalla correſpondet, vt carcere, de triremibus dicemus infra ſuo loco. præterquam quod mors ciuilis, & pœna perpetui carceris in iure equiparantur in *cap. qualiter, & quando* 2. *de accuſat. Panorm. in cap. tuæ diſcretionis de pœnis Iodocus Dambauderius in praxi rerum Crimin. tit. de Carcer. num.* 2. *cap.* 16. *et in Enchiridio parium verſ. mors ciuilis* quandoquidem carcer perpetuus equiparatur damnationi ad metalla, quę in iure morti naturali confertur *Bart. in l.* 2. *ff. de publ. indic. Bald. in l. Reos C. de accuſat. Imola in cap.* 1. *de colluſione deteg.*

Contra nefandos quid Pius V. diſpoſuerit.

Dices, Pius V. ſupracitatus diſponit in Conſtit. *Cum primum* §. 11. *Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, Curiæ ſæculari puniendus tradatur, etſi Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus, ſimili pœna ſubijciatur*, & in alia Conſtit. *Horrendum*, diſponit, *omnes, & quoſcumque Clericos ſeculares, & Regulares, cuiuſcumque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, præſentis Canonis authoritate priuamus. Ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in Laicos, in hoc exitio deuolutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum*: & citat *Concilium Lateranenſe*, quod *Leo X.* in Bulla *ſupernæ*, ſic explicat, §. 35. *ſi qui vero tam Laicus, quam Clericus de crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per ſacros Canones, aut ius ciuile reſpectiuè impoſitis, puniatur*. Quibus verbis præcipitur tali deuolutus crimine tradi Curiæ ſæculari occidendus, ergo non debet puniri pœna ſtatutaria in Religione.

Clerici nomine in odioſis Monachi non veniunt.

Reſpondeo, ſcribentes variè commentantur relatas Conſtitutiones. *Leo enim Decimus* non præcipit Eccleſiaſticos vltimo afficiendos ſupplicio, ſed pœnis canonicis, quia reſpectiuè applicat pœnas iuris Ciuilis ſæcularibus, pœnas verò iuris Canonici Eccleſiaſticis, quinimo nomine Clerici in odioſis non veniunt,

niunt,

niunt Monachi. *l. omnes. §. Præterea C. de Epiſc. & Cleric. Clem. 1. ne Clerici, vel Monachi, vbi Abbas. Tabiena in Summa verb. Clericus* 1. §. 3. *Sylu. eod. num.* 1. vbi citat *cap. quam periculoſum. de ſent. excomm. in 6. cap. fideiſeruorem. de Haret. in 6. cap. ſtatutum. de elect. in 6. Gloſ. in Clem. 1. de ſuppl. neg. Prælator.* & adducit rationem, quia in Regularibus eſt qualitas ſuper alios, quæ in Clericis ſimpliciter non reperitur, ſecus in materia fauorabili, quæ extenditur. Vnde nomine Eccleſiæ veniunt Monaſteria, & priuilegium conceſſum Clericis, extenditur ad Regulares, *Panborm. in cap. 1. de Inſt.* Sunt autem extenſæ pœnæ legales ad Clericos, & Regulares, per ſupradictas Conſtitutiones Pias: Quæ tamen pœnæ non incurruntur ante ſententiam declaratiuam delicti, nec in foro conſcientiæ. *Rodriq. in ſum. cap.* 209. *not* 4. *Vega tom.* 2. *ſum. cap.* 102. *Suar. tom.* 5. *diſt.* 31. *ſect.* 4. *num.* 22. *Azor. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *fin. & to.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *quaſt.* 5. *Graff lib.* 2. *deciſ. cap.* 90. *Henriquez lib.* 14. *cap.* 5. *Sanch. lib.* 7. *de matr. diſp.* 46. *num.* 18. & 20. *Quaranta Verb. Sodomia limit.* 5. quos citat & ſequitur *Scortia Theor.* 256 cui doctrinæ ſi opponatur Pius dicens *Præſentis canonis authoritate priuamus*, quæ de facto obligant in præſenti, vt multis probat ipſe *Scortia ibid.* dicendum eſt, talem pœnam poſt declarationem delicti retrotrahi ad diem commiſſi criminis, ex *Mandoſio addit. ad Lupum alleg.* 46. & Doctores in *cap. cum ſecundum leges. de haret. in* 6. *Henriq. lib.* 13. *cap.* 56. *Suarez ſupra num.* 22. Quia nemo tenetur ſe prodere, & deportare, & ſatis eſt ſi pœnas patiatur inflictas. Nec etiam qui eſt huius criminis reus occultus, eſt ſuſpenſus, vel irregularis, aut infamis in foro conſcientiæ, vt contra multos ſenſerunt *Suarez loc. cit. à num.* 17. *Azor. Rodriq. citati Nauar. cap.* 27. *num.* 248. *Theſaur. de pœn. verb. Sodomia* § *addunt multi*, vbi plures allegat, *Hier. Roder. reſol.* 48. *nu.* 22. vbi alij poſt *Rodriq. dicta quaſt.* 29. *art.* 2. Quidquid nonnulli in contrarium ſenſerunt. Vide à nobis dicta ſupra *de pœnis*.

Nec ſecundam Conſtitutionem Pij *Horrendum* comprahendere quoquo modo committentes hoc peccatum, ſed tantum exercentes, ideſt, conſuetudinariè, & quaſi per exercitium illud patrantes, ita ut non ſufficiat ſemel, aut bis peccaſſe, ſed pluries. Quod iudicio prudentis Iudicis relinquitur; licet enim in priori conſtitutione dixerit, *Si quis perpetrauerit*, quod veri-

Exercentes crimen nefandum puniuntur.

rificatur in vno tantum actu, attamen poſtea declarauit, dicendo *tamdiram nefas exercentes*, vt declararunt *Matthæus Contarellus Datarius Pij V. Gregorius XIII. Nau. dicto cap. 27. nu.* 249. 250. apud *Scortiam Tebor.* 264. fine, qui paulò ſupra multos citat pro hac ſententia. Equidem in re dubia, mitior interpretatio facienda eſt.

Actus ſodomiticos cõmittentes, vel cum fœminis id patrantes, puniri debeant &c.

Nec includere actus, tantum Sodomiticos exercentes, & ad plenum Sodomiam non committentes, ſed eos tantum, qui completè peccauerunt cum maſculo, non autem cum fœmina, quia licet illi ſint actus contra naturam, non tamen ſunt Sodomia, & cum agatur de pœna mortis, debent termini in re tam odioſa ſtrictè teneri. Ita *Rod. Supra in ſumma, & quaſt.* 29. *art.* 1. *fine*, & alii multi, quos citat *Scortia Tbeor.* 355. *Hieron. Roder. reſol.* 48. *num.* 22. *Lezana tom.* 1. *cap.* 5. *à num.* 11. Licet citans aliquos in opinione vacillet, cum in ſententiam contrariam inclinantibus: *Ignatius Lopez ſupra in fine additionis ad Diaz.*

Nefandos tradere brachio ſæculari religioſi nõ tenentur

Nec diſpoſitio Pij V. cogit Regulares ad tradendum huiuſmodi Reos brachio ſæculari, quaſi non poſſint intra clauſtra delinquentes pœnis ſtatutarijs punire. Hoc enim eſt falſum, quia tantum diſponit de puniendis ab ijs, qui poſſunt tradere brachio ſæculari, non de regularibus, quibus vetitum eſt, & ſi hoc facerent, irregularitatem incurrerent, vt affirmat *Henriquez lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 6. licet oppoſitum teneant *Petrus Cornao in* 3. *par. S. Thom. tract.* 5. *de irregularitate diſp* 11. *dub.* 1. & *Gaſpar Hurtado de irregularitate diſp.* 2. *diffic.* 11. *num.* 42. quos refert, & ſequitur *Diana tom.* 2. *tract.* 2. *de irregul. reſol.* 78. cuiuſmodi non incurrere affirmant multi Aduocatum, accuſatorẽ, & teſtes, qui ageret defendendo, vnde altera pars periret, vel querelam porrigendo, vel teſtimonium ferendo in cauſa ſanguinis proteſtatione tamen præmiſſa de non intendendo ſanguinem, vt ibidem diſputat ex multis *Diana reſolut.* 32. 33. 34. cõtrariũ tenet *Bonacc. de irregul. diſp.* 7. *quaſt.* 4. *pũcto* 2. ſi accuſet cum proteſtatione, & ad ſolam ſatisfactionẽ, non ad vindictam. Quibus ſi addas ritum Eccleſiæ tradendi Clericum Curiæ ſæculari, nimirum, vt circa illum faciat, quæ iura decernunt, addendo *Domini Iudices rogamus vos cum omni affectu, quo poſſumus, vt amore Dei, pietatis, & miſericordiæ intuitu, vt noſtri interuentu miſerrimo huic nullum mortis,* vel

Proteſtatio ni cauſa ſanguinis.

vel mutilationis periculum inferatis, vt tradit *Pollerius in praxi canonica* 3. *par. verb. & ſi confeſſi, aut conuicti, &c.* nimirum, *cap* 34. *num.* 17. multò magis euitabitur irregularitas, quia non traditur, vt occidatur. Verum, quia hęc potius videtur illuſio, quam cautela, cum ob vnicum ſolum, & pręcipuum finem tradatur Reus Curiæ ſæculari, vt ipſum occidat, vel muti et, alias nunquam tradendus, vt tradit *Ignat. Lopez in addit. ad cap.* 144. *practicæ. Diaz. verſ. niſi in crimine hæreſis.* vbi multis probat, non poſſe Iudices ſæculares non occidere eum, quem ſibi Inquiſitores traderent, quinimo poſſe compelli ad exequendam ſententiam per cenſuras, abſque eo quod illis conſtet iuſtitia ſententiæ quia ſæculares non poſſunt iudicare ſuper cauſa fidei, & ſic fit in practica, nam facta degradatione ſtatim ad furcam, vel ad flammas Reus deducitur, vel ad ſummum, quatuor, vel quinque dies reſeruantur in carcere ſæculari, & poſtea in illos ſententia executioni mandatur, ſecundum leges ciuiles, eò quod canones ad ſanguinem non condemnant, & Eccleſia vtitur ſæculari gladio, ad ſuæ ſententiæ executionem. Itaquè firmiſſimè traditur, vt moriatur, licet dicat *Abb. in cap. cum non ab homine infra citando num.* 9. *Nota vltimo, quod poſtquam Clericus ſuis demeritis exigentibus efficitur de foro ſæculari, pœna non eſt imponenda ad voluntatem Eccleſiæ, ſed prout videbitur Iudici ſæculari*, attamen contrarium reperitur in Bullis Apoſtolicis, ad quid igitur inanes preces interponere? poſſent igitur Regulares, ſine nota irregularitatis, Reos nefandos Curiæ ſæculari puniendos tradere, cum id clariſſimè in Conſtitutione Pia contineatur, & ex ſuperiori doctrina colligatur.

Verum enim vero ad iudicium regulare talis diſpoſitio non extenditur, quia Regulares habent ſuas leges, à Summis Pontificibus confirmatas, ſecundum quas ſuos Reos punire debent & inde egredi non poſſunt, vt rectè ſcripſit *Rodriq dicto tom.* 1. *quaſt.* 30. *art.* 28. dicens *Idem dicendum eſt de Monacho, propter aliquod graue delictum conuictum, & ad mortem condemnatum à Iudicibus ſæcularibus, authoritatem Apoſtolicam ad id habentibus, dixi à Iudicibus ſæcularibus, nam à Iudicibus regularibus ſuæ Religionis nunquam ad mortem condemnatur.* iuxta *cap. cum non ab homine. de iudicijs*, & citat *Nau. in cap. nullam.* 18. *quæſt.* 2. *Duarenum lib.* 2. *de ſacris Eccleſ. myſter.*

cap.

*cap.3.& Clar.quaſt.*70. Textus autem citatus vult, quod Clericus grauiter delinquens, primo deponendus eſt, poſtea ni reſiſpicat, excommunicandus, poſtea contumacia creſcente, anathematizandus, id eſt excommunicandus cum maiori ſolemnitate *Abb.num.23.poſtmodum verò ſi in profundum malorum veniens contempſerit cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum, per ſacularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur*, & certum eſt in iure poſteriores leges diſtingui, & declarari per priores, *Iaſon in l.quod te. col.11.ff.ſi certum petat*: & quantumuis vniuerſales, generaliter, & indiſtinctè loquentes, debent intelligi ſecundum priores, *l.filiusfamilias.ff.de action.& oblig.l.1.ff. ad Macedon. l.iuris gentium.§ ſi paciſcar.ff de pactis.* etiam ſi lex generaliter loquens debeat generaliter intelligi, *l. de pretio ff. de publican.* Leges autem veteres ſunt, vt Eccleſiaſtici regulares non condemnent ſuos delinquentes in pœnam degradationis, & traditionis brachio ſæculari, & conſequenter ad mortem, ſed eos corrigant ſecundum ſacros Canones, exilio, carcere, triremibus, &c. ergo nouiſſima Conſtitutio Pij V. intelligenda eſt, vt illos tantum Regulares comprehendat, quos puniri accidit, & condemnari per Iudices Eccleſiaſticos, qui poſſunt tradere Curię ſæculari, vt eſſet Summus Pontifex, eius legati, vel ab eo ſpecialem delegationem habentes.

Ordo coercptionis quo vtitur Eccleſia in clericis.

Leges poſteriores per priores declarantur.

Quæſtio duodecima. Qui modus ſeruari debeat in procedendo contra Religioſos ſuſpectos de fornicatione, adulterio, ſtupro puerorum, ſacrilegio, &c. & præcipuè quis poſſit eos accuſare?

Reſpondeo procedendum eſt iuxta *cap. qualiter,et quando 2. de accuſat.*ſcilicet per inquiſitionem, accuſationem, & denunciationem, ad cuius intelligentiam traditur talis doctrina apud *Clarum initio lib. 5. ſentent.* delicta diuidi in publica, & priuata. Publica ſunt, quorum accuſatio, vel perſecutio permiſſa eſt cuilibet de populo, qualia ſunt *Læſæ maieſtatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falſi teſtimonij, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, annonæ*. quę pro delictis publicis connumerantur *l. 1. ff. de pub. iud.* Item omne delictū, quod fit principaliter in offenſam Dei, vt *blaſphemia, deturbatio Eccleſiarum, imaginum hæreſis l. manichæoſ. C. de hæret.*

Delicta publica.

Item

Item omne delictũ in *offenſam Principis*, quia eſt Pater omnium. Priuata verò delicta ſunt, quorum accuſatio,ſeu perſecutio ſpectat ad partem læſam, *vt furtum, iniuria, arbores cadere*, vt apud *Gometium cap. 1. delictorum num. 1.* hęc autem de iure ciuili, nam de canonico, omnia ſunt publica *Gloſ. in cap. infames 6. qu. eſt.* 1. vnde nunc titulus de priuatis delictis non eſt in vſu, & ſecundum hoc poteſt Iudex procedere ex officio, per inquiſitionem. & hic modus procedendi apud Regulares ſeruandus eſt. nam ſi hic non admitteretur, delicta non punirentur, quia vix reperiretur, que accuſaret, vel qui offenſus fuiſſet, & cuius intereſſet. Poteſt igitur procedi aduerſus ſuſpectos de carnis illecebris per viſitationem, poteſt & per accuſationem, & denunciationem, etiam ſi accuſatoris non intereſſet, quia omnia delicta hæc publica ſunt, nam ſunt maxima Dei offenſa, & pernicioſiſſima Religionis ruina, ſæcularium quẽ ſcandalum. & cum accuſare ſit actus charitatis, vt ex Euangelio habemus, *ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, &c. dic Eccleſiæ Matth.* 18. cuius illa ratio redditur, nam Deus mandauit vnicuique de proximo ſuo, quẽ ſicut nos ipſos diligere tenemur, igitur tam grauiter delinquẽtem, cum charitatiua correctione emendare non poſſimus, re iquum eſt, vt Iudicis authoritatem experiamur, vt vi coactiua tradatur *Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat*; *1. cor.* 5. Igitur omnia delicta apud nos ſunt publica, & à quolibet poſſunt ad Superiorem adduci. & omninò ſeruari debet practica noſtra *Criminalis tit. Quam formam iuris &c. fol.* 15. cum ſequentibus titulis de accuſatione, denunciatione, Inquiſitione.

Priuata.

Omnia delicta apud religioſos sũt publica.

Placet exſcribere, quæ dicit *Diaz. cap. 88. pract. crimin. n.* 8. loquendo de adulteris. *Generaliter autem* (inquit) *conſideret Iudices Eccleſiaſtici, ne nimis diligenter de adulterijs occultis inquirant, propter periculum fœminarum, Virorum infamiam, & Clericorum fragilitatem. Sed vigilantes ſuper gregem ſuum, ſimilia potius præſeruare conentur, quam vſque ad unguem inuenire, & caſtigare ſatagent.* Non enim debent eſſe faciles ad credendum relatis, & ad præbendas aures accuſãtibus Regulares de tam fœdis delictis, quæ ſunt, veluti *cancri occulti, quos (ex Hippocratis ſententia) ſect. 6. Aphor.* 28. *melius eſt nõ curare, quia curati citò pereunt.* & accidit ſæpè, vt pernicioſior ſit

ſit medicina, quam morbus. infamatur ſiquidem Conuentus, & Religio, cum inquiſiti ſe defendere ſatagunt, & vt plurimum peccata, quia probationes eludunt, impunita remanent, perturbato nimirum cęno, non tamen purgato. Ponam hic dubiũ, quod mihi hæc ſcribenti quidam amicus propoſuit. An (inquit ille) puniendus eſſet Superior localis, quem interpellaret Subditus, vt comitatus Teſtibus ad quoddam cubiculum accederet, inuenturus in illo ſolum cum ſola noctis tempore Religioſum. ipſe autem retractaret inquiſitionem, cui reſpondi negatiue, quia Prælatus localis non tenetur ex iuſtitia, nec ex charitate ad talem inquiſitionem deſcendere, non primum, quia ad ipſum non ſpectat inquirere, ſicuti nec punire delinquentes vt in *praxi criminali fol.* 1. *&* 7. ſed ad Prouinciales non ſecundum, quia aliena impedire, vel emendare delicta non debet, niſi illa norit, inquit enim Euangelium *dicto cap.* 18. *Matt. ſi peccauerit in te.* id eſt te vidente, ſciente &c. 2. *quaſt.* 1. *ſi peccauerit.* Imo nec Prouincialis ad id teneretur. nam licet verũ ſit puniendum eſſe Iudicem, qui negligit bonum publicum, & qui non curat inquirere de delictis *l. ſi vacanti C. de bon. vacãt.* vt citat, & ſequitur *Poller. in prax. crim. cap.* 6. *num.* 22. *ex Prapoſ. & Bart.* vbi probat poſſe Iudicem ex officio inquirere de delictis priuatis ad pœnam, quia licet illorum accuſatio ſpectet ad eos, quorum intereſt, tamen quia taliam punitio confert vtilitati publicæ, poteſt Iudex ad id deſcendere, & cõgerit plures leges, quæ videri poſſunt *num.* 20. *& infra*, Præcipuè de Iure Canonico, in quo omne delictum eſt publicum, vt etiam dixerunt *Abb. in cap.* 1. *de colluſ. deteg. vbi Butr. & Hoſtienſ. in ſum.* §. *qualiter verſ. hoc ſecundum legiſtas Bald. in Rub. C. qui accuſ. poſſ. Rom. in ſingul.* 681. *Modern. in pract.* §. 6. *Io. de Anan in dicto cap.* 1. *de colluſ. deteg. Lucas de Pẽna in l. fin. C. de bon. vac.* Ac etiam peccare mortaliter Prouincialem, qui de delicto graui nollet inquirere, quia notabiliter ſuo muneri deeſt, pro quo facit doctrina communis fundata in ſac. ſcriptura. Iudex cõſtituitur *ad vindictã malefactorũ* 1. *Petr.* 2. & indignus eſt tali munere, *qui animo non valet iniquitatẽ irrumpere Eccl.* 7. Cum hoc tamen ſtat, quod non tenetur Iudex quoquo modo, & pręcipiti ductu in delicta inuehere, ſed ſecũdum regulas canonicas, & principia iuris naturalis, & diuini. Nam non poteſt Iudex procedere ex abrupto, nulla legiti-

An teneatur ſuperior ſecreto peccãtem inquirere.

Puniẽdus eſt iudex qui negligit inquirere delicta.

Digitized by Google

ma præſumptione apparente, eſſet enim malitia, & animoſitas *C. de accuſat. 2. quæſt. 8. vbi Præpoſit. l. 2. in fin. C. de Cuſtod. Reor. Foller. ſupra num.* 27. niſi præcedat infamia, vel clamoroſa inſinuatio, procedi non poteſt. *cap. qualiter, & quando. 2. de accuſat. cap. Deus Omnipotens. 2. quæſt. 1. l. Illuſtriſſimo. C. de offic. rector. Prou.* in hoc enim caſu non ſolum poteſt Iudex inquirere, ſed etiam debet, alias ius publicum indiſcuſſum relinqueret, maximè vbi ſcandalum, & periculum immineret, *cap cum oporteat, & cap. qualiter, &c. de accuſat.* In caſu autem propoſito, nec infamia, nec clamoroſa inſinuatio adſunt, nulla præcedunt indicia, ſed ſola deſerētis fides agnoſcitur, cui Iudex nullo modo credere tenetur. Tum quia ipſe non eſt denunciator, ſeu promotor fiſcalis, cui incumbit ex officio denunciare delicta, & cui debet adhiberi fides, ſaltem in leuibus, licet non in grauibus, *vt ait Bart. in l. Diuus, ff. de Cuſtod. Reor.* cum alijs allegatis per *Foller. ſupra num.* 29. Eo vel maximè cum tale odioſum munus nunquam ſit auditum in Religione Minorica. Tum quia poſſet denunciator referre falſum, vel non inueniri, quod ipſe ſibi viſus eſt videre, & ſic reputatio Iudicis vilipenderetur, & non debet ſe cōmittere tali dedecori. Tū deniq; quia Superior non debet opinionem alijs ingerere quod ſubditorum infamia delectetur, *cap. licet de accuſat. cap. in ſcripturis. diſt. 96.* & nulli dubium eſt quod ex tali delicto occulto reſultaret fratri, & Conuentui maxima infamia, nec ambigi debet, *omnibus viſu, & auditu notum eſſe, quod ſæpiſſimè ſuadente antiquo hoſte Sacerdotibus diuerſa crimina obijciantur* vt ſcribit *Leo Papa ad Carolum Regem cap. omnibus vobis. 2. quæſt. 4.* Quare concludo non teneri Superiorem accedere ad cubiculum ſui ſubditi, & videre, quid in illo reperiatur, ex eo ſolum præciſè, quod aliquis deportauerit adeſſe in eo aliam perſonam ſuſpectam, quinimo ſi id ageret, poſſet de imprudentia coargui. Multiſ quidē modi vltra hunc violētū & irregularē reperiuntur, quibus deueniri poſſit in cognitionē peccati, puta perſiſtendo circa cubiculum, & obſeruando exitū, &c.

Iudex ex abrupto procedere non poteſt.

Promotori fiſcali quando fides eſt adhibenda.

Quæſtio decimatertia. Quot anni tranſire debeant, & quæ contritionis ſigna apparere in carcerato ob innominabile, ad hoc vt poſſit Generalis illum à carcere liberare?

Reſpondeo, ſtatutum *cap. cit. num. 21.* inquit *Poterit tamen Miniſter Generalis poſt aliquot annos à præfato carcere eum liberare,*

berare, ſi tanta in eo viderit indicia contritionis. propter quæ illum tali diſpenſatione iudicet dignum. Duo igitur copulatiuè debent concurrere, vt Generalis ipſum aggratiare poſſit, nimirum *tempus*, & *emendatio*, quibus non ſeruatis, nullo modo in hac parte diſpenſare poterit, exiſtentē Statuto Capituli Romani *ann.1639. Declarat Capitulum Generale omnem, & quamlibet poteſtatem, quæ in Miniſtro Generali reperitur ad diſpenſandum in ſtatutis generalibus totam ipſi prouenire à Generali Capitulo. vnde quoties ab eodem Capitulo Generali, decreto irritante prohibetur, ne in aliquo ſtatuto concedatur abſolutè diſpenſatio, vel nonniſi ſub certis conditionibus ibidem expreſſis; ſi Generalis Miniſter, aut abſolutè diſpenſet, aut conditiones ad diſpenſandum requiſitas non obſeruet, eiuſmodi diſpenſatio ipſo facto irrita euadit.* Quod relatum fuit in nuper tima ſtatuta, quæ commentamur *cap.8.§.14.num.11.*

Generalis quando diſpenſare nō poſſit.

Porrò tempus ſaltem duos annos Carcerationis Superare debet, cum enim dicat *poſt aliquot annos*, & pluralitas duorum numero eſt contenta, *cap.pluralis.de reg. iur. in 6.* ſequitur vt non verificetur niſi duo ſaltem anni tranſierint, nec valet de anno incæpto, qui habetur pro completo, nam additur *poſt*, quæ particula complementum antecedentis ſignificat *text. in cap.Cappellanus. de ferijs*, vt notat *Gemin. conſ.121.num.4. Tuſc.pract.concluſ.tom.2.lit.D.concluſ.336.num 1.* licet poſſit denotare modicum ſpatium, vel *ſtatim*, & *confeſtim* poſt tempus, quod ſubſequitur ad differentiam dictionis *poſtea*, quæ longius interuallum, vt plurimum denotat, tamen accipienda eſt iuxta ſubiectam materiam, & ſenſus eſt, tranſactis aliquibus ſaltem duobus annis, & omninò completiuè accipienda eſt particula *Cened.ſingul.25.num.53.& eſt text.in l ſi ita fuerit libertas 41.ff de manumiſſ teſtam.* vbi *Gloſ.in verſ fari poſſit; & in l.Item illam 217.de verb ſignif* Hoc autem dictum ſit ad declarationem illorum verborum poſt aliquot annos, attamen ex ſequentibus plures duobus anni tranſire debent, quia duo anni non ſufficiunt ad conijciendum *ſi tanta vide, it in eo ſigna contritionis, &c.* quia in tam breui tempore relato ad perpetuum carcerem talia indicia prudenter oriri non poſſunt, cum faciliter poſſit carceratus illa fingere per breue tempus, maximè ſi ſciens ſtatutum, & animos fratrum ad miſerorum calamitates propenſos, nitatur contritus comparere, vt liberari poſ-

Pluralis numerus in duobus ſeruatur.

Poſt quid importet.

poſſit. Colligo diuturnitatem temporis ex Canonibus pœnitentialibus, qui etſi in foro conſcientiæ non ſeruantur, quia pœnitentiæ impoſitio in foro interiori remittitur Confeſſarijs, in foro tamen exteriori obſeruari conuenit *cap. nulli diſp.* 38, porrò Clerico, qui contra naturam peccauit, perpetua pœnitentia imponitur *cap. Clerici, de exceſſib. Prælat.* Perpetua autem hæc pœnitentia colligitur ex pœnitentia decem annorum, quæ imponitur Præsbytero fornicario, *cap. Præsbyter ſi fornicationem. diſt.* 82. eſt autem talis, quod tribus primis menſibus incluſus in aliquo loco ſacco indutus, humiquè proſtratus, in pane, & aqua ieiunet, exceptis Dominicis, & feſtis. Poſtea in alio loco recluſus annum cum dimidio ieiunet, ut ſupra, in pane, & aqua, poſtmodum vſque ad completionem ſeptimi anni ter in hebdomada in pane ſimiliter; & aqua ieiunet, quo completo poteſt eum Epiſcopus reintegrare, ita tamen, vt ſine vlla redemptione tribus ſequentibus annis ſexta feria in pane,&aqua ieiunet. Addit tamen *Concilium Gangrenſe*, vel *Hibernenſe*, ex quo ſumptum eſt illud Capitulum: *Expleto ſeptimo anni circulo, ſi ſui confratres, apud quos pœnituit, eius condignā pœnitentiam collaudauerint, Epiſcopus in priſtinum honorem reuocare poterit*. & in fine: *Neque hoc cuilibet videatur oneroſum, ſi Sacerdos poſt lapſum dignè, vt ſupradictum eſt, pænitens, ad priſtinos redeat honores*. Quaſi dicat nullus miretur, quod de tam graui ſcelere reuelctur lapſus, quia ſuffragata ſunt illi digna pœnitentiæ merita, vt ſciamus relaxationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſcandalo eſſe poſſe Eccleſiæ, & Religioni, etiam poſt pœnitentiam; Dico igitur anni, qui tranſire debent, vt generalis dignè è carcere liberet nefandum, accedere debēt ad ſeptem & contritionis ſigna & iudicari ex teſtimonio fratrum, qui illum pœnitentias agere cognouerunt. Cum enim quęlibet ſexta feria in publico Refectorio in pane, & aqua genuflexus ieiunare debeat, & flagella diſciplinæ ſibi infligere, conſtabit fratribus pœnitentis affectus, nec video quomodo aliter Generalis talis contritionis indicia ſcire poterit, niſi fratres probos, qui ſecum conuixerunt interroget, & hoc iudico neceſſarium ex natura rei. De lapſu autem temporis, & annorum etiamſi ſupradictam doctrinam tenendam cenſeo, attamen arbitrio ipſius Generalis puto remittendum, qui conſideratis circūſtantiis moralibus decernere poterit vltra biennium,

Canones pœnitentiales in foro exteriori ſeruentur.

Pœnitentia quæ imponitur Præsbytero fornicario.

nium,

nium, aut triennium, &c. Pro quo exſcribo ex *Legouienſibus cap.6.§.12.de correctione delinquentium*. Statutum Vltramontanæ familiæ, *ſi verò iterum eodem vitio nefando fuerit conuictus, habitu in perpetuum expoliato, ad triremes ad decennium condemnetur. Tamen ſi nefandi criminis patrator repertus fuerit actum nefandum bis, aut ter commiſiſſe, quando pro modo accuſatur, vt incorrigibilis puniatur*. In quo puto errorem impreſſionis irrepſiſſe, quia cum ſupra non ſit actum de hoc vitio, non debuit dicere, *ſi verò iterum eodem vitio nefando*. Item non conſtare, quomodo debeat expoliari habitu in perpetuum, & condemnari ad ſolos decem annos ad Triremes; Nam hoc decennio finito, poſſet regredi ad Religionem, eo vel maximè cum perpetua habitus priuatio tradatur his, qui bis, aut ter peccaſſent, quia præcipitur condemnari, vt incorrigibiles. Puto igitur dicendum, condemnandum eſſe ad triremes, ſi prima vice conuictus fuerit, ſi autem bis, aut ter, expellendum, vt incorrigibilem, & ſic conſonat noſtro, dicenti *Si tamen de eodem ſcelere conuictus fuerit, ad triremes perpetuò, & omninò mittatur*. In quo nulla remanet Generali facultas aggratiandi.

Quod autem poſtea, qui liberatus eſſet è carcere, remaneat priuatus actibus legitimis, irregularis, & infamis, patet ex ſupradictis, quia eſt delictum enormiſſimum, & inducens infamiam, & conſequenter irregularitatem.

CA-

CAPITVLVM IX.

De Pœnis Apoſtatarum.

MVlta diximus de hac materia in comment. *cap. 2. à ſtatu-to 61. ad 67.* nimirum quotuplex ſit Apoſtaſia, de excommunicatione, quam Apoſtatæ contrahunt. Quomodo ſint denunciandi excommunicati. De varijs Apoſtaſiæ gradibus, & pœnis, de ſcrutandis licentijs fratrum ambulantium. Quanta facultas collata ſit Superioribus in Capitulis, & carcerandis Apoſtatis. De Apoſtatis inquirendis, capiendiſquè, De Apoſtatarum, poſtquam redierint inhabilitate, ad officia ordinis. Quæ omnia hic repetenda non ſunt. De Apoſtatis remiſſiuè

Quæſtio prima. Dicente Statuto cap. 2. §. 10. num. 4. *Quando aliquis ſine ſui Superioris licentia tacita, vel expreſſa, è Conuentu egreſſus, per diem naturalem tantum moratus fuerit, is in leuem Apoſtaſiam incidit.* Quæro quid ſit licentia tacita. Et quid minus quam per diem naturalem moretur extra Conuentum?

Reſpondeo primo, tacitum, & expreſſum in iure æquiparantur, *Bart. in l. de quibus num. 4. ff. de legib.* & nos in Comment. *cap. 2 ſtat. 14. fol. 112. & cap. 7. ſtat. 5. fol. 535.* tacitè autem cõſentire eſt, dum quis præſens adeſt, & rogatus à Subdito, vt ſibi licentiam concedat, tacet, tunc cenſetur concedere tacitam licentiam, multi enim contractus fiunt ſine verbis, ſed nutibus, vel alijs actibus, *l. ſi pater naturalis. ff. de adopt. l. item quia. ff. de pactis*, & habentur, ac ſi expreſſis verbis celebrarentur *l. qui petitur ff. mandati. Felin. in cap. omne. de præſumpt. Tiraquell de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 113. & infra*, Cenſetur etiam conceſſa licentia, ſi rogatus Prælatus non negat *cap. nonne. de præſumpt.* ſic Chriſtus Io. 8. conceſſit ſe eſſe Samaritanum, dum negauit ſe dæmonium habere, vnde *vnum negauit, aliud tacendo conſentit*, inquit Greg. ex quo principio deducunt *Angelus in l generaliter. in ſin. C. de ſecundis nupt. Hyppolyt. in praxi §. diligenter. verſ. quæro etiam de notabili dubio, Ludouicus Carrer. in praxi Rub. de indicijs. num. 28.* quod qui ab alio, non irato animo, neque per iniuriam repræhenditur de delicto, & tacet, videtur concedere, & facit indicium ad tortu- Tacitum, & expreſſum æquiparantur.

Gg ram

ram. Item ſi petita licentia, & non negante illam Superiore, fratres è Conuentu egrederentur, vidente, & nihil dicente Prælato, tunc eſſet licentia tacita, quia tunc conſentit facto, quod idem eſt ac conſentire verbo, *Præpoſitus in cap ad noſtram de coniugat. ſeruor.* & notat *Gloſ. in cap dilecti. de appell.* hinc va et matrimonium, ſi mulier, aut vir facto conſentit, *Gloſ in dicto cap. ad noſtram, & in l. indebitum. C. de condit. indebiti Gloſ. in l. recuſari. ff de acquir. hæred.* dicitur, *Nihil intereſſe, an verbis, an rebus, vel facto quid fiat*: Nam vt ſcribit *Imola in l. ſi tamen* §. *ei, qui ff. de ædilit. edict. malus eſt facere, quam dicere*. Non ſufficit tamen pro tacita licentia exeundi è Conuentu, credere quod Prelatus illam concederet, niſi accideret caſus, in quo vtendum eſſet Epicheia, puta ſi infirmus moreretur ſine confeſſione, ſi incendium vicinę domus vrgeret., &c. Si Princeps, vel Cardinalis veniens in Conuentum vellet, vt aliquis frater illum comitaretur, ſecum confabulaturus, &c. & Guardianus, non adeſſet, tunc tenendum eſt, quod ſi adeſſet Guardianus ſine dubio licentiam exeundi è Conuentu concederet. His caſibus exceptis non iuuaret ſubditum, exire è Conuentu, putans, Guardianum conſenſurum, quia dum adeſt ſtatutum, etiam Apoſtolicum *Clem.* 8, quod ſingulis vicibus hæc licentia petatur, & conſuetudo eſt, quod Prælati non indulgent, nec indulgere poſſunt Generales egrediendi facultates, non poſſumus, nec debemus præſumere tacitam licentiam. *Nauarr. Commen. 2. de regul. numer. 20. Mendoza quæſt* 8. *poſt ſeptimam Concluſionem*, quos citat, & ſequitur, *Lezana tom. 1. cap. 6. num. 56.* Putat autem *Peirinus tom. 1. capit.* 2 §. 3. (loquitur de Religioſo diſtrahente bona) &c. ſufficere licentiam tacitam, ſeu præſumptam, ſiue interpretatiuam, ideſt quæ non habetur quidem expreſsè, preſumitur tamen, quod ſi peteretur concederetur, & quod non impedit ſi ſubditus intelligat, quod Prælatus ægrè quidem ferret, ſibi talem licentiam poſtulari, ſciat tamen illam conceſſurum, ſi peteretur, quia poſſet eſſe, quod Superior ægrè ferret, non quia ſibi diſpliceat talem fratrem egredi è Conuentu, ſed ob alias conſiderationes, puta quia alij ab exemplo mouerentur, vel murmurarent, &c & hæc licentia præſumpta ſufficit ad excuſandum operantem à peccato,

Subditus an è Conuentu egredi poſſit cum licentia tacita

cato, vt multi, quos citat, affirmant. Verùm puto doctrinam non valere in caſu, quo certum eſt, Superiorem velle, vt omnes licentiam egrediendi, expreſsè petant, tunc enim eſt temeraria præſumptio, etiam ſi Subditi ſciant, Superiorem conceſſurum licentiam, ſi petatur. Repugnant enim (vt dixi) ſtatuta Ordinis, & *Clementis* 8. ac conſuetudo, quę eſt optima legum interpres, quæ ſi alicubi adeſſet ſecundum illam iudicandum foret.

Reſpondeo ſecundo, ſi egreſſus ſine licentia, moretur per minus temporis, quam diei naturalis, qui eſt 24. horarum, nimirum per diem artificialem, adhuc erit Apoſtata, ſed leuiori pœna plectendus. Do ſtatutum *num.* 7. *Qui ſine licentia egrediens eadem die* (puta artificiali) *ad Conuentum reuertitur, leuiſſimum apoſtaſiæ genus committit*. Si autem ſciſciteris, ſi redeat in meridie: ſi reuertatur ante complementum 24. horarum. v. g. poſt 20. horas, ſi poſt 26. immediatè. Si iſti dies incluſiuè teneri debeant, & completiuè, &c. an creſcere, vel minui debeant pœnę apoſtatantis? Dico, leges non reſpicere iſtas minutias, attamen iuridicè dies naturalis, & artificialis, niſi aliter declaretur, completè ſumi debent, *l. inſulam intra biennium ff. de verb. oblig.* 3. vbi dicitur, *Si quis ſpondet ædificare inſulam intra biennium, ante finem biennij ſtipulatio non committitur*. etiam ſi tam paruum tempus ſuperſit, vt inſula ędificari in illo non poſſit, idem *l. quidquid adſtringendæ obligationis ff. eod.* 2. Non enim dicitur in mora, niſi qui elapſo termino promiſſum non adimplet, *Barboſ. Axiom.* 71. *num.* 1. vbi multis etiam allegatis probat diem termini non computari in termino, ſiue terminus ſit præfixus à lege, ſiue per ſtatutum *num.* 5. itaquè dicente ſtatuto, *per diem naturalem, vel eadem die reuerſus non fuerit* dies tenendi ſunt vſque ad vltimum inſtans iuncta ſignificatione dictionis, *Per*, quę denotat continuationem, & conſummationem, ſeu perfectionem totius temporis, cui adijcitur, vt idem multis comprobat *Dict.* 250 *num.* 2. 3. 4. vbi adducit exemplum *Card. Tuſci*, quod deponentes, aliquem poſſediſſe per annum, intelligendi ſunt per annum completum, & finitum. Quare non incurrit pœnas apoſtatarum, qui fuerit reuerſus, intra diem naturalem, vel artificialem. Dum autem inſtatur, leuiſſimum apoſtaſię genus eſt, ſi non reuertatur eodem die (quod declaraui de die artificiali) nam licet verum ſit,

Apoſtaſię leuiſſimum genus

Dies termini non computatur in termino.

Per quid ſignificet.

Dies pro naturali ſumitur.

diei appellatione, vbi nulla fiat ſpecificatio, venire diem naturalem, *l. eum qui certarum. ff. de verb. oblig at. Iaſon l: more Romano. ff. de ferijs, Gomez in regul. de reſignationibus quæſt.* 36. attamen ſatis clarè conſtat ſumendum eſſe pro artificiali, quia in leui apoſtaſia diſtinctum eſt, *per diem naturalem*, ergo vbi diminuitur culpa, & pœna, debet ſumi pro artificiali) demus caſum, quod ſimus in æquinoctio, & reuertatur ad duas horas noctis, vel duabus, aut 4. horis per naturalem. An ille aggrauandus ſit de apoſtaſia leui, & iſte conſtituendus ſit intra Sphæram grauis apoſtaſię. Reſpondeo minimè, quia leuis materia eſt iſta, & ad conſtituendum Reum in grauiori lapſu temporis, debet ſaltem tranſiſſe maius temporis ſpacium, tunc enim ſi vigeſima hora rediret cenſeretur reuerſus in die naturali, & ſi rediret propè triduum, poſſet puniri pœna ſimili grauioris Apoſtaſiæ.

Sed inſtabis, in citatis ſtatutis *num.* 10. dicitur *Morans triduo extra Conuentum in grauem incidat apoſtaſiam*, & ex Superiori doctrina tres dies debent eſſe completi, & accipi pro diebus naturalibus, ergo nulla eſt proportio à die vno, & paucis horis ad triduum.

Tridui ſignificatio

Reſpondeo, in iure ſumitur *Triduò* pro intra triduum, & vulgus dicit antequam ſint tres dies, cuiuſmodi diſcurritur de triduo mortis Chriſti *Io. Caluin. in lexico*. Attamen accipio *triduum* pro tribus diebus naturalibus, quia in pœnalibus debent odia reſtringi, & Reum grauis apoſtaſiæ iudico, qui per tres dies completos extra Conuentum moratus fuerit ſine obedientia, reliqui autem exceſſus, vel aggrauandi ſunt arbitrariè à Prælato, vel remittendi ad inferiorem ſummam, vt potius ad pietatem, quam ad rigorem inclinetur.

Quæſtio ſecunda. In multis ſtatutis declaretur Apoſtata, qui ſine obedientia extra Conuentum iuerit, *etiam prætextu ad Superiores accedendi, etiam ſi rectà coram Superiore ſe ſiſtit*, vt *num.* 5. *etiamſi ad Superiorem acceſſum prætendens*, vt *num.* 10. videtur enim hoc contra rectam rationem, & impeditiuum defenſionis naturalis, quia confugere ad ſuperiorem rectà, non eſt fugere, nec apoſtatam eſſe, vt adnotaui in *Comment. Statut. loco cit. cap. 2. fol.* 233. *&* 241. *fine.*

Confugere ad Superiorem non eſt fugere.

Reſpondeo, ſtatuta recurſum, & cõfugiũ ad ſuperiorẽ nõ abſolutè

ſolutè condemnant, ſed friuolum, & ſub prętextu, ob cauſas ſcilicet leues, quia ob graues, vltro concedo argumentum in oppoſitum, cum *à S. Fauſto de voto obedientiæ quæſt. 271.* vbi *Aragoniam citat.* & *Nauar. Rodriq. Sayrum, &c.* adhibitis debitis conditionibus, vt in *§. de recurſu.*

Sed quæ ſint cauſæ, ob quas poſſet Religioſus ad ſuum Prælatum confugere abſquè Apoſtaſiæ nota.

Reſpondeo primo, quando iniuſtè detineretur carceratus, vel iniuſtè carcerari timeret. *S. Thom. 2.2. quæſt 69. art. 4 ad 2. Caiet. & Bañes ibidem. Sotus lib. 5. de Iuſt. quæſt 6. artic. 4.* Quia poteſt ſuam redimere vexationem, & vti iure ſuo, maximè ſi pœna mortis, vel mutilationis ei immineret. *Vaſquez 1.2. quæſt. 96. artic. 5 diſput. 174. cap. 2. num. 10. Leſſ lib. 2. cap. 3. dub. 5. Lopez p par. Inſtruct. cap 66. Aragonia in dictam quæſt. 69. art. 4 vbi etiam Salonius.*

Cauſæ legitimi recurſus.

Secundo, non ſolum ob carcerationem, ſed ob quodlibet notabile grauamen, quod ſibi intentari cerneret, vt excommunicari, ſententiari, vel pœnis inauditum opprimi. Item ſi animaduerteret, ordinarium, vel delegatum ſuum eſſe inimicum, & contra ipſum formare proceſſum non ſeruato iuris ordine, ex quo poſſet irreparabili ſententia condemnari. Item ſi appellaret à ſententia lata in re graui, & Prælatus ſuam appellationem non admitteret, vel ei ſe defendendi commoditatem non daret, negando Procuratorem, vel Aduocatum, non examinando Teſtes, quos proferret ad ſui defenſam Item ſi in ſubditum tormenta intentaret contra formam iuris, & alia his ſimilia, quæ deducuntur ex quadam communi doctrina, tradita per *Rodriq. tom. 1. quæſt. 30. art. 3.* per eius compilatorem *reſolut. 11 num. 3. 18. 20. 27,* apud quem multi alij *Lezanam verb. Apoſtata num. 6. Bartholomæum à Sancto Fauſto de obedient quæſt. 269.* nimirum *Non eſſe Apoſtatam, qui ſupra modum grauatus ad Superiorem ſine licentia confugit.* de quo nos in *Comment. Stat. cap. 3. ſtat. 22. fol. 353.* & quæ recenſuimus grauamina ſunt notabilia, à quibus Subditus releuari non poteſt, niſi ad Superiorem fugiat, quod gerit vicem Appellationis *cap. dilecti filij 2. de appell.* habetque fundamentum in iure naturali, quo ſibi quilibet proſpicere poteſt, iniuſtè grauatus. dico, iniuſtè, quia ſi iuſtè detineretur, torqueretur, puniretur, fugere non poſſet, ſine nota apoſtaſiæ, & peccati mortalis. Ratio

Fuga iuſta habet vicé appellationis.

 tio

tio enim exigit, vt qui deliquit, puniatur.

Quæſtio tertia. Dicitur in Statutis loco citato *num. 6. Qui cum licentia exiens extra Conuentum, in aliquo loco, etiam ſi Ordinis noſtri fuerit, ſine licentia, aut neceſſitate pernoctauerit leuiorem contrahit apoſtaſiam*, & *num. 16. Qui ſine neceſſitate alid, vel alia via vadit, quam ſibi per facultatem liceat. Quiquè tempus in facultate præſcriptum excedit: Quiuè ſine ſocio de loco ad locum proficiſcitur, in apoſtaſiam, &c.* Nunc dubitatur, quænam pernoctatio apoſtaſiam faciat, & quæ neceſſitas excuſet. Item quiſnam exceſſus temporis Reum apoſtaſiæ reddat. Quæ item aberratio à via, & ſolitarius inceſſus. Videntur enim omnia hæc leuiſſima peccata, ob quam ambigitur, an incurri poſſit excommunicatio, quæ apoſtaſiam conſequitur, quæquè non contrahitur, niſi per mortalem culpam, vt eſt in omnium ore, & ſcriptis.

Pernoctare, eſt totam noctem alicubi manere, & quæ cauſę pernoctationem iuſtificent.

Reſpondeo, vbi non ſit peccatum mortale, nulla poterit eſſe apoſtaſia, quam dari venialem, diximus in Comment, *Statut.cap.2.Stat.58 ſine fol.241.* quæ autem in quæſtione recenſitæ ſunt, venia'es eſſe non poſſunt, nec debent, cum inter apoſtaſias plectibiles, & abſoluibiles recenſeantur. Supponunt igitur mortalem culpam. Pernoctare eſt totam noctem in aliquo loco perſiſtere. *Per* enim *totam noctem* ſignificat, ait, *Pomponius in l Vrbana.166.§.1 ff.de verb.ſignific.* apud *Spiegellium*. Itaquè eſt manere totam noctem contra obedientiã, & ſicuti qui manet extra Conuentum ſine licentia per vnum diem artificialem declaratur incidiſſe in Apoſtaſiam leuiſſimam, ita qui totam noctem permanſerit, nec irrationabile eſt ſtatutum, quia ſupponit deeſſe licentiam, & neceſſitatem. Licentia poterit eſſe tacita, & præſumpta, ac interpretati ua & neceſſitas, non extrema, vt quia laſſus, claudusuè erat, aut pluebat, aut itinera erãt ignota, latronibus obſita, tẽpus nubilũ &c. Hæ enim sũt neceſſitates ſatis notoriæ, ſed ſufficit moralis, vt fratrem aliquem in confeſſione audiret, vt Prelato roganti, vt remaneret, aſſentit, ne inhumanus videretur, vt alicui Charitatis officio adeſſet, infirmitatis, feſtiuitatis, &c. omnis ſiquidem neceſſitas ſufficit, quę ſit rationabilis ad hanc pernoctationem, vt docet *Sayrus par.2.deciſ.lib.3.cap 17. num. 14.* de Canonico, qui tempore officij è choro egrederetur, ex *cap. ex parte 2.de offic.deleg.* & nomine neceſſitatis quodlibet iuſtum impe-

impedimentum intelligitur, *cap hi qui de conſec. diſtin.* 2. *& c. Epiſcopus diſt.* 18. & in iure æquiparantur neſſicetas, & vtilitas *Abb in cap. vt ſuper num.* 15. *de reb. Eccleſ non alienandis, & in Clem.* 1. *eod. & in cap. in cauſis de re iudic.* & in aliis multis, quæ allegat *Corſetus in Repertorio ad Abb verb. neceſſitas.* Hęc autem omnia prudentis Iudicis arbitrio remittuntur, qui debet iudicare neceſſitatem, non voluntatem, & leuem remanſionem. Diuertere aliò, vel alia via, intelligitur de vagatione notabili, quæ malitiam, leuitatem, vel contemptum arguat, nō quæ commoditati conſulat. Vnde ſi quis ex Lucenſi agro ad Inſulam Corſicæ nauigaturus eſſet, poſſet venire Romam, & non adire Liburnum, occaſione nauis inueniendę, quia licet propinquior ſit tranſitus à Liburno ad Corſicam, tamen commodior paratur nauigatio ab Vrbe, vbi amicos, & conſanguineos reperiet, qui ſibi naulum ſoluant, & cibos parent, & moraliter cenſetur Superior velle commoditatem Subditi, niſi aliud declaret. Quantum autem itineris faciat diuerſionem notabilem inducentem apoſtaſiam, prudentum iudicio relinquitur, qui conſiderare debent, non diuerſionem abſolutè, ſed relatam itineri. Quia ſi in itinere 20. milliariorum diuertat duo vel tria, parum reputatur. Si in itinere 100. milliariorum diuertat decem, vel 15. parum item reputabitur, at ſi in 20. diuertat decem, vel in 10. diuertat tria, vel quatuor, reputabitur digreſſio notabilis, & niſi cauſa ſubſit, præſumetur facta ad malum finem, & in ſpretum ſtatuti. Socius deniquè aſſignatur de conſuetudine, & honeſtate, & ob alios fines, quos in noſtris Commentarijs ad ſtatuta *cap.* 2. *Stat.* 31. *per totum*, & niſi adſit rationabilis cauſa, puta vigentia negotij, charitatis fraternæ iactura, proximi magna vtilitas, &c. ſine difficultate in noſtra Religione apoſtata iudicabitur, qui ſine ſocio è Conuentu diſceſſerit, vel qui ſocium in itinere ſine legitima cauſa reliquerit, legitimam cauſam iudico, ſi infirmetur, vel inuoluntariè impeditus reperiatur, vt ſi tranſacto flumine, ſocius alter tranſmeare non poſſit, & longiorem ineat viam. Quid autem dicendum ſit, ſi inter ſocios oriatur iurgium, vel ſententiæ diſparitas de itinere, aut diſceſſu, volente vno vnam viam inire, altero alteram eligente, aut nolente vno tunc temporis diſcedere, altero autem volente. Ex quibus ſeparentur, & ſolitarij per tempus notabile ambulent, vel ad Conuentum

Neceſſitas eſt quodlibet iuſtum impedimentum, imò, & vtilitas.

Quæ diuerſio itineris apoſtatam faciat.

Sine ſocio ambulare, quando apoſtatā faciat.

perueniant. Reſpondeo, minor ſocius ſemper erit in culpa, quia ſequi debet maiorem, & ad ipſius dictamen ſiſtere, & progredi, quia eſt illius veluti Superior, ſicuti ſemper pro Superiore habuit Socium S. P. N. Franciſcus, nec poteſt aliter dirigi peregrinatio fratrum, ſi inter ipſos non eſſet aliqua ſubordinatio præeminentiæ, & antelationis, vt de facto practicatur. Itaque debet minor ſequi dictamen maioris, ſi rationabiliter procedat. In dubio autem, quis eorum eſſet in culpa, in caſu diſcordiæ, contraria affirmantibus, aut negantibus ſocijs, regula certa aſſignari non poteſt, ſi non adeſſent probationes pro veritate. Si autem hinc inde diuiſi ſocij, ſolitarij accederent, tunc eſſent ambo tanquam Apoſtatæ puniendi, quia vterque reperitur ſtatuti tranſgreſſor, & præſumptio ſtat pro ſtatuto contra vtroſquè, ſatisfaceret authoritas perſonæ, famæ commendatio, &c. Vel è conuerſo ſi ſocius alter eſſet ceruicoſus, parum deuotus, ſolitus delinquere, aut vagari, vel ſuæ opininioni vltra fas adhærere, &c. Tandem excedere tempus in obedientialibus literis præſcriptum, ſi fiat ex cauſa, nulla erit culpa. Sicuti ſi fiat per ſpatium paruum, quia in re morali parum pro nihilo reputatur. Difficultas autem eſt, determinare hoc parum temporis, ex eo quod *tempus modicum* in iure diuerſimodè accipitur. Primo pro tribus, vel quinque diebus. *l. ſi poſt tres ff. ſi quis cautioni in iudicio ſiſtendi*. Secundo pro decem diebus *l. promiſſor Stichi ff. de Conſtit. pecul.* Tertio pro 30. diebus. *l. 1. §. 2 ff. de itinere, actuquè priuato*. Quarto pro duobus menſibus. *l. ſancimus C. de fideiuſſ.* Quinto pro tribus menſibus. *l. de operis C. de ædific priuat.* & præterea pro quadrimeſtri, decem menſibus, quinquennio, vt docent *Spiegellius, Prateius, Connanus lib. comm. 7. cap. 12. num. 4.* cum legibus, quas ad rem præſentem citant, quas linquo, quia ad rem noſtram non faciunt, & quia exceſſus iſte eſt relatiuus ad tempus aſsignatum in facultate ſcripta, quod poteſt eſſe dierum, vel menſium. Ideo variè iudicari debet à perito, & prudente Superiore, cui tale iudicium eſt arbitrarium, argum. *l. ab hoſtibus §. fin. ff. ex quibus cauſis maiores 25. annis in integ. reſtit.* vbi *Vlpian.* ex *Neratio* ſcribit *Reuerſo reſtitutionis auxilium locum habeat, non quandoquè, ſed ita demum ſi intra modicum tempus, quam redÿt, hoc contingit, id eſt, dum hoſpitium quis conducit, ſarcinulas componit, quærit Aduocatum*. Quare modi-

Socij de itinere non cōcordantes, quando puniendi.

Tempus præſcriptum excedere, quādo apoſtatā conſtituat.

Tempus modicum quid

modicum iudicatur, etiamſi tot actiones interponantur. Conſiderare debet Prælatus tempus conceſſum, vt ex illo modicũ exceſſum venetur. Si enim conceditur vnus dies, exceſſus erit horarum. Si triduum, poſſet exceſſus accedere ad medium diem; Si menſis, trium, vel quinque dierum, ſi bimeſtre, decem dierum, ſi ſemeſtre, 30. dierum, ſi anni duorum menſium, & ſic diſcurrendo per reliqua. Non enim hoc conſiſtit in indiuiſibili, neque exempla, quæ poſuimus, canones eſſe debent. Sed vt habeat Iudex quomodo ſe gerere poſſit in obſeruantia diſciplinæ regularis, vt cum rigore miſceat manſuetudinem.

Quæſtio Quarta *Ibid. num.* 15. ſancitur. *Qui vltra hæc, etiã habitum dimiſerit, & intra duorum menſium ſpatium reuerſus non fuerit, vel etiam non dimiſſo habitu vltra duos menſes in apoſtaſia perſeuerauerit, grauiſſima apoſtaſiæ* Reum iudicamus. Quæritur quomodo accipi debeant *Intra & ultra* duos menſes & quid ſit illud, *vltra hæc?*

Reſpondeo, *vltra hæc* importat ſuperiora ſtatuta, nimirum numeri 10. vbi habetur, *qui quarte ſine licentia egreſſus, extra Conuentum moram triduo traxerit, grauiſſima apoſtaſiæ pœnã luat & num.* 11. *ſi extra Conuentum per octo dies moram traxerit, grauioris apoſtaſiæ Reus iudicatur 4. autem vice apoſtaſiam hanc iterans, ad triremes arbitrio Superioris condemnetur* (non exſcribimus ſecundas, & tertias vices, quia totum robur in quarta conſiſtit) quia iſta dictio implicat qualitates præcedẽtes, & importat implicationem, veluti ſi maritus vltra dotem leget aliquid vxori, cenſetur legaſſe dotem, & illud aliquid, etiamſi hanc implicationem ſolum concedunt in materia fauorabili, non odioſa, vt videre eſt apud *Barboſ. dict.* 428. *num.* 3. & 4. & licet *Angelus, & Tuſcus*, dicant non repetere qualitates præcedentes, quando in præcedentibus qualitates sũt diuerſæ à ſequentibus, vel quando diſpoſitio eſſet nulla, ſi fieret repetitio, attamen ad verificandum ſtatutum, iſta particula *ultra* debet declarari, quod ſupponat apoſtaſiarum genera grauia, & grauiora, quibus iure ſuccedit grauiſſima, non quod in hac recapitulentur pœnę, ſed gradus illarum, alias confuſio eſſet, & inutilis repetitio. Eo vel maxime cum pœnæ apoſtaſiæ grauiſſimę, & eius multiplicationis, omnes aliarum pœnas excedant.

Vltra eſt dictio implicatiua.

Re-

Intra, quid notet.

Reſpondeo ſecundo *Intra duorum Menſium ſpatiū* includit integros duos menſes, & diem termini. vt ſi dicatur *Intra annum ſoluere*, includit vltimum diem anni *ceneda lib. pract. et canonic qq. ſingul.* 54.*n*.4. cum citatis à *Barboſ. dict.* 174.*nu*.3. Reſpondeo Tertiò *Vltra duos menſes* modicum tempus importat *Barboſ. dicta dict.* 428. quid autem ſit modicum tempus, iam ſupra recenſuimus. Itaque aliquid vltra duos menſes, ad arbitrium, vel decem dies, & fortaſſe pauciores, quia transactis duobus menſibus, ſemper ſumus in rigore ſtatuti, nimirū vltra duos menſes, & ſic ſi vnus dies tranſiiſſet, verum deſidero arbitrium Iudicis ad pietatem præponderans.

Apoſtaſia grauiſſima quando ſit iudicanda.

Reſpondeo Quarto, non poteſt iudicari grauiſſima apoſtaſia, niſi ſimul, & iunctim concurrant gradus apoſtaſiæ præcedentis, nimirum grauis, & grauioris, quod habitum dimittat, & non reuertatur intra duos menſes, nam vt dictum eſt, *Vltra hæc* includit præcedentia *Etiam habitum miſerit*; implicat cum præcedentibus ſubſequentia, non ſolum in materia fauorabili, ſed etiam odioſa, vt fuſiſſime *Barboſa Dict.* 112. per totum *et intra duorum etc.* copulat, & coniungit hanc clauſulam, cū præcedentibus *Barb. dict.* 90. *à num.* 3. Itaquè vno ex his tribus deficientibus, non ſumus in caſu, nimirum ſi egreſſus quidem fuerit ſine licentia, & non dimiſerit habitum: vel dimiſerit quidem habitum, non tamen duos menſes vagatus fuerit, Reus grauiſſimæ apoſtaſiæ non erit, ſed grauioris, vel grauis.

Statuta pœnalia ſtrictiſſimè interpretanda.

Quia odioſæ, & pœnales diſpoſitiones in ſtrictiſſima interpretatione accipiendæ ſunt, ex maxima legali apud *Clarum quæſt.* 85. *num*.9. *ex Io. Andr in cap.* 1. *de hom. in* 6. *Torto inter Conſil. Ant. de Butrio conſil. vlt.* & alios, quos citat, & ſequitur idem *Clarus verb. aſſaſſinium num* 2. ſcilicet *Quando agitur de imponenda pœna alicuius conſtitutionis ſpecialis, requiritur, quod concurrant omnes qualitates, de quibus in ipſa Conſtitutione.*

Quæſtiò quinta, decernit ſtatutum *num*. 15. de grauiſſima apoſtaſia. *Tertio in hanc apoſtaſiam incidens, vel extra ordinem, vt incorrigibili expellatur, vel ad trireme per decennium condemnetur, quem (ſi ſuperuixerit, & in ſacris fuerit, ſuſpenſum perpetuò declaramus.* Hinc multæ difficultates emergunt.

Incorrigibiles qui.

Prima circa expulſionem, vt incorrigibilis, quia in decreto de eiectis, & apoſtatis ſtatuitur. *Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quæ ad*

hoc

hoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis in hac parte ſtatutis, &c. Religionis, verum etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, &c. probetur in carceribus; &c. De iure autem requiritur, quod ter monitus ab Epiſcopo, vt reaſſumat habitum, & ſæcularibus negotijs non immiſceat, non paret *cap. in audientia, cap contingit. de ſent. excomm. cap. cum non ab homine de iudic. Abb. in cap. 1. de Apoſt fine* Sayr. *lib. 3. cap. 27. nu 7 Layman lib. 1. tract. de excomm. cap. 5. num. 3. Marta de iuriſd caſu* 135. 4. *part. Filliucc. tract.* 14. *num.* 10. *Bonac. in Decal diſput.* 10. *quæſt. 2. pun. 1. §. 4. num.* 14. quos refert, & ſequitur *Theſaur verb. Apoſtatae cap. 4. num. 7.* & alios caſus incorrigibilitatis, quos recenſet *Diaz in praxi cap.* 142. cum igitur debeat poſt trinam Apoſtaſiam per annum incarcerari, non poterit pręcisè per apoſtaſiam triplicatam expelli. Secunda ſi *num.* 10. dictum eſt, *Si 4. in grauem apoſtaſiam inciderit* (manendo ſcilicet triduo extra Conuentum) grauiſſimę *apoſtaſi pœnam incurrat*. Cur hic imponitur quarta apoſtaſia, & in grauiſſima tertia tantum. Tertia damnari aliquem ad triremes accidit, quando delinquens, ſi eſſet in ſęculo, mortis pœnam mereretur, vt ſancitum eſt *cap.* 7. §. 5. *num.* 68. præſentium ſtatutorum. Nullus autem morte afficeret, qui ter, vel quater per triduum apoſtataſſet. Non enim hoc eſt crimen lęſę Maieſtatis, ſed mera inobedientia, in quam nec ſomniaſſent leges ciuiles gladiũ, vel laqueum diſtringere. Quarta Apoſtaſia vera, & formalis non conſiſtit in habitu pręcisè, ſed in animo, *Abb in cap. 1. de apoſt. num. 2. Arag. & Bagnes 2. 2. quæſt. 12. art 1 Valentia ibidem diſp. 1. quæſt. 12. punct 1. Sanchez lib. 6. in Decal cap. 8. num. 5. Suarez 4. tom. de Relig tract. 8. lib. 3. cap. 1* Vnde erit Apoſtata, ſi retineat habitum, animum autem habeat deſerendi Religionem, & tamen ſtatuta puniunt materialem habitus deſertionem, & furtiuum egreſſum, de vera autem apoſtaſia nihil diſponunt, cum hoc in principiis ſtatuendum fuiſſet.

Apoſtaſia non in habitus demiſſione, ſed in animo conſiſtit.

Reſpondeo primo, de expulſione incorrigibilium redibit ſermo, ad iuſtificationem autem ſtatuti ſufficit dicere, quod non præcipiat de facto, & ſine vlla alia animaduerſione apoſtatam expellendum eſſe, ſed abſolutè, *vt incorrigibilis expellatur*, nimirum obſeruando, quæ per decretum de eiectis ordinata ſunt, pro quo adeſt ſtatutum in terminis *dicto cap.* 7. *de pœnis. §. 5. num. 60. Circa incorrigibiles decretum de apoſtatis, & eie-*

& eiectis, &c. omninò obſeruetur, expellatur igitur grauiſſimus Apoſtata, ſed iuris ordine ſeruato.

Reſpondeo ſecundo, qui quarto grauem apoſtaſiam commiſerit, puniri debet pœnis grauiſſimę, in qua non ſancitur in quartum lapſum. Et ratio eſt, quia non debet expectare Religio, vt Religioſus, quartò hanc grauiſſimam apoſtaſiã, quã etiã pœnis grauiſſimæ emendat cõmittat. In quo obiter noto, non debere puniri pœnis omnibus grauiſſimæ apoſtaſiæ, qui quartò in grauem lapſus fuerit, nimirum duplicantis, & triplicantis illam, ſed tantum prima vice committentis apoſtaſiam grauiſſimam, verba enim illa *Si tertiò, & quartò in id ipſum prolapſus fuerit, in grauioris, vel grauiſſimæ pœnam incurrat*. Verificantur de apoſtatante grauiter, & grauiſſimè, prima vice, quia non eſſet proportionatus exceſſus, nam grauis triplicata fit grauior, & quadruplicata euadit grauiſſima, ideo pœnis alterutrius corripiendæ ſunt, dum autem grauior duplicatur, vel triplicatur, ſicuti & grauiſſima, nimis excedit apoſtaſiam grauem, etiam ſi tertiò, aut quartò committatur, pœnę grauioris apoſtaſię ſunt pro prima vice. *Si extra*

Apoſtaſiæ grauioris pęnæ.

Conuentum per octo dies moram traxerit, grauioris apoſtaſiæ Reus declaratur, & per tres menſes Carceribus mancipari debet quo tempore per tres dies in qualibet hebdomada in publico Refectorio in pane, & aqua ieiunet ſexta feria ſpatio unius Miſerere mei Deus, ſibi diſciplinæ flagella infligat, ac ſuffragiorum iure triennio careat. Et hęc pœna datur committenti ter grauem apoſtaſiam, ideſt egreſſo abſque licentia, & moranti triduo extra Conuentum, Relapſo in grauiorem, duplicantur pœnæ ſancitæ, cum ſigno probationis Nouitiorum per annum, & deſtitutione loci in ſuo ordine per idem tempus. Triplicans priuatur ſuffragiorũ iure in perpetuũ carceratur per annũ, vel ad deferendũ ſignũ Nouitiorũ ad trienniũ dãnatur, quo tẽpore ſingulis ſextis ferijs diſciplinã facere, & in pane, & aqua ieiunare corã fratribus, vltimũ locum in ſuo ordine habere, vtẽſilia abluere, Cõuẽtũ pro carcere habere, ex quo, niſi in publicis proceſſionibus, & vtilitatibus egredi non poteſt, debet Quadruplicans ad triremes arbitrio ſuperioris condemnatur. Pœnæ gra-

Apoſtaſiæ grauiſſimæ punitiones.

uiſſimę ſunt, pro prima vice carceratur ad tres menſes cum ſigno Nouitiatus, & ieiunij in pane, & aqua ſingulis ſextis ferijs, ſine capucio, priuatur voce actiua, & paſſiua per decennium,

nium, deſtituitur præcedentia in ſuo ordine, carceratur per Conuentum, vnde exire, niſi &c. & adlotionem vtenſi. ium damnatur per idem decenium. duplicanti, duplicantur ſupradictæ pœnę. Triplicans expellitur ab ordine, vel ad triremes mittitur ad decennium. Circa quod aduerto lapſum impreſſionis ſtatutorum nuperrimorum, nam *num.* 13. dicitur *Triplicãtem vero ſuffragiorum iure perpetuo deſtituimus, & ad Carcerẽ annualem, vel triennalem, probationiſquè ſigni delationem condemnamus*. cum tamen in meo Authographo, deſumpto ex valliſoletanis *cap.* 2. *fol.* 35. habeatur *& adcarcerem annualem, vel ad triennalem probationis ſigni delationem condemnamus*. qui ſenſus eſt ſatis diuerſus, nam in primo remittitur Superiori carcerare Apoſtatam ad annum, vel ad triennium, quod eſt omnino impertinens, & nec grauiſſimę apoſtaſiæ iniungitur, in Secundo autem datur optio Superiori, vel carcerare illum ad annum, vel condemnare ad delationem *caparonis* (vt loquitur S. P. N. Franciſcus) ſiue ſigni probationis, ad triennium. Vnde in Valliſoletanis mox citatis dicitur *Pro Tertia vero vice, omni ſuffragiorum iure perpetuo careat, probationiſquè capucium triennio integro deferat*. & ad faciliorem pũnitionem data fuit optio, commutandi triennalem delationem ſigni probationis, in carcerem annualem, fortaſſe, quia facilius patietur per annuм macerari in Carcere, quã per trienniũ vt Nouitius in omnium oculis apparere.

Reſpondeo Tertio, de Triremium pœna etiam infra redibit ſermo. quantum ſpectat ad motam difficultatem dico, imponi quidem pœnam triremium ijs, qui in ſæculo delinquentes merentur mortem, non tamen dicitur, quod talis pœna nullis alijs delictis imponatur. Imponitur igitur in multis alijs caſibus, quos ſuo loco recenſebimus. Nec ſuperat culpam grauiſſimæ apoſtaſiæ, quæ ordinem perdit, cuius fundamentum eſt obedientia, & nullam aliam euaſionem habet ordo ad ſe exonerandum impijs iſtis, & peruerſis Religioſis, niſi mittendo illos ad hunc locum tormentorum, quia cum recluſa ſit via expulſionis incorrigibilium, ob decretum de eiectis, & apoſtatis, quod in praxim difficillime reduci poteſt, ob cautelas inibi contentas. vt ſuo etiam loco dicetur, accidatque ſæpius, vt Regulares carceres, ob debilitatem, & diuturnitatem fallãt zelum Religionis, & cuſtodum, ac fratrum patientiam perdãt,

con-

Digitized by Google

conſultum eſt, expedire peſtes aliò ablegare, vt boni Religioſi aliquando reſipiſcant, à malorum contagione ſeiuncti.

Reſpondeo Quarto, Concedo apoſtaſiæ notionem, de qua nos in citato loco commentariorum diſſeruimus, & dico, Religionem non negligere, nec neglexiſſe eiuſdem formalem malitiam, ſed quia illa in animo conſiſtit, & nulla habere poteſt indicia ad illam conuincendam, cum vix vnus, aut nullus reperiatur, qui ſe animo retroceſſiſſe à facta profeſſione confiteatur, in patentem habitus deſertionem, & fugam pœnales diſtrictiones ordinauit. vnico contextu vtraque plectens, quia excommunicationis, & corporales pœnas infligit.

Quæſtio Seſta In *eod. cap. 2. num* 18. diſponitur *Nemini liceat cuiuſuis licentiæ prætextu extra Conuentus, vel Prouinciæ limites egredi, niſi prius Prouinciali Generalis, & Superiori locali Prouincialis licentiam oſtendat, ſi Prouincialis abſit, itaut eius præſentia haberi non poſſit, et negocium vrgeat, ac Superioris localis iudicio dilationem non patiatur, tunc Superiori locali obedientiam oſtendat coram Teſtibus, et Prouincialem ipſum de ſuo diſceſſu per literas moneat etc.* Ad cuius ſtatuti declarationem quæritur primo Qua ratione obedientiæ ſuperiorũ ſubditis oſtendendæ ſunt, & ſi poſſunt ijdem Superiores præcipere in aliquo caſu, vt tales obedientiæ non oſtendantur inferioribus. Secundo quæ abſentia Prouincialis eſſe debeat, & quæ difficultas, vt excuſet ſubditum, à non adeundo ipſum. Tertiò Quanta debeat eſſe negotij vrgentia, vt excuſet. Quarto ſi ſuperior localis, per ignorantiam, vel malitiam nollet iudicare, negotium dilationem non pati, quid agendum. Quinto ſi ſufficiat oſtendere literas obedientiales Guardiano, & non coram Teſtibus. Seſto Quid ſi literæ monentes Prouincialem de diſceſſu, ad Prouincialem non perueniant? Septimo ſi obedientię Generalium oſtendi etiam debeant Guardianis, ſicuti Prouincialium.

Superiori ordinario reuerentia deferenda.

Reſpondeo primo oſtenſio iſtarum obedientiarum Subditis, naſcitur ex reſpectu, quem ordo, & ratio dictant habendum eſt Superiori ordinario, ne ipſo inſalutato immediatus ſubditus à Prouincia, & è Conuentu diſcedat, ſecus poſſet ab immediato Prælato declarari apoſtata nec illi credendum eſſet dicenti, ſe abire, quia facultatem à Superiore habet, niſi doceat de facultate argumento *cap. cum in iure peritus de offic. Iud. deleg.* vnde

Digitized by Google

vnde in *cap. ad reprimendam de offic. Iud. ordin.* præcipitur Archiepiſcopo remitti Ordinario abſolutionem excommunicati ab eodem, vt Ordinarij ſeruetur authoritas. Vide *Peirinum in formulario lit. D. cap. 3. num. 2. & noſtra Comment. in ſtatuta cap. 8. ſtat. 66. fol. 729.* Ideo in ſtatuto, diſcedens abſque publicatione facultatis, declaratur Apoſtata, *Diſcedens autem contra huius ſtatuti ſeriem, tanquam grauis Apoſtata puniatur.* non tantum, quia ſtatuto non paret, verum etiam quia contra ipſum eſt apoſtaſiæ præſumptio.

Reſpondeo Secundo poſſe quidem Generalē abſoluere ſubditum ab hac oſtenſione facultatis, dum ſcilicet nollet, vt negotium aliquod, ad quod tractandum ſubditus mittitur, ſciatur attamen (ſi datam facultatē non publicat) nō poteſt impedire, quin diſcedens denuncietur Apoſtata ob leges generales Ordinis ſupradictas.

Reſpondeo Tertio Abſentia Prouincialis metienda eſt moraliter, ex diſtantia, ex tempore, ex regionis Conſtitutione, ex qualitate diſcedentis, ſi ſenex, ſi debilis &c. illud *in remotis agere contingat,* denotat maiorem diſtantiam, quam vnius, vel a terius dietæ, iuxta allegata à nobis in *Comment. cap. 2. ſtat. 3. fol. 77.* vbi de præſentia, & abſentia Diffinitorū diſſeruimus, quia ſi parum abeſſet, puta decem, aut 15. milliaria Italica, teneretur adire illum, & ſuam obedientiam oſtendere, qu. tūc facile haberi poteſt præſentia: iuuat hic referre doctrinam *Abb. in cap. Nihil de elect.* in illa verba *Ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiam conſtitutis &c. & qui dicuntur* (inquit,) *valde remoti, recurrendum eſt ad arbitrium Iudicis qui informabit motum animi ſui ſecundum diſtantiam e qua eſt Roma ad partes Vltramontanas cum iſte textus appellet illos valde remotos.* & poſtquam diſputauit an Vltramontani appoſiti fuerint, exempli gratia. an verò tanquam priuilegiati ſubiūgit, *Diceremus quod ſi electus non multum diſtaret à Curia Romana, tamen propter viarum diſcrimina non poſſet ire, vel mittere de proximo pro confirmatione obtinenda, quod haberet locū hoc priuilegium, quia licet verba deficiant, non deficit mens, & ratio legis, nam eadem ratio eſt in non multum remoto, qui propter impedimentum non poteſt ire, uel mittere ad Curiā quæ eſt in loco valde remoto* remittitur igitur tota reſolutio iudicio Prouincialis, non ſuperioris localis, quia iſti remittitur tantum

Abſentia Superioris vnde venanda.

videre

videre an negotium non patiatur dilationem, neque ipſa negotij vrgentia locali Prelato remittitur, vt patet in tex: n. hęc auté vrgentia conijcienda eſt ex natura negotij, puta ſi deſtinetur ad inuiſendos parentes in infirmitate, aut graui neceſſitate conſtitutos, ad conciliandam inimicitiam, ad conueniendum Principem, vel aliam perſonam, quę dubitatur, an ſit diſceſſura: Si vnus diſcedat, quæ fratrem vehere debet, ſi ſocij &c.

Reſpondeo Quarto nolente iudicare Superiore locali, prout in textu, vel quia ignorat, vel quia eſt malitioſus, poteſt ille, qui diſcedendi obedientiales literas obtinuit, proteſtari coram fratribus, & diſcedere, quia dolus, & fraus non debent patrocinari, & offendere ius tertij. nec aliud requirit ſtatutum, niſi veram, & vrgentem neceſſitatem, quę differri non poſſit, quā ſi Guardianus vt talem iudicare noluit, non propterea mutat ſuam naturam. Nam ex *Abb. dicto cap. Nihil de elect. num. 9.* vbi concurrit omnimoda ratio, comprehenditur omnis caſus ex mente legis, in quo illa ratio concurrit. *Gloſ. ſing in cap. 1. de tempor ord. in 6.* Lex enim non conſiſtit in verbis, ſed in ſui ratione, nam verba deſeruiunt intentioni, & non è contra *cap. 2. requiris de appell. cap. intelligentia de verb ſignif. Curtius ſenior conſ. 9. Ticinenſi ſtatuto col. 7. & 9 Dinus, & Bald.* quos cum pluribus alijs textibus citat, & ſequitur *Abb. ſupra* ſubinferens maximam iuriſticam *ſic ſe habet ratio legis ad verba legis ſicut anima ad corpus. unde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio uerbis.* Vide diſputata à nobis in Comment. *cap. 1. ſtat. 6. §. 17. & cap. 2. ſtat. 20. Quæritur 3.*

Vbi omnimoda ratio concurrit, omnis caſus comprehenditur.

Ratio eſt anima legis.

Reſpondeo Quinto ſufficit oſtendere facultatem egrediendi Guardiano ſine Teſtibus, quia hoc non eſt additum tanquam forma actus, ſed tanquam cautela, & ſcriptura non eſt neceſſaria, niſi ad faciendam fidem, quam ſolus Guardianus facere poterit, vide *cit. cap. 2. ſtat. 20. fol. 159.* Si enim Guardianus negare vellet tunc fieret damnum Fratri, non iniuria legi.

Reſpondeo Sexto non dicit ſtatutum, quod literæ monentes Prouincialem de diſceſſu perueniant ad ipſum, ſed *Prouincialem de ſuo diſceſſu per literas moneat*, nec tenetur frater certum tabellarium ad Prouincialem cum literis deſtinare, quia talem commoditatem non habet, cum ſit ſubditus, ſed ſufficit, quod faciat efficaciter, & prudenter, quantū eſt in ſe, vt literæ mittātur, ſicuti ſolent alię mitti conſignando illas Guardiano, vt

eas

eas per ſecurum Nuncium mittat, vel tradendo publicis tabellionibus, coram aliquibus, qui diligentiam teſtentur, ſi opus fuerit: peruenient deinde necne, non eſt culpa diſcedentis. Conſule quæ ſcripſimus de oſtendenda facultate Viſitatoris in *Comment. cap. 8. ſtat. 66. fol. 719.*

Reſpondeo ſeptimo: Cum ſubditus in aliquo Conuentu moretur, & habeat Guardianum, ſi diſceſſurus eſt, neceſſariò debet oſtendere obedientiam Generalis, etiam Guardiano, alias Guardianus id neſciens, iure optimo poterit illum apoſtatam denunciare. Excipio caſum, ſi in eo Conuentu adeſſet ſimul & Prouincialis, quia tunc ſufficeret illam ſoli Prouinciali intimare. Itaquè facultas Generalis, & Prouinciali, & Guardiano oſtendenda eſt. Quod autem id à Statuto non explicetur, parum refert, quia implicitè in ipſo continetur, & id factum fuit, quia dari poteſt caſus, vt obedientia Generalis non ſemper debeat oſtendi Guardiano, vt dictum eſt, Prouincialis autem ſemper, ſed hoc ex ſequentibus melius patebit.

Quæſtio ſeptima, cum ſubiungat idem ſtatutum. *Et ſignari faciat literas obedientiales à Guardiano* (ecce quomodo Guardiano oſtendi debent obedientiæ Generalis) *cum adnotatione diei, qua diſceſſerit.* Quæritur an hoc obliget ſub mortali, & an ob hoc præciſè non obſeruatum puniri poſſit, vt Apoſtata, & Superior localis ab officio ſuſpendi, vt ait ſtatutum.

Reſpondeo, omnis inordinatio grauis, culpam mortalem importat, cuiuſmodi eſt tumultuaria, & indeterminata fratrum vagatio, quæ ſæpe ſæpius abutitur indulgentijs Prælatorum, & ſæculo ſcandalum generat. Quidquid ſit de ſtatutis pœnalibus, quæ ad culpam mortalem non obligant, vt concluſimus, vbi de pœnis diſputauimus, & in *Comment. cap. 12. ſtat. 12. fol. 905.* Cum enim materiam ex genere ſuo grauem continent, culpam etiam grauem, Præcipuè in materia Apoſtatarum, quam rigidè ſemper intellexit Religio. Si enim talis dies non apponatur, fruſtratur ſtatutum *num.* 20. deſcriptum, quod tale eſt, *Qui à Generali extra Prouinciam eundi licentiam obtinuerit, illam intra duos menſes exequatur, quibus tranſactis, nulla ſit, & qui illa vtitur in grauem, vel grauiorem apoſtaſiam incurrat.* Quia neſcietur quo die

Grauis deordinatio in lege, mortalem culpã indicat.

 diſceſ-

diſceſſit, & conſequenter quantum temporis apud ipſum talis facultas morata ſit. ſentio igitur ſtatutum obligare ſub graui culpa, & tam ſubditum, quam Guardianum contrauenientes ſtatutarijs pœnis pleſtendos eſſe. Quos tamen excuſarem ex inaduertentia, vel ex non vſu, quia ſi ſtatutum non eſſet in vſu, non afficeret, vt eſt communis doctrina.

Quæſtio octaua *num.* 19. dicitur. *Locali Superiori ſuos ſubditos extra Conuentus limites mittere non liceat, niſi ſpecialiter illi indultum ſit, mittens officio priuetur, miſſus de leui ſaltem apoſtaſia notetur. Nullus item Prouincialis, niſi ad viciniorem Prouinciam, & ad triginta milliariorum Italicorum diſtantiam ſuus fratres mittere poſſit, idque publica, & grauis neceſſitatis intuitu. Contraueniens ſuſpendatur officio Generalis arbitrio, miſſi tanquam graues Apoſtatæ puniantur.* Super quo eſt prima difficultas, ſi in aliquo caſu id poſſit Guardianus, & Prouincialis, Secunda ſi vicinitas Prouinciæ etiam intelligatur, qua mare diſterminantur, v.g. ſi ex Romana Prouincia mitti poſſit ad Corſicam, ex Sicilia ad Sardiniam, & vndequaquè mari abluitur, vt Aphricam, Candiam, &c. Tertia, quæ ſit publica, & grauis neceſſitas. Quarta ſi reformatos etiam afficiat?

Quæ neceſſitates concedant mittere fratres extra limites, &c.

Reſpondeo primo, neceſſitate vrgente poteſt Guardianus, & Prouincialis extra limites Conuentus, & vltra 30. milliaria deſtinare fratres abſque alia Superiorum licentia, v. g. ſi in proximo pago morti proximus deuotus, aut nobilis reperiretur. Si inimicitia, vel duellum, aut ſcandalum impedienda eſſent. Si cibaria procurari de præſenti oporteret, &c. poſſet Guardianus mittere Fratres extra limites ſui Conuentus. Item ſi agendum eſſet negotium Neapoli concernens conſeruationem Conuentus, perſecutiones fratrum, mortem, vel occiſionem, vel grauiſsimas ſimultates amicorum, parentum, conſanguineorum; Si Princeps benefactor, vel à quo incommoda timeri poſſent, inſtaret mitti fratres vltrà 30. milliaria, &c. nec tempus ſuppeteret pro petenda licentia à Prouinciali, aut à Generali, quia diſtarent ſatis, vel quid ſimile, poſſent Guardianus, & Prouincialis ablegare fratres contra formam Statuti, & licet hoc non ſit requiſitum à lege, tamen conſulerem, vt de neceſsitate à Patribus Diſcretis decerneretur. Horum ratio

tio eſt, quia non eſt mens Religionis obligare in his caſibus, qui potius incommodarent, quàm promouerent bonum commune, in ordine ad quod ſtatuta feruntur, facit pro hac concluſione doctrina, quam tradunt de Epicheia, de qua nos in noſtris *Comment. cap. 3. ſtat 23. quaeſt. 4. capit. 8. ſtatut. 34. fine capit. eod. ſtatu. 55. fine.* Hæc enim facit, vt relicto vigore legis, amplectamur, quod recta ratio dictat, & quod faceret Prælatus, ſi adeſſet, & cum legis diſpoſitio repugnat bono communi, prætermittamus illam, & ſequamur præſentis neceſſitatis dictamen. Ceſſat enim in his caſibus ſtatutum, & ſubintrat diſpoſitio, vel iuris communis, vel rationis, quæ cenſentur legibus abſoluta.

Epicheiæ vis.

Reſpondeo ſecundo, Menſurare diſtantiam ex mari, peruertit non tantum Statutum de 20. milliarijs (etiamſi illa in rigore accipi poſſint, in Prouincia immediata, itaut non ſe extendant ab vna Prouincia ad aliam, ſed ab ingreſſu in Prouinciam, ad quam mitteretur, per 30. milliaria. Et ſic ſi inter vnam, & aliam Prouinciam non eſſet alia Prouincia, ſed ſpatium ſupra 30. & 100. milliariorum, poſſet Prouincialis mittere per totum hoc ſpatium intermedium, & per 30. alia milliaria per ipſam Prouinciam. Quia cum non ſit media alia Prouincia, illud ſpatium poſſet eſſe vtriuſquè Prouinciæ habitualiter, fortaſſe in Indijs, & Iapone exemplificari poſſet) ſed etiam ſenſum totius ordinis, quia hac ratione Hiſpania vlterior poſset mittere fratres ad Indos, Sicilia ad Terram Sanctam, Venetię ad Epirum, &c. quod eſt adhuc inauditum in ordine, & contraria praxi firmatum, quinimo, & conſtitutionibus Regularibus, & Apoſtolicis vetitum quoad nouum orbem. & Prouincias Vltramarinas, & qui tale facinus auderet, grauiſſimè eſſet corripiendus.

Diſtantia inter prouincias quomodo metienda ſit.

Reſpondeo tertio, publica neceſſitas eſt, vel cum totam Religionem concernit *l penult. C. de primipil lib. 12.* Vel cum Rempublicam Religionis, ac etiam particulares reſpicit, vt eſt munus Sacerdotum, & Officialium, *l. 1. S. huius ff. de iuſt. & iure.* Vel quę priuata propriè eſt, concernit tamen Religionem, & Rempublicam, vt cum dicimus publicè intereſſe, dotes mulieribus conſeruare, ſiue iuuenes in diſciplina contineri, laicos in humilitate, quia licet ad certum genus

Publica neceſſitas, quæ

ſpectet, redundat tamen in Communitatem. Vel cum ſingulos primariò tangit, & in tantum in Rempublicam reflectitur, in quantum Reſpublica ex ijs particularibus conſtat, vt cum dicimus Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua abutatur, *§ penul. Inſtit. de his qui ſunt ſui iuris Alciat in l. pupillus eſt. ff. de verb ſignific. ex Spiegellio, & Prataio Bart.* item *in l. 1. ff. de public. iudic. Briſſionius, Geddæus ad l bona Ciuitatis. 15. num. 3 ff. de verb ſignif. 10. Caluinus in lexico.* Grauis autem neceſſitas contraponitur leui *Gloſ in cap. luet. de teſt.* vbi ait, graues homines dici, qui non ſunt leues, cui conſonat *Abbas ibid.* addens id inſeruire ad interpretationem ſtatuti, ex quo requirerentur homines graues, ideſt bonæ famæ, & opinionis, & ætatis prouectæ. Siue, quibus adeſt firmitas, ac conſtantia animi, & in vultu, moribus, verbis rebus agendis, quædam ſeueritas, *Spiegellius, & Prateius.* Porrò leuis neceſſitas poteſt ſumi pro non vera. *Connamus lib. 7. capit. 3. numer. 3.* Item pro parua, vel mediocri, *Vlpian. l. Prator. §. preter ea. de iniurijs.* Vnde quia iuxta tritam regulam, parum pro nihilo reputatur, leuis offenſa non adimit legatum *l. 3. ff. de aliment. legat.* & leuis febricola non conſideratur, *l. ob qua vitia ff. de edil. edict.* & leuis caſtigatio eſt conceſſa docenti *l. ſe l. & ſi quacumquè §. fin. ff. ad legem Aquiliam.* Vnde *l. 7. ff. de iniur. §. præterea dicitur leuem coercitionem vtiquè Patrono aduerſus libertum dabimus.* Ex quibus notionibus deduco, cauſam publicam, & grauem eſſe, quæ concernit Prouinciam, vel Conuentum, vel aliquem fratrem particularem, qui etiam eſt pars Conuentus, cuius bonum, ac malum, honor, ac dedecus mediatè in Religionem redundat; In materia iurium, priuilegiorum, bonorum, famæ, infamiæ, perſecutionis. In materia item charitatis vrgentiſſimæ proximi, benefactorum inſignium, Principum, vitæ, necis, &c. non enim poteſt aſſignari regulæ generalis; totum ſtat boni viri, & prudentis Prælati iudicio.

Grauis neceſſitas quæ.

Leuis, item quæ.

Reſpondeo quarto, In Statutis Reformatorum c. 8. n. 33. habetur. *Non poſſa mandare il Prouinciale li ſuoi Frati fuori di Prouincia, eccetto per negotij, & alle più vicine ſolamente, e chi concede l'obedienza deue limitarli il tempo dell'andare, dimora, e ritorno, altrimente ſia caſtigato dal Commiſſario,*

Reformati quomodo poſſint fratres extra limites ſtatos mittere.

in qua

in quo ſtatuto illud in primis aduertendum eſt, non eſſe reſtrictionem 30. milliariorum, & ſic non teneri reformatos ad illius obſeruantiam, quia licet *in cap.* 12. *num.* 2. *&* 3. dicatur. *Caſſando, & annullando tutti gli altri ſtatuti tanto generali, quanto particolari fatti ſin'à queſto giorno, che repugnaſſero alli preſenti, & al viuere riformato. Perche in caſi a ciò non repugnanti vogliamo, che ſi ricorra alli ſtatuti generali dell'ordine.* Vnde quis inferre poſſit, quod reſtrictio illa 30 milliariorum cum non repugnet, imò faueat reformationi, extendi debeat ad hoc ſtatutum reformatorum, quod declarari debet iuxta ſtatuta generalia, eò vel maximè cum promoueat ſatis quietem reformationis. Licet inquam primo adſpectu id verum appareat, tamen cum non ſimus hic in dubio, ſed in claris, in quibus coniecturis, & interpretationibus non indigemus, dicendum eſt, reformatos non debere recurrere ad haſce declarationes, quia habent peculiare ius condendi ſibi ſtatuta, nec poſſe regi per ſtatuta obſeruantium, vt decreuit *Vrbanus VIII. Iniuncti nobis* § 10. 12. *Maij* 1639. & cum ſtatuta Reformatorum condita ſint poſt ſtatuta obſeruantium, & qui vtraque collegit, ac compilauit, rectè differentiam animaduertit, & Patres à Comitijs Generalibus Reformatorum electi (quorum minimus ipſe etiam adfui) optimè reſtrictionē viderunt, clarè infertur, noluiſſe ipſos vti hac reſtrictione. Sed eſto, quod ſtatuta generalia Ordinis ſint veluti ius commune Religionis, & ſtatuta Reformatorum, qui ſunt vna pars illius, ſint veluti ſtatuta municipalia, valere debet in his doctrina, quam allegauimus ſupra cap. 2. de pœnis, & ex multis tradit *Clar. quæſt.* 85. *num.* 5. quod poſita aliqua pœna pro delicto in lege antiqua, eaque moderata, vel alterata, vel abrogata per nouam, & per ſtatutum, in iudicando applicare debemus pœnam ſtatuti noui, non veteris, & illam priorem declarandam eſſe per nouam. Secundo notandum eſt, non arctari Prouinciales reformatos ex neceſſitate graui, & publica, ſed ſufficere, quod adſint aliqua negotia, vt obedientiales literas cōcedat, inquit enim *Eccetto che per negotij*, nec aliud additur, & cum limitatio authoritatis ſit odioſa, interpretanda eſt in terminis rigoroſis *cap. odia, de regul iur. in* 6. & eſt ſenſus clarus in ijſdem ſtatutis ſubiungentibus, *& in Roma per cauſe publiche della Prouincia*, cum ergo hoc explicetur pro mitten-

Reformati non poſſunt regi per ſtatuta obſeruantium.

dis fratribus Romam, & taceatur in mittendis ad viciniores Prouincias, ſignum eſt, hos,non illos, eximi à publicitate cauſarum, iuxta tritum proloquium, *exceptio firmat regulam in contrarium*.

Queſtio nona in *cap.3.§.6.num.4.* diſponitur, *Nulli ſine ſocio iter facere liceat, ſub apoſtaſia pœna ipſo facto incurrenda, niſi Generalis ob cauſam neceſſariam ſcripto aliud conceſſerit, quod rariſſimè concedi, & cum maxima neceſſitate rogamus.* Reformatis vero ſic preceptum eſt *cap 8.num.14. E ſe non moſtraran fede autentica,doue, e come l'habbian laſciato,ſian dalli Guardiani, oue arriuano, aſſoluti per apoſtati*. Super quibus ambigitur, ſi fas ſit aliquando ſine ſocio ambulare, cum licentia Guardiani, & Prouincialis. Si definit illa, *cauſa neceſſaria, ſcriptura, &c.* an grauis culpa committatur. Quomodo fides authentica de ſocij deſertione facienda ſit.

Reſpondeo primo, valere in his etiam Epicheiam, vt ſupra dictum eſt, eò vel maximè cum Generalis in quolibet Conuentu, vel Prouincia non ſemper preſto ſit, & deſtinare fratres ad negotia, ſit frequentiſſimum, & familiariſſimum. Præcipuè vbi pauci eſſent fratres, neceſſitas conquirendorum ciborum ingrueret, &c. nec enim intendit Religio commoda Conuentuum impedire, ſed tantum honeſtati fratrum conſulere, que etiam in ſolitarijs conſeruari poteſt, debet tamen eſſe neceſſitas ſatis vrgens, & Generalis abſens, vt Epicheia vti in hac parte inferiores Prælati valeant. Quare ſenſum ſtatuti eſſe de itineratione longa, & quæ cum Generalis facultate fiat.

Reſpondeo ſecundo, ideo præſente neceſſitate, non eſſe culpam grauem, mittere fratrem ſine ſocio, & ſine diſpenſatione ſcripta, quia ratio neceſſitatis excuſat. Et hæc potius adduntur ad infringendam, & frænandam libidinem, ac frequentiam ambulantium ſine ſocio.

Reſpondeo tertio caſus poteſt habere inſolubiles difficultates, quia ſi ſocius diſcedat à Socio in ſilua, campo, deſerto, quomodo poterit fieri fides authentica de diſceſſione ſocij? intelligi igitur debet in terminis habilibus, ſcilicet vbi erit commoditas, tales fides efficiendi, quia lex ad impoſſibile non obligat, nam impoſſibilium nulla eſt obligatio *l.145.ff.de diuerſ.reg.iur.* vnde quod natura eſt impoſſibile, eſt etiam de

Impoſſibilium nulla eſt obligatio

iure

Digitized by Google

iure impoſſibile, *l. vltima. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* & ibi *Gloſ. ſin*, citat *l filius. & l. conditiones, quæ egregiè de conditionibus inſtituend.* Hinc impoſſibilis conditio eſt, quæ per rerum naturam exiſtere non poteſt. *Paulus lib. 3. ſentent. tit. 4. §. impoſſibilis. Inſtit. de inutili ſtipulatione.* ſed & quæ factu difficilia ſunt, pro impoſſibilibus plerumque habentur, *l 4. §. puto. ff. de hæred. inſtituend.* quidquid ſit, ſufficiant dicta in hoc capitulo *quæſt. 3.* verba autem illa *ſede Autentica* non ſunt accipienda in rigore legum, quæ Authenticum dicunt, quaſi primarium, contra poſitum exemplari, quod ab authentica, ideſt, originali deſumitur. *Vlpian. in fine l. 4. ff. familia ercifcundæ, & Paulus lib. 5. ſentent. tit. 12. relatas l. 2. de fid. inſtrum.* Niſi illud pro authorato accipiamus, ideſt multorum authoritate comprobatum, vt apud *Spiegellium*, quia in hoc ſenſu authentica, id eſt plurium teſtium comprobatione firmata fides fieri poterat, & hunc eſſe ſenſum ſtatuti, quod requirit fidem, cui credi poſſit, quæ ex aliorum atteſtatione conſurgit, maximè ſi is eſſet Superior, vel in Eccleſiaſtica authoritate, & dignitate conſtitutus, vt ſunt Curati, Vicarij, &c. Authentica quid ſit.

Quæſtio decima. Cum dicatur in *cit. cap. 2. num. 22. De Apoſtatis, eorumque qualitatibus, Generalem, & Officiales Curiæ monentant negligentes, aut apoſtatas in ſuis Prouincijs, & Conuentibus retinentes, eoſquè abſolutos, & ſecundum præſentia ſtatuta punitos ſtatim ad proprias Prouincias non dimittentes, teſtimonialibus literis communitos, officio tam Prouinciales, quam Superiores locales deſtituantur.* Dubitatur, cur priuetur officio Prouincialis ob negligentiam, nam diminutio capitis eſt maxima pœna in ordine *cap. qualiter, & quando 2. de accuſat.* ibi, *vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, ideſt ad degradationem intenditur*, vbi *Abbas num. 10. depoſitio eſt capitis diminutio, licet impropria, & nota cap. 2. quod non quodlibet delictum ſufficit ad depoſitionem, nec etiam ad remotionem à beneficio, ſed debet eſſe graue, & quod delictum dicatur graue relinquendum eſt arbitrio Iudicis, qui ſecundum alia delicta à iure notata informabit conſcientiam ſuam.* Negligere autem nunciare Generali apoſtatas, non videtur delictum priuatione dignum. Secundo remittere ſtatim apoſtatas iam abſolutos, nec videtur culpa grauis, etſi poſſit eos in aliquo caſu Superior retinere. Tertiò, quomodo poterunt puniri omnes apo- Capitis diminutio eſt maxima pœna.

ſtatæ in Conuentibus, ad quos diuerterint, ſi dantur gradus apoſtaſiæ, qui expulſione ab ordine, vel condemnatione ad triremes, vel carceratione perpetua, & annorum puniri mandantur? an & Guardiani hoc facere poterunt? & tamen etiam ipſi ſub pœnis comprehenduntur.

Reſpondeo primo. Priuandos eſſe officijs Superiores Prouinciales (hos tantum comprehendit obligatio denunciandi Generalibus) ſi neglexerint monere Generales, & officiales Curiæ, certum eſt ob ſtatutum, quod iuxta conſuetudinem practicandum eſt. Quod autem ſtatutum ſit rationabile, patet ex eo, quod concernit vniuerſale gubernium Religionis, vagationem fratrum, ſcandalum ſæcularium, & inquietationem Romanæ Curiæ. Si enim Superiores, & Officiales Generales apoſtatas ignorarent, non poſſent neceſſaria applicare remedia, impediendo ipſorum conatus, ac procurando eorundem capturam, & reductionem ad Ordinem, hoc graue eſt, & grauiſsimum, & non punitur negligentia, niſi in materia graui, & in re debita Prouincialibus. Eſt enim negligens, qui non facit, quod debet, vt tradit *Felin. de Reſcript. verb. negligentia*, & in re magna, & graui eſt magna culpa, quæ dolus eſt, *Paulus l. 226. ff de verb. ſignific. & l. militis ff. de cuſtod. reor.* argumentum procedit de illa negligentia, quæ vulgo accipitur pro culpa leuiſsima. *Connanus lib. 7. cap. 3. num. 7.* Sed ſtatutum illam accipit, quæ dolo æquiparatur, vt dictum eſt.

Negligens, quis dicendus.

Reſpondeo ſecundo, particulam *ſtatim* non eſſe accipiendam pro nulla dilatione interpoſita, ſine mora, illicò. vt in *l. ſi finito. §. non autem ſtatim ff. de damno infecto*, quia hoc eſſet violentum, & irrationabile, ſi ſtatim abſolutus apoſtata, deberet è Conuentu dimitti, cum tunc indigeat iure hoſpitalitatis, & charitatis, & poteſt accidere, quod ſit indiſpoſitus infirmus, laſſus ita, quod eſſet crudelitas illum eijcere, Nec debet accipi, prout illam accipit *Surd. conſ. 550. num. 6. & Alexander in l. diuortio. num. 10. ff de ſolut. matr.* pro vno menſe, quia hac praxi, & literæ ſtatuti repugnat. Sed debet capi pro celeriter, vt docet *Aloyſius Riccius 4. par. deciſ. Cur. Neap. deciſ. 288. nu. 5. & 6. & in praxi for. Eccl. deciſ. 208. nu. 2.* admittit enim interuallum. & temperamentum ſecundum ſubiectam materiam, *l. quod dicimus ff de ſolut.* vt probat ex multis locis iuris *Albert. apud Caluin. in lexico. Prateium, Spiegel. Barboſ.*

Statim in qua ſignificatione accipitur.

*hoſ dict.*383.*num.*4. & ſic reſoluo, poſſe retineri apoſtatas abſo utos per aliquot dies, iuxta neceſſitates, & contingentiam, laſſitudinis, infirmitatis, &c illo ſemper ſaluo, vt non retineatur ad ſeruitium Conuentus, vel apoſtatæ, præciſa obligatione charitatis, hoſpitalitatis, & neceſſitatis.

Reſpondeo tertio, non eſt mens Religionis, vt in quolibet Conuentu, ad quem apoſtata peruenit, ſoluat totam pœnam ſibi debitam ob apoſtaſiæ delictum, quia vt optimè probat argumentum in oppoſitum, non eſt facile, nec poſsibile, ſed ſenſus ſtatuti eſt, vt poſtquam aduenerit apoſtata, conijciatur in carcerem, ibique per tres dies detineatur, poſtea eductus, in *Communitate fratrum genuflexus ſolemniter abſoluatur, iuxta formam deſcriptam, inflictis ſibi diſciplina flagellis ſpatio vnius Miſerere mei, ac genuflexus ſine capucio in publico refectorio pane, & aqua ieiunet, vt præſcribitur dicto cap.*2.*num:* 26. Carceratio eſt pro leuiſsima apoſtaſia, quæ ſupponitur omnibus alijs gradibus, reliquum pœnarum luere debet in propria Prouincia, vel apud Officiales Romanæ Curiæ, & hæc eſt praxis ordinis, hoc autem non ſolùm poſſunt, ſed etiam debent Guardiani, quia hic non inſtruitur tela iudiciaria, ſed proceditur ſola facti veritate inſpecta.

Quæſtio vndecima *num.* 28. dicitur, *Declaramus Superiores omnes tam Prouinciales, quam locales ordinariam poteſtatem habere excommunicandi, capiendi, & carcerandi apoſtatas etiam aliarum Prouinciarum. In neceſſitate autem etiam fratres ſubditi capiendi apoſtatas facultatem habent.* Eſt indultum *Innoc. IV*. Quæritur præter dicta in *Comment. cap.* 2. *ſtatut.* 65. *fol.* 242. An procedi debeat per telam iudiciariam formando proceſſus, &c. Item quæ ſit neceſsitas, quæ habilitat Subditos ad capiendum apoſtatas, & an poſsit illos capi facere per alios? Poteſtas generalis capiendi apoſtatas.

Reſpondeo primo. Suppoſito, quod ſint apoſtatæ ſine controuerſia, procedi debet de facto, non auditis ipſis apoſtatis, ſecundum præſentia ſtatuta, ad carcerationem, abſolutionem, &c. Si autem dubia ſit apoſtaſiæ imputatio, quia fortaſſe prætendat obedientiales literas bonas eſſe, non expiraſſe, amiſiſſe ipſas, vel iuſtè recurrere ad Superiores Generales pro grauamine ſibi facto in ſua Prouincia, &c. tunc audiendus eſt, nec inauditus condemnandus, & in hoc caſu iniri debet iudicium

Digitized by Google

cium, pro defenſionibus ipſius. Et hoc facere poteſt etiam Guardianus, quia in hac parte eſt Iudex ordinarius, ſicuti, & Prouincialis, etiam ſi præſente Prouinciali, non debet ſe in his cauſis ingerere, cui ex officio incumbit carceratio, abſolutio, proceſſus, &c. nec putari debet, collatam fuiſſe facultatem ambobus copulatiuè, aut tributa præuentio, nam eſt diſpoſitio diſtributiua ſecundum maiorem, & minorem, vt ſpectet ad Guardianum niſi adſit Prouincialis. Vide dicta à nobis in *Comment. cap.* 8. *ſtat.* 42. *fol.* 669. & patet in textu, in quo prius nominantur Prouinciales.

Quando ſubditi apoſtatas poſſint capere.

Reſpondeo Secundo, neceſſitas habilitans ſubditos ad capiẽdos apoſtatas elicitur ex *cap. vt periculoſa. ne Clerici, vel Monachi in ſeſto*, nimirum, *vt Religioſis vagandi materia ſubtrahatur*. Nec enim ſola apoſtaſia ſufficit, vt ſubditi hoc munus exequantur, ſed apoſtaſia, quæ ſæculum ſcandalizet, & reperiatur in Religioſo, qui animum non habeat redeundi, vel non tam citò, & ratio eſt, quia de Apoſtatis ſimpliciter diſponitur quoad Superiores, vt poſſint illos capere &c. quod ſi aſſequi non poſſint, & occurrat Subditis, illi poterunt, itaque neceſſitas eſt in ſubſidium Superiorum non valentium capere apoſtatas, nam ſi poſſunt Superiores, id ſubditis non eſt licitum, quia tunc nulla adeſt neceſſitas. Poſſunt autem tam Superiores, quam ſubditi per ſe ipſos, & per alios capere, & capi facere apoſtatas, quia cum ſit Poteſtas ordinaria, poteſt ſubdelegari.

Quæſtio Duodecima, in dicto *cap.* 2. §. 10. *num.* 30. adnectitur incorporationis materia, quia hæc etiam, ſi legitime non fiat, ad apoſtaſiam ſpectat. Vnde diſponitur, *Nemini liceat in aliena incorporari Prouincia, niſi Natiuus ſit eiuſdem & de utriuſquè Prouinciæ Capitulari conſenſu, & poſtquam incorporandus in illa Prouincia biennio ſaltem, commoratus fuerit, incorporetur. Niſi Superiori Generali aliter viſum fuerit. Declarantes, quod quoquo modo incorporatus, locum, & præcedentiam, non à die habitus, ſed à die incorporationis obtineat* ſuper quo ſtatuto dubitatur primo ſi ſub nomine *natiui*, veniant, qui in illa aliquando domicilium contraxerunt. ſecundo an *conſenſus capitularis* ſpectet ad Diffinitorium, an vero ad omnes vocales Capituli, & an intelligatur etiam de Congregatione Capitulari. Tertio ſi ſolus Prouincialis poſſit hunc præſtare conſenſum

Incorporationis in aliena prouincia leges.

ſenſum

Digitized by Google

ſẽſum. Quarto, An *biennium* debeat eſſe completum. Quinto, An arbitrium datum Generali ſe extendat ad omnia ſupradicta, An autem ad ſolum conſenſum Prouinciarum. Sexto, An Generalis poſſit diſpenſare ſuper loco, & pręcedentia incorporati.

Reſpondeo primo, *Natiuus* proprie non ſignificat naturalem aut natum, ſed in quo aliquid naſcitur, ſic natiuus color *l. ſi cui* §. *lana ff. de legib.* 3. attamen communiter accipitur pro nato vel oriundo ex aliquo loco, vnde in hymno Sanctæ Claræ dicitur *ſpretis natiuo genere, carnis, & mundi fœdere*, licet enim ciues dicantur non ſolum nati, ſed etiam adlecti, nam vt obſeruauit *Briſſonius ex l.* 7. *C. de Incolis lib.* 10. *ver. infra* §. 13. *et* 14. *origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio Ciues facit*. & Ciues Romani ſunt, quibus ius Ciuitatis conceſſum eſt, quinimo omnes, qui in orbe Romano Conſtituti erant, ciues Romani dicebantur, ex *Conſtit. Adriani l. qui in orbe ff. de ſtatu hominum*, vt colligit *Spiegellius*. Vnde & Paulus Apoſtolus ciuis Romanus erat, etiam ſi Tharſis natus *cap. ſi auditorium diſt.* 10. *cap. fundamenta* §. *vlt. de elect. in* 6. & hodie in praxi eſt, vt Ciues Romani efficiantur exteri, ſi Romę per decem annos domicilium habent, & *Cuiaccius ad Rub. C. de mun. et orig.* Originarios dici non tantum natos, ſed etiam manumiſſos, adoptatosquè *l. cum neque C. de incolis, et vbi quis* quoniam, & pro natis habentur, & alienę originis iure cenſentur, & obire poſſunt, & debent munia Ciuitatis illiuſque priuilegijs gaudere tanquam ſi nati in Ciuitate fuiſſent, vt fusè diſponitur in dicto *C. de incolis* per nouem leges per Imperatores *Antoninum, Alexandrum, Diocletianum, et Maximianum, Valentinum, Theodoſium, et Arcadium*. Qua ratione Patriam non minus tribuit origo, quàm faciat domicilium, vt obſeruauit dictus *Cuiaccius lib.* 14. *obſeruat.* 12. *et ad l.* 6. §. *Grammatici ff. de excuſ. muner.* & tamen nil ſtrictius cogitari poteſt, quàm Ciues, & Patria, vnde merito ſub *Natiui* appellatione venire poſſunt, qui eiuſdem Patriæ ſunt, qui ciues. Quamobrẽ ſentio, qui natus fuiſſet Florentiæ, & domicilium contraxiſſet per debitos annos Romę, itaut ciuis priuilegia adquiſiſſet, & Ciuis Romanus diceretur, feciſſetquè in Prouincia Neapolis profeſſionem, poſſe incorporari in Romana Prouincia, non obſtante illi ſtatuto Natiuitatis, quia iam reputatur, vt natus Romę, & priuilegia amplianda ſunt (etiamſi diſputari poſſet, an

Natiuum eſt, in quo aliquid naſcitur.

Ciues ex quo tales euadant.

Patriã quæ tribuant.

ex

ex parte Prouincię odium ſit,an Priuilegium) & ſtatuta accipiē da ſunt iuxta communem vſum loquendi, nimirum, quod appelletur non minus Romanus, quādo adlectus, & ſi gaudet priuilegijs Vrbis, ac ſi fuiſſet natus, poterit etiam gaudere priuilegijs Religionis ſub eadem ratione. Quod ſi quis ſcrupuloſus vellet interpretari ſtatutum, vt odioſum Prouincię, in ſtricta ſignificatione, & accipere natiuum in re, non in Priuilegio, & metaphoricè, id Superiorum determinationi relinquo, qui poterunt cum aliquo conſpicuo Patre, vti accommodata interpretatione Iuncta doctrina *Ignatij Lopez ad cap. 56. pract. Diaz à num. 24.* diſputantis, qui dicendi ſint naturales, quiue exteri Regnorum Caſtellę, & legionis, & relictis municipalibus Hiſpanię legibus, dicit eum, qui eſſet natus extra Regnum, à Patribus naturalibus illorum Regnorum peregrinantium, nec habentium animum domicilium extra contrahere, dici naturalem, ex *l filios C.de municip. & origin. lib.* 10. dicente *filios apud originem Patris, non materna Ciuitate, & ſi ibi nati ſunt, ſi modo non domicilijs retineantur, ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati iuris eſt*. Quia non cenſetur ibi habitare, niſi vt peregrinus, *l Ciues fin. Cod. de incolis. Vnde* (inquit) *cum profectus eſt, peregrinari videtur*. Et hanc opinionem dicit communem *num.* 27. & procedere, etiam ſi Pater vltra decennium extra moratus ſit, quia non deſinit eſſe Ciuis loci, à quo quis diſceſſit, animo redeundi, qui colligitur ex eo, quod, extra non emit immobilia, & alijs coniecturis Iudici arbitrarijs, & citat ſententiam *Pauli de Caſtro in §. legatum, ff. de legat. 1. num. 3.* aſſerentis, quod ſi ſtatuto caueatur quod nullus poſſit eſſe de Collegio Medicorum, niſi ſit originarius Bononiæ Ciuis, quod ſi mater caſualiter abeſt, & ibi parit, certè filius ſingitur natus in Ciuitate, in qua mater incolatum habet. Vide quæ idem Author fusè, & doctè in cit. loc. ſcribit, quæ doctrina valere poteſt in ijs, qui Romam, & ad alias Ciuitates veniunt, & ibi occaſione negotiorum, & mercaturæ morantur, ac filios pariunt, filios inquam non cenſeri natiuos loci originis ſuæ, ſed patris. Licet contraria ſententia ſua probabilitate non careat, vt videre eſt apud eundem *num.* 27. *fine*. Vt etiam ex hac parte remaneat Diffinitorio optio ad vtramlibet inclinandi.

Filij, qui dicantur naturales.

Reſpondeo ſecundo, Capitularis conſenſus, intelligitur de con-

conſenſu Diffinitorij coacti in loco, vbi celebratur Capitulum, vel Capitularis Congregatio. Hæc enim duo eandem vim habent, & Congregatio ſucceſſit loco Capituli, quod quolibet anno celebrari ſolebat. vt diximus in *Comment. cap.* 8. *ſtat.* 49. *fol.* 685. & ſic de facto executioni mandatum eſt, vt non vocales Capituli, ſed Diffinitorium incorporet. cui etiam cõmittitur Nouitiorum receptio, & grauium negotiorum tractatio, & concluſio. clare patet, quia in Congregatione intermedia, quæ Capitularis dicitur, non adſunt alij vocales, niſi tantum Diffinitorium. Extra autem Capitulum, ſiue Congregationem Capitularem talis acceptatio incorporandi, non poteſt fieri, & facta non valet, ſicuti Nouitiorum receptio, idque ad inſinuandam negotij grauitatem.

Capitularis conſenſus reſidet in diffinitorio.

Reſpondeo Tertiò, ſolus Prouincialis tales conſenſus præſtare non poteſt, & ſi præſtat, incorporatio eſt nulla, quia facta contra formam ſtatuti, ſicuti non valeret receptio Nouitij facta à ſolo Prouinciali. Non enim conſenſus Miniſtri eſt conſenſus capitularis. Et ratio eſt, quia cum hæc incorporatio tangat totã Prouinciam, à tota Prouincia approbari debet, *cap. quod omnes tangit de regul. iur. in 6.* tota autem Prouincia conſiſtit in Miniſtro, & in Diffinitorio, in quos agendorum ratio collata eſt.

Solus Prouincialis incorporare non poteſt.

Reſpondeo Quarto, biennium debet eſſe completum, quia ſtatutum addit, *ſaltem commoratus fuerit*. particula autem *ſ item, ex Barboſa dict.* 255. excludit numerũ ex>>eſſũ, nõ tamẽ maiorẽ vt dicatur, debent eſſe tres Canonici ſaltẽ, eſt ſenſus, nõ poſsũt eſſe minus, quã tres, poſſunt tamẽ eſſe plures, & ſic incorporandus debet complere duos annos in illa Prouincia, & poteſt manere plures, fit autem hoc, vt ſuorum morum qualitas cognoſcatur. Commoratum autẽ dicimus, etiamſi ad aliquod breue negotium, aut deuotionis cauſa ad Sanctam Lauretanã, vel Portiunculæ domum acceſſerit, nam Comprouinciales tot annos moratos fuiſſe in Prouincia dicimus, etiam ſi ad hos breues diſcurſus mittantur. Parum enim hæc reputantur.

Saltẽ excludit numerũ expreſſum.

Reſpondeo Quinto Generalem poſſe diſpenſare ſuper omnes recenſitas partes ſtatuti, quia dicendo in fine, *niſi Generaliali-ter viſum fuerit*, videtur additum ad modificanda omnia præcedentia. Vis enim dictionis, *niſi*, poſitæ in fine, eſt præcedentibus omnibus aduerſari, & contradicere. *Barboſ. dict.* 217. nam non poterit aſſignari ratio, cur potius ad vnam potius partem

Generalis poteſtas in incorporatione.

Niſi omnibus precedẽtibus contradicit.

tem ſtatuti referatur, quam ad aliam, cum æquè authoritati Generalis ſubiaceat, & ſic fit in praxi.

Generalis non poteſt diſpenſare circa locũ, & præcedẽtiam incorporandi.

Reſpondeo ſexto, Generalis non poteſt diſpenſare in loco, & præcedentia incorporati, vel incorporandi. Ratio eſt, quia ſtatutum eximit hanc particulam ab authoritate Generalis, nam poſtquam conceſſit Generali facultatem diſpenſandi in omnibus alijs circumſtantijs, addit *declarantes, quod quoquo modo incorporatus &c.* & ſenſus eſt, ſiue ſit incorporatus ex Prouinciarum conſenſu, ſiue ex diſpenſatione Generalis, *locum, & præcedentiam non à die habitus, ſed à die incorporationis obtineat*. ergo iſta fugit diſpenſationem, iuxta ſtatutum *cap.* 8. §. 14. *nu.* 11. limitans authoritatem Generalis. Iuuat tamen addere praxim quotidianam,, nimirum, Quod incorporatus ad ſui petitionem, perdat præcedentiam, quia vel leuitatem animi, vel ſuum commodum concernit, incorporatus verò de motu proprio Generalis, quod vt plurimum fit ad vtilitatem Prouinciæ, cui inſeritur, vt eſſet Lector Claſſicus, Prædicator clariſſimus, Pater, experientia, & rerum gerendarum vſu, conſpicuus, vel ſtudens bonæ indolis, aut laicus opiniones ſanctitatis, & virtutum ſplendore, aut vtilis ſeruitij, vt cementarius, faber lignarius, pictor, architectus conceptu, & munere profuturus (quod non rarò accidit) illam non amittat, & rationi conſonat, quia non debet quis, ob ſeruitium, & vtilitatẽ aliorum, ſuam conditionem deteriorare; De hoc non loquitur ſtatutum, & remanet ſub diſpoſitionẽ Generalis, cuius authoritas limitari non cenſetur, niſi vbi limitata expreſſè appareat. vt latè in meis *Comment. cap.* 12. *ſtat.* 12. *Reſpondeo* 3. *ad quæſt.* 4. *verſu.* 1. *enim certum eſt fol.* 918. hæc eſt enim ordinariæ iuriſdictionis conditio.

Quæſtio Tertiadecima In fine §. *de Apoſtatis dicti cap.* 2. dicitur *poſſit tamen in his pœnarum generibus, vbi perſonæ qualitas, & emendationis ſigna ſuadeant, medietate pœnitentiæ iam peracta, Capitulum Prouinciale, per ſuffragiorum ſecretorum maiorem partem diſpenſare*]. & dubitatur, quæ ſit iſta perſonæ qualitas, quæ emendationis indicia, quomodo accipiatur hoc loco Capitulum Prouinciale, quod ſecretum eſſe debeat in his votis.

Qualitas quia ſit apud legiſtas

Reſpondeo Primo, *qualitas* ex Logicis eſt, qua quales nominamur, ex iure conſultis, qui ſuper Ariſtotelico fundamento ædifi-

ædificant, qua nominamur quidem, ſed non in ſolo prædicamento qualitatis, perſiſtentes, hinc paſſiones, & actiones, relationes, habituſquè, hiſque ſimilia, qualificare dicuntur, vt paternitas, filiatio, habitus omnes intellectus, & voluntatis, artes, virtutes, vitia &c. vt notarunt *Spiegellius, & franciſcus Balduin. Cateches. iuris ciuilis cap.* 4. quas etiam qualitates ſolum nominant, quæ tantum perſiſtunt, non quæ ſtatim mutantur. vt vini, frumenti, fundi, nam non dicitur vinum calidum, vel frigidum, quia ex accidenti id habeat, ſed vel dulce, vel aridum, vel ſtipticum. ſic etiam perſeueranti acceptione qualitates vini, olei, frumenti, nummorum, ſunt, quæ ipſa inter ſe diſtinguunt, non quæ leuiter alterant. Nec enim hominem ruſum, vel pallidum dicimus ex incidente inflammatione iræ, aut timoris. *Connan. lib.* 4. *cap.* 7. *num* 8. *Brecbæus l quid aliud ff. de verb. ſignif.* vbi & *Alciatus*. Qualitas igitur perſonæ, eſt ſtatus, & conditio illius, vt ſi Pater graduatus, ſi concionator, aut Lector, ſi nobilis, ſi debilis, ſi notus, & alias conſpicuus apud deuotos, vel Principes. Tunc enim poterit cum eo miſericorditer agi. Emendationis autem ſigna erunt, ſi ſpōte, & ex animo facit pœnales actus impoſitos, ſi non murmurat, non oſtendit impatientiæ ſigna, ſi non petit, aut inſtat liberari, ſi peccaſſe eum pœnitet, & veluti litura, ac ſpongia mendum commiſſi delicti tollere, cuiuſmodi in iure emendatio ſumitur, *Alciatus in l. edita C. de eden.* ſalua remanente ſubſtantia *l. actorum ff. de re iudic.* ſumitur etiam pro corrigere, ac virgis affligere, & caſtigare *Briſſon. Bredero apud Io. Caluinum in lexico* Quapropter ex correctione morum, & ex afflictione corporis eruenda eſt emendatio. Notandum tamen eſt, quod iunctim adeſſe debent, qualitas perſonæ, & ſigna emendationis, ex particula copulatiua, *&*, quorum alterutrum, quod deficiat, non poterit liberationis indulgentiam obtinere. Emendationem, quæ ſuadeat.

Reſpondeo ſecundo, Capitulum Prouinciale accipitur hoc loco, non pro ſolo diffinitorio, vt ſupra dictum eſt, de Capitulari conſenſu, ſed de collectione Guardianorum, & aliorum vocalium Capituli prouincialis, tum quia hæc eſt mens ordinis, quam probè noui in compilatione horum ſtatutorum, tum quia illa formalitas *Capitulum* Capitulum Prouinciale quando non accipiatur pro diffinitorio.

Pro-

Prouinciale per ſecretorum ſuffragiorum maiorem partem, denotat aliquid plus ſupra Diffinitorium, de quo nunquam ſolet talis modus loquendi vſurpari, & ſecreta ſuffragia propriè ſunt Capituli Prouincialis, non autem Diffinitorij, quia talia in Diffinitorio nunquam reperta ſunt, niſi poſt annum 1642. quo ſtatutum eſt, Guardianos eligi debere, per ſecreta ſuffragia in Diſcretorio, igitur Capituli Prouincialis proponendus eſt caſus, cum meritis apoſtaſiam luentis, & exquirenda eſt deliberatio, per maiorem partem votorum.

Reſpondeo tertio, Quæ vota ſecreta eſse debent, non quidem per ſchedulas, vt in electionibus, ſed per ballottationes, vt breuius expediatur negotium, nec requiritur tantum ſecretum, quantum in electionibus, in quibus committitur nullitas, ſi deſit, fit enim ad vitandas ſimultates in caſu, quo negetur ſuffragium, & ad aſserendam libertatem. Quare ſi aliter fieret, cum non apponatur clauſula irritans, adhuc valeret, quia *multa facta tenent, quæ fieri prohibentur*. deberet tamen puniri Præſes id permittens.

CA-

CAPITVLVM X.

De Pœnis, alios infamantium; & Calumniantium.

Contra hoc nequiſſimum genus hominum tale ſtatutum fulminatum eſt *cap.7.S.5.num.63. falsò aliquem infamans pœna talionis puniatur, nec abſolui poſſit, niſi (prout poterit) famam antea reſtituat. Quare diſtrictè prohibemus, ne quis ſub ſigillo confeſſionis quidquam dicat, quod in alicuius infamiam vergat. vel quod inter fratres diſſentionem, vel ſcandalum generet, & num.31.* ſcriptum eſt, *Calumniatores perpetua notentur infamia*. Super quibus ſtatutis hęc examinanda veniunt. Primo, quid ſit infamia, infamatio, & quomodo differat à calumnia. Secundo, quæ delicta infament. Tertio, cur in ſolos calumniatores irrogetur infamia. Quarto, infamia quomodo irrogetur per ſententiam. Quinto, quomodo aboleatur infamia. Sexto, An in pœnas ſtatuti incidat, qui cum veritate aliquem infamat. Septimo, An poſſit abſolui in aliquo caſu antequam fama reſtituatur? Infamantis pœnæ.

Quæſtio prima: Quid ſit infamia, infamatio, calumnia.

Reſpondeo Primo. Nonnihil de hac materia tetigimus in *cap.7.Comment.ſtat 5.caſu 7.reſeruato fine.* de infamantibus alios, & ſupra *caſu* 3. & 4. & de infamia quid, & quotuplex ſit *Cap.2.ſtat.1.S.10.& cap 8. ſtat.17.fol* 577.& alibi ſparſim, nunc ad rem. Infamia famę, exiſtimationiſquè, ac pudoris labem, & maculam ſignificat, & ignominiam. Ignominia imponitur à Iudice, qui poteſt animaduerſione notare. Infamia ex multorum ſermone progreditur. *Prataius*. Infamia, vel eſt iuris, ideſt, quæ legis authoritate imponitur, ſiue ſit canonica, ſiue ciuilis, cum nimirum committuntur delicta, infamiam irrogantia, & in lege deſcripta, vel facti, dum quis ex malis operationibus in opinione hominum malè audit. *Stat* (inquit Varro) *nexa in vulgi pectore fluctuanti, intonſa coma, ſordido veſtitu, ore ſeuero.* Vide *l.1 ff de ijs, qui not infam.* vbi iuriſconſulti, & Canoniſtę, in *cap.infames.3.quæſt. 7. & cap.fœ-*

Infamia, & Ignominia quid & quotuplex.

Ii *licis.*

licis, verb. infamis. de pœnis. & Summiſtæ *verb infamia.* qui enim ſunt infames iure ciuili, ſunt etiam infames iure canonico, *cap. omnes vero & cap. illi qui. 6. quæſt. 1. 2. quæſt. 3. §. hinc colligitur ex Gratiano* licet hæc vniuerſalis exceptionem patiatur, nam mulier, quæ nubit intra tempus vetitum per leges ciuiles reputatur infamis, attamen per ius canonicum, minimè.

Infamare

Reſpondeo ſecundo, Infamare eſt, alicuius famam, & exiſtimationem dicto, vel ſcripto, factoue laceſſere, lædere, pudorem eius ſigillare. *Briſſon.* & infamatus propriè dicitur, cuius opinio eſt læſa apud bonos, & graues, ſecus eſt, ſi apud maleuolos, & viles, nam de tali infamia non eſt curandum, imò turpe eſt, à turpibus, vilibuſquè laudari, quia videtur de complicibus laudantium, *Panhor. in cap. inquiſitionis. §. quæſiſti. de accuſat.* vbi plenè de hoc agit. hinc Cicero in Epiſtolis magnifaciebat, *laudari à Laudato viro*, eſt ſiquidem grauiſſimum delictum aliquem infamare; *cap. homicidium. diſtinct. 1. cap deteriores. cap. ex merito 6. quæſt. 1. & cap. 1. & 2. 5. quæſt. 1. Abb. in cap. cum dilectus. de accuſat. num. 9.* quia priuat proximum fama, & honore, quæ poſt vitam, primum inter bona naturalia locum obtinent. *P. Nauarr. lib. 2. cap. 4. num. 6. Filliucc. tract. 40. cap. 4. quæſt. 1. num. 87. ad fin. Rebell. lib. 4. de reſtitut. quæſt. 1.* Eſt enim fama illæſæ Maieſtatis, ſeu dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus, vel communis loquutio ex veriſimilibus coniecturis conſurgens. *Gloſ. in cap. veſtra. de cohab. Cler. & mul.* vbi *Abb. Bald. in l. de minore §. tormenta. ff. de quæſtion.* & eſt oraculum diuinum *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam multi theſauri magni, & pretioſi.* prouerb. 22. Eccl. 41. Tribus igitur modis infamatur aliquis. Primo, Dicto, & tunc eſt detractio, id eſt, iniuſta denigratio, vel læſio famæ alterius, quæ ſi fiat publicè dicitur contumelia, ſi occultè dicitur, detractio, vt communiter omnes cum Sancto Thoma 2. 2. quæſt. 73. artic. 1. apud *Bonaccin. de reſtit. in partic. diſput. 2. quæſt. 4 punct. 1. num. 3.* qui *num 3.* recenſet 8. modos, quibus famæ proximi detrahi poteſt, nimirum imponendo alteri crimen falſum, Reuelando crimen verum, ſed occultum, Crimen verum augendo, Interpretando ſiniſtrè factum alterius, Negando rectè facta proximi, illa diminuendo, Reticendo, quando ſilentium, pro tacita vitupera-

Quam graue delictũ.

Quid ſit fama.

Detrahere eſt infamare dicto, & ſi fiat publicè eſt cõtumeliari

peratione acciperetur, vel frigidè laudando, qui 4. modi indirectè detractio appellantur. Priores verò propriè, & directè: poteſt autem quis ſibi ipſi detrahere, manifeſtando ſua peccata, & eſt culpa mortalis, quando ſua fama neceſſaria eſt ad regimen, vel familiæ, aut Religionis ſplendorem, aut ſcandalum generaret, tunc enim non eſt Dominus ſuæ famæ, & non tantum peccaret contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam. Cæterum remotis his conſiderationibus, multi tenent non eſſe peccatum mortale infamare ſeipſum, quia eſt ſuæ famæ Dominus, quod in Religioſo, non ſolum Prælato, ſed etiam ſubdito exceptionem patitur, cum fama vnius Religioſi conferat, & Ordini, & Conuentui, & ſic non valet illud fundamentum, ſine culpa poteſt quis prodigere ſuas res, ergo & famam, quia ſicuti Religioſus ex voto paupertatis non habet dominium facultatum, ita ex ſtatu regulari non eſt Dominus ſuæ famæ. Lege cit. *Bonacc. puncto* 10. & infra vbi multa pro reſtitutione famę conſurgente ex detractione, quæ fit verbis, fit etiam detractio ſcripto, vt in literis infamatorijs, & libellis famoſis, de quibus nos infra loco proprio, fit tandem facto, vt formando picturam alium dehoneſtantem; ſpurcando ianuam, vel parietem alterius, apponendo ſigna materialia, quibus ſignificetur imperfectio proximi, vt cornua, pudenda, & cæt. quæ accedunt ad naturam libelli famoſi.

Detrahere ſibi quando ſit peccatū mortale.

Detrahitur ſcripto, vel facto.

Reſpondeo tertio, Calumnia, eſt malitioſa, & mendax infamatio, *l. accuſatorum,* quę eſt prima *ff. ad S. C. Turpillianum* §. 1. vbi dicitur *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur. & tribus pœnis ſubijcitur, aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiuerſantur, calumniari eſt, falſa crimina intendere, prauaricari eſt, vera crimina abſcondere, tergiuerſari, in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere*, eſt etiam callida, & malitioſa iuris interpretatio *l. ad exhibendum*, quæ eſt penultima & 19. *ff. ad exhibendum* in qua dicitur *Non oportere ius Ciuile calumniari, neque verba captari, ſed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire,* quod dixit etiam *Cicero lib.* 1. *offic.* & hac ratione, qui alicuius verba malitioſè interpretaretur calumniari, diceretur. Vel qui alium litibus fraudulenter vexat. *l.* 233. *ff. de verb. ſignific. ſi calui-*

Calumnia quid.

tur, & moretur, & fruſtretur, inde & calumniatores appellati ſunt; quia per fraudem, & fruſtrationem alios vexarent litibus, inde, & cauillatio dicta eſt. Tria prima verba ſunt legis duodecim tabularum, in qua legebatur, *ſi caluitur, pedemquè ſtruit, manum endo iacito*, vbi verbum *endo* ſignificat in procinctu, ſeu procinctu, id eſt, expedito, accincto, & primum ducitur à Caluis mimis, qui ſunt omnibus fruſtratui, & deriſui, vt inquit *Marcellus*; hinc titulus *ff. de calūniatoribus*, qui pretio corrupti calumnioſè cauſas, vel agunt, vel deferunt; hinc dantur iuramenta propter calumniam, *C. de iuramen. propter calumniam*, dandis, tam reo, quàm actori; & in iure Canonico titulus de *iuramento calumniæ*, per 9. Capitula, ne ſcilicet intententur accuſationes, & lites per calumniam. Vel qui falsò aliquem accuſat, vel accuſationem non probat *l. ſancimus, quæ eſt 22. C. de pœnis. l. quiſquis vitem*, quæ eſt 2. C *de cenſibus, & cenſitoribus. cap. cum dilectus de calumniatoribus, cum capit. 1. eodem.*

Verba legis 12. tabularū declarantur

Iuramētū calumniæ.

Calumniari enim eſt actione experiri, vel exceptione vti temerè, ſcienter, & dolosè aduerſus innocentem, ideo vt eum vexes, vel aliquid extorqueas. *Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. quæſt. 103. caſu 322. Vlterius in Comment. Inſtit. de actionibus. ad* §. 19. fit igitur calumnia, ſeu calumniatur, qui falſa crimina intendit, qui vexandi hominis gratia, actionem, petitionemquè infert, qui ſolutionem indebiti admittit, animo decipiendi, qui ius callidè, & peruersè interpretatur, qui ſolutum bis exigit, qui vt moram inijciat, latebras, & effugia quærit, latitat, fugit, remoratur. *Geddeus ad dictam l. ſi caluitur num. 2. & 3. Cicero lib. 2. de Republica calumniaris* accepit pro omni ingenij malitia, dicens de Carneade *ſæpè optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet*.

Calumniari propriè quid importet.

Porro de calumniatoribus diſponitur *cap. quiſquis ille 2. queſt. 8. & cap. qui calumniam. 5. queſt. 6.* cum ſequentibus, & in *Theſauro Selectar. ſentent. verb. Calumnia, & in Lexicis Spiegell. Prateius, Briſſion. Caluinus Abbas, & Canoniſtæ in titul. de calūmniat.* & ex Modernis Summiſtæ in *Verb. calumnia. Rodriq. queſt. 32. articul. 2. tom. 2. Sayrus lib. 12. cap. 15. num. 18. Menoch. ſupracitatus caſu 322. Molina tractat. 4. diſputat. 9. numer. 8. Diaz capit. 68. in praxi, cum ſuo*

Addi-

Additionario Clarus quaſt.62.à num.5.Theſaurus verb.accuſa-ter cap.1.

1 Quæſtio ſecunda, quæ delicta infament, vel de iure, vel de facto, & quomodo.

2 Reſpondeo, illa enumeraui in *Comment ſtat. cap.2. ſtat.1.* §. 10. in illa verba *Nulla vulgari infamia notati*. Vbi etiam dixi, infames à iure non cenſeri, niſi poſt ſententiam Iudicis.

3 Sed eſt prima difficultas, an ſit neceſſe, quod Iudex poſitiuè declaret infamem, an ſufficiat declaraſſe delinquentem delicto infamante, itaut ſine alia declaratione reputetur infamis, & inhabilis.

4 Reſpondeo, ſufficit per ſententiam condemnari de delicto irrogante infamiam, quia infamia ſequitur delictum tanquam paſſio quædam, ſicut laus opus bonum, *l. Athletas.* §. *calumniator. num ſequent ff. de ijs, qui notan. infam. & l. infames ff. de publ. Iudic.* vnde condemnatus criminaliter *l. Iulia de vi publica, vel priuata*, efficitur infamis ipſo iure *l.1 initio. ver. qui iudicio publico. ff. de his, qui not. infam. Practica Papienſis.* §. *per veſtram diffinitiuam ſententiam num.1. fol.201. colum.1. in fin.* Quare ſentientes non incurri infamiam, niſi poſt declarationem, vel non eſſe neceſſariam declarationem, ſed ſufficere notorium iuris, vel facti, vt videre eſt apud *Auilam, Abb. Felin. & alios citatos à Theſauro de pœnis p par. cap.33* §. *Aduertendum 5.* facile componi poſſunt, ſi intelligant de declaratoria criminis, non autem de declaratoria infamiæ. Statim ac quis condemnatur de crimine enormi, & & depoſitione digno, cenſetur infamis. Infamis reſtat quis ſi condemnetur ob delictum infamans.

5 Secunda Difficultas, an etiam in crimine notorio irrogetur infamia, ante ſententiam, non enim videtur neceſſaria ſententia declarans delictum, cum ex ſua notorietate, ſit ſatis ſuperque publicum, & intantum requiritur ſententia Iudicis, inquantum delinquens erat in poſſeſſione ſui ſtatus integri, & propterea debuit ab illo deijci, ſed notorium facti ſubit vicem accuſatoris, & Iudicis, ergo non eſt neceſſaria alia declaratio, ſic ſupracitati Doctores apud eundem *Theſaurum verſ. alij dicunt*, & facit textus *in l. palam.* §1 2. *ff. de ritu nupt.* vbi de adultera dicitur *At ſi deprehenſa quidem ſit, damnata autem non ſit, notata erit*, & additur ratio. *Quia factum lex, non ſententiam notauerit.*

Non ſufficit ad infamandum notorium facti.

Reſpondeo, non ſufficere ad reddendum aliquem infamem, itaut repellatur à publicis actionibus, ſolum notorium facti, quaſi hoc ipſum ſententiæ æquiualeat, ſed debere declarari tale, vel tale crimen commiſiſſe *Gloſ. in cap. teſtimonium verb. ordinata. de teſtib. cap. Subdiaconis .24. quæſt. 1. Gloſ. 2. in l. ex ea, ff. de poſthumis Innoc. cap. cum ſuper de ſent. & re iudic. Feder. conſ. 23. Doctores in l non poteſt ff. de furt. cap 1. 4 quæſt. 4. Alexand. l ſæpè num. 38. ff. de re iudic Sebaſtian. Medices. regul. 8. Abb. in cap. olim. de reſcriptis, & in cap licet beli. de Simon. nu. 19. & 20.* Ratio autem adducta in oppoſitum non valet, quia illa notorietas præbet tantum occaſionem, & indicium inquirendi contra delinquentem, non autem de facto priuat obtentis, aut inhabilitat, ad obtinenda, quia hoc ſpectat ad Iudicem declarantem delictum. & dat facultatem, vt poſſit denunciari, accuſari, inquiri, ac ſententiari. *Abb. in cap. per inquiſitionem. de elect. num. 11. & infra* ſcribens contra *Innoc.* qui ſenſerat, effectum infamiæ facti eſſe, vt non ſolum repellat à beneficijs obtinendis, vt in *cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat. vt in l 2. C. de dignit. lib. 12.* ſed etiam priuet beneficijs iam habitis. *Sed profectò* (inquit) *non eſt verum, quia propter ſolam infamiam facti, non debet quis priuari beneficijs habitis, ſed debet fieri inquiſitio contra eum, vnde infamia præſtat ſolam facultatem inquirendi, vt in cap. qualiter, & quando 2. de accuſ.* quod dixerat *in cap. olim ex literis. de reſcript. num. 9.* Lex autem adducta contra Adulteram, eſt in caſu ſpeciali.

Dices valebit ſaltem in Confeſſione facta de crimine infamante extra iudicium, vt tenuit cit. *Innoc. in dicto cap. per inquiſitionem. de elect.* dicens, per confeſſionem criminis extra iudicium incurrit quis infamiam, propter quam debet priuari obtentis, & inhabilitari ad obtinenda, & ſic eſt infamia iuris.

Confeſſio de crimine infamante, nō reddit actū infamem.

Reſpondeo, cum eodem Abb. locis ſupra citatis, non ſubſiſtere dictum Innocentij, quia confeſſio etiam facta in iudicio non infligit infamiam iuris, quæ ſolum conſurgit ex ſententia condemnatoria, *l. 1 ff. de his qui not. infam.* Confeſſus autem in criminalibus non habetur pro condemnato, ſed requiritur ſententia. *l. confeſſus ff. de cuſtodia Reor.* Ita *Bartol. in l. ictus fuſtium ff. de his qui not. infam.* Neque dictum Innocentij valet de infamia facti, nam Iudex debet procedere, & ſententiare, vt ſu-

Confeſſus nō habetur pro condēnato.

vt ſupra, & in *cap. Præsbyter 1. quæſt. 5.* limitat tamen reſponſum vniuerſale, ſi confeſſio fieret ſpecifice, & præſente parte, vt ſi quis in præſentia mariti confiteretur adulteraſſe vxorem, tunc enim confeſſio habens ſua ſubſtantialia plenè probaret. arg. *l. generaliter. C. de non numerata pecunia*, quia nulla eſt maior probatio, quam quæ clara voce fit ab ipſo delinquente *cap. per tuas, de probat.* attamen nec ex ſola hac confeſſione repellendus eſſet propter infamiam, niſi ex illa confitens declararetur delinquens, vel infamis. Dum autem dicitur *C. de confeſſis. lib. 7. l. vnica Confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet: quare ſine cauſa deſide ras recedi à confeſſione tua, cum & ſoluere cogaris.* Id valet in cauſa ciuili tantum, non criminali, & non eſt intelligendum, quod ſola confeſſio arctet ad ſolutionem, ſed vltra hoc requiritur ſententia Iudicis, condemnans confitentem ad ſoluendum, ex ſola confeſſione. itaut ſit ſenſus, confeſſus in iure haberi pro iudicatis, quia non requiritur alia probatio, ſed ſufficit ſola confeſſio iam facta, hæc autem ſolutionem non exhibet, niſi Iudex confeſſum cogat ad ſolutionem, fundatur autem ſuper natura confeſſionis, quæ facit plenam probationem in prejudicium confitentis *dicta l. generaliter C. de non numerat pecun.* facit *l. Emptor. §. Lucius ff. de pactis l. cum precibus. C. de probat.* Vnde vnica rei confeſſio ſponte & non vi tormentorum extorta, niſi poſt tormenta ratificetur, ſufficit ad condemnandum *Glo. in l. 1. ff de cuſtod. & exhibit. Retr* quæ tamen confeſſio ſufficit ad damnandum, non per ſe ſolam ſumpta ſine officio Iudicis. **Quomodo confeſſus pro iudicato habeatur**

Tertia Difficultas, an crimen probatum per viam exceptionis, infamet, v. g. electus fuit aliquis in Prouincialem excipitur contra perſonam electam de vitio perſonæ, non electionis, quod ſit Simoniacus, fur, adulter, an hoc probato, & ceſſata electione is remaneat infamis.

Reſpondeo, ſatis ſubſtentabilem ſententiam putat *Abb. in cap. ſuper eo de elect. num. 2.* reddi infamem, & incapacem dignitatis obtinendæ, non autem obtentæ. Quia delictum probatum per exceptionem eſt infamatiuum, & ſententiatum, hinc currit regula iuris *Infamibus portæ non pateant dignitatis de regul. iur. in 6.* & notatur in *l. 2. C. de dignit. lib. 12.* ex quo infert, arceri ab electione, non ſolum infamatum infamia iuris, ſed etiam facti. Quod non ſit infamia iuris, probatur, quia ſi

eſſet iuris, redderet incapacem obtentis, & obtinendis, nam hæc infamia adimit honorem iam quæſitum. *l. infamia C. de decur. lib. 10. Abb. in cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* Infamia autem facti, non priuat obtentis *cap. ſuper his de accuſat.* bene quidem obtinendis *cap. cum in cunctis §. inferiora de elect.* vbi dicitur, quod beneficia conferri debent ijs, qui ſunt moribus commendabiles, tales autem non ſunt infames infamia facti.

Accuſatione minor eſt inquiſitio, & hac exceptio.

Si dicas, damnatus per inquiſitionem de crimine, de quo damnatus per accuſationem efficeretur infamis, euitat infamiā vt multis iuribus, & Doctoribus allegatis probat *Abbas in Rubric. de Iudicij. num. 5. in medio*, quia leges canonicę mitius puniunt quando proceditur per viam inquiſitionis, quam accuſationis *cap. qualiter, & quando 2. cap. inquiſitionis de accuſat.* Exceptio autem minor eſt inquiſitione, illa maxime, quæ indirecte reſpicit delictum, directe vero electionem, cum ſcilicet agitur de delicto in ordine ad electionem. & eſt clarus textus *in cap. cum dilectus de ordine cognitionum.* in hæc verba *ſi crimen aliquod in modum exceptionis Teſti obijcitur, vt à teſtimonio repellatur: & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur. quod ea ratione contingit, quoniam in ipſum accuſatio non procedit. Teſtes enim, quorum teſtimoniū reprobatur, quaſi infames, ex falſo teſtimonio non habentur.*

Electio caſſata vitio perſonæ nō replicatur, ſicuti vitio electionis.

Reſpondeo cum *Abb. in cap. ſuper eo de elect. num. 2.* vbi declarant decretum *Clem. 3.* quod electio caſſata vitio perſonæ, non poteſt replicari, ſicuti poteſt, caſſata vitio electionis cuius ratio eſt, quia vitium ſequitur, & ſugillat perſonam, & reddit infamem, & incapacem, quem effectum facit etiam vitium probatum per viam exceptionis, quod non infamet, nimirum infamia iuris, benè tamen facti. Quę ſatis grauat opinionem excepti. ex quo ſi non priuatur beneficijs obtentis, impeditur pro obtinendis, vel non infamat, quando directe non intenditur ipſum crimen infamans, ſicuti intenditur electio, vt ſi quis opponat contra electionem, quod celebrata fuerit per ſimoniam, hoc crimen in hac exceptione directè intenditur, ſicuti ipſa electio; quia reperitur incluſum in ipſa electione, quod non contingit in alijs criminibus, puta adulteri, furti &c. quia non habent relationem ad electionem. Vel quia iſta exceptio habet vim accuſationis, & non puræ exceptionis, quę eſt actio-

nis

nis excluſio, & nil aliud intendit, quam excludere ab illa actione. Exceptio autem non pura, & impropria, participat naturam accuſationis. ponit exemplum Abbas citatus, & declarat hanc doctrinam Innocentij. vt ſi quis examinatur contra me, & ego excipio contra illum, quia non ſit habilis ad teſtificandũ, tunc dicitur exceptio propria. Si quis autem, non ſtimulatus, nec in actionem vocatus, ſponte excipiat contra electum, vel teſtem, vel accuſantē, iſte eſt potius accuſator, quàm exceptor & vitia perſonæ, quæ probat, infamant, ac repellũt, non quidem infamia iuris, ſed facti. Quod idem Abb. euidenter probabat in fine *num.* 2. Hinc ad inſtantiam directe respondeo, negando hanc exceptionem, minorem eſſe inquiſitione, quia appropiat accuſationi, quæ ſuperat inquiſitionem. & vniuerſaliter non eſt verum dictum Abbatis. Quod damnatus per inquiſitionem euitat infamiam, quam per accuſationem contraxiſſet: & probo ex ipſiſmet Capitulis, quæ pro ſe citat, nimirũ *cap. inquiſitionis de accuſat. & cap. qualiter, & quando 2. eod.* in primo enim Innoc. 3. de hac quæſtione interrogatus à duobus Epiſcopis reſpondet, *Verum ſit tale crimen, quod ordinis executionem ſuſcepti, aut retentionem beneficij, etiam poſt peractam pœnitentiam impediret, puta ſi homicidium commiſiſſet, aut adeptus eſſet ordinem, aut beneficium vitio ſimoniæ, quo caſu erit, ſicut in accuſationis iudicio procedendum, alioquin ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari*. quo textu nil clarius contra Abbatem & in 2. idem Innocentius dicit *ſed cum ſuper exceſſibus quiſquam fuerit infamatus &c. abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum, & puniendum procedatur, quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino*. & licet ipſe *Abb. in dicto cap. inquiſitionis.* idem teneat contra ius ciuile, & ſententiam *Bartoli in l. Infamem ff. de pub. iudic.* quem citat, & adducit differentiam inter ius ciuile, & canonicum, attamen eſt contra literam, quæ æquiparat inquiſitionem accuſationi & cõtra praxim, quæ grauia delicta punit pœna ordinaria, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem legitimam procedatur, neque de hoc eſt ambigendum inter Regulares, qui ſuis ſtatutis gubernantur, & rarò inter ipſos per viam accuſationis proceditur, quippe qui ſibi vacant, & aliorum delicta non rimantur,

Exceptio participat naturã accuſationis.

Examinantur Abbas, & Innocentius ſuper contractione infamiæ per exceptionem.

tur, niſi notoria, aut patentia fuerint. & ſi detur caſus, quod præcedente infamia, & clamoroſa inſinuatione iuxta *cap. qualiter, & quando 2. de accuſat* quis reperiatur conuictus de crimine peſſimo, vel de ſimilibus grauiſſimis delictis, an dubitare debeat Prælatus regularis illum in pœnam ordinariam condemnare, & infamem declarare, cum hoc ſtatuta ordinis præcipiant: Ego quidem nihil ambigo, & contrarium ſentire eſſet ſtatuta flocciſacere, & delicta fouere! Quinimo ex diuerſitate iuris canonici, à ciuili, id manifeſte colligitur, quia ſi infamāt de ictu in iure ciuili, cognita per inquiſitionem, multò magis in iure Canonico. Nam Clerici, & Religioſi puriores eſſe debent, & vel minima macula, in talibus magna, & turpis apparet, quod non eſt ita in ſæcularibus, & Laicis, ergo plus læditur fama in Eccleſiaſticis, quam in laicis, ergo facilius declarari debent infames, ideſt ad officia inhabiles, ne ex horum ſcandaloſorum promotione, ſcientes ſcandalum patiantur. multa enim omittenda ſunt propter vitanda ſcandala *cap. nihil prodeſt de præſcription. & cap. cum teneamur de Prabend. Abb. in cap. conſiderauimus de elect. in fine* cum additionibus ad Abbatem de ijs, quæ licent, vel non licent propter ſcandalum. Quamobrem ſæpius laudatus *Abbas in dicto cap. qualiter, & quādo 2. num. 20.* imponi poſſe pœnam ordinariam quantumuis grauem, etiamſi per viam inquiſitionis procedatur, allegans duas limitationes Innocentij in dicto cap. quarum prima eſt, ſi conſtet per confeſſionem, ſecunda ſi crimen eſt notorium, tunc enim proceditur, ac ſi eſſet accuſator. cum allegatis per *Barboſ. Bellenſem in additione verſ. per confeſſionem. & ſupra num. 10. verbo & declaro*; inquit *Abb. nam ſi proceſſum eſt per inquiſitionem, debet Iudex imponere pœnam ordinariam, & non pœnitentiam tantum.* in quo ſupradictis contradicit. & ſupra, declarando quid interſit inter diminutionem capitis, & remotionem ab officio, ait *Non quodlibet delictum ſufficit ad depoſitionem* (quæ eſt capitis diminutio) *nec etiam ad remotionem ab officio, ſed debet eſſe graue.* Si ergo graue eſt delictum, vtique infamatiuum eſt. Nam infamia nil aliud eſt, quam *pudoris Labes l. decreto C. ex quib cauſ inf. irrog in fine,* & *exiſtimationis læſio l. nullam C. eod fama damnum l. ſi furti eod.* ſed quia de hoc apud me non eſt dubitatio, relinquo multa.

Multa omittuntur ad vitanda ſcandala.

Infamia quid.

Quarta Difficultas. An exceptio infamię poſſit opponi Iudici,

ſiue

ſiue ille ſit ordinarius, ſiue delegatus, itaut cogatur à iuriſdictione deſiſtere, puta, ſuit electus Prouincialis, qui prius fuerat per ſententiam declaratus adulter, fur &c. & conſequenter infamis, an volens aliquem punire, poſſit excipi contra illũ de hac infamia, & inhabilitate. Sic etiam ſi delegetur cauſa alicui ex iſtis.

Reſpondeo, *lib.* 10. *Codicis: tit.* 31 *de decurionibus, l.* 8. dicitur *Infamia, quæ ſibi abominanda eſt, quæſitum tibi adimit honorem*, & *l. ad tempus ff. de Decurionib.* dicitur *Ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moueri placuit*, infamis igitur ſemel declaratus, ſemper eſt talis, at infamis non poteſt eſſe Iudex, nec Prelatus. Vnde Innoc. in *cap. ſuſcitatus de reſcript.* dicit contra ordinarium non poſſe excipi per articulum infamiæ, quia tunc non eſſet ordinarius in cauſa, benè quidem contra delegatum, qui poteſt à iuriſdictione commodius remoueri, ſubſcribit *Abb. eod num.* 7. dicens tamen poſſe excipi etiam contra ordinarium, de crimine, quod priuet illum officio ipſo facto, puta quia fuit condemnatus de delicto infamante, nam talis ſententia priuat ſententiatum officio publico, ipſo facto, & citat *l.* 2. *§. miles ff. ex quibus cauſis irrogatur infamia.* cum *Gloſ. notabili*, dicente, Infamis repellitur ab omni dignitate, quibus addit *Zacchias ad verſ. ipſo facto. Ludouicum Romanum, Iacobum Rebuffum*, & multas alias leges ex *Codice*. in ff enim talis titulus non reperitur, & puto legendum *ff. de his qui not. infamia. l. quod ait Prætor*, quæ eſt ſecunda, & §. 3. quæ dicit *Miles, qui l. Iuliæ adulterijs fuerit damnatus, ita infamis eſt, vt etiam ipſa ſententia Sacramento ignominiæ cauſa ſoluat*; & ceſſat abſurdum, quod Innocentius opponebat, quia ſi priuatur ipſo facto non remanet Iudex, neque ſuper hac cauſa, nec ſuper alijs, hanc ſententiam tenuit *Clarus quæſt.* 43 *cum Gloſ. in cap. qualiter & quando Cardinali Alex. de accuſat. col.* 41. *Mariano in dicto cap. qualiter num.* 78. qui de communi teſtatur. Si enim in cauſis ciuilibus admittitur recuſatio Iudicis, multò magis in criminalibus, in quibus agitur, de fama, honore, & vita. Equidem damnatus publico iudicio, infamis redditur, & vbiquè pro tali habendus eſt, *l. infamem ff. de pub. iudic. & l.* 4. *§. l. Iulia ff. de Teſtib.* concomitatur enim infamatum, ſicut Lepra Leproſum arg. *cap. cito turpem.* 1. *quæſt.* 1. *Gloſ. in l. ex ea ff. de poſtulando Innoc.* in dicto

Contra Iudices, an poſſit excipi ex infamia.

Infamia eſt Lepra.

licis, verb. infamis. de pœnis. & Summiſtæ *verb. infamia.* qui enim ſunt infames iure ciuili, ſunt etiam infames iure canonico, *cap. omnes vero & cap. illi qui. 6. quæſt. 1. 2. quæſt. 3. §. hinc colligitur ex Gratiano* licet hæc vniuerſalis exceptionem patiatur, nam mulier, quæ nubit intra tempus vetitum per leges ciuiles reputatur infamis, attamen per ius canonicum, minimè.

Infamare

Reſpondeo ſecundo, Infamare eſt, alicuius famam, & exiſtimationem dicto, vel ſcripto, factouè laceſſere, lædere, pudorem eius ſigillare. *Briſſion.* & infamatus propriè dicitur, cuius opinio eſt læſa apud bonos, & graues, ſecus eſt, ſi apud maleuolos, & viles, nam de tali infamia non eſt curandum, imò turpe eſt, à turpibus, vilibuſquè laudari, quia videtur de complicibus laudantium, *Panhor. in cap. inquiſitionis. §. quæſiſti. de accuſat.* vbi plenè de hoc agit. hinc Cicero in Epiſtolis magnifaciebat, *laudari à Laudato viro*, eſt ſiquidem grauiſſimum delictum aliquem infamare; *cap. homicidium. diſtinct. 1. cap deteriores. cap. ex merito 6. quæſt. 1. & cap. 1. & 2. 5. quæſt. 1. Abb. in cap. cum dilectus. de accuſat. num. 9.* quia priuat proximum fama, & honore, quæ poſt vitam, primum inter bona naturalia locum obtinent. *P. Nauarr. lib. 2. cap. 4. num. 6. Filliucc. tract. 40. cap. 4. quæſt. 1. num. 87. ad fin. Rebell. lib. 4. de reſtitut. quæſt. 1.* Eſt enim fama illæſæ Maieſtatis, ſeu dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus, vel communis loquutio ex veriſimilibus coniecturis conſurgens: *Gloſ. in cap. veſtra. de cohab. Cler. & mul.* vbi *Abb. Bald. in l. de minore § tormenta. ff. de quæſtion* & eſt oraculum diuinum *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam multi theſauri magni, & pretioſi.* prouerb. 22. Eccl. 41. Tribus igitur modis infamatur aliquis. Primo, Dicto, & tunc eſt detractio, id eſt, iniuſta denigratio, vel læſio famæ alterius, quæ ſi fiat publicè dicitur contumelia, ſi occultè dicitur, detractio, vt communiter omnes cum *Sancto Thoma 2. 2. quæſt. 73. artic. 1. apud Benaccin. de reſtit. in partic. diſput. 2. quæſt. 4 punct. 1. num. 3.* qui *num 3.* recenſet 8. modos, quibus famæ proximi detrahi poteſt, nimirum imponendo alteri crimen falſum, Reuelando crimen verum, ſed occultum, Crimen verum augendo, Interpretando ſiniſtrè factum alterius. Negando rectè facta proximi, illa diminuendo, Reticendo, quando ſilentium, pro tacita vitupera-

Quam graue delictū.

Quid ſit fama.

Detrahere eſt infamare dicto, & ſi fiat publicè eſt cōtumeliari

pera-

petatione acciperetur, vel frigidè laudando, qui 4. modi indirectè detractio appellantur. Priores verò propriè, & directè: poteſt autem quis ſibi ipſi detrahere, manifeſtando ſua peccata, & eſt culpa mortalis, quando ſua fama neceſſaria eſt ad regimen, vel familiæ, aut Religionis ſplendorem, aut ſcandalum generaret, tunc enim non eſt Dominus ſuæ famæ, & non tantum peccaret contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam. Cæterum remotis his conſiderationibus, multi tenent non eſſe peccatum mortale infamare ſeipſum, quia eſt ſuæ famæ Dominus, quod in Religioſo, non ſolum Prælato, ſed etiam ſubdito exceptionem patitur, cum fama vnius Religioſi conferat, & Ordini, & Conuentui, & ſic non valet illud fundamentum, ſine culpa poteſt quis prodigere ſuas res, ergo & famam, quia ſicuti Religioſus ex voto paupertatis non habet dominium facultatum, ita ex ſtatu regulari non eſt Dominus ſuæ famæ. Lege cit. *Bonacc. puncto* 10. & infra vbi multa pro reſtitutione famę conſurgente ex detractione, quæ fit verbis, fit etiam detractio ſcripto, vt in literis infamatorijs, & libellis famoſis, de quibus nos infra loco proprio, fit tandem facto, vt formando picturam alium dehoneſtantem, ſpurcando ianuam, vel parietem alterius, apponendo ſigna materialia, quibus ſignificetur imperfectio proximi, vt cornua, pudenda, & cæt. quæ accedunt ad naturam libelli famoſi.

Detrahere ſibi quando ſit peccatū mortale.

Detrahitur ſcripto, vel facto.

Reſpondeo tertio, Calumnia, eſt malitioſa, & mendax infamatio, *l. accuſatorum*, quę eſt prima *ff. ad S. C. Turpillianum* §. 1. vbi dicitur *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur. & tribus pœnis ſubijcitur, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur, calumniari eſt, falſa crimina intendere, prauaricari eſt, vera crimina abſcondere, tergiuerſari, in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere*, eſt etiam callida, & malitioſa iuris interpretatio *l. ad exhibendum*, quæ eſt penultima & 19. *ff. ad exhibendum* in qua dicitur N*on oportere ius Ciuile calumniari, neque verba captari, ſed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire*, quod dixit etiam *Cicero lib.* 1. *offic.* & hac ratione, qui alicuius verba malitioſè interpretaretur calumniari, diceretur. Vel qui alium litibus fraudulenter vexat. *l.* 233. *ff. de verb. ſignific. ſi caluitur,*

Calumnia quid.

Verba legis 12. tabularũ declarantur

Iuramentũ calumniæ.

Calumniari propriè quid importet.

tur, & moretur, & fruſtretur, inde & calumniatores appellati ſunt, quia per fraudem, & fruſtrationem alios vexarent litibus, inde, & cauillatio dicta eſt. Tria prima verba ſunt legis duodecim tabularum, in qua legebatur, *ſi caluitur, pedemquè ſtruit, manũm endo iacito*, vbi verbũm *endo* ſignificat in procinctu, ſeu procinctu, id eſt, expedito, accincto, & primum ducitur à Caluis mimis, qui ſunt omnibus fruſtratui, & deriſui, vt inquit *Marcellus*; hinc titulus *ff. de calũniatoribus*, qui pretio corrupti calumniosè cauſas, vel agunt, vel deferunt; hinc dantur iuramenta propter calumniam, *C. de iuramen. propter calumniam*, dandis, tam reo, quàm actori, & in iure Canonico titulus de *iuramento calumniæ*, per 9. Capitula, ne ſcilicet intententur accuſationes, & lites per calumniam. Vel qui falsò aliquem accuſat, vel accuſationem non probat *l. ſancimus, quæ eſt 22. C. de pœnis, l. quiſquis vitem*, quæ eſt 2. C *de cenſibus, & cenſitoribus. cap. cum dilectus de calumniatoribus, cum capit. 1. eodem.* Calumniari enim eſt actione experiri, vel exceptione vti temerè, ſcienter, & dolosè aduerſus innocentem, ideo vt eum vexes, vel aliquid extorqueas. *Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. quæſt. 103. caſu* 322. *Vlterius in Comment. Inſtit. de actionibus. ad* §. 19. fit igitur calumnia, ſeu calumniatur, qui falſa crimina intendit, qui vexandi hominis gratia, actionem, petitionemque infert, qui ſolutionem indebiti admittit, animo decipiendi, qui ius callidè, & peruersè interpretatur, qui ſolutum bis exigit, qui vt moram iniiciat, latebras, & effugia quærit, latitat, fugit, remoratur. *Geddeus ad dictam l. ſi caluitur num.* 2. *&* 3. *Cicero lib.* 2 *de Republica calumniaris* accepit pro omni ingenij malitia, dicens de Carneade *ſæpè optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet.*

Porro de calumniatoribus diſponitur *cap. quiſquis ille 2. quæſt. 8. & cap. qui calumniam. 5. quæſt. 6.* cum ſequentibus, & in *Theſauro Selectar. ſentent. verb. Calumnia, & in Lexicis Spiegell. Prateius, Briſſion. Caluinus Abbas, & Canoniſtæ in titul. de calumniat.* & ex Modernis Summiſtæ in *Verb. calumnia. Rodriq. quæſt. 32. articul. 2 tom. 2 Sayrus lib. 12. cap. 15. num. 18. Menoch. ſupracitatus caſu* 322. *Molina tractat. 4. diſputat. 9. numer. 8. Diaz capit. 68. in praxi, cum ſuo Addi-*

Additionario Clarus quaſt.62. à num.5. Theſaurus verb.accuſator cap.1.

Quæſtio ſecunda, quæ delicta infament, vel de iure, vel de facto, & quomodo.

Reſpondeo, illa enumeraui in *Comment. ſtat. cap.2. ſtat.1. §.* 10. in illa verba *Nulla vulgari infamia notati*. Vbi etiam dixi, infames à iure non cenſeri, niſi poſt ſententiam Iudicis.

Sed eſt prima difficultas, an ſit neceſſe, quod Iudex poſitiuè declaret infamem, an ſufficiat declaraſſe delinquentem delicto infamante, ita ut ſine alia declaratione reputetur infamis, & inhabilis.

Reſpondeo, ſufficit per ſententiam condemnari de delicto irrogante infamiam, quia infamia ſequitur delictum tanquam paſſio quædam, ſicut laus opus bonum, *l. Athletas. §. calumniator. num ſequent. ff. de ijs, qui notan. infam. & l. infames ff. de publ. Iudic.* vnde condemnatus criminaliter *l. Iulia de vi publica, vel priuata*, efficitur infamis ipſo iure *l.1 initio. ver. qui in iudicio publico. ff. de his, qui not. infam. Practica Papienſis. §. per veſtram diffinitiuam ſententiam num.1. fol.201. colum.1. in fin.* Quare ſentientes non incurri infamiam, niſi poſt declarationem, vel non eſſe neceſſariam declarationem, ſed ſufficere notorium iuris, vel facti, vt videre eſt apud *Auilam, Abb. Felin. & alios citatos à Theſauro de pœnis p par. cap.33. §. Aduertendum 5.* facile componi poſſunt, ſi intelligant de declaratoria criminis, non autem de declaratoria infamiæ. Statim ac quis condemnatur de crimine enormi, & & depoſitione digno, cenſetur infamis.

Infamis reſtat qu's ſi condemnetur ob delictum infamans.

Secunda Difficultas, an etiam in crimine notorio irrogetur infamia, ante ſententiam, non enim videtur neceſſaria ſententia declarans delictum, cum ex ſua notorietate, ſit ſatis ſuperque publicum, & intantum requiritur ſententia Iudicis, inquantum delinquens erat in poſſeſſione ſui ſtatus integri, & propterea debuit ab illo deijci, ſed notorium facti ſubit vicem accuſatoris, & Iudicis, ergo non eſt neceſſaria alia declaratio, ſic ſupracitati Doctores apud eundem *Theſaurum verſ. alij dicunt*, & facit textus *in l. palam. §. 2. ff. de ritu nupt.* vbi de adultera dicitur *At ſi deprehenſa quidem ſit damnata autem non ſit, notata erit*, & additur ratio. *Quia factum lex, non ſententiam notauerit.*

Non ſufficit ad infamandum notorium facti.

Reſpondeo, non ſufficere ad reddendum aliquem infamem, itaut repellatur à publicis actionibus, ſolum notorium facti, quaſi hoc ipſum ſententiæ æquiualeat, ſed debere declarari tale, vel tale crimen commiſiſſe *Gloſ. in cap. teſtimonium. verb. ordinata. de teſtib. cap. Subdiaconis. 24. quæſt. 1. Gloſ. 2. in l. ex ea, ff. de poſthumis Innoc. cap. cum ſuper de ſent. & re iudic. Feder. conſ. 23. Doctores in l non poteſt. ff. de furt. cap 1. 4 quæſt. 4. Alexand. l ſæpè num. 38. ff. de re iudic Sebaſtian. Medices. regul. 8. Abb. in cap olim. de reſcriptis, & in cap licet beli. de Simon. nu. 19. & 20.* Ratio autem adducta in oppoſitum non valet, quia illa notorietas præbet tantum occaſionem, & indicium inquirendi contra delinquentem, non autem de facto priuat obtentis, aut inhabilitat, ad obtinenda, quia hoc ſpectat ad Iudicem declarantem delictum. & dat facultatem, vt poſſit denunciari, accuſari, inquiri, ac ſententiari. *Abb. in cap. per inquiſitionem. de elect. num. 11. & infra* ſcribens contra *Innoc.* qui ſenſerat, effectum infamiæ facti eſſe, vt non ſolum repellat à beneficijs obtinendis, vt in *cap. inter dilectos. de exceſſ. Prælat. vt in l 2. C. de dignit. lib. 12.* ſed etiam priuet beneficijs iam habitis. *Sed profectò* (inquit) *non eſt verum, quia propter ſolam infamiam facti, non debet quis priuari beneficijs habitis, ſed debet fieri inquiſitio contra eum, vnde infamia præſtat ſolam facultatem inquirendi, vt in cap. qualiter, & quando 2. de accuſ.* quod dixerat *in cap olim ex literis. de reſcript. num. 9.* Lex autem adducta contra Adulteram, eſt in caſu ſpeciali.

Dices valebit ſaltem in Confeſſione facta de crimine infamante extra iudicium, vt tenuit cit. *Innoc. in dicto cap per inquiſitionem. de elect.* dicens, per confeſſionem criminis extra iudicium incurrit quis infamiam, propter quam debet priuari obtentis, & inhabilitari ad obtinenda, & ſic eſt infamia iuris.

Confeſſio de crimine infamante, nō reddit actú infamem.

Confeſſus nō habetur pro condénato.

Reſpondeo, cum eodem Abb. locis ſupra citatis, non ſubſiſtere dictum Innocentij, quia confeſſio etiam facta in iudicio non infligit infamiam iuris, quæ ſolum conſurgit ex ſententia condemnatoria, *l. 1 ff. de his qui not. infam.* Confeſſus autem in criminalibus non habetur pro condemnato, ſed requiritur ſententia. *l. confeſſus. ff. de cuſtodia Reor.* Ita *Bartol. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam.* Neque dictum Innocentij valet de infamia facti, nam Iudex debet procedere, & ſententiare, vt ſu-

vt ſupra, & in *cap. Presbyter 1. quæſt. 5.* limitat tamen reſponſum vniuerſale, ſi confeſſio fieret ſpecifice, & præſente parte, vt ſi quis in præſentia mariti confiteretur adulteraſſe vxorem, tunc enim confeſſio habens ſua ſubſtantialia plenè probaret, arg. *l. generaliter. C. de non numerata pecunia*, quia nulla eſt maior probatio, quam quæ clara voce fit ab ipſo delinquente *cap. per tuas, de probat.* attamen nec ex ſola hac confeſſione repellendus eſſet propter infamiam, niſi ex illa confitens declararetur delinquens, vel infamis. Dum autem dicitur *C. de confeſſis. lib. 7. l. vnica Confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet: quare ſine cauſa deſiderας recedi à confeſſione tua, cum & ſoluere cogaris.* Id valet in cauſa ciuili tantum, non criminali, & non eſt intelligendum, quod ſola confeſſio arctet ad ſolutionem, ſed vltra hoc requiritur ſententia Iudicis, condemnans confitentem ad ſoluendum, ex ſola confeſſione. itaut ſit ſenſus, confeſſus in iure haberi pro iudicatis, quia non requiritur alia probatio, ſed ſufficit ſola confeſſio iam facta, hæc autem ſolutionem non exhibet, niſi Iudex confeſſum cogat ad ſolutionem, fundatur autem ſuper natura confeſſionis, quæ facit plenam probationem in prejudicium confitentis *dicta l. generaliter C. de non numerat pecun.* facit *l. Emptor. §. Lucius ff. de pactis l. cum precibus. C. de probat.* Vnde vnica rei confeſſio ſponte & non vi tormentorum extorta, niſi poſt tormenta ratificetur, ſufficit ad condemnandum *Glo. in l. 1. ff de cuſtod. & exhibit. Ret* quæ tamen confeſſio ſufficit ad damnandum, non per ſe ſolam ſumpta ſine officio Iudicis. **Quomodo confeſſus pro iudicato habeatur**

Tertia Difficultas, an crimen probatum per viam exceptionis, infamet, v. g. electus fuit aliquis in Prouincialem excipitur contra perſonam electam de vitio perſonæ, non electionis, quod ſit Simoniacus, fur, adulter, an hoc probato, & ceſſata electione is remaneat infamis.

Reſpondeo, ſatis ſubſtentabilem ſententiam putat *Abb. in cap. ſuper eo de elect. num. 2.* reddi infamem, & incapacem dignitatis obtinendæ, non autem obtentæ. Quia delictum probatum per exceptionem eſt infamatiuum, & ſententiatum, hinc currit regula iuris *Infamibus portæ non pateant dignitatis de regul. iur. in 6.* & notatur in *l. 2. C. de dignit. lib. 12.* ex quo infert, arceri ab electione, non ſolum infamatum infamia iuris, ſed etiam facti. Quod non ſit infamia iuris, probatur, quia ſi

Digitized by Google

eſſet iuris, redderet incapacem obtentis, & obtinendis, nam hæc infamia adimit honorem iam quæſitum. *l. infamia C. de decur. lib.* 10. *Abb. in cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* Infamia autem facti, non priuat obtentis *cap. ſuper his de accuſat.* bene quidem obtinendis *cap. cum in cunctis §. inferiora de elect.* vbi dicitur, quod beneficia conferri debent iis, qui ſunt moribus commendabiles, tales autem non ſunt infames infamia facti.

Accuſatione minor eſt inquiſitio, & hac exceptio.

Si dicas, damnatus per inquiſitionem de crimine, de quo damnatus per accuſationem efficeretur infamis, euitat infamiã vt multis iuribus, & Doctoribus allegatis probat *Abbas in Rubric. de Iudicij. num. 5. in medio*, quia leges canonicę mitius puniunt quando proceditur per viam inquiſitionis, quam accuſationis *cap. qualiter, & quando 2. cap. inquiſitionis de accuſat.* Exceptio autem minor eſt inquiſitione, illa maxime, quæ indirecte reſpicit delictum, directe vero electionem, cum ſcilicet agitur de delicto in ordine ad electionem. & eſt clarus textus *in cap. cum dilectus de ordine cognitionum*. in hæc verba *ſi crimen aliquod in modum exceptionis Teſti obijcitur, vt à teſtimonio repellatur: & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur. quod ea ratione contingit, quoniam in ipſum accuſatio non procedit. Teſtes enim, quorum teſtimoniũ reprobatur, quaſi infames, ex falſo teſtimonio non habentur.*

Electio caſſata vitio perſonæ nõ replicatur, ſicuti vitio electionis.

Reſpondeo cum *Abb. in cap. ſuper eo de elect. num. 2.* vbi declarant decretum *Clem. 3.* quod electio caſſata vitio perſonæ, non poteſt replicari, ſicuti poteſt, caſſata vitio electionis cuius ratio eſt, quia vitium ſequitur, & ſugillat perſonam, & reddit infamem, & incapacem, quem effectum facit etiam vitium probatum per viam exceptionis, quod non infamet, nimirum infamia iuris, benè tamen facti. Quę ſatis grauat opinionem excepti. ex quo ſi non priuatur beneficijs obtentis, impeditur pro obtinendis, vel non infamat, quando directe non intenditur ipſum crimen infamans, ſicuti intenditur electio, vt ſi quis opponat contra electionem, quod celebrata fuerit per ſimoniam, hoc crimen in hac exceptione directè intenditur, ſicuti ipſa electio, quia reperitur inclusum in ipſa electione, quod non contingit in alijs criminibus, puta adulteri, furti &c. quia non habent relationem ad electionem. Vel quia iſta exceptio habet vim accuſationis, & non puræ exceptionis, quę eſt actio-

nis excluſio, & nil aliud intendit, quam excludere ab illa actione. Exceptio autem non pura, & impropria, participat naturam accuſationis. ponit exemplum Abbas citatus, & declarat hanc doctrinam Innocentij. vt ſi quis examinatur contra me, & ego excipio contra illum, quia non ſit habilis ad teſtificandũ, tunc dicitur exceptio propria. Si quis autem, non ſtimulatus, nec in actionem vocatus, ſponte excipiat contra electum, vel teſtem, vel accuſantẽ, iſte eſt potius accuſator, quàm exceptor & vitia perſonæ, quæ probat, infamant, ac repellũt, non quidem infamia iuris, ſed facti. Quod idem Abb. euidenter probabat in fine *num.* 2. Hinc ad inſtantiam directe reſpondeo, negando hanc exceptionem, minorem eſſe inquiſitione, quia appropiat accuſationi, quæ ſuperat inquiſitionem. & vniuerſaliter non eſt verum dictum Abbatis. Quod damnatus per inquiſitionem euitat infamiam, quam per accuſationem contraxiſſet: & probo ex ipſiſmet Capitulis, quæ pro ſe citat, nimirũ *cap. inquiſitionis de accuſat. & cap. qualiter, & quando* 2. *eod.* in primo enim Innoc. 3. de hac quæſtione interrogatus à duobus Epiſcopis reſpondet, *Verum ſit tale crimen, quod ordinis executionem ſuſcepti, aut retentionem beneficij, etiam poſt peractam pœnitentiam impedirec, puta ſi homicidium commiſiſſet, aut adeptus eſſet ordinem, aut beneficium vitio ſimoniæ, quo caſu erit, ſicut in accuſationis iudicio procedendum, alioquin ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari*. quo textu nil clarius contra Abbatem & in 2. idem Innocentius dicit *ſed cum ſuper exceſſibus quiſquam fuerit infamatus &c. abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum, & puniendum procedatur, quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino*. & licet ipſe *Abb. in dicto cap. inquiſitionis.* idem teneat contra ius ciuile, & ſententiam *Bartoli in l. Infamem ff. de pub. iudic.* quem citat, & adducit differentiam inter ius ciuile, & canonicum, attamen eſt contra literam, quæ æquiparat inquiſitionem accuſationi & cõtra praxim, quæ grauia delicta punit pœna ordinaria, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem legitimam procedatur, neque de hoc eſt ambigendum inter Regulares, qui ſuis ſtatutis gubernantur, & raró inter ipſos per viam accuſationis proceditur, quippe qui ſibi vacant, & aliorum delicta non rimantur,

Exceptio participat naturã accuſationis.

Examinantur Abbas, & Innocentius ſuper contractione infamiæ per exceptionem.

ſiue ille ſit ordinarius, ſiue delegatus, itaut cogatur à iuriſdictione deſiſtere, puta, fuit electus Prouincialis, qui prius fuerat per ſententiam declaratus adulter, fur &c. & conſequenter infamis, an volens aliquem punire, poſſit excipi contra illũ de hac infamia, & inhabilitate. Sic etiam ſi delegetur cauſa alicui ex iſtis.

Reſpondeo, *lib.*10.*Codicis:tit.*31 *de decurionibus, l.*8. dicitur *Infamia, quæ ſibi abominanda eſt, quæſitum tibi adimit honorem*, & *l. ad tempus ff. de Decurionib.* dicitur *Ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moueri placuit*, infamis igitur ſemel declaratus, ſemper eſt talis, at infamis non poteſt eſſe Iudex, nec Prȩlatus. Vnde Innoc. in *cap ſuſcitatus. de reſcript.* dicit contra ordinarium non poſſe excipi per articulum infamiæ, quia tunc non eſſet ordinarius in cauſa, benè quidem contra delegatum, qui poteſt à iuriſdictione commodius remoueri; ſubſcribit *Abb. eod num.* 7. dicens tamen poſſe excipi etiam contra ordinarium, de crimine, quod priuet illum officio ipſo facto, puta quia fuit condemnatus de delicto infamante, nam talis ſententia priuat ſententiatum officio publico, ipſo facto, & citat *l.* 2. *§ miles ff. ex quibus cauſis irrogatur infamia.* cum *Gloſ notabili*, dicente. Infamis repellitur ab omni dignitate, quibus addit *Zacchias ad verſ. ipſo facto. Ludouicum Romanum, Iacobum Rebuffum*, & multas alias leges ex *Codice*. in ff enim talis titulus non reperitur, & puto legendum *ff. de his qui not. infamia. l quod ait Prætor*, quæ eſt ſecunda, & §. 3. quæ dicit *Miles, qui l. Iuliæ adulterijs fuerit damnatus, ita infamis eſt, vt etiam ipſa ſententia Sacramento ignominiæ cauſa ſoluat*; & ceſſat abſurdum, quod Innocentius opponebat, quia ſi priuatur ipſo facto non remanet Iudex, neque ſuper hac cauſa, neque ſuper alijs, hanc ſententiam tenuit *Clarus quæſt.*43 *cum Gloſ. in cap qualiter & quando Cardinali Alex. de accuſat. col.*41. *Mariano in dicto cap. qualiter num.*78. qui de communi teſtatur. Si enim in cauſis ciuilibus admittitur recuſatio Iudicis, multò magis in criminalibus, in quibus agitur, de fama, honore, & vita. Equidem damnatus publico iudicio, infamis redditur, & vbiquè pro tali habendus eſt, *l infamem ff de pub. iudic. & l.* 4 *§ l. Iulia ff. de Teſtib.* concomitatur enim infamatum, ſicut Lepra Leproſum arg. *cap. cito turpem.* 1. *quæſt.* 1. *Gloſ. in l. ex ea. ff. de poſtulando Innoc. in dicto*

Contra Iudices, an poſſit excipi ex infamia.

Infamia eſt Lepra.

in dicto cap. qualiter &c. fin. Federic. de Senis conſ. 23. Abb. in cap. teſtimonium. de teſt. in verbo comitetur. & videtur colligi ex *l. ex ea ff. de poſtul.* ibi, *quæ infamiam non irrogat*, cum alijs, quę adducit *Franc. Aluarottus inter conſ. Crimin. Ziletti tom. 1. conſ. 67. num. 13.* vbi probat, quandò Notariatus eſt dignitas, nimirum dum aſſumitur ad ſcribendum negocia Principis, ſi Notarius fuerit indefinitè condemnatus de falſo, & affectus infamis, non poteſt amplius inſtrumenta conficere, vt in *l. 2. C. de dignit.* quod multò fortius valet in Iudice, & Prælato Eccleſiaſtico, quia ſine dubio eſt maior dignitas. *Pract. Papienſis verſ. incapax eſt fol. mihi 96.* Verum in citato loco deſcendens *Clarus* ad examinandum, An contra Iudicem opponi poſſit, quod ſit criminoſus, diſcedens à *Gloſ. in dicto cap qualiter, &c.* hoc concedente, inquit, *Illa gloſſa communiter non tenetur, neque in Ordinario, neque in Delegato.* Subdens, *ſi hæc exceptio admittitur, pauci poſſent iudicare, cum nemo ſine crimine viuat.* Attamen *quæſt. 14. à num. 9.* cui ſe remittit, ſe ipſum ſatis apertè declarat, loquens de eo, qui accuſare non poteſt, ait enim, quod ille criminoſus poteſt accuſare, qui nondum eſt diffamatus, aut accuſatus, aut condemnatus, vel de delicto non infamante, vel ſi fuiſſet de tali ſententiarus, eſſet iam abſolutus: at ſi eſſet condemnatus abſolutè de delicto infamante, tunc accuſare non poſſet, niſi in criminibus exceptis, & niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, quam opinionem cum *Bero.* dicit eſſe communem, cum qua doctrina ad eundem Clarum reſpondeo, non quodlibet crimen poſſe opponi Iudici, ſed illud, per quod redditus eſſet infamis, puta ſi priuatus fuiſſet officio ob furtum, dilapidationem, vulnerationem, Simoniam, carnalitatem, vel ob talia fuiſſet damnatus, & non reſtitutus. Sine enim his criminibus, vt plurimum, non tantum Religioſi, ſed etiam Laici viuunt.

Notarius infamis non ſit.

Quod crimen Iudici opponi poſſit.

Si vrgeas, non currit paritas accuſatoris, & Teſtis cum Iudice, quia illi non exercent officium publicum, ſicuti exercet Iudex. *Innocen. in cap. nihil de elect.* de illis cauetur in iure, de hoc minimè, ab accuſatione, & à teſtimonio non poteſt appellari, ſicuti poteſt à ſententia Iudicis ideo, &c.

Reſpondeo etiam Teſtes exercent munus publicum, vt in mea practica criminali *tit. Teſtes initio.* ad marginem citaui *Gloſ. in rub. de Teſtib. & in l. ſi quando cod. Bartol. in l. 3. ff. eod.* ſicuti

Teſtium munus eſt publicum.

ſicuti etiam accuſatoris ex Euangelio *Matth.cap.18. dic Eccleſiæ*, Non enim probarentur, ſcirentur, & punirentur delicta, & non minus cauetur in iure Canonico, & Ciuili, quod infames à publicis muneribus abſtinere debeant, quam teſtes, &c.& non tenemur expectare ſententiam, ſi poſſumus præuenire.

Hinc inter contrarias ſententias, *Io. Andr. & Hoſtienſis in cap.1.de cenſibus in 6.* dicentium, poſſe Subditum excipere contra Superiorem, notoriè criminoſum, & incorrigibilem, quod ratione malæ vitæ ipſius, non pertinet ad eum alios corripere, & ſi ad vlteriora procedit, poteſt appellare, Maximè ſi ſit Canonum, & ſtatutorum contemptor, vt tenuit *Gloſ in cap.Sacerdotes. 2 quæſt.7.* & alios, qui hoc negant, tenenda eſt media via, vt ſolum opponi poſſit crimen notorium, de quo antea fuerat condemnatus, & per quod redditus fuit infamis, ac conſequenter incapax iuriſdictionis *3 quæſt.7.c.1.& cap.infames.eod.Abb.in cap.deputati.num.4.de Iudicijs*, vel ſi ita contemnat canones, & ſtatuta, vt præſumeretur negare Eccleſiæ, & Religioni poteſtatem condendi Canones, & conſtitutiones, quia tunc potius dicendus eſſet hæreticus, vt *Abbas dictum Io. Andr. & Gloſ.interpretatur dicto cap. ſciſcitatus num.9.fine* in reliquis autem criminibus tenenda eſt ſententia *Gloſ.in 3.quæſt.2.* ſed ex poteſtate officij, vnde Chriſtus Dominus docuit nos ſeruare, & facere, quæ mali Sacerdotes docuerint, non quæ fecerint, *Matth.23.* pro quo *Panhor. ſupra* citat.*cap. Sacerdotes 2.quæſtion.7.& capit. nonne 8. quæſtion.4.*

Quando poſſit ſubditus excipere in prælatum male viuentem.

Sed dices, qui elegerunt in Prouincialem, vel delegauerunt cauſam alicui, per collationem facultatis, deterſerunt maculam infamiæ.

Reſpondeo primo, macula infamię iuris extergi non poteſt, niſi per Papam, vel Principem, & apud nos per Generalem, *Io. Petrucius de Monte Sperello conſil.59.inter crimin Ziletti tom.2 num.6.Theſau..de pœnis par.1.cap.34.per totum*, apud quem alij multi, vbi remitti docet infamiam, vel per indulgentiam, & diſpenſationem Principis, rehabilitando Subditum, vel per diſpenſationem irregularitatis, incurſæ ob infamiam, vel per reuocationem ſententię, per quem condemnatus in integrum reſtituitur, Itaquè Capitulum eligens Prouin-

Infamię macula per quos tergi poſſit.

nincialem, non poteſt abſtergere maculam infamiæ, quia non eſt Papa, nec Epiſcopus, nec Generalis, ſed corpus quoddam miſticum, habens tantum facultatem eligendi dignum, & infamia eſt vna ex præcipuis exceptionibus contra perſonam electam.

Reſpondeo ſecundo, eſtò, quod Generalis habens facultatem diſpenſandi præſit Capitulo, vel conſtituat Iudicem delegatum, non ſtatim infertur, quod diſpenſauerit, quia ſupponi prius debet ſcientia in Generali de inhabilitate promoti, & tunc dico ſi ſciebat diſpenſaſſe, dum commiſſionem dedit incapaci, reddens ipſum commiſſione capacem, quia ponens vnum ex contrarijs, cenſetur aliud contrarium ſibi incompoſſibile tollere, ſi poteſt, quia contraria ſimul eſſe non poſſunt, & mutuo ſe expellunt, vt ex Logicis, & Philoſophicis patet, & conſtat ex *l. mutuis ff. pro ſocio l. 1. C. de furtis. Menoch remed. 3. retinendæ poſſeſ. num. 516. Surd. deciſ. 24. num. 10 & deciſ. 92. nu. 11.* & licet dicant *Abb. in proœmio Decretalium num. 6.* cum late relatis *ab Anton. Francho verb. ſalutatio. Syluest. verb. abſolutio. 3. quæſt. 2 num. 7. Innoc. in cap. cum olim. de priuil.* quod etiamſi Papa aliquem ſalutet, vel oſculetur, participetque, cum excommunicato quoquo modo ſcienter, non tamen cenſetur abſoluere à cenſura, niſi illud declaret, vt in *cap. ſi aliquando forte. de ſent. excomm. & Clement. ſi Summus eodem.* quia inquit in dicto *cap. aliquando. Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam. vel etiam ſubreptionem, contingat huiuſmodi literas impetrare,* tamen infert *Abb. in dicto cap. aliquando. Ergo ſi ex certa ſcientia, & Papa intenderet abſoluere, valeret abſolutio.* probari autem hanc intentionem (inquit idem *Abbas*) ſi illud in literis declaret. Attamen probari etiam cenſeo, ſi illi committeret cauſam, quæ excommunicationi repugnaret, vt iudicare, conſecrare, &c. & in caſu noſtro, ſi Generalis ſciens, & prudens committit infami prælationem, cenſetur, abſtergere maculam infamiæ, quia prælatura eſt oppoſita infamiæ, de iure communi, nec poteſt ipſe, qui legibus ſubiacet, facere, vt excommunicatus iudicet, vel celebret, abſque incurſu pœnarum pro illis actibus, ſicut facere poſſet Papa, qui eſt ſuper omnes leges poſitiuas.

Ponens vnũ ex contrarijs, tollit aliud.

Papa ſalutãs aliquem an cenſeatur abſoluere à cenſura.

Difficultas quinta, An efficiatur infamis, quis ob fictam con-

conſeſſionem, ſcilicet ob contumaciam, lata ſententia.

Reſpondeo negatiuè, quia cum ſimus in materia nimis odioſa, verba verificanda ſunt in caſu vero, & non ficto, & notatur in *l.eius, qui delaotrem. ff. de iure fiſci, & in l. filius. ff de verb. oblig.*

In materia odioſa verba verificari debent in caſu vero non ficto

Difficultas ſexta, An ſit ab officio ſuſpendendus, qui eſt infamatus de graui delicto, etiam ſi delictum vltra infamiam probatum non ſit.

Reſpondeo affirmatiuè. cum *Gloſ. in cap. Præsbyter 2. quæſt. 5. Io. Andr in cap. 1. de accuſat. in 6. Abb. in cap. & ſi Clerici, de iudic num. 31. Innoc. in cap per inquiſitionem. de elect. Feder. de Senis conſ. 23. in 2. quæſt.* & non eſt ſermo de infamia iuris, ſed facti, cuius exemplum ponit idem *Federicus* ſupra, ſi quis Conuentus in iudicio de depoſito negauit illud cum iuramento, & poſtea probetur depoſitum, is in alio iudicio poteſt declarari periurus, & infamis, & priuari officio. & pendente cauſa, ſuſpendi. Sic etiam, ſi Superior committat ſcandalum, de enormi delicto, & apud probos, & prudentes infamatus grauiter ſit, etiam ſi delictum non probetur, pendente inquiſitione, poteſt, & debet ſuſpendi. & quia purgatio canonica nunc non ſolet indici, vt primitus fiebat ad tollendam infamiam, poterit ſic ſuſpenſus ab officio, manuteneri vſque ad nouam prouiſionem. Sic communiter Doctores in *cap. 2. & cap. inter ſollicitudines. de purgat. canon.* quam praxim appellat, *Abb. in fin. dicto num. 31. quotidianam, & in cap. inter. de purg. canon. in Summario.* Adeſt Statutum Ordinis *cap. 8. §. 33. num. 3. Liberi m erit Prouinciali, vbi priuatio ipſo facto ſit impoſita, Guardianum, vel Confeſſarium Monialium ſuſpendere, dummodo vltra tres menſes ſuſpenſio non differatur, ſed intra hoc ſpatium à Diffinitorio iudicetur*, in quo ſtatuto ſuſpenſio indicitur, verum limitata inter duas clauſulas, *vbi priuatio officij ipſo facto ſit impoſita*, & *vltra tres menſes non differatur* quare ijs non verificatis, non apparet locus ſuſpendendi officialem propter infamiam, quia hic caſus non eſt in ſtatutis compræhenſus. Verumenimuerò hoc ſtatutum non reſpicit, niſi Prouincialem, cuius manus arctat, ne in officiales pro ſuo zelo inſiliat, non autem delegatos à Generali. Quod ſi dicas, numero ſequenti ſubiungit. *Idem omnino Prouinciarum Viſitatores obſeruare teneantur.* Reſpondetur id non referri ad ſuſpenſionem, ſed

Infamatus de graui delicto non adhuc probato, ſuſpendendus ab officio

ad

Digitized by Google

ad priuationem, de qua immediatè ſupra, *Priuationis verò pœnam incurriſſe, ſine Diffinitorio declarare non poſſit*, quia nec Viſitator poteſt priuare Guardianos, niſi cum voto Diffinitorij ſicuti ipſemet Prouincialis, cum adiuncta declaratione practicæ criminalis. *tit. ſententia. pag.* 40. §. 5. *Vel ſi fuerit Viſitator, cum conſilio, & voto peritorum, & grauium Patrum. Si Diffinitores ex vrgenti cauſa, neceſſum fuerit excludere*. Niſi enim vrgens cauſa, conſpirationis, aut partialitatis (puta quia procedendum eſſet contra Diffinitorium) adfuerit, Viſitator ſententiare ſine Diffinitorio non poterit. Et quod iſte ſit ſenſus literalis ſtatuti, patet ex alio ſtatuto *cap.* 8. §. 44. *num.* 8. dicente *intra tres menſes, quibus finitis nullum actum iuriſdictionis exercebit, viſitationem abſoluat*. Si ergo integra viſitatio vltra tres menſes durare non poteſt, quomodo viſitator, vel ſuſpendere, vel priuare Guardianum poterit, cum integri tres menſes huic iudicio ſufficere non poſſunt? dicente maximè ſtatuto citati *cap.* 8. *num.* 4. *Qui omnes* (id eſt tam Prouincialis, quàm Viſitator) *nullum in Capitulo vocalem priuare poſſint, ſed per mẽſẽ antea diffinitiuè decernant, ſub pœna nullitatis*. cõceſſis igitur tribus menſibus integris ſuſpenſioni, & quarto poſt ſententiam, excluduntur Viſitatores, quorum iuriſdictio per ſolos tres Menſes extenditur. Ad hæc, ſtatutum loquitur de ijs delictis, quibus priuatio eſt poſita, ex hoc tamen non infertur, ergo non poteſt ſuſpendi ſcandaloſus, ſi delinquat in aliquo crimine, cui non ſit impoſita pœna priuationis. Concedit illud, non negat iſtud, quia *exceptio firmat regulam in contrarium*. non in diſparata, & non contraria *l. quæſitum* §. *denique ff. de fundo inſtructo. Gloſ. in rubr. de regul. iur. in* 6. Tunc enim alia declaratio dari poteſt, quæ eludit regulam *Federic. de Senis conſ.* 233. & non extenditur ad non compræhenſa in regula. & de genere regulæ *Rom. conſ.* 498. *fin. &* 107. *colum.* 2. non eſt autem comprænhenſum in hac diſpoſitione, liceat Prouinciali ſuſpendere Guardianum in ijs caſibus, in quibus eſt impoſita priuatio officij ipſo facto, ergo non licet ſuſpendere in alijs caſibus, qui peiores ſunt: non valet illatio, quia non dicitur in ſtatuto, *in illis tantum* Prætterquam quod diſpoſitio ſe tenet non ex parte ſuſpenſionis, ſed ex parte dilationis illius, quia ante hoc ſtatutum ſuſpendebant ab officio ſine reſtrictione trium menſium, ad cuius compeſcentiam, limitata eſt talis dila-

Exceptio firmat regulam in contrarium.

Digitized by Google

dilatio: & quia indiſcriminatim ſuſpendebant ob quemcũquè exceſſum, vt ordo hanc libidinem compeſceret, illam reſtrinxit ad delicta, quæ officij priuationem important ipſo facto. Super quo obiter notandum eſt, delicta, quæ in ſtatutis fulminatam priuationem non habent, non poſſe per ſuſpenſionem emendari, niſi caſus adeo enormis eſſet, vt ex iure communi mereretur priuationem officij. Quia (vt coronidem huic difficultati appingam) in practica noſtra criminali *tit. de applicatione pœnarum §. penultimo fol.* 14. dicitur *Has pœnas enumeraſſe ſufficiat, alias videre poterit Iudex in ſtatutis generalibus; prout ratio ſuaſerit elicere*: patet igitur noſtris iudicibus aditus ampliſſimus ad punitiones, & ſuſpenſiones ab officijs, depoſcentibus meritis.

Difficultas Quarta An pœnæ genus infamet, puta Carcer, tortura, fuſtigatio, triremes.

Reſpondeo, caſus accidit, vt quidam ſæcularis Italus, qui ſe ad ſacros Ordines promoueri fecit cum ementitis dimiſſorijs in Gallia, antequam Ordines exercuiſſet, per quandam Ciuitatē Italię tranſiens (debaccante tunc temporis epidimia, quam ſpargere aliquos nebulones, & vagabundos, rumor erat) captus, cum falſis patentibus, Romam deſtinatus, ac in Tribunali S. Officij iudicatus, ad triremes mittitur. è quibus tempeſtate iactatis, diuino auxilio liber euaſit. Romam reuertitur, eidem S. Tribunali ſponte ſe ſiſtit, miſericordiam rogat, conceditur, at nunquam potuit à ſuſpenſione ob furtiuam ordinationem contracta, liberari, illo ſibi repugnante principio, *Quod à triremibus ad altare non datur regreſſus*, pœnæ illius genere infamiam irrogante. Rogatus ad fauorem iſtius miſeri, & mihi noti, ſcribere in S. Pœnitentiaria Lateranenſi cenſui in hunc, qui ſequitur modum.

Salua, quam Sancto Tribunali ex corde profiteor, reuerentia & ſpeciali aliquo Sanctiſſimi mandato, quod mihi ignotum eſt, & cui ſtandum eſſe confiteor. Non apparet, qua via hoc delictum ad S. Inquiſitionem pertineat. Nam quoad fictas dimiſſorias, tam iure antiquo, quam nouo, ad proprium Ordinarium, cui illata eſt iniuria, ſpectat, *cap. Lugdunenſis* 9. *quæſt.* 2. *& cap. eos, qui de tempor. ordin. in* 6. *Trid. ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *ſeſſ.* 14. *capit.* 2. *ſeſſion.* 23. *cap.* 8. *de reform. Pius* 2. *Cum Sacrorum*, ibi, Fictè promotus ſuo ordinario ſiſtendus.

Ordinamus, quod omnes, & ſinguli. qui abſque legitima diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora, à iure ſtatuta, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſorijs literis ordinati fuerint, à ſuorum Ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint. Pius item 5. *Romanus Pontifex. Clemens* 8. *Romanum Pontificem decet*, qui reducit conſtitutionem Sixti V. *Sanctum, & ſalutare*, ad terminos iuris, & Conſtitutionis *Pij* 2. Ad ſummum iſte caſus, ratione ſuſpenſionis, ad Summum Pontificem ſpectat, vt ex *Pio Secundo, & Vrbano Octauo Secretis*. apparet, & ex altera parte, cum Inquiſitores manus extendere non poſſint extra caſus ſibi conceſſos, quos *Directorium Inquiſitorum* cum Bullis Apoſtolicis in fine recenſet, & inter ipſos furtiua promotio non reperiatur, qui ad fidem non pertinet, non videtur condemnatus à Iudice competente, & non eſt Iudex, qui mandati limites excedit. *Socin. in l. à Diuo Pio. § ſententiam* Roma. *nu.* 16 *ff. de re iudic. Viuius lib.* 1 *opin.* 177. *Clarus quæſt.* 39. caret igitur iuriſdictione, & quod agit, non valet *Curtius Iun. conſ.* 124. *num* 6. qui de communi teſtatur, *Io. Andr. in cap. cum ſit generale, de for. compet. Angelus conſ.* 6. *&* 27. *Alex. in* 4. *volum. conſ.* 32. *Aretin. conſ.* 64 *Felin in cap. licet cauſam de probat.* Iuriſdictio enim conceſſa ad certas cauſas non poteſt prorogari ad diuerſas, & diſſimiles, *Abb. in cap. cæterum. de Iudic.* Condemnatio igitur non eſt a Iudice competente.

Iudex nō eſt qui mandati limites excedit.

Malè promotus ſuſpéditur.

Delictum hoc pœna triremium non videtur punibile, quia pœna ſtatuta in iure eſt ſuſpenſionis, reſeruatæ ſuo ordinario, vel Sedi Apoſtolicæ, vt dictum eſt. Pœnæ ſunt molliendæ, *l. interpretatione. ff. de pœnis. l. factum. §. in pænalibus ff. de regul. iur. cap. in pœnis eod. in* 6. Nec pœna imponi debet vbi à iure non imponitur. *Gloſ. celebris in cap. vltimo. verb. eximi. de iure patron.* Decius *conſ.* 19. *num.* 3. *Iaſon. in l. illam. C. de collat. num.* 12. Et plures pœnæ non ſunt imponendæ pro eodem delicto, *l. Senatus. ff. de accuſat. l. quod Senatus. ff. de iniur. capit. at ſi Clerici. de Iudic.* Non enim *conſurgere debet duplex tribulatio.* (*Naum* 1. cò, vel maximè in Tribunali tam pio, in quo Miſericordia ſuper exaltat iudicium. *Penna Schol.* 27. *in* 3. *par. Director. num.* 100. Triremium igitur pondus ſuſpenſioni ſuper additum, nimis deprimit.

An

Digitized by Google

An quia ſuſpectus de hæreſi, & contemptu Sacri Ordinis? Sed hoc non probatur,, nec fuit, quia per aliquot annos ab omnibus ſuſceptis ordinibus abſtinuit, vt etiam nunc de facto, etiamſi a S. Pœnitentiariæ prætorio, in foro conſcientiæ habilitatus fuiſſet, prius quam detegeretur. Contemptus igitur formalis nullus fuit, materialis autem, qui in omnibus peccatis reperitur, Leuit. 6. *Si ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis*. Luc 10. *qui vos ſpernit, me ſpernit*. ad S. Officium non ſpectat, quia ſic omnia peccata huc pertinerent. Eo vel maximè, cum non omnia peccata contemptum concipiant, ſed pluries ex odio, concupiſcentia, &c. *S. Thom. 2.2. quæſt. 186. art. 9. ad 3. & quæſt. 105. artic. 1. ad 1. & artic. 2. ad 9. & quæſtion. 104. articul. 2. Cum Caietan. Alphonſus de Caſtro de poteſt. legis punit cap. 1. docum. 6. Couarr. variar. tom. 1, de ſent. excomm. 1 par §. 7 num. 6. Gerſon. lectione 5. de vita animæ*. Adrian. *quodlib. 6. artic. 2.* & alij. In quem ſenſum loquitur, *cap. ſi qui ſunt. diſtin. 81. Peccatum paganitatis incurrit quiſquis, dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit*. Contemnit autem, qui legem Papæ præcipientis non ſeruat. *Gloſ. in cap. quis autem, diſtin. 10, & primo Reg. 15. quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere*, Hæc enim omnia de materiali contemptu accipienda ſunt, quæ ad S. Officium non ſpectat.

Non omnia peccata ſũt ex contẽpta

Contemnere ſedem Apoſtolicam, eſt illi non obedire,

De pœna Triremium infra. Certum eſt eam infamare, quia cum ſucceſſerit deportationi ad metalla, vtiquè infamat, & infamia à ſuſceptis, & à ſuſcipiendis ordinibus arcet. *Abb. in cap. licet heli. de Simon num. 19. & in cap. inter dilectos. de exceſ. Prælat. num. 8. l. infamia. C. de Decur. lib. 10. Henriquez in ſum. lib. 14. cap. 5. §. 3. Penna in l. infamia cod. verſ. Item infamia impedit*.

Triremium pœna Infamat.

Verum (vt ad rem noſtram redeamus, non infamant Triremes, niſi quando dantur ob delictum infamans. *Camapuslis diuerſor. iur. Canon. Rub. 11. cap. 18. num. 9.* quia non infamat pœna, ſed culpa *cap. infames 3. quæſt. 7. §. porro*. Nam ſola pœna non infamat, niſi culpa præceſſerit. *l. nullam. l. fuſtibus. C. ex quibus cauſis infamia irrogatur. l. ictu fuſtium ff. de his, qui not. infam. vbi Marcellus IC tus fuſtium infamiam non importat, ſed cauſa, ſi ea fuit, quæ damnato in-*

Si ób delictum infamans irrogetur.

famiam irrogaret, fuit deciſum in vna Bononienſi *prima Iunij* 1551, *in Rota, relata à Caputaquenſi deciſ.* 90. in qua requiritur ſententia de crimine famoſo, hoc autem, de quo ſcribimus, tale non eſt, vt videre eſt, in *l.* 1. *ff. de his qui not. infam. & cap. infames* 6. *quæſt.* 1. *Gloſ. & Doctores in cap. ſuper his. de pœnis. Bart. in l. infamem. ff. de pub. iudic. Specul. in tit. de ſentent. prolat.* § *quid de illis*.

Infamię pœna non debet extendi

Et cum pœna infamiæ ſit grauiſſima, extẽdi non debuit. *cap. odia. de regul. iur. in* 6. & cum in iure non reperiatur, & furtiua promotio non infamet, ſequitur, hinc abeſſe infamiam iuris, & facti, præter quam alia non aſſignatur, dicto *cap. infames* 3 *quæſt.* 7. *vbi Gloſ. & cap. ipſi Apoſtoli* 2. *quæſt.* 7. *vbi Doctores*, & conſequenter debuiſſe dari regreſſum in hoc caſu à Triremibus ad altare.

Stylus Curiæ non facit ius

Sed repugnat Stylus Curiæ. At hic non facit ius, ſed conſiſtit in facto, & interpretandus eſt, vera cauſa ſubſiſtente, quæ merito ad Triremes condemnauit. Hinc nec Petrus Cruce, nec Paulus Virgis infames redditi ſunt, quia cauſa mali non ſuberat. An potuerit ad Triremes damnari, & infamis declarari, dicemus infra. Ita &c. ſaluo &c.

Quæſtio tertia, Cur in ſtatutis contra ſolos Calumniatores irrogetur infamia, cum tamen reperiantur in illis adnotata grauiora delicta?

Calũniatores tunc infames, & cur.

Reſpondeo, proceditur contra Calumniatores ex præſcripto ſacrarum, & ciuilium ſanctionum, quæ infamia Calumniatores adſpergunt. Nam *cap.* 10. *quia iuxta canonicas.* 5. *quæſt.* 6. dicitur *Quia crimen, quod Diacono probare non potuit, tanquam re vera infamis, meruit verberibus caſtigari*, & prius dixerat, *qui calumniam illatam non probat, &c.* idem *cap.* 1. *&* 2. *de Calumniatoribus. l. qui vero. C. de Calumniator. ſi calumniæ non damnetur, detrimentum exiſtimationis non patitur. & l. noſtris C. eod. Ideo calumnioſiſſimum caput, & perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ ſupplicium ſequatur.* & ratione quidem, quia cum calumniari ſit aliquem infamia adſpergere, quia per mendacium de non vero delicto infamat, iuſtum eſt, vt calumniator infamis euadat. *Quiſquis enim crimen intendit* (inquit *l. finalis C. de Calumniat.*) *non impunitum fore nouerit, licentiam mentiendi, cum Calumniatores ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij* relatum *cap. quiſquis ille* 2. *quæſt.* 8. *& capit.*

qui crimen. eod. & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam quam intulerat ipſe patiatur. & cap. 1. quæſt. 6. omnis, qui alijs falſa intulerit puniatur, & pro falſitate feret infamiam, & c. 2. Qui calumniam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus vtiquè ſuſtineret, & 2. quæſt. 3. cap. ſi quis. c. calumniator. cap. Paulum. Itaque infamia in Calumniatores adſperſa continet duas pœnas, & illam, quæ imponeretur accuſato, quæ propriè dicitur pœna talionis, & infamia, quæ eſt boni nominis obſcuratio. Alia autem delicta, & ſi grauiora, & infamiam inferentia, non puniuntur infamia explicitè, ſed vel carceratione, vel fuſtigatione, quia hæc non impugnāt directè famam proximi, ſed vel bona, vel vitam, vel aliud quidpiam, præter famam, ideò alijs pœnis coercentur directè, indirectè autem, infamia.

Quæſtio quarta, Quomodo irrogari debeat infamia, per ſententiam.

Reſpondeo breuiter, ſicuti ſententiantur pœnis canonicis reliqua delicta, in pœnam priuationis, depoſitionis, &c. ita etiam infamiæ. Conſtito ſcilicet, quod accuſator in accuſatione defecerit, & animo calumniandi detulerit, tunc deducendum erit in ſententiam, quod *quia delator non probauit, & calumniam intentauit in fratrem, perpetua notatur infamia, & perpetuò declaratur infamis*, & hoc eſt, quod ſtatutum ait, *Calumniatores perpetua notentur infamia.* Porro verbum *notari* proprium eſt huius pœnæ, quæ veluti, quoddam ſignum inuritur per quod à cæteris diſtinguatur infamis. vnde *in l. 1. & 2. ff. de his, qui notantur infamia. & l. 2 §. ff. de liber. & poſth. nota* idem eſt, ac infamia, ignominia, & probrum, hinc differt *notare*, & *ordine mouere*, quia ob leuiores cauſas cenſores ordine mouebant, grauioribus autem pollutos ſceleribus, notabant. *Liuius lib* 14. & 42. ductumquè eſt ſignificatum à notis, quæ ſeruis fugitiuis inurebantur. Quas Græci Stigmata appellant, ob quas ab alijs dignoſcebantur. *Cic. 2. de officijs Plin. in Panegyrico. Valer lib. 6. cap. 8. l. 3. C. de fabricenſibus. lib. 12. Sueton. in Calig. cap.* 27. quos ſic notatos Plautus *literatos* appellat, ſimili ratione, notamus infamia, ſigno nimirum quodam euidenti, quantum auribus, & intellectu percipitur, quo tales calumniatores inter cæteros dignoſcantur, ſed aliquæ difficultates examinandę ſunt.

Infamia irrogatur per ſententiam.

Nota, & infamia idem ſunt.

Prima difficultas, An declarandus ſit infamis calumniator ex ſolo proceſſu accuſatorio, per quem (non probato delicto reus abſoluitur, itaque vnico contextu dicatur, *Abſoluimus accuſatum, & in pœnam infamiæ condemnamus accuſatorem, quia calumniatus eſt*. An vero debeat inſtitui alius proceſſus, & ſententia diſtincta.

Reſpondeo, habemus Aphoriſmum in noſtra praxi Criminali *tit. ſententia* §.3. in hæc verba. *Si proceſſus defenſiuus euacuauit proceſſum offenſiuum, aſſignare debet Iudex terminum Accuſatori in eodem proceſſu ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari, quod ſi non probauerit, pœna talionis erit puniendus*. Accuſator enim, eo ipſo, quod ſuam accuſationem non probat, præſumitur calumniari. *Gloſ. in capit. 2. verb. Calumniandi. de Calumnia. Apoſtillator ad Angelum de maleſic. verſ. & ad querelam poſt num.7. Abb. in c. Calumniam de pœnis num.2.* qui duo de communi teſtantur *Diaz in praxi cap 68. num.4.* & quos ipſe citat, & alij multi in hunc ſenſum ſcribentes, quos citat, & ſequitur *Clar. quæſt.62. à num.6.* qui tamen eximendos cenſet eos, qui accuſauerunt ex officio, vt Tutores, vel ob immenſum dolorem, vt mater ob occiſionem filij, *l. mater C. de calumniatoribus*. Vel propter atrocitatem criminis, vt hæreſis, læſæ maieſtatis; Verum inter Regulares has exceptiones non admitterem, tum ex doctrina quadam communi, quam ex *num. 7.* ex multis adfert *Clarus*, non valere ſcilicet, has excuſationes, quando accuſatori daretur iuramentum calumniæ, & moneretur de pœna talionis, quando non probaſſet, quia tunc ſciens, & prudens committit ſe legibus ſeueræ probationis. In ſtatutis autem Seraphicis, & in practica criminali diſponitur. *Nullus, ſub pœna talionis accuſare poſſit de crimine, quod per Teſtes idoneos probare non valet* Nullius *accuſatio recipienda eſt, niſi prius iuret, ſe malo zelo ad accuſandum non moueri: & ad probandum ſe obliget ſub pœna talionis. Quod ſi ex inaduertentia, vel ignorantia* Iudicis *non fiat, debet declarari, quemlibet accuſatorem ad pœnam talionis obligari*. ita in practica Crimin. *tit. accuſatio fol. 16. & 17. Clar. quæſt.12 num.19.* vbi probat non eſſe neceſſariam inſcriptionem, quia pœna talionis ſubintelligitur ex legis diſpoſitione. Tum quia, licet exceptuata delicta priuilegiata ſint quoad accuſationem, vt etiam ab ijs, qui accuſare non poſſunt, deportari

Accuſator non probãs eſt calumniator.

tari valeant; attamen, cum maior calumnia intentetur ob maiores accuſationes, æquum eſt, vt etiam in his accuſator pœnam talionis ſubeat, ne infamandi, & calumniandi aditus relinquatur, vbi maximè præcludendus venit. Ponit optimam cautelam *Clarus in fin. numeri ſeptimi* ad concludendum accuſatorem de calumnia. Interrogando, ſcilicet illum, poſt adductas ab ipſo probationes. An velit vti querela, & probationibus ſuper inde factis, & ſi reſpondeat velle, tunc ſine dubio tanquam falſus, & ſciens, puniri poterit, bona cautela, ſed non neceſſaria, quia ex vi porrectæ accuſationis iam eſt in obligatione pœnæ talionis, etiam ſi nulla alia admonitio præmittatur. Quinimo accidere poterit, vt Iudex, vel Notarius ipſum præmonuerit, de inualidis probationibus, ac de pœna, quæ illum expectat: hoc autem eſt genus quoddam calumniæ, quæ tergiuerſatio appellatur, vt retulimus ſupra *quæſt. 1. Reſpondeo 3.*

Ex quo miror laudaſſe *Leonem Zambellum in cap. 8 ſuarum regularum iuris num.* 4. aſtutiam accuſatorum, qui in libello accuſationis apponunt *illas ſalutares clauſulas, non ſe adſtringendo, &c. & ſuper quibus, &c. quæ ſaluant, & ſuſtinent accuſationem, & proceſſum, etiam ſi non ſit probata qualitas in accuſatione deducta, &c.* miror (inquam) quia iſta eſt captioſa accuſatio, cum ſit re accuſator, ſed re non vult ſe obligare ad probandum. Et miſcet accuſationem cum denunciatione, & inquiſitione. Quidquid faciant Tribunalia ſæcularium, vt plurimum corrupta, & lucrum ſectantia, quibus ſufficit delictorum notitia, etiam per ſecretos delatores. Leo Zambellus excitur.

Difficultas ſecunda, An accuſator puniri debeat, quod non probauerit, ex malitia Teſtium?

Reſpondet ſupradictus *Zambellus in fine numeri* 4. Non debere puniri, ſed abſolui. Maximè ſi bona fide accuſaſſet, & citat *S. Thom. 2. 2. quæſt. 68. art. 4. ad* 1. Attamen affirmatiuè reſpondendum eſt, quia licet inter multas cauſas, ob quas calumniator à pœnis abſoluitur, citatas, & examinatas à *Iacobo Menochio centur. 4 lib. 2. de arbitr. Iudic.* reponatur fama, quia ſcilicet erat fama inter fide dignos, talem peccaſſe, vt refert, & ſequitur *Clar. dicta quæſt. 62. num.* 8. attamen, niſi hanc famam probet, vel malitiam Teſtium in iudicio deducat, nihil illi proderit bona fides, quæ tantum à reatu interiori poterit Accuſator non probãs ex malitia teſtium etiã puniendus eſt.

aliquando liberare, non ab exteriori punitione. Quinimo poſſet hoc remedio vti in qualibet calumnioſa accuſatione, producens ſe fide bona accuſaſſe. Et quis ſtultus Iudex illi credet? Excuſarem, ſi teſtes examinandi aufugiſſent, vel ſe abſcondiſſent, ne examinarentur, idquè Iudici conſtaret.

Difficultas tertia, An ſit calumniator, qui de vero delicto accuſat, probare tamen non poteſt.

Calumniator eſt, qui falſa crimina proponit & qui vera non probat.

Reſpondeo, etiam ſi Calumniator ſit, qui falſa crimina proponit *c. ſi quem. § notandum. 3. quæſt. 3. l. 1. §. 1. ff. ad S.C. Turpil.* vnde ex hac diffinitione, qui vera proponeret, non calumniaretur. attamen veritatem hanc conſtare debere in Iudicio, aliorum teſtimonio, certum eſt; quia eo ipſo, quod Accuſator non probat, præſumitur calumniator, *Gloſ. in cap. 2. verb. calumniandi de calumnia*, & eſt communis opinio, quam refert, & ſequitur *Additionator ad practicam Diaz cap. 68. verſ. falſa crimina proponit.* & eſt contra ius naturæ, vt occultum proximi delictum publicetur. Si enim Teſtibus non nititur, vti debet reus iure ſuo. *Rodriq. in tract. de ordine Iudiciali cap. 6. num. 3.*

Difficultas quarta, An excuſetur, ſi ex multis obiectis vnũ probauerit, vel ſemiplenè deduxerit.

Accuſator, quavia à pœna talionis excuſari poterit.

Reſpondeo, ex noſtra praxi crimin. *tit. Accuſatio, ſeu Accuſator. fol. 17. Accuſans de pluribus criminibus, niſi expreſsè obliget ſe, ad probandum omnia, ſi vnum, aut alterum de obiectis probauerit à talionis pœna liber exiſtet*, Item *Accuſator ſemiplenè probans delictum oppoſitum, per vnum Teſtem omni exceptione maiorem, vel per infamiam, vel id ſe audiuiſſe à viris fide dignis, talionis pœnam euadit, niſi Reus plenè ſuam innocentiam probaret, quia tunc minori aliqua, & arbitraria pœna actor plectendus eſſet*. cum allegatis in margine *Abb. in cap. licet de probat. cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſis poſſeſſio, & propriet. Viuius deciſ. 360. Regni Neap.* & alij apud *Bouerium in praxi. cap. 18. Gloſ. in cap. 2. de calumn. cap. qui non probauerit 2. quæſt. 3.* Verum quidem eſt, quod talis accuſatio fieri debet, ſcienter, appenſatè, & data opera, non præcipitanter, & veluti ſeductoriè, & inuoluntariè, hinc in eadem noſtra Practica citata dicitur. *Accuſans aliquem ſcienter de falſo, calumniatoris pœnã incurrit*. vbi notandum eſt illud *ſcienter* id eſt appenſatè, malo dolo, quod declarant canones cap. ſi quis 2. quæſt.

Scienter idẽ eſt ac *appenſatè*.

3. vbi

3. vbi in fine dicitur, *diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari non licere, & cap ſi quis Epiſcopum. eod. falſis criminibus appetierit*. quibus verbis malus dolus, & artificium denotatur. Et in facti contingentia *cap ſi quis iratus. eod.* dicitur, *ſi quis iratus crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit, conuicium non eſt pro accuſatione habendum. ſed præmiſſo tractandi ſpatio, idquod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare, aut ſcribere noluerit, non vt Reus criminis teneatur.* Vnde apparet calumniam in animo conſiſtere, itaut ſi quis non animo calumniandi, ſed putans ſe zelo moueri; deceptus ex fama, vel alio quopiam accuſat. Si hoc ſaltem probauerit à Calumniatorum pœnis liber euadit, hinc *l.* 1 *ff. de abolitionibus criminum*, relata à *Gratiano* 5. *par.* 2 *quæſt.* 3. dicitur *Calumniatoribus pœna legitimè irrogatur, ſed non vtique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui Reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſandum proceſſerit, & ſi quidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum Si verò in euidenti calumnia deprehendit, legitimam ei pœnam irrogat.* Quinimo ſubdit formam conceptæ ſententiæ. Si enim Iudex dicit. Non *probaſti, pepercit ei*. ſi autem dicat *Calumniatus es, condemnauit eum.* ſi autem ſententiet *Titius temerè accuſaſſe videtur, non* Calumniato*rem pronunciauit*. ſubdens ex Papiniano notabilem, ad rem noſtram ſententiam, *Temeritas enim facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret, ob hoc nullam pœnam irrogari oportet*. Rodriq. *dicto ordine Iudic. numer.* 4. *Abb. in capit. cum dilecti. de elect.* & non ſolum excuſat vnus Teſtis, ſed coniecturæ, vt eſt text. notabilis in *cap.* 1 *fin. de elect. in* 6.

Calumnia in animo conſiſtit.

Temeritas facilitatis veniam continet.

Quæſtio Quinta, Quid ſentiendum ſit de tergiuerſatione? & Præuaricatione.

Reſpondeo primo, terminos prælibauimus ſupra *quæſt.* 1. *Reſpondeo tertio* Nunc addo regulam noſtræ Practicæ criminalis *dicto titulo Accuſatio fol.* 17. *Qui alium accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit, à proſequenda accuſatione, ſine ſuperioris cōſenſu, recedere non poteſt, niſi propriam proſequatur iniuriam.* Clara in *l. Athletas ff. de his, qui not. infam.* §. *calumniator*

verb.

verb. præuaricator. 5. & *l. furti, §. pactuſque ff. eod.* vbi dicitur, *qui iuſſu Prætoris, pretio dato pactus eſt, non notatur*. Pacti autem hoc eſt, cum quis ab accuſatione deſiſtit ob præmium, & in quatuor Capitulis *de colluſione detegenda. in fine num. cap.* 1. dicitur, *Ne forte, non ex charitate, ſed ex præmio eorum ſit concordia comparata* In vniuerſum tergiuerſatio, quæ ſpecies calumniæ eſt, corruptionem pretij ſupponit. vt. *in cap. in tantum eod.* eſtquè peccatum mortale, dum vergit in damnum Reipublicæ, aut generat ſcandalum. *Rodrig. de ordin. Iudic. cap. 6. num. 6.* & citat *Sotum de teg. Secreto quæſt. 5. concluſ. 5. Nauar. cap. 25. num. 32. Cordub. quæſt. 77. Lopez in inſtruct. negot. lib. 2. cap. 45. pag. 515. S. Thom. 2. 2. quæſt. 68. art.* fieretquè pactum de relinquenda cauſa cum mendacio, & periurio. quod in peccato mortali S. Thomas includit, quando ceſſaretur à proſecutione accuſationis ob pretium, etiamſi accuſatio eſſet iniuſta, quia non poſſumus accipere nummos, vt faciamus actum Iuſtitiæ, & in hoc caſu teneretur ad reſtitutionem. Hinc colligitur, quod licet iniuria affectus poſſet ob humilitatem ab accuſatione deſiſtere, ſi tamen iniuria vergeret in præiudicium Communitatis, non poſſet retrocedere. At aliter faciens peccaret, ſicuti Clericus ſi percuteretur, & maritus ſi mulieri adulteranti parceret, in damnum pudoris & Reipublicæ, cui ſcandali præbetur occaſio. & ſic declaranda eſt regula praxis, *niſi propriam iniuriam proſequatur*. ſcilicet, quãdo ceſſatio Communitati non inferret damnum. In quem ſenſum eſt accipiendum *cap. ſi quem 2. quæſt. 3.* ibi *ſi quem pænituerit accuſare de eo, quod probare non potuerit; ſi ei cum accuſato innocente conuenerit, inuicem ſe abſoluant. ſi verò Iudex accuſatum crimínoſum eſſe cognouerit &c.*

Tergiuerſatio corruptioné pretii ſupponit.

Dum autem dicitur *ſine Superioris conſenſu* intelligendum eſt, non quod Superior accuſationem iam receptam, & probari incœptam, annullare poſſit, quando voluerit, adeſt enim eiuſdem Practicæ loco citato aphoriſmus. *Receptam ſemel accuſationem, niſi èx conſenſu actoris, vel ſuperioris authoritate Iudex abolere non poteſt. & tunc minimè. cum delatio, aut punitio criminis ad euidens Religionis emolumentum vergere dignoſcatur*. vbi *conſenſus actoris* à bono publico regulari debet, nam ſi eſſet perſona inſignis, vt Pater ordinis, Prouinciæ, Lector iubilatus, actualis &c. ſuperior &c. tunc turpe eſſet punitio-

Iudex non poteſt accuſationem inceptam abolere.

tionem abolere, licet ex parte iniuriati foret charitatis, & humilitatis indicium. *Iudex* accipitur hic vel delegatus, vel nimis inferior, non autem de Generali, aut Prouinciali, qui ſunt Iudices ordinarij, mouerique debent ob bonum publicum, ac mediante iuſtitia pacem inter ſubditos procurare.

Reſpondeo Secundo in præuaricatione (quando ſcilicet in exteriori accuſat, in ſecreto autem fauet accuſato. acceptans debiles defenſiones vel quando tacet ea, quæ verè aggrauarēt, & allegat res pari momenti in quo eſſe poſſunt, tam accuſator, quàm Aduocatus, & Procurator, quam etiam Iudex) eſt peccatum mortale, & pœna talionis puniendum, vt ex initio allegatis legibus, & canonibus patet, & firmat cum *Soto & Nauar.* citatus *Rodrig. de ordine iudiciali cap 6.conſ.* 3. hoc enim eſt illudere iuſtitiæ, & legibus. Præuaricari quando eſt peccatum mortale.

Difficultas prima ſicuti poteſt Iudex acceptam accuſationē abolere, an ſimili ratione (nimirum ob bonum publicum) poſſit aliquem ad accuſam compellere.

Reſpondeo, etiamſi in multis caſibus Religioſi teneantur accuſare, ſiue denunciare, vt in crimine hæreſis. *Paulus V. in conſtit. Romanus Pontifex*. in actu viſitationis Conuentus, dum per obedientiam adiguntur ad denuncianda delicta, quæ Religionem perdunt. In caſu, quo vergeret proditio, mors, vel ſcandalum maximum in Conuentu, in ordine, & alij de quibus in noſtra praxi *titulo Denunciatio fol.* 18. *verſ. publica vero*; tunc enim charitas, & iuſtitia obligant partem ad conſeruationem totius *S. Thom.* 2.2. *quæſt.* 68. *art.* 1. Attamen nullo iure, aut conſuetudine cautum eſt, vt Iudex præcipiat alicui, offerre libellum accuſatorium, quia hic eſt actus libertatis, & permiſſus, non iniunctus, aut præceptus, quo quis obliget ſe ad probandum, & ad ſe obligandum ad pœnam talionis, ſi enim Iudex ſcit eſſe commiſſum delictum non eſt opus accuſatore, quia poteſt ipſe ex officio inquirere. & habet ſuos delatores, ac promotores fiſcales, quibus deportandi maleficia onus incumbit, de quibus apud *Clar quæſt.* 7. *num.* 4. 5. *& infra*. Poteſt quidem Iudex ſtatuere parti terminum ad accuſandum, quo tranſacto, accuſare non poterit *vt Clar quæſt.* 3. *n.* 8. non autem præcipere vt accuſet *Diaz in praxi Crimin. cap.* 6. *num* 9. cum *Abb.* & alijs. Quibus caſibus religioſi accuſare tenentur. Iudex poteſt ſtatuere terminū ad accuſandum.

Dices, quilibet tenetur accuſare delicta exceptuata, *hæreſi*, *læſa*

Ordinamus, quod omnes, & ſinguli, qui abſque legitima diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora, à iure ſtatuta, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſorijs literis ordinati fuerint, à ſuorum Ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint. *Pius item* 5. *Romanus Pontifex*. *Clemens* 8. *Romanum Pontificem decet*, qui reducit conſtitutionem Sixti V. *Sanctam*, *& ſalutare*, ad terminos iuris, & Conſtitutionis *Pij* 2. Ad ſummum iſte caſus, ratione ſuſpenſionis, ad Summum Pontificem ſpectat, vt ex *Pio Secundo*, *& Vrbano Octauo* ſecretis. apparet, & ex altera parte, cum Inquiſitores manus extendere non poſſint extra caſus ſibi conceſſos, quos *Directorium Inquiſitorum* cum Bullis Apoſtolicis in fine recenſet, & inter ipſos furtiua promotio non reperiatur, qui ad fidem non pertinet, non videtur condemnatus à Iudice competente, & non eſt Iudex, qui mandati limites excedit. *Socin. in l à Diuo Pio.* *§ ſententiam* Roma. nu. 16 *ff. de re iudic.* *Vinius lib.* 1. *opin.* 177. *Clarus quaſt.* 39. caret igitur iuriſdictione, & quod agit, non valet *Curtius Iun. conſ.* 124. *num* 6. qui de communi teſtatur, *Io. Andr. in cap. cum ſit generale, de for. compet. Angelus conſ.* 6. *&* 27. *Alex. in* 4. *volum. conſ.* 32. *Aretin. conſ.* 64 *Felin in cap. licet cauſam de probat*. Iuriſdictio enim conceſſa ad certas cauſas non poteſt prorogari ad diuerſas, & diſſimiles, *Abb. in cap cæterum. de Iudic.* Condemnatio igitur non eſt a Iudice competente.

Iudex nō eſt qui mandati limites excedit.

Malè promotus ſuſpēditur.

Delictum hoc pœna triremium non videtur punibile, quia pœna ſtatuta in iure eſt ſuſpenſionis, reſeruatæ ſuo ordinario, vel Sedi Apoſtolicæ, vt dictum eſt. Pœnæ ſunt molliendæ, *l. interpretatione. ff. de pœnis. l factum. §. in pœnalibus ff. de regul. iur. cap. in pœnis eod. in* 6. Nec pœna imponi debet vbi à iure non imponitur. *Gloſ. celebris in cap. vltimo. verb. exiui. de iure patron.* *Decius conſ.* 19. *num.* 3. *Iaſon. in l. illam*. *C. de collat. num.* 12. Et plures pœnæ non ſunt imponendæ pro eodem delicto, *l. Senatus*. *ff. de accuſat. l. quod Senatus*. *ff. de iniur. capit. at ſi Clerici*. *de Iudic.* Non enim *conſurgere debet duplex tribulatio*. [*Naum* 1. *eò*, vel maximè in Tribunali tam pio, in quo Miſericordia ſuper exaltat iudicium. *Penna Schol.* 27. *in* 3. *par. Director. num.* 100. Triremium igitur pondus ſuſpenſioni ſuper additum, nimis deprimit.

An

An quia ſuſpectus de hæreſi, & contemptu Sacri Ordinis? Sed hoc non probatur,, nec fuit, quia per aliquot annos ab omnibus ſuſceptis ordinibus abſtinuit, vt etiam nunc de facto, etiamſi a S. Pœnitentiariæ prætorio, in foro conſcientiæ habilitatus fuiſſet, prius quam detegeretur. Contemptus igitur formalis nullus fuit, materialis autem, qui in omnibus peccatis reperitur, Leuit. 6. *Si ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis*. *Luc* 10. *qui vos ſpernit, me ſpernit*, ad S. Officium non ſpectat, quia ſic omnia peccata huc pertinerent. Eo vel maximè, cum non omnia peccata contemptum concipiant, ſed pluries ex odio, concupiſcentia, &c. *S. Thom.* 2.2. *quæſt.* 186. *art.* 9. *ad* 3. *& quæſt.* 105. *artic.* 1. *ad* 1. *& artic.* 2. *ad* 9. *& quæſtion.* 104. *articul.* 2. Cum *Caietan. Alphonſus de Caſtro de poteſt. legis punit cap.* 1. *docum.* 6. *Couarr. variar. tom.* 1, *de ſent. excomm.* 1 *par.* §. 7 *num.* 6. *Gerſon. lectione* 5. *de vita animæ*. *Adrian. quodlib.* 6. *artic.* 2. & alij. In quem ſenſum loquitur, *cap. ſi qui ſunt. diſtin.* 81. *Peccatum paganitatis incurrit quiſquis, dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit*. Contemnit autem, qui legem Papæ præcipientis non ſeruat. *Gloſ. in cap. quis autem, diſtin.* 10, *& primo Reg.* 15. *quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere*, Hæc enim omnia de materiali contemptu accipienda ſunt, quæ ad S. Officium non ſpectat.

Non omnia peccata ſũt ex contẽpta

Contemnere ſedem Apoſtolicam, eſt illi non obedire,

De pœna Triremium infra. Certum eſt eam infamare, quia cum ſucceſſerit deportationi ad metalla, vtiquè infamat, & infamia à ſuſceptis, & à ſuſcipiendis ordinibus arcet. *Abb. in cap. licet beli. de Simon. num.* 19. *& in cap. inter dilectos. de exceſ. Prælat. num.* 8. *l. infamia. C. de Decur. lib.* 10. *Henriquez in ſum. lib.* 14. *cap.* 5. §. 3. *Pœna in l. infamia eod. verſ. Item infamia impedit*.

Triremium pœna Infamat.

Verum (vt ad rem noſtram redeamus, non infamant Triremes, niſi quando dantur ob delictum infamans. *Camapuſlis diuerſor. iur. Canon. Rub.* 11. *cap.* 18. *num.* 9. quia non infamat pœna, ſed culpa *cap. infames* 3. *quæſt.* 7. § *porro*. Nam ſola pœna non infamat, niſi culpa præceſſerit. *l. nullam. l. fuſtibus. C. ex quibus cauſis infamia irrogatur. l. ictus fuſtium ff. de his, qui not. infam. vbi Marcellus Ictus fuſtium infamiam non importat, ſed cauſa, ſi ea fuit, quæ damnato in-*

Si ob delictum infamans irrogetur.

famiam irrogaret, fuit deciſum in vna Bononienſi *prima Iunij* 1551, *in Rota*, *relata à Caputaquenſi deciſ.* 90. in qua requiritur ſententia de crimine famoſo, hoc autem, de quo ſcribimus, tale non eſt, vt videre eſt, in *l.* 1. *ff. de his qui not. infam. & cap. infames* 6. *quæſt.* 1. *Gloſ. & Doctores in cap. ſuper his. de pœnis. Bart. in l. infamem. ff. de pub. iudic. Specul. in tit. de ſentent. prolat. §. quid de iſtis.*

Infamię pœna non debet extendi

Et cum pœna infamiæ ſit grauiſſima, extẽdi non debuit. *cap. odia. de regul. iur. in* 6. & cum in iure non reperiatur, & furtiua promotio non infamet, ſequitur, hinc abeſſe infamiam iuris, & facti, præter quam aliæ non aſſignatur, dicto *cap. infames.* 3. *quæſt.* 7. *vbi Gloſ. & cap. ipſi Apoſtoli.* 2. *quæſt.* 7. *vbi Doctores*, & conſequenter debuiſſe dari regreſſum in hoc caſu à Triremibus ad altare.

Stylus Curiæ non facit ius

Sed repugnat Stylus Curiæ. At hic non facit ius, ſed conſiſtit in facto, & interpretandus eſt, vera cauſa ſubſiſtente, quæ merito ad Triremes condemnauit. Hinc nec Petrus Cruce, nec Paulus Virgis infames redditi ſunt, quia cauſa mali non ſuberat. An potuerit ad Triremes damnari, & infamis declarari, dicemus infra. Ita &c. ſaluo &c.

Quæſtio tertia, Cur in ſtatutis contra ſolos Calumniatores irrogetur infamia, cum tamen reperiantur in illis adnotata grauiora delicta?

Calũniatores tunc infames, & cur.

Reſpondeo, proceditur contra Calumniatores ex præſcripto ſacrarum, & ciuilium ſanctionum, quæ infamia Calumniatores adſpergunt. Nam *cap.* 10. *quia iuxta canonicas.* 5. *quæſt.* 6. dicitur *Quia crimen, quod Diacono probare non potuit, tanquam re vera infamis, meruit verberibus caſtigari*, & prius dixerat, *qui calumniam illatam non probat, &c.* idem *cap.* 1. *&* 2. *de Calumniatoribus. l. qui vero. C. de Calumniator. ſi calumniæ non damnetur, detrimentum exiſtimationis non patitur. & l. noſtris C. eod. Ideo calumnioſiſſimum caput, & perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ ſupplicium ſequatur.* & ratione quidem, quia cum calumniari ſit aliquem infamia adſpergere, quia per mendacium de non vero delicto infamat, iuſtum eſt, vt calumniator infamis euadat. *Quiſquis enim crimen intendit* (inquit *l. finalis C. de Calumniat.*) *non impunitum fore nouerit, licentiam mentiendi, cum Calumniatores ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii*: relatum *cap. quiſquis ille.* 2. *quæſt.* 8. *& capit.*

 qui

qui crimen. eod. & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam quam intulerat ipſe patiatur. & cap. 1. quæſt. 6. omnis, qui alijs falſa intulerit puniatur, & pro falſitate feret infamiam, & c. 2. Qui calumniam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus vtiquè ſuſtineret, & 2. quæſt. 3. cap. ſi quis. c. calumniator. cap. Paulam. Itaque infamia in Calumniatores adſperſa continet duas pœnas, & illam, quæ imponeretur accuſato, quæ propriè dicitur pœna talionis, & infamia, quæ eſt boni nominis obſcuratio. Alia autem delicta, & ſi grauiora, & infamiam inferentia, non puniuntur infamia explicitè, ſed vel carceratione, vel fuſtigatione, quia hæc non impugnāt directè famam proximi, ſed vel bona, vel vitam, vel aliud quidpiam, præter famam, ideò alijs pœnis coercentur directè, indirectè autem, infamia.

Quæſtio quarta, Quomodo irrogari debeat infamia, per ſententiam.

Reſpondeo breuiter, ſicuti ſententiantur pœnis canonicis reliqua delicta, in pœnam priuationis, depoſitionis, &c. ita etiam infamiæ. Conſtito ſcilicet, quod adcuſator in adcuſatione defecerit, & animo calumniandi detulerit, tunc deducendum erit in ſententiam, quod *quia delator non probauit, & calumniam intentauit in fratrem, perpetua notatur infamia, & perpetuò declaratur infamis*. & hoc eſt, quod ſtatutum ait, *Calumniatores perpetua notentur infamia.* Porro verbum *notari* proprium eſt huius pœnæ, quæ veluti, quoddam ſignum inuritur, per quod à cæteris diſtinguatur infamis. vnde *in l. 1. & 2. ff. de his, qui notantur infamia. & l. 2 §. ff. de liber. & poſth. nota* idem eſt, ac infamia, ignominia, & probrum, hinc differt *notare*, & *ordine mouere*, quia ob leuiores cauſas cenſores ordine mouebant, grauioribus autem pollutos ſceleribus, notabant. *Liuius lib.* 14. & 42. ductumquè eſt ſignificatum à notis, quæ ſeruis fugitiuis inurebantur. Quas Græci Stigmata appellant, ob quas ab alijs dignoſcebantur. *Cic. 2. de officijs Plin. in Panegyrico. Valer lib. 6. cap. 8. l. 3. C. de fabricenſibus. lib. 12. Sueton. in Calig. cap.* 27. quos ſic notatos Plautus *literatos* appellat, ſimili ratione, notamus infamia, ſigno nimirum quodam euidenti, quantum auribus, & intellectu percipitur, quo tales calumniatores inter cæteros dignoſcantur, ſed aliquæ difficultates examinandę ſunt.

Infamia irrogatur per ſententiam.

Nota, & infa.. ii idem ſunt.

tari valeant; attamen, cum maior calumnia intentetur ob maiores accuſationes, æquum eſt, vt etiam in his accuſator pœnam talionis ſubeat, ne infamandi, & calumniandi aditus relinquatur, vbi maximè præcludendus venit. Ponit optimam cautelam *Clarus in fin. numeri ſeptimi* ad concludendum accuſatorem de calumnia. Interrogando, ſcilicet illum, poſt adductas ab ipſo probationes. An velit vti querela, & probationibus ſuper inde factis, & ſi reſpondeat velle, tunc ſine dubio tanquam falſus, & ſciens, puniri poterit, bona cautela, ſed non neceſſaria, quia ex vi porrectæ accuſationis iam eſt in obligatione pœnæ talionis, etiam ſi nulla alia admonitio præmittatur. Quinimo accidere poterit, vt Iudex, vel Notarius ipſum præmonuerit, de inualidis probationibus, ac de pœna, quæ illum expectat: hoc autem eſt genus quoddam calumniæ, quæ tergiuerſatio appellatur, vt retulimus ſupra *quæſt. 1. Reſpondeo 3.*

Ex quo miror laudaſſe *Leonem Zambellum in cap. 8 ſuarum regularum iuris num.* 4. aſtutiam accuſatorum, qui in libello accuſationis apponunt *illas ſalutares clauſulas, non ſe adſtringendo, &c. & ſuper quibus, &c. quæ ſaluant, & ſuſtinent accuſationem, & proceſſum, etiam ſi non ſit probata qualitas in accuſatione deducta, &c.* miror (inquam) quia iſta eſt captioſa accuſatio, cum ſit re accuſator, ſed re non vult ſe obligare ad probandum. Et miſcet accuſationem cum denunciatione, & inquiſitione. Quidquid faciant Tribunalia ſæcularium, vt plurimum corrupta, & lucrum ſectantia, quibus ſufficit delictorum notitia, etiam per ſecretos delatores. Leo Zambellus excitur.

Difficultas ſecunda, An accuſator puniri debeat, quod non probauerit, ex malitia Teſtium?

Reſpondet ſupradictus *Zambellus in fine numeri* 4. Non debere puniri, ſed abſolui. Maximè ſi bona fide accuſaſſet, & citat *S. Thom. 2. 2. quæſt. 68. art. 4. ad* 1. Attamen affirmatiuè reſpondendum eſt, quia licet inter multas cauſas, ob quas calumniator à pœnis abſoluitur, citatas, & examinatas à *Iacobo Menochio centur. 4 lib. 2. de arbitr. Iudic.* reponatur fama, quia ſcilicet erat fama inter fide dignos, talem peccaſſe, vt refert, & ſequitur *Clar. dicta quæſt. 62. num.* 8. attamen, niſi hanc famam probet, vel malitiam Teſtium in iudicio deducat, nihil illi proderit bona fides, quæ tantum à reatu interiori poterit ali- Accuſator non probãs ex malitia teſtium etiã puniendus eſt.

aliquando liberare, non ab exteriori punitione. Quinimo poſſet hoc remedio vti in qualibet calumnioſa accuſatione, producens ſe fide bona accuſaſſe. Et quis ſtultus Iudex illi credet? Excuſarem, ſi teſtes examinandi aufugiſſent, vel ſe abſcondiſſent, ne examinarentur, idquè Iudici conſtaret.

Difficultas tertia, An ſit calumniator, qui de vero delicto accuſat, probare tamen non poteſt.

Calumniator eſt, qui falſa crimina proponit & qui vera non probat.

Reſpondeo, etiam ſi Calumniator ſit, qui falſa crimina proponit *c. ſi quem.* § *notandum.3.quæſt.3.l.1.*§*.1.ff.ad S.C.Turpil.* vnde ex hac diffinitione, qui vera proponeret, non calumniaretur. attamen veritatem hanc conſtare debere in Iudicio, aliorum teſtimonio, certum eſt; quia eo ipſo, quod Accuſator non probat, præſumitur calumniator, *Gloſ.in cap 2. verb. calumniandi de calumnia*, & eſt communis opinio, quam refert, & ſequitur *Additionator ad practicam Diaz cap.68. verſ falſa crimina proponit.* & eſt contra ius naturæ, vt occultum proximi delictum publicetur. Si enim Teſtibus non nititur, vti debet reus iure ſuo. *Rodriq. in tract. de ordine Iudiciali cap.6. num.3.*

Difficultas quarta, An excuſetur, ſi ex multis obiectis vnũ probauerit, vel ſemiplenè deduxerit.

Accuſator, quauis à pęna talionis excuſari poteſt.

Reſpondeo, ex noſtra praxi crimin. *tit. Accuſatio, ſeu Accuſator. fol.17. Accuſans de pluribus criminibus, niſi expreſſè obligetſe, ad probandum omnia, ſi vnum, aut alterum de obiectis probauerit à talionis pœna liber exiſtet.* Item *Accuſator ſemiplenè probans delictum oppoſitum, per vnum Teſtem omni exceptione maiorem, vel per infamiam, vel id ſe audiuiſſe à viris fide dignis, talionis pœnam euadit, niſi Reus plenè ſuam innocentiam probaret, quia tunc minori aliqua, & arbitraria pœna actor plectendus eſſet.* cum allegatis in margine *Abb. in cap. licet de probat. cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſis poſſeſſio, & propriet. Viuius deciſ.360. Regni Neap.* & alij apud *Bouerium in praxi cap.18. Gloſ. in cap.2. de calumn. cap. qui non probauerit 2. quæſt.3.* Verum quidem eſt, quod talis accuſatio fieri debet, ſcienter, appenſatè, & data opera, non præcipitanter, & veluti ſeductoriè, & inuoluntariè, hinc in eadem noſtra Practica citata dicitur. *Accuſans aliquem ſcienter de falſo, calumniatoris pœnã incurrit.* vbi notandum eſt illud *ſcienter* id eſt appenſatè, malo dolo, quod declarant canones cap. ſi quis 2. quæſt.

Scienter idē eſt ac *appenſatè*.

3. vbi

3. vbi in fine dicitur, *diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari non licere*, & *cap ſi quis Epiſcopum. eod. falſis criminibus appetierit*. quibus verbis malus dolus, & artificium denotatur. Et in facti contingentia *cap ſi quis iratus. eod.* dicitur, *ſi quis iratus crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit. conuicium non eſt pro accuſatione habendum. ſed præmiſſo tractandi ſpatio, idquod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare, aut ſcribere noluerit, non vt Reus criminis teneatur*. Vnde apparet calumniam in animo conſiſtere, itaut ſi quis non animo calumniandi, ſed putans ſe zelo moueri, deceptus ex fama, vel alio quopiam accuſat. Si hoc factum probauerit à Calumniatorum pœnis liber euadit, hinc *l.* 1 *ff. de abolitionibus criminum*, relata à *Gratiano* 5. *par.* 2 *quæſt.* 2. dicitur *Calumniatoribus pœna legitimè irrogatur, ſed non vtique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui Reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſandum proceſſerit, & ſi quidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum Si verò in euidenti calumnia deprehendit, legitimam ei pœnam irrogat*. Quinimo ſubdit formam conceptæ ſententiæ. Si enim Iudex dicit. *Non probaſti, pepercit ei*. ſi autem dicat *Calumniatus es, condemnauit eum*. ſi autem ſententiet *Titius temerè accuſaſſe videtur, non Calumniatorem pronunciauit*. ſubdens ex Papiniano notabilem, ad rem noſtram ſententiam, *Temeritas enim facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret, ob hoc nullam pœnam irrogari oportet*. *Rodriq. dicto ordine Iudic. numer.* 4. *Abb. in capit. cum dilecti. de elect.* & non ſolum excuſat vnus Teſtis, ſed coniecturæ, vt eſt text. notabilis in *cap.* 1 *fin. de elect. in* 6.

Calumnia in animo conſiſtit.

Temeritas facilitatis veniam continet.

Quæſtio Quinta, Quid ſentiendum ſit de tergiuerſatione; & Præuaricatione.

Reſpondeo primo, terminos prælibauimus ſupra *quæſt.* 1. *Reſpondeo tertio* Nunc addo regulam noſtræ Practicæ criminalis *dicto titulo Accuſatio fol.* 17. *Qui alium accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit, à proſequenda accuſatione, ſine ſuperioris cõſenſu, recedere non poteſt, niſi propriam proſequatur iniuriam*. Clara in *l. Athletas ff. de his, qui not. infam.* §. *calumniator*

verb.

verb. praeuaricator. 5. *& l. furti, §. pactuſque ff. eod.* vbi dicitur, *qui iuſſu Prætoris, pretio dato pactus eſt, non notatur*. Pactũ autem hoc eſt, cum quis ab accuſatione deſiſtit ob præmium, & in quatuor Capitulis *de colluſione detegenda. in fine num. cap.* 1. dicitur, *Ne forte, non ex charitate, ſed ex præmio eorum ſit concordia comparata* In vniuerſum tergiuerſatio, quæ ſpecies calumniæ eſt, corruptionem pretij ſupponit. *vt. in cap. in tantum eod.* eſtquè peccatum mortale, dum vergit in damnum Reipublicæ, aut generat ſcandalum. *Rodrig. de ordin. Iudic. cap. 6. num. 6.* & citat *Sotum de teg. Secreto quæſt. 5. concluſ. 5. Nauar. cap. 25. num. 32. Cordub. quæſt. 77. Lopez in inſtruct. negot. lib. 2. cap. 45. pag. 515. S. Thom. 2. 2. quæſt. 68. art.* fieretquè pactum de relinquenda cauſa cum mendacio, & periurio. quod in peccato mortali S. Thomas includit, quando ceſſaretur à proſecutione accuſationis ob pretium, etiamſi accuſatio eſſet iniuſta, quia non poſſumus accipere nummos, vt faciamus actum Iuſtitiæ, & in hoc caſu teneretur ad reſtitutionem. Hinc colligitur, quod licet iniuria affectus poſſet ob humilitatem ab accuſatione deſiſtere, ſi tamen iniuria vergeret in præiudicium Communitatis, non poſſet retrocedere. At aliter faciens peccaret, ſicuti Clericus ſi percuteretur, & maritus ſi mulieri adulteranti parceret, in damnum pudoris & Reipublicæ, cui ſcandali præbetur occaſio. & ſic declaranda eſt regula praxis, *niſi propriam iniuriam proſequatur*. ſcilicet, quãdo ceſſatio Communitati non inferret damnum. In quem ſenſum eſt accipiendum *cap. ſi quem 2. quæſt. 3.* ibi *ſi quem pænituerit accuſare de eo, quod probare non potuerit; ſi ei cum accuſato innocente conuenerit, inuicem ſe abſoluant. ſi verò Iudex accuſatum criminoſum eſſe cognouerit &c.*

Tergiuerſatio corruptioné pretii ſupponit.

Dum autem dicitur *ſine Superioris conſenſu* intelligendum eſt, non quod Superior accuſationem iam receptam, & probari incœptam, annullare poſſit, quando voluerit, adeſt enim eiuſdem Practicæ loco citato aphoriſmus. *Receptam ſemel accuſationem, niſi ex conſenſu actoris, vel ſuperioris authoritate Iudex abolere non poteſt. & tunc minimè. cum delatio, aut punitio criminis ad euidens Religionis emolumentum vergere dignoſcatur*. vbi *conſenſus actoris* à bono publico regulari debet, nam ſi eſſet perſona inſignis, vt Pater ordinis, Prouinciæ, Lector iubilatus, actualis &c. ſuperior &c. tunc turpe eſſet punitio-

Iudex non poteſt accuſationem inceptam abolere.

tionem abolere, licet ex parte iniuriati foret charitatis, & humilitatis indicium. *Iudex* accipitur hic vel delegatus, vel nimis inferior, non autem de Generali, aut Prouinciali, qui ſunt Iudices ordinarij, moueri que debent ob bonum publicum, ac mediante iuſtitia pacem inter ſubditos procurare.

Reſpondeo Secundo in præuaricatione (quando ſcilicet in exteriori accuſat, in ſecreto autem fauet accuſato. acceptans debiles defenſiones vel quando tacet ea, quæ verè aggrauarēt, & allegat res pari momenti in quo eſſe poſſunt, tam accuſator, quàm Aduocatus, & Procurator, quam etiam Iudex) eſt peccatum mortale, & pœna talionis puniendum, vt ex initio allegatis legibus, & canonibus patet, & firmat cum *Soto & Nauar.* citatus *Rodrig. de ordine iudiciali cap 6.conſ.* 3. hoc enim eſt illudere iuſtitiæ, & legibus. Præuaricari quando eſt peccatum mortale.

Difficultas prima ſicuti poteſt Iudex acceptam accuſationē abolere, an ſimili ratione (nimirum ob bonum publicum) poſſit aliquem ad accuſam compellere.

Reſpondeo, etiamſi in multis caſibus Religioſi teneantur accuſare, ſiue denunciare, vt in crimine hæreſis. *Paulus V. in conſtit. Romanus Pontifex.* in actu viſitationis Conuentus, dum per obedientiam adiguntur ad denuncianda delicta, quæ Religionem perdunt. In caſu, quo vergeret proditio, mors, vel ſcandalum maximum in Conuentu, in ordine, & alij de quibus in noſtra praxi *titulo Denunciatio fol.* 18. *verſ. publica vero*; tunc enim charitas, & iuſtitia obligant partem ad conſeruationem totius *S. Thom.* 2.2. *queſt.* 68. *art.* 1. Attamen nullo iure, aut conſuetudine cautum eſt, vt Iudex præcipiat alicui, offerre libellum accuſatorium, quia hic eſt actus libertatis, & permiſſus, non iniunctus, aut præceptus, quo quis obliget ſe ad probandum, & ad ſe obligandum ad pœnam talionis, ſi enim Iudex ſcit eſſe commiſſum delictum non eſt opus accuſatore, quia poteſt ipſe ex officio inquirere. & habet ſuos delatores, ac promotores fiſcales, quibus deportandi maleficia onus incumbit, de quibus apud *Clar quaſt.* 7. *num.* 4. 5. *& infra*. Poteſt quidem Iudex ſtatuere parti terminum ad accuſandum, quo tranſacto, accuſare non poterit *vt Clar queſt.* 3. *n.*8. non autem præcipere vt accuſet *Diaz in praxi Crimin. cap.*6. *num* 9. cum *Abb.* & alijs. Quibus caſibus religioſi accuſare tenentur. Iudex poteſt ſtatuere terminū ad accuſandum.

Dices, quilibet tenetur accuſare delicta exceptuata, *hæreſi,*

læſa

læſa Maieſtatis, *proditionis*, *&c.* vt dictum eſt, ergo poteſt adigi ad hoc à ſuo Prælato.

Superior non poteſt præcipere omnia, quæ ſubditus implere tenetur.

Reſpondeo negando deductionem, quia non omnia poteſt mihi Iudex præcipere, quæ ego facere teneor, ſed quæ ſunt ſibi à iure conceſſa; ſi enim ſim in peccato mortali, vtique teneor conteri, & confiteri ſtatim ac commoditas adſit, tamen non poteſt Epiſcopus extra tempus Paſchale id mihi præcipere. quilibet tenetur proximum diligere, & odium, ac iniurias remittere, non poteſt tamen Iudex hunc actum charitatis mihi iniungere, niſi in exteriori foro, quando ciuitas turbaretur &c. tenentur ſollicitatæ in confeſſione ſollicitantes Confeſſarios denunciare, ſed non poſſet Epiſcopus cogere ſollicitatem ad denunciandum, quia hic caſus non eſt permiſſæ inquiſitionis, ſed iniunctæ monitionis. Non enim Iudex habet ex munere omnia mala è populo remouere, ſed illa tantum, quæ legibus, ac canonibus compræhenſa ſunt, particularia ſiquidem ſcientię non ſubiacent.

Difficultas Secunda An pœna talionis incurratur etiam in denunciatione, vel inquiſitione?

Denunciator quãdo talionem pati debeat.

Reſpondeo primo etiamſi denunciator talionis pœnę non ſubiaceat. *cap placuit 6. quaſt. 2. cap qualiter, & quando 1. de accuſat. Nauar. lib. 1. conſ. 11. num. 4. de offic. Iud. cap dele&et de ſimon. l. Diuus l. ab accuſatoribus ff. ad Turpill.* attamen ſi falſum denunciauerit, extraordinariam pœnam ſuſtinere debet, ita ex ſupradictis iuribus, & noſtra praxi. *tit. Denunciatio fol. 19. Tamen ſi falſum denunciauerit, pœna extraordinaria puniri debet* in qua in ſuperiori §. *caueturſi facta denunciatione inſiſtit apud Iudicem, eumque ſimulat ad procedendum & puniendum, quia tunc perſonam actoris ſub titulo denunciationis abſcondit, tenetur illum Iudex cogere, vt ſe denunciationi ſubſcribat, & ad probandum tanquam ſubdolus accuſator obligetur, ita Clar. quaſt. 7. § ſed nunquid ſi Reus num. 12.* pœna autem extraordinaria remittitur arbitrio Iudicis.

Talionis pœna non incurrtur in Inquiſitione.

Reſpondeo ſecundo, In inquiſitione ex officio non currit pena talionis, *Clar. quaſt. 51. num. 14.* qui citat *Bart. in l 2. §. publico. num 12 ff. de adult. Marianum in cap qualiter, & quando. de accuſat. num. 12.* qui de communi teſtatur. Et ratio eſt, quia ex neceſſitate inquirit ex officio, & ideo non obligatur ad Talionem. Præſumitur enim calumniari non voluiſſe Iudicem.

Adno-

Adnoto tamen ſtatutum generale *cap. 7. §. 5. num. 35. Caueāt Prælati, ne crimen aliquod ſuis ſubditis iudicialiter imponant &c. niſi præter Denunciatorem ſit vnus ſaltem teſtis, fide dignus &c. ſecus faciens Prælatus priuetur officio arbitrio ſuperioris.*

Quæſtio ſexta. An pœna talionis ſit in vſu.

Reſpondeo, vno ore ſcribentes affirmant, non eſſe in vſu *Clarus quæſt. 12. num. 17.* qui multos authores citat de hac re ſentientes & *quæſt. 18. verſ. debet autem Iudex* inquit ex *Speculatore Iudices parati ad prædam, ad nutum citant, nec clamorem expectant*. Nolunt enim ad ſe venientes exterrere. ideo leges inſcriptionis, & talionis ab aulis exules dederunt. Attamen apud nos omnino obſeruandam eſſe, tum quia maximè canonica eſt, tum quia tam ſeuerè in ſtatutis, & Criminali praxi præcepta, & renouata reperitur, tum etiam quia ea nil ſanius ad malignitatem calumniantium compeſcendam. Exſcribo ex *Ignatio Lopez in addit. ad cap. 68. Practica Criminalis Diaz verb Illud autem* citat enim *Sotum* probantem, pœnam talionis ex lege diuina *exod. 21. & Deutor. 20 & Ariſtot.* ſeuere in Calumniatores animaduertendum eſſe docet *6. polit. cap. 5.* quia non populares, ſed maiores accuſant. *Demoſtenes in orat. contra Aſtrologos*, appellat Calumniatores, *ſæuum hominum genus, viperinum virus ſpirantes*, tanquam naturæ, & Reipublicæ hoſtes exterminandos. *Ageſilaus* ſupra fures perſequebatur *Romani* aliquādo Vrbe expulerūt *Vuiſigoti* talione mulctabant, *Cæſar* iuxta Placentiam, ductorem cuiuſdam innocentis, quem inter ſeditioſos connumerare volebat, ſtatim occidi mandauit, vt author eſt *Appian. Alex. lib. 2. belli ciuilis*. Aman *Exter.* 8. in patibulo, quod Mardocheo parauerat, pependit. Nec (ſi talionis pœna vileſcit) aliud contra calumniantes remedium remanet, quam ad diuinam opem confugere, *Redime me à calumnijs hominum*. Sentio igitur peccare mortaliter noſtros Iudices, qui in Calumniatorum colluuiem, talionis pœnas non exequuntur. Debet enim nobis carior eſſe, fratrum noſtrorum bona opinio, & veritatis aperta confeſſio, quam palliatæ iſtæ delationes, & delictorum malignæ publicationes.

Talionis pœna apud ſeculares non eſt in vſu.

Superiores talionem nō inferentes peccant.

Dices ſi quis accuſaret alias accuſatum, qui tamen iuxta delicti menſuram punitus non fuiſſet, vel correptus, an talione plectendus eſſet.

Reſpon-

Reſpondeo per regulam Practicę noſtræ criminalis *titulo accuſatio fol. 16.* circa finem *Accuſatum aliàs, & correctum, ſiue apud Superiorem, ſiue apud Capitulum, ſcienter accuſans, non audiatur, ſed talionis pœna plectatur*. ſupponit regula præceſſiſſe accuſationem, & correctionem, correptio autem non debet menſurari ex zelo accuſantis, ſed ex arbitrio iudicantis, etiamſi in ſtatuto pœna aliter ordinata reperiatur. quia in hac parte corripiendus eſſet Iudex, non Reus iam iudicatus, non enim iterum iudicari debet cauſa ſemel abſolutè iudicata. Eo vel maximè cum in pœnis maximam partem habeat Iudicis arbitrium. In quo autem cognoſci debeat *Scientia accuſantis*, itaut dicere poſſit, ſe neſciuiſſe talem alias accuſatum fuiſſe, & punitum, non ita eſt facile diſſolutu. Primo enim ſentio illi ſuffragari omnem ignorantiam, etiam craſſam, & ſupinam. quia vbi in iure requiritur ſcientia, ſufficit omnis ignorantia ad excuſandum, vt deduximus in Commentarijs *ad ſtat. cap. 12. ſtat. 13. fol. 932.* Secundo probari hanc ignorantiam ex abſentia à Prouincia, ex conuerſatione fratris, à negotijs, & aliorum cõſuetudine aliena, & mora extra Conuentus principales, in quibus vel miniſtratur iuſtitia, vel miniſtratæ referuntur. Verum quidem eſt, quod ſi vita aliena à negotijs, & conuerſatione præſumere faciunt accuſatorem neſciſſe alias accuſatum, & punitum, eadem ratione præſumere facient ignorantiam delicti, cur igitur accuſauit, ſi neſciuit? vel cur potius delictum, quàm emendationem perſenſit? An quia ab aliquo deceptus? an quia ipſo ſciente deliquit? ſed cur ſtatim non detulit? cur ipſi militare debet ignorantia ad calumniam, & non ad charitatem? relinquitur prudentis ſuperioris arbitrio, qui ſecernere debet à malitia ignorantiam.

Vnde digno ſci poſſit aliquem aliàs accuſatum non fuiſſe.

Si quæras. An accuſans aliàs accuſatum, & non correctum, An in talionem incidat?

Reſpondeo ex eadem praxi loco citato *Cui pœnæ ſubiaceat accuſans aliàs accuſatum de ijs, quæ tanquam falſa iam reiecta fuerunt, niſi ad nouas probationes ſe obligauerit, in quibus deficiens pœnam talionis ſubeat.* Quinimo ad eliminandam calũniæ ſuſpicionem in eadem Practica tit. *Inquiſitio fol. 22. verſ. ſi quis autem*: diſponitur, *ſi quis autem in Viſitatione defectus non manifeſtauerit, ſed malitioſè, & callidè eos in aliud tempus, cuicumquè Ordinis Prælato manifeſtandos, aut literas contra quem-*

Accuſans aliàs accuſatum q̃ ando euadit talionem.

quempiam ſeruauerit, & poſtea in iudicio, ſeu viſitatione deduxerit, produxerituè, non audiatur, ſed eo ipſo actibus legitimis priuetur, & infamis declaretur. Super quo ſtatuto Notandum venit Primo, in illo caueri malignitates, & malas voluntates, quibus ſolent comparere delicta, non ex Zelo Religionis, ſed quia hic & nunc priuato commodo expediant. & propterea tam acriter punitionis neruus exeritur. Notandum ſecundo nõ puniri omnes quotquot in viſitatione tacuerint, ſed illi qui *malitioſè, & callidè* ſeruauerint. Poteſt enim dari caſus, vt Prouincialis viſitans ſit nimis affectus partibus, ægrè què ferat deportari ſuos amicos, ipſis viſitationem reuelet, & eos, qui ex zelo loquuti ſunt, indiſcretè proſequatur. tunc enim tacere poterunt, quia non tacent malitioſè, & callidè, ſed prudenter. *Malitioſè* enim ſonat callidè, inſidioſè, fraudulenter. *Cic. 3. de offic.* & malitioſè gerere rem mandatam dicitur, qui decipit, quia malitia callidorum eſt, variorum, & doloſorum, contra quos Prætor edictum propoſuit de dolo malo. *Spiegellius* & in iure peruerſitatem ſonat. *Baldus in l. quæ fortuitis C. de pignorat. actione. & in l. Macedoniani C. ad Macedonianum*. Sic etiam Calliditas idem eſt, ac dolus malus, fallacia, machinatio, fraus, quam iuſtitiæ contrariam, dixit *Cicero lib. 1. offic.* & eſt veluti callus, qui conſcientiæ obducitur, vt notauit Donatus in *Adelph. Terentij act. 3. ſcena 3.* Prudentia autem eſt virtus moralis, quæ in delectu bonorum, & malorum conſiſtit. *Cic. de finib. 4.* & eſt virtus neceſſaria in omni negotio, conſiſtitquè in multarum rerum memoria, & vſu plurium negotiorũ. Notandum tertio hinc colligi præſcriptionem delictorum in Religione, nam tranſacta viſitatione, quæ ſaltem fieri ſolet quolibet triennio (mitto viſitationes annuas Prouincialium, quibus opponi poſſunt adhærentiæ partium) à Viſitatoribus miſſis à Generali, & ſi caſus det, quod Viſitator ſit nimis affectus Prouinciali, vel alicui Fratrum, ſaltem quolibet ſexennio, in quo ſaltem duo Viſitatores ingenui mittuntur, nec eſt facilè concedendum, ſuccedere ſibi duos Viſitatores talibus paſſionibus addictos. Itaque non video vlteriorem progreſſum in correptionibus, & in ſexennio conſeneſcere delicta, quinimo (remotis cauſis recenſitis) in triennio, in quo Religionis apparet ſtudium, quieti, ac pietati inclinans, & de delictis non præſumens, plus timens ſibi ex indiſcre-

Malitioſè quid ſonet.

Calliditas quid.

Prudentia in quo conſiſtat.

In religione delicta præſcribuntur.

Digitized by Google

ſcreto accuſantium zelo, quàm ex debilitate fragilium. & ſum mopere auerſans viuum, & tenacem in fratres animum, qui malignitate imbutus ex diuturnitate cenſetur.

Quæſto ſeptima. Quomodo deleatur infamia?

Infamia facti quomodo deleatur.

Reſpondeo primò, infamia facti deletur actibus contrarijs, & tempore *cap. omnes 6. quæſt. 1. Nauarr. cap. 27. num. 204.* tempus regulariter debet eſſe triennale, vt communiter dicunt, quia breuiori tempore vix poteſt quis bonam opinionem ex mala nanciſci. Verum ſi actio mala iuxta exiſtimationem populi emendabilis eſt biennio, vel anno, puto illud ſufficere, v. g. quis iracundia motus alapam alteri in publico incuſſit, vel vulnus intulit, iniurias euomuit, &c. Si poſtea ſemel, atque iterum prouocatus, in ſilentio, & patientia pertranſijt, & ſi pluries ſufferentiæ actus oſtendit, certè emendatus ab omnibus iudicabitur, & ex impatienti, & temerario euadet apud omnes bonæ frugis, & opinionis. Bona enim, & mala opinio ex operibus naſcitur.

Poteſt etiam diſpenſatione Principis facti infamia aboleri, quidquid dixerit *Toletus, & alij apud Lezanam verb. infamia. num.* 16. Quia ſi poteſt ſuper infamia iuris, quæ maior eſt, multò plus poterit ſuper infamia facti, quæ eſt minor. Nec aliquid facit, quod ſuper opinione populi nullus poſſit, quia cum infamia iuris, quę naſcitur ex delicto, ſuper quo lex, vel Iudex irrogauit infamiam, & tamen Princeps poteſt vnica diſpenſatione reddere ad officia habilem alias infamem, multò fortius poterit purificare infamem facto. Supponamus latronem, & hæreticum, iam declaratos infames, à Principe ſuæ famę redditos ex gratia, qui tamen apud plebem peſſimè audiant, quæ de ipſomet Principe diſpenſante obmurmurent, an tal s erit rectè diſpenſatus? nugæ. Noui hoc anno 1644. menſe Iulio dum iſta ſcriberem, translatum ad Clericalem habitum, & ad Eccleſiaſticam dignitatem inſignem latronem, & ſtratarum craſſatorem, quem Vrbs, vt pleniſſimæ poteſtatis argumentum admirabatur, execrabaturquè, an ne de diſpenſantis authoritate ambigemus? ſit autem hoc faciendum, & an ſit benè factum? diſputationi relinquitur.

Infamia iuris vt purgetur.

Reſpondeo ſecundo, Infamia iuris tollitur, vt dixi hoc capitulo *quæſt. 2. diff. 4. verſu ſed dices*. Attamen quia in Commentarijs ad ſtatuta *cap. 2. ſtat. 14. §. 5. quæſt. 11.* dixi non poſſe noſtros

ſtros

ſtros Prælatos tollere infamiam, vt hæreſis, ſodomiæ, &c. ſed reſeruari ad Papam; doctrinam vniuerſaliter traditam declarandam cenſui; valere nimirum tantum ex iure communi, nō autem ex priuilegijs Ordinis, concedentibus Prælatis Regularibus poſſe diſpenſare in omni irregularitate, & abſtergere omnem maculam tam in foro exteriori, quam interiori, vt fusè probaui in prædictis commentarijs *loco citato §.5.quæſt.4* vbi tenui poſſe diſpenſari irregularitas ex homicidio voluntario, & *quæſt.5.* ex caſu hæreſis, & *quæſt.6.* à bigamia, vbi ampliſſima diſpenſandi priuilegia recenſui. Et ſatis fusè in ſequentibus quæſtionibus. Legi poſtea *Lezanam in Summa verb.infamia. num.17.* referentem priuilegia aliquarum Religionum, & putantem eos Prælatos poſſe diſpenſare ſuper infamia, qui poſſunt ſuper irregularitate, ſed non ſequitur ex neceſſitate materiæ, quia infamia non eſt irregularitas, licet à conſecutione Ordinum, & beneficiorum impediat, attamen eſt pœna, in iure ſatis diuerſa. aliàs dicendum eſſet, eſſe vnum, & idem, & hoc ex ipſius dictis colligi videtur, quia cenſet cum Theſauro, quem citat, vnico contextu tolli infamiam, & irregularitatem, quaſi verò idem ſint cum tamen ſint pœnæ diuerſæ, ſibi ſuccedaneæ, prius eſt culpa, deinde infamia, & infamibus dignitatum portæ clauduntur, & licet verum ſit, tolli irregularitatem ortam ex infamia, ſi ipſa tollatur, è contrario tamen verum non eſt, quia ſi Pontifex tolleret irregularitatem ortam ex infamia, & nihil de infamia loqueretur, certa illa remaneret, quia cum ſint duæ (alias tolleretur iſtarum pœnarum diſtinctio) ablata vna, quæ eſt effectus, non tolleretur alia, quæ eſt cauſa, & ſic non eſt reciproca conſequentia, melius probatur ex verbis priuilegiorum, quæ eo loco adduxi, nimirum *Sixti 4.* in confirmatoria, *Maris magni*, quæ incipit. *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*, declarans caſus, ob quos debeat adiri Sedes Apoſtolica, nimirum hereticos relapſos, ſchiſmaticos, literarum Apoſtolicarum falſificatores, & deferentes prohibita ad infideles ſubiungit, *Reliquis vero omnibus, etiam Simoniaca prauitate quomodocumque irretitis poſſe per illos, quibus inibi conceditur, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, & gratiam, iuxta caſuum exigentiam impartiri*; conceditur autem Prouincialibus, Cuſtodibus, Generalibus, & eorum Vicarijs, & infra concedit Generalibus, & Prouincialibus Mi- Diſpenſandi facultas in quo eſt reſtricta, & dilatata.

Ll niſtris,

niſtris, ne Fratres vagandi occaſionem habeant, poſſe diſpenſare cum patientibus defectum natalium, ex quocumque coitu illicito, *necnon cum his, qui ex quocumque cauſa, præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forent, poſtquam ordinem ipſum profeſſi fuerint, vt defectu huiuſmodi, & irregularitate non obſtantibus, irregulares ipſi, ad quoſcumque etiam ſacros ordines promoueri &c. & ad quaſcumque adminiſtrationes, & officia dicti ordinis eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere liberè, & licitè valeant, motu, & ſcientia prædictis concedimus per præſentes*, & in Bulla, quæ appellatur *aurea*, incipitque *Sacri Prædicatorum, & Minorum Ordines*. confirmans ſupradictas facultates abſoluendi, & diſpenſandi ait, *Super diſpenſatione, & abſolutione cum eiſdem in quibuſcumque caſibus, præterquam in illis, pro quibus eſſent, ad Sedem Apoſtolicam mittendi, &c.* Ex quibus patet ampliſſima facultas diſpenſandi in omnibus caſibus (notatis tamen exceptis) inter quos, ſine dubio eſt infamia, quia ſi conceditur de hæreſi non relapſa, de ſimonia, & de homicidio caſuali, multò magis conceditur de infamia, quæ eandem periodum cum irregularitate habet, mitto aliarum Religionum priuilegia, & noto vniuerſalem illam, *ex quacumque cauſa*, in qua includitur infamia, quæ reddit etiam irregularem: Vide quæ ſcripſit idem *Lezan. loco cit. &c.*

Ampliſſima diſpenſandi facultas.

Si quæras, An infamia iuris præſcribatur, ſaltem vbi ignota fuerit.

Reſpondeo negatiuè, quia pœnę iuris non abolentur tempore, ſed remiſſione. Nam ſi excommunicatus eat in locum longinquum, & ibi celebret, &c, non propterea euadit non excommunicatus. Sed multò magis peccat, quia ſciens, & prudens facit contra legem. Cum hoc tamen ſtat aliqua relaxatio iuris in infami, quæ in excommunicato ſtare non poteſt. Supponamus aliquem declaratum, & punitum, vt furem, & conſequenter infamem, ſi à ſua in aliam Prouinciam transferatur, ibique exemplariter viuat, & infamia neſciatur, vnde & eligatur Guardianus, vel Miniſter, an hic poſſit acceptare prælationem, an verè debeat excuſare ſe, non valens aliud facere, dicens ſe eſſe infamem. Dico debere ſe ciuiliter excuſare intra terminos ſuæ conditionis, nimirum ſi in Prouincia ſit in conceptu ſpiritualis, debet mordicus renunciare officium: ſin minus,

Infamia iuris non præſcribitur tẽpore.

Infamis ſi eligatur ſuperior, vbi infamia eſt occulta, quid faciet.

nus, quantum faceret alius ſuæ conditionis, oſtendendo humilitatem; &c. quod ſi his præſtitis, nihil perfecit, poteſt acceptare, & exercere officia, & dignitates. Ratio eſt, quia in illa Prouincia eſt in poſſeſſione bonæ famæ, & non tenetur infamare ſe ipſum. Sicuti in ſimili cenſent de excommunicato, qui poteſt celebrare, & Sacramenta miniſtrare, vbi pro excommunicato non habeatur, potius obſeruare debens præceptum naturale, de ſua fama, quam poſitiuum de excommunicatione, & infamia, *Vgolin. tab. 1. cap. 14. Suar. diſp 6. ſect. 2. num. 7. de cenſur. Filliuc, cap. 7. quaſt. 5.* Non enim præcepta Eccleſię cum tanto incommodo obligant. *Sotus in 4. diſt. 22. quaſt. 1. art. 4. Henriq. lib. 13. cap. 6. num. 3.* Nauar. *cap. 27. num. 339. Corduba in ſumma quæſt. 137. Auila 2. par. cap. 9. diſp. 8. dub. 5.*

Præcepta Eccleſiæ nõ obligant cũ tanto incõmodo.

Quæſtio octaua, an in pœnas calumniãtium incidat, qui cum veritate aliquem infamaret, puta quia peccatum ſecretum publicauit apud Superiorem, quod tamen probare non potuit.

Reſpondeo affirmatiuè, ex ſtatuto *cap. 7. S. 5. num. 24. Talionis pœna plectendi ſunt infamatores*, & dictis ſupra *quaſt. 4. diffic 3.* & infamatur perſona reuelando peccatum illius Verum, occultum tamen, vt diximus ſupra *quaſt. 1. Reſpondeo* 2. idq; non ſolum, quia accuſans non probauit, ſed etiam, quia occultum reuelando, proximi ius violauit, vnde famam amiſit. Quod intelligitur non tantum, cum apud Superiorem denunciat, nam apud ipſum ſufficeret per vnum Teſtem probare, &c. apud alias tamen famę proximi, etiam cum veritate occulta detrahens, non ſufficit adducere vnum, aut alium ſcientes delictum, quia vulgus non eſt Iudex, & ideo non debemus cum illo vti regulis iudicialibus, ſed charitatis, & Iuſtitię.

Infamat, qui peccatum ſecretum publicat, & non probat.

Dices primo, Quid ſi reuelaret peccatum non mortale, vel non graue, an cenſendus eſſet infamator, his pœnis plectendus.

Reſpondeo negatiuè, quia de minimis non curat Prętor De Venialibus dictum eſt ſupra de pœnis cap. 2. de non grauibus autem iudicandum eſt ex materia, & ex perſona, quia non omnia peccata mortalia omnes Religioſos infamant. Infamare cenſerem, votorum eſſentialium tranſgreſſiones, & quæ grauia, & grauiora, ac grauiſſima in noſtra Praxi criminali

Niſi eſſet leue.

adnotantur. *tit. deliſtorum diſcrimina fol.* 5. Leuia autem nequaquam, & de grauibus adhuc diſtinguendum eſſet, vbi nimirum in exiſtimatione Conuentus, & Reipublicæ tale peccatum notabiliter famam lęderet, cuiuſmodi non faceret ieiunij fractio, otium, &c. & in grauioribus, in Prælatum oblocutio, armorum in cella retentio, camiſiarum, & linteaminum vſus, ad profeſſionem indebita admiſſio, Negotiorum Principum tractatio, &c. & alia his ſimilia, quæ peccata quidem ſunt, & Religioſos dedecent, at puniri debent, ſed famam, & opinionem non obſcurant. *Bonac. de reſtitut. diſput. 2. quaſt. 4. puncto 2. num. 1. vbi Solonius 2. 2. quaſt. 62. ar. 2. contr. 12.*

Dices ſecundo, Et ſi infamat mortuum?

Infamatores mortuorum Reſpondeo, puniendus eſt, vt infamator, quia fama bona fratrum defunctorum honorat Religionem, & mala deturpat. Nec minus mortuo, quam viuo ablatum reſtituendum eſt, hæredibus ſcilicet, vel Reipublicæ, cuius eſt membrum. Itaque tenetur ſe retractare, & poteſt puniri pœna infamantium. Compenſare autem illam ſuffragijs, & orationibus, vt *Rebellius quaſt.* 11. cum alijs voluit, pium conſilium eſt, ſed non neceſſarium. Nam ſi quis mille Seio defuncto abſtulit, ſi reſtituit hæredibus, & pro illo non orat, ad nil aliud obligatur: ita ſi orat, & non reſtituit, adhuc tenetur in conſcientia reſtituere. Quia bonorum omnium ius ad hæredes tranſijt, hæres autem Fratris defuncti eſt Religio. Sicuti vanum eſt dictum *Rebellij* eiuſdem, & *Molina tractat. 4. diſputat.* 28. & 44. non teneri infamatorem reſtituere famam defuncto, ſi eum damnatum eſſe ſciret, quia nec valeret ſibi retinere mille ablata, ſi damnatum ſciret Dominum. Et Ebrei applicauerunt triginta argenteos Iudæ, in ſepulturam Peregrinorum, qui tamen ſuſpendio vitam finiuit, ea nimirum moti ratione, quia bona decedentium quomodocumque abeant, ad hæredes, Rempublicam, vel Principem tranſeunt. Quod autem defuncto reſtituenda ſit fama, probat ex multis citatus *Bonaccin. num.* 2.

Dices tertio, An reuelans defectum, vel morbum naturalem, ſit infamare, & puniri debeat, puta ſi de aliquo Patre graui diceret, eſt amens, imprudens, &c. vel de alio, quod

quod ſit ebrioſus, morbo gallico laborans.

Reſpondeo, defectus naturales, ſicuti non infamant, ita eos reuelantes infamatoris titulo non inficiunt, etiam ſi ob notitiam horum defectuum, ille poſtea ad officia non aſſumeretur. ita *Clauis Regia*, *P. Nauarrus*, *Reginaldus*, *Leſſius*, *Molina*, *Filliuccius citati à Bonaccina ſupra num.* 8. cuius opinionem non ſequor in eo, quod peccare mortaliter contra iuſtitiam tales affirmat, cum magnum bonum impediant, vel nimis contriſtant. Non enim poſſum intelligere quomodo peccet contra iuſtitiam, qui dicit, Caium eſſe cæcum, gibboſum, immemorem, &c. ſi in rei veritate ita ſit, quæ iuſtitia violatur hic? Impedimentum autem potius eſſet præmiandum, quam puniendum, quia impedit indignum à conſecutione honoris, ſine violatione famæ illius. Quod autem triſtetur defectuoſus (ſi non fiat data opera ad affligendum) neque videtur eſſe peccatum mortale, quia hac ratione nulla veritas dici poſſet, non placens patienti defectus, ex periculo contriſtationis. Secus dicendum eſſet, ſi quis affirmaret aliquem eſſe ortum ex Iudæis, Saracenis, adulterio, eſſe ſpurium, &c. quia hæc plus infamant, quo plus ſunt vera, & apud omnes famam lædunt. *Bonaccin. num.* 11. De morbo autem gallico aliter ſentio, quia hic ferè ſemper ex delicto infamante contrahitur, & eius titulus Religioſos multum infamat. Nec valet *Petri Nauarri*, *& Sayri* meditatio, quod ſoleat accidere ſine culpa, quia inter Regulares non omnes talem diſtinctionem intelligunt, & fama in opinione conſiſtit *Bonacin ſuprà num.* 9.

Reuelare defectus naturales non infamat.

Secus, ſi diceret ortum ex macula ſemine.

Laborare morbo gallico.

Dices Quarto An infamet, dicens in hac Religione, vel in hoc Conuentu ſunt multi ſcandaloſi, vel improbi, vel infames, vel maligni, aut inhoneſti?

Reſpondeo affirmatiuè, quia plus eſt lædere Communitatē, quàm particulares. nec valet dicere cum *Bonac. num.* 10. nullus læditur in particulari quia ſufficit lædi in communi. & ſicuti auferens ab ærario Reipublicæ tenetur reſtituere, etiam ſi nullus in particulari lædatur, ita infamans Conuentum, tenetur canere palinodiam, etiamſi nullus offendatur in numero, quia ſufficit lædi in corpore myſtico: & ſic puniri iudico, qui Communitatem infamat, plusquam ſi particularem infamaret.

Infamare cōmunitatem grauius eſt.

Quod ſi aliqui Notorij tales eſſent (ſufficerent duo) cenſeo à pœnis immunem, dummodo extra Religionem hoc non effutiret, quia tunc eſſet grauiter, etiam alio titulo puniendus.

Quæſtio Nona An infamantium pœnis ſubijciendus ſit, qui peccatum ſecretum proximi diceret, vni, aut duobus amicis prudentibus, de quorum taciturnitate ſatis confideret: vel ijsdem ad capeſſendum conſilium, aperiret.

Reſpondeo per ſtatutum *cap.* 7. §. 5. *num.* 42. *Qui crimen fratris, quod legitimè probare non poteſt, alteri, quam Prælato reuelauerit, pœna talionis mulctetur. & num.* 63. initio relatum *Diſtrictè prohibemus, ne quis ſub ſigillo Confeſſionis quid quam dicat, quod in alicuius infamam vergat, vel quod inter fratres diſſentionem, vel ſcandalum generet.* ad quorum ſt acutorum declarationem adducenda eſt doctrina *Salonij, Bannes, Molina. Sot, Rebelli, Azorij, Suarez, Fillìucci, Turriani, Aragonij, Valentia, Sayri* quos citat, & ſequitur contra *Caietanum, P. Nauar. & Reginaldum Bonaccina dicta diſp.* 2. *quaſt.* 4. *puncto* 3. *num.* 2. nimirum peccare mortaliter reuelantem peccatum graue alterius vni, aut duobus viris, etiamſi prudẽtibus, & taciturnis, quia apud ipſos infamatur, & eò peius, quo graues viri fuerint, apud quos malè audit. Hinc meritò pœna talionis plectendus eſt, qui crimen occultum alteri reuelat. Id enim importat, quod *legitimè probare non poteſt* quia quod legitimè probatur, multis notum ſit, neceſſe eſt. Exceptio autem illa, *quam Prælato*. Duplicem ſenſum habere poteſt, vel vt *Iudici*, vel vt *Patri*, etiamſi non deſint, qui peccare mortaliter affirment referentem peccatum ſubditi Prælato, vt idẽ *Bonaccina* in fine *numeri* 2. *citati* docet, quia plus offenditur ſubditus malè audiens apud Prælatum, quam apud alium quẽcumquè ſubditum, et ſi grauem &c. quod verum eſſe concedo: quando eſſet omninò occultum, vel non proficeret ad ſubditi emendationem, vel Conuentus decorem, impediendo ſcilicet aliquod futurum ſcandalum. Nam ſi diceretur Prælato ſine his reſpectibus, peccare mortaliter, dicerem reuelantem, quia infamatur proximus, & bono publico non proſpicitur. Quoad vero conſilium capiendum, ex communi ſententia, apud *Clauẽ regiam lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 10. & alios ſupra citatos in *Bonac. num.* 3. Dico non detrahi famæ proximi, ſi quis alterius peccatum amico reuelet, vt ſibi, vel alteri caueat, quia in hac parte

Peccat mortaliter qui coram duobus graue alterius peccatum reuelat.

Niſi fiat, vt alteri caueat, aut ſibi vel conſiliũ petat.

vti-

vtitur iure ſuo, ſecus tolleretur illa pars prudentiæ, quæ in futurum proſpicit, & opportunis medijs, ad vitæ gubernium vtitur. caſus autem eſſe poſſent, ſi ſibi malum ab altero parari ſciret, ſi proditionem, & malignitatem ſibi, fratribus, Conuentui, ordiri, ſi bonorum conuentus direptionem meditari, ſi ſcandalum imminens adeſſe &c. poſſet de his cum viro prudente, vno (inquiunt Doctores) non pluribus, niſi vnus ad cõſulendum ſatis non eſſet, conſuleret an monendus eſſet principalis, an ad ſuperiorem recurrendum &c.

Et iuxta hanc doctrinam declarandum eſt ſupraſcriptum ſtatutum de ſigillo confeſſionis, quia ſi poteſt ſub ſecreto naturali, poteſt etiam ſub confeſſionis ſigillo, tunc enim iuſta cauſa videtur, reuelandi peccatum alterius, ſine animo tamẽ detrahendi, in quibus detractionis, & materialitas, & formalitas conſiſtit, quæ ex diuerſis circumſtantijs cohoneſtari poſſunt, vt quod ex ſua ratione malum erat, honeſtatis rationem induat. Porro ſigillum Confeſſionis hoc loco accipitur, quo vti ſolent nonnulli ad firmandam in conſiliario taciturnitatem, extra Sacramentum confeſſionis, Dum nimirum dicunt, Volo tibi communicare negotium ſub ſigillo confeſſionis. quo inuẽto, niſi adſit cauſa iuſta ex ſupradictis, reuelandi peccatum alterius, adhuc peccatur mortaliter, & proximus infamatur. Quod autem hæc ſit ſtatuti mens, patet ex aphoryſmo pract. Criminalis *tit. de Teſtibus fol* 31. dicente *Quod ſub ſigillo ſecreti, conſilij, aut auxilij poſcendi gratia, quis nouerit, neque denunciare, neque in iudicio tanquam teſtis aperire, niſi aliunde ſciuerit, valet, niſi &c.* Vbi approbatur reuelatio peccati ad petendum conſilium. Scio controuerti apud Doctores, An ſit licitum aperire complicem in confeſſione ſacramentali; affirmantibus multis non licere, quando graue damnum in vita, vel infamia, ex tali reuelatione ſecundę perſonæ immineret. quo caſu, ſi commodiorem Confeſſarij opportunitatem non habeeet, poſſet, & teneretur pœnitens, tales circumſtantias non confiteri, ac ſi confeſſarij commoditate careret. quia concurrentibus iure diuino naturali, de ſeruandis vita, bonis, & fama proximi, & poſitiuo de confitendis circumſtantijs peccati integraliter, cum vtrumquè ſeruari non poſſit, hoc ſecundum debet cedere *cap. duo mala diſt.* 13. Cæterum his remotis, licere complicem in confeſſione aperire,

An liceat aperire complicem in confeſſione.

Qui affirment.

re, affirmant per multi apud *Suarez 3.par. tom. 4. diſput. 34. ſect. 2. P. Nauar. lib. 2. cap 4. par. 2. num. 271. Rebellium lib. 4. quaſt. 13. num. 10.* Quia confeſſio integrè eſt facienda. Quia in iudicio complices manifeſtare poſſumus, ergo et in confeſſione, quæ eſt iudicium. Quia ſecus pauci poſſent ſuis Parochis confiteri, qui omnes cognoſcunt, Quia hæc infamia leuis eſt, minor illa, quæ conſurgit ex manifeſtatione peccati facta viro prudenti, vt dictum eſt, ad propriam vtilitatem. Quia tandé complex ſibi imputare debet, qui cum altero peccauit, ſciens, complicem debere aliquando integraliter illud peccatum confiteri. Ex qua communi doctrina deducitur, non eſſe ſenſum ſtatuti, impedire illam reuelationem peccati, quæ fratri conceditur iure naturæ, ad ſuam, vel ſui Conuentus ſalutem procurandam. ſed illam, quæ has circumſtantias non habet. Inquit enim ſtatutum, *quod in alicuius infamiam vergat, vel inter fratres ſcandalum, & diſſentionem generet*. Non poteſt autem generare hæc mala, ſi vni prudenti, & ſub confeſſionis ſigillo reueletur. Quod ſi ſecus accidat, non reuelant. ſed ei, cui relatum eſt, imputari debet, qui ſecretum violauit ſine cauſa, & hoc eſt per accidens, ſicuti (inquit *Bonaccina punct. 4. in fin: num. 2.*) qui inuaſorem occidit, volens ſeipſum defendere.

Quæres An infamantium lege iudicandus ſit, qui reuelat peccatum alterius, ſed non aſſeuerando, ſed referendo, dicens, ſe id neſcire, audiuiſſe tamen, ſed dictis fidem non præbere.

Infamat, qui refert audita, etiã ſi ipſe non credat vera eſſe.

Reſpondeo affirmatiuè ex multis. quos citat *Bonaccina puncto 5. num. 1.* quia verè malam opinionem generat de fratre, neque talibus circumſtantijs tutari poterit narrationem, quin opinioni alterius detrahat. Non enim tenentur circa narrata audientes, tam ſubtiliter diſcurrere, & vt de facto accidit vt plurimum creditur dictis, niſi talis perſona referat, cui alij non credant; & in hoc caſu etiam eſt grauiter puniendus, quia non quæritur quid alij credant, ſed quid iſte dixerit.

Si quæras An ſit his pœnis mulctandus, qui verum crimen alterius reuelat, de quo aliàs fuit correptus, & nunc eſt emendatus.

Reuelans peccatum correptum, an puniendus.

Reſpondeo negatiuè, quia ſtatutum Pract. Crimin. *tit. Accuſator fol. 16.* inquit *Accuſatum aliàs, & correctum, ſiue apud Capitulum ſcienter accuſant. non eſt audiendus, ſed talionis pœna plectendus*. de ſola igitur accuſatione diſponitur, non de

detra-

detractione. Cœterum nec peccare mortaliter, qui delictum alterius emendatum recenſet, affirmant *Leſſius Azorius, Filiuccius, Molina apud Bonaccinam puncto 6. num.* 4. quia iam ille amiſit famam pro tempore, quo peccauit. Vnde Hiſtoriographi non peccant publica aliorum, licet oblita delicta ſcribentes.

Quæſtio Decima An infamans abſolui poſsit ſacramentaliter antequam famam reſtituat. dicente ſtatuto. ***Nec abſolui poſſit, niſi (prout poterit) antea famam reſtituat.***

Reſpondeo, pendet reſolutio ex materia reſtitutionis, quando ſcilicet differri poſsit, & interim non obliget, Nam ſi ex reſtitutione famæ maius damnum ſibi immineat, non tenetur ſtatim reſtituere, puta ſi non ſolum ſe infamet in æqualitate perſonæ, quam infamauit, tunc enim tenetur damnum alienum æquali damno ſuo reſarcire, quod eſt medium rei in reſtitutione requiſitum. verum ſi ſua infamia ſit maior, puta quia perſona in dignitate conſtituta, & melioris conditionis ſit quàm infamatus, Vel vltra infamiam timeat ſibi periculum vitæ, vexationis &c. & Ratio eſt, quia iuſtitia ad æqualitatem tantum obligat, non ad maius. Ita *Aragonius, Leſſius, Clauis Regia, Salonius Sà. Fillincius, Molina apud Bonac. diſput. 1. de reſtitut. in genere quaeſt. vlt. puncto* 1. *num.* 11. Non enim tenetur reſtituere bona inferioris ordinis cum iactura ſuperioris ordinis, vel cũ eorundem exceſſu, cuiuſmodi eſſet vita, & fama, vltra eam, quam iuſtitiam amitteret, reſtituendo. Nam in hoc caſu currit regula *Scoti in 4. diſt.* 15. *quaeſt.* 2. *art.* 4. Quod ſolutio differri poteſt, quoties Dominus rationabiliter non cenſeatur inuitus. In multis enim caſibus Dominus famæ & bonorum etiamſi de facto vellet ſibi ſua reſtitui voluntate commodi, tamen rationabiliter, voluntate honeſti, cenſetur velle tunc tẽporis ſibi talia non reſtitui. ſic fœmina, quæ ex adultero peperit, non tenetur declarare filium illegitimum, ad conſeruandam legitimis hæreditatem, ſi ſuæ famæ, aut vitæ timeat Cœterum in æquali damni, & infamiæ periculo, reſtituenda eſt fama, quia innocentis conditio præferenda eſt, tanquam potior, & pro ſaluanda vita iniuſtè accuſati, debet prodigi vita accuſantis, in exceſſu autem maiori duplo (quod magnum dãnum putant multi apud *Bonac. cit. num.* 23.) talis obligatio nõ currit. Vniuerſaliter diſtinguunt, non teneri ad reſtitutionem, ſi ca-

De obligatione reſtituendi famam.

Reſtitutio differri poteſt, quouſque dominus non cẽſetur inuitus.

Innocentis cõditio præferenda eſt.

ſi cadat à proprio ſtatu, in quo erat, antequam detraheret, vel ſurriperet; quod eſſet in caſu noſtro, ſi Religioſus Theologus, Magiſter, Doctor, &c. hos gradus acquiſierit iuſtè, accidat autem infamare alium ex ſuis paribus, vel inferioribus, ſimplicem Sacerdotem, aut conuerſum, teneri reſtituere famam infamato ſibi æquali, inferiori autem, non ſtatim, ſed capta opportunitate temporis,& præſtitis beneficijs in alio genere, non reſtituendo immediatè famam ablatam, quia tunc è ſuo caderet ſtatu. Si dicas ſi furaretur inferiori centum, an non teneretur reſtituere, ac ſi maiori furatus fuiſſet? Reſpondeo, non eſt par ratio reſtitutionis famæ, & bonorum, quia hæc detracta, non perdunt abſolutè ſtatum legitimè acquiſitum, ſicut illa, quæ deiicit à proprio ſtatu, ſi dicat, *Infamaui Laicum, vel Choriſtam*. & huc intrat diuerſitas illa perſonarum, nobilium, & ignobilium, quæ in remiſſione iniuriarum non parificantur. Sed ſufficiunt inæqualia recognitionis officia *Præter æquum cenſet* (inquit *Simmacus in epiſtola ad Patrem* ſcripta) *qui inter diſpares obſequium par requirit*. Sed hæc diuerſitas cum grano ſalis inter Religioſos accipienda eſt, quia inter iſtos æqualitas fraternitatis colitur, ſtatus diuerſitas eua neſcit, quos vnius habitus, & profeſſionis titulus cohoneſtat. *Fratres enim ſumus*, id eſt ab vno parente ad æqualitatem progeniti. Itaque incidente maiori damno reſtitutionis famæ, cenſetur tunc non poſſe reſtitui, ideo poteſt interim abſolui.

Si dicas, infamans alium non ſolum amittit famam reſtituendo, ſed etiam ſubit pœnam talionis, ergo ſemper erimus in maiori exceſſu, & conſequenter nunquam in ſtatu reſtituendi famam.

Reſpondeo, hic non eſt exceſſus ſupererogationis, ſed naturalis obligationis, ſibi imputet, qui infamauit, quia cum hoc actu neceſſario connexæ ſunt, & reſtitutio, & pœna. Si id fiat in foro exteriori. Attamen dum loquimur de foro ſacramentali, pœna talionis abſcedit, & poterit differri reſtitutio, quouſquè ſit periculum, quod propter reſtitutionem famæ, ſubiturus ſit exteriorem pœnam.

Quando infamans abſolui poſſit ante reſtitutionem.

Poterit etiam abſolui, ſi reſtituere non poſſit, ſi ſcilicet fuerit abſens, & ſicut lingua infamauit, debeat lingua reſtituere. Nam non tenetur literas ſcribere, quibus ſe infamaſſe fateatur, & veniam petat, niſi etiam literis infamaſſet. Ratio eſt, quia

Digitized by Google

quia non tenetur plus, & alio modo reddere, quam abſtulit; abſtulit verbo, ergo verbo reſtituat. Poſſent enim literæ in iudicium produci, & ſic in foro exteriori puniri, & ſic præſtaret reſtitutionem cum exceſſu multò maiori, & cum periculo, &c. ad quod tamen non tenetur, & ſecundum hanc rationem reperiretur in ſtatu impoſſibilitatis, & patet regula, *Impoſſibilium nullam eſſe obligationem*. Ita multi apud *Bonacin. loc. cit. num* 30.

Poterit adhuc abſolui, ſi infamatus iuri ſuo cederet, quia ex alia regula iuris, *Volenti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus*, niſi ſit Prælatus, vel adeo grauis perſona, qui iuri ſuo cedere non poſſit, quippe qui habet ſuam famam Reipublicæ obligatam. Poterit etiam, ſi infamans pro certo ſciret, infamatum de hac reſtitutione non curare, puta quia poſt infamationem ſe ſalutarunt, ſecum collocuti ſunt, & fraternitatis, aut amicitiæ ſigna oſtenderunt, & tunc currit alia regula, *Taciti, & expreſſi, idem eſt iudicium*. Authores multos citat *Bonac. dicta quæſt. vlt. puncto 2. num. 8. & diſp. 2. quæſt. 8. punct. 1. num.* 1. quia ſicuti furtum non eſt, vbi Dominus inuitus non fit, ita non retinet iniuſtè famam alterius, qui condonat.

Poterit etiam abſolui facta præſcriptione, quæ bona aliena facit noſtra. Verum quia *mala fides non præſcribit*, vt eſt *in regulis iuris in 6.* & qui infamauit ſemper eſt in mala fide, præſcriptio in hac materia non currit; attamen ſi nomine præſcriptionis intelligamus tempus interpoſitum, quod in obliuionem infamiam mandauit, ita ut non ſit in memoria eorum, qui audierunt, vel adſunt, tunc temporis non tenetur famam reſtituere, & illatæ infamiæ memoriam refricare. *Bonac. diſput. 2. quæſt. 4. puncto* 13. vbi multos citat, præcipuè *Azorium* dicentem, tempus, quo probabiliter cenſere debemus inductam obliuionem eſſe 20. annorum, alij melius, prudentis viri iudicio remittunt, cum nimirum de ea re amplius non loquuntur, & prudenter tenetur, memoriam infamiæ iam obliteratam fuiſſe. Qua etiam ratione abſolui poterit, ſi infamatus, bonis actibus ſuis famam recuperauit. Tunc enim infamator reſtituere non tenetur. Sufficit namque infamatum bonam famã recuperaſſe, nec curare debemus de via, per quam recuperauit, ſicuti ſi quis equum alteri rapuiſſet, Dominus autem alia via illum recuperaſſet, non tenetur fur eundem, vel alterum

reſti-

reſtituere. *Bonac.* apud quem alij multi *puncto* 12.

Quæſtio vndecima, ſi quis ſeipſum infamaſſet verè, vel falsè, dicens ſe adulteratum fuiſſe, furem eſſe, &c. an puniri pœnis infamantium deberet?

Infamans ſeipſum puniendus.

Reſpondeo affirmatiuè, quia plus eſt infamare ſeipſum, quã alios, & ſi infamando alios peccat contra iuſtitiam, infamando ſeipſum, peccat contra charitatem. Conueniendus eſt enim iſte ſui infmator, an verè peccatum, quod dixerat, commiſit, ſi ſic, puniendus eſt de peccato commiſſo; ſi non, puniendus eſt de mendacio, & iniuria, qua vtrinquè ſuam Religionem conſperſit.

Nec valet dicere, eſt Dominus ſuæ famę, et ſicuti non peccat mortaliter prodigens bona ſua, ita nec ſuam famam. Nulli enim fit iniuria volenti, & conſentienti, vt permulti grauiſſimi Doctores ſcribunt apud *Bonac. puncto* 10. *num.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. Quia Religioſus non eſt Dominus ſuę famæ, & ipſius iniuria, ac infamia redit in Religionem, cuius eſt filius. Nec Patres Societatis Ieſu (quos in fine dicti numeri laudat Bonac in quod renunciauerint iuri ſuo de fama, &c. ita renunciant famę, vt quilibet poſſit ſe ipſum falsò, aut verè infamare, ſed tantum quod Prælato eorum peccata reuelari poſſint. Nec Sanctorum Virorum *Auguſtini*, & aliorum, qui ſua peccata manifeſtauerunt, exempla, iuuat concluſionem appoſitam, quia hi particulari Dei inſtinctu, & ad magnificandam Dei miſericordiam ſuas vitas ſcriptis conſignarunt; Nec alijs iniuriam irrogarunt, Religioſi autem cum ſint membra Regularis Reipublicæ, & ipſorum bonum, vel malum nomen in totam Communitatem redundet, peccant mortaliter contra iuſtitiam, ſe infamando, vt cum *Claui Regia Nauarro*, & *P. Nauar.* toties laudatus *Bonac.* teſtatur *loco cit. num.* 2: atque hæc circa infamatores dicta ſufficiant.

LAVS DEO.

Digitized by Google

POENALIVM
DISTRICTIONVM
EXAMEN,
PARS SECVNDA.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPITVLVM XI.

De Pœnis in Falſarios, & Falſos Sancitis.

AMPLA deformitatum ſeges inſtruitur. Inſtrumentorum, literarum, ſigillorum temeratores, ac in iudicio perperam deponentes huc ſpectant. Pauca, quoad terminos, in . . *3. noſtr. Comment.* *Stat.* 5. in declaratione triũ caſuum reſeruatorum 6. 7. *&* 8. prælibauimus, & aliquem etiam ad *caſus* 15 *&* 16. tetigimus, nimirum de falſis accuſatore, teſte, & iurante, ac literas, ſigillaquè maiorum adulterantibus. Nunc penitius in anfractus introeundum.

Falſitas eſt immutatio veritatis *Auth. collat.* 5. *Nouella* 60. *tit.* 15. *& Auth. coll.* 6. *Nouell.* 73. *tit.* 2. Quæ poteſt fieri facto, aut verbo. *l. iniuria* §. 1. *ff. de iniurÿs.* vtrobiquè enim offenditur proximus dolo contra veritatem. *l. ſi Seruus non ſit vnius. ff. de interrog. in iur. faciend.* falſum tribus modis accipitur. Primo pro eo, quod non eſt verum, licet ab alicuius mendacio non procedat, exempla ponuntur in *l. ſi is qui ducenta.* §. *vtrum. ff. de reb. dub.* Secundo pro mutatione veri fraudulenta, & ſic omnia mendacia ſunt falſa. Tertio pro delicto, ſeu crimine falſi, quod committitur non tantũ ſimulando, vel mutando veritatem, ſed exequendo animi dolum contra proximum. *l. quid ſit falſum. ff. ad l. Cornel. de falſis.* Nos falſitatẽ non in vniuerſum ſumimus, ſed in hoc tertio sẽſu, eamquè reducimus ad terminos noſtrorum Statutorum, nimirum ad falſitatẽ, quę in iudicio à teſtibus, & ad illam, quę inuiolatione literarum, & ſigillorum Superiorum committitur. quod eſt, falſitatem in dicto, aut facto inſequi.

Falſitas quid.

Falſum quotuplex.

Quæſtio prima, Quis nam dicendus ſit Teſtis falſus.

Reſpondeo ex Practica Criminali *tit. de Teſtibus fol.* 28. *Teſtis falſus eſt, qui iuratus veritatem negat, vel occultat, vel eſſentialia tacet: qui in alium ſenſum dicta interpretatur, qui*

Teſtis falſus quis.

depoſitiones mutilat,qui dubium pro certo affirmat. Diffinitio, ſeu notio collecta ex varijs Doctorum concluſionibus ab vna radice prodeuntibus,ſcilicet veritatis mutatione. Cum enim Teſtis teneatur veritatem fateri Iudici legitimè ipſum interroganti,quotieſcunquè veritatem ad mentem Iudicis non dicit,quoquo modo id faciat, ſiue illam negando, ſiue tacendo, ſiue occultando,ſiue equiuocando,ſiue decurtando, ſub notione conſtituitur falſitatis, ſic paſſim omnes de hac materia ſcribentes. *Clar.q.59.per totum.* & *§.falſum à num.3. ad 20. Rodrig. in tract. Ordinis iudiciarij c.7. Zambellus in regulis gener. criminum cap.*10. *n.*11. *Foller. in prax. c.*8. *præcipuè à nu.* 45. *Siluester verb. Teſtis nono quæritur. cum Summiſtis verb. Falſum*. Diaz *in praxi c.96. cum ſuo Additionatore. Abb. in cap.1.n.1.3.4 de crimine falſi*, ſed partes deſcriptionis examinandę ſunt, hinc.

Prima difficultas, An Teſtis non iuratus dicens falſum, poſſit dici,& puniri, vt falſus Teſtis.

Teſtis quis formaliter, & cōpletè. Reſpondeo in rigore Sermonis falſus teſtis dicendus eſt, quia teſtatur falſum, verum enim vero ſumendo Teſtem in ea acceptione,qua Teſtis eſt, nimirum dum afficit partem, & concludit in cauſa, ſi iuratus non ſit, Teſtis completè dici nō poterit. Nam Teſtes propriè dicuntur,qui de rebus,& negotijs hominum fidem faciunt, cum dubitatur, & veritati patrocinantur, inde teſtès dicti, quod tueantur ſtatum cauſæ. *Autentica de Teſtibus in principio. S. Iſidorus lib.*5. *Etymol. c.* 23. Non iuratus autem hunc effectum non producit, quia iuramentum eſt, quo Iudex adſtringit Teſtem ad veritatem fatendam, vt *Spiegellius in verb.* Teſtes *iurati.* Vnde non iuratus non probat. *l.3.in* §. *Sabino.* & *ibi Gloſ.vnic aff. de teſt.* ſiue in manu Iudicis, ſiue in manu Notarij de ipſius commiſſione. *Bartol.in l. ex Sententia ff. de teſt. tutor Bald.in l. Iudices.* C. *de fid. inſtrum.* quia ſi Iudex iuramentum non approbat,non valet,& ſunt clari textus. *c. nuper c.fraternitatis. c. tuis de teſtibus. C.finali de iur. calum. Authent. Sed Iudex.* C. *de Epiſcop.* & *Cleric. Panor. in dicto c.tuis de teſtibus c. hortamur c puta.3.q 9. Siluester. verb. Teſtis n.6. verſ. tertio quod iuret.* An autem ſit de eſſentia, ac forma teſtificationis,an vero de ſollēnitate diſputant. *Clar.lib.5.§.Falſum. verſ. Tu ſcis Panor.in c.tuis quæſtionib.de teſt.n.2.Anton.Francus in Abb.in* dicto

Non iuratus non probat

dicto c.tuis.verſ.de ſollenitate formali.& in c.veniens.eod.ver.ex iſto textu,& alii multi,& adſunt probabiles rationes vtrinq. Quidquid ſit de hac ſpeculatione,hoc certum eſt, Teſtē non iuratum non habere fidem. Niſi examinaretur ad fauorē partium,quę remitterent iuramenti præſtationem.cum conſenſu Iudicis,quia dum agitur ad fauorem publicum principaliter, non poterit remitti,& tamen cum hoc ſtat,quod iuramentum remiſſum habetur pro præſtito,vt notauit *Anton. Franc. loc. cit.* non ad effectum agendi contra Teſtem de periurio ſed vt plenè in iudicio illi credatur,quia cum nō iurauerit, periurus & in falſitate eſſe non poterit.

An autem puniri poſſit,vt falſus teſtis non iuratus. Reſpōdeo affirmatiuè cum *Claro dicto* §.*falſum.n.*11. dicente,poterit puniri de falſo, perinde acſi iuraſſet. Cum *Bart.Curtio Seniore, & Alex.* qui de communi teſtatur. Cui ſubſcribit *Lopez ad Diaz,c.96.verſ.*5.*minimè.* etſi referat *Bal.Angel. Robertum. Marant.& Plotum* Sentientes,Teſtē,falſum deponentē ſine iuramento,eſſe puniendum pœna extraordinaria,qua pœna puniri debere putat etiam *Clar.loc. cit.* quando falſitas non eſſet alteri nocibilis. Vnde arbitrio Iudicis remittendum puto ſi pœna ordinaria,aut extraordinaria puniri debeat, conſideratis qualitate deponentis,contra quem deponitur, & cauſæ grauitate,& ſuper omnia grauitate huius ſceleris ,quia cum officium Teſtis ſit publicu,& iuramentum ſit inuocatio diuini nominis in teſtem,ſi in hoc falſitas intercedit, vita moralis euertitur. hinc *Prou.6.Teſtem fallacē odit Deus.* Quippe qui Deo inuocato,Iudici excipienti,& Innocenti eſt iniurioſus, vt dicitur in *c.1.n.1.de crimin.falſi ex* S. *Auguſt.* Ideo falſi crimē eſt publicum, & à quolibet de Republica accuſari poteſt *Clar. ſupra initio* lege quæ citatus *Lopez* doctè congerit in hanc rē.

Teſtis nō iuratus,& falſus puniri poteſt.

Falſi crimen eſt publicū?

II. Difficultas.An pœna falſi puniri debeat Teſtis, qui veritatem occultat.

Reſpondeo affirmatiuē. *Abb.in c.Falſidius.n.3.de crimine falſi.Bald.in l.Presbyteri.C.de Epiſc.& Cleric.*& in *l.obi exigitur* §.*dolo ff.de edend.Bartol.in Authē.de teſt.Angel.de Aretio de maleſ.in verſ.Falſarios*, qui dicunt teſtes teneri de falſo,nō ſolū quando dicunt mendacium, ſed etiam quando occultant veritatem,v.g. quando interrogatus ſuper tertio articulo, reſpondet,ſe nihil ſcire,vel quando iurauit dicere puram,& meram veritatē,& multa ſubticet.Et citat ad hoc *Abb.c.cū dilecti.*

Teſtis occultans veritatē pœna falſi puniri debet;

de accuſ. cũ aduertẽtia, vt prius ſit interrogatus à Iudice, quia nõ interrogatus, dicere nõ tenetur, quia Teſtis nõ debet eſſe verboſus, & ſatis eſt ſi ad interrogata reſpõdeat, tacere enim veritatẽ, nõ eſt peccatũ, nã Chriſtus interrogatus à Pilato, *quid eſt veritas?* & de alijs multis nõ reſpondit *gloſ. in c. quiſquis.* 11 *q.* 3. tunc enim tenetur, cũ à Iudice legitimè interrogatur, vt Teſtis, vel habet ex officio veritatẽ fateri. S. *Thom.* 2. 2. *q.* 7. *art.* 1. quo caſu obligatur de neceſſitate ſalutis; & fundatur in iure naturali, quia ita peccat qui poſitiuè nocuit, ſicut qui negatiuè ſe habuit, quãdo potuit prodeſſe, & noluit, ſi ad id tenebatur ex officio, vel impedire malũ potuit, & noluit. S. *Thõ ſupra Silu. verb. Teſtis q.* 8. *ver. primũ ſecundũ Archid.* ad quod multa cõgeſſerũt *Iaſon. in l. præſcrip. not.* 2. *C. ſi cõtra ius, vel vtilitatẽ publicã.* *Fel. in c.* 2. *de Teſtib. cogẽdis. verſ. vtrũ autẽ Teſtis.* eſt cõmunis ſẽtẽtia, D. *Anton. Archid.* D. *Thom.* quos citat, & ſequitur *Abb. in c. cauſã. n.* 2. *de teſtib. cogẽdis* Quod teſtis, in omnibus caſibus, in quibus poteſt Iudex de iure interrogare, ſi nõ reſpõdeat, vel negat, vel cælet veritatem, peccat mortaliter, tenetur ad intereſſe partis, & eſt falſus. Quia quilibet tenetur obedire ſuo Prælato in ſpectãtibus ad officiũ ſuũ & eſt de iure diuino *Deuter.* 6. *non falsũ teſtimoniũ dices*, & hab. *c.* 2. *de maior. & obed. & c. qui reſiſtit.* 11. *q.* 3.

Teſtis ad interroga ta reſpõdeat.

Et idẽ dicẽdũ eſt de illo, qui cõfitetur quidẽ accidẽtalia, tacet autẽ eſſentialia, quia iſte propriè tacet veritatẽ, de qua interrogatur iuridicè. Cuius ſi cõtrariũ faceret, dicẽdo quidẽ eſſẽtialia, & ſubſtãtialia, tacẽdo accidẽtalia, puniri nõ poſset pœna falſi. Sed aliqua alia pœna arbitraria. *Clar. citat.* §. *falsũ n.* 9 *cũ Baldo, Alex. Iacobo Butrig. Marſilio.* qui de cõmuni teſtatur multos alios citat *Lopez in Diaz dicto c.* 96. *verſ. ſecũdo excuſabitur.* Eſsẽtiale autẽ, & ſubſtãtiale in teſtificatione eſt illud, quod tãgit veritatẽ, quę in facto quæritur, & illã variat, ſi tacẽtur. *S. Thõ.* 2. 2. *q.* 70. vbi dicit Diſcordia teſtiũ in circumſtãtijs principalibus, variãtibus ſubſtãtiã facti, aufert efficacia teſtimonii, ſecus in nõ pertinẽtibus ad ſubſtãtiã facti. Puta quod tẽpus fuit ſerenũ, vel nubiloſũ, domus picta, vel nõ picta &c. Sic Euãgeliſtę diſcordarũt in hora mortis Chriſti, nõ tamẽ in die. Ideo variare de loco, tẽpore, vel perſona, ita ut nõ cõſtet de re, vel facto eſt variare in ſubſtãtia *Silu. d. verb Teſtis n.* 7. ac in facto principali id eſt in illo facto, quod quęritur in Cauſa, & à Teſte, prout inſinuatur in dicta noſtra praxi *tit. de Teſtib.* Quod

Tacens eſſentialia teſtis falſus eſt.

Et quod eſt eſſentiale in teſtificatione.

ſi in vno eſſentialia, et in facto principali falſus depræhēdatur in omnibus vt falſus habēdus eſt, ſecus ſi in extrinſecis, & citatur *Farin. q. 67. nu.* 159. *& Clar. q.* 53. equidem *ſemel malus ſemper præſumitur malus de reg. iur. in 6.* & eſt communis omnium: Et in hoc caſu puniendus erit tanquam falſus. *Clar. dicto §. falſum. verſ. ſed quid ſi teſtis.*

III Difficultas An falſus ſit teſtis, qui in aliū ſēſū dicta interpretatur, qui mutilet depoſitiones, vel dubiū pro certo affirmat.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi hęc facit dolo, & malitiosè, alias non *Io. Andr. in c. cum Io. Bremita. de fid. inſtrum. Angelus in Auth. de teſtib.* §. & licet *Sebaſt. Sap. in Abb. cap. falſidius. verſ. non ſolum. Ignatius Lopez dicto c. 96. in Diaz verſ. 3. ab hoc ordinario*, qui excuſant ruſticos à pœna falſi, niſi appareat de malignitate, quia præſumuntur potius ex ſimplicitate falſum dixiſſe. Quę doctrina applicari poſſet ad aliquos ſimplices Fratres, qui è bobus, vt Eliſeus, & è *Laureato vomere*, ad Religionem conuolant, putāq; offendere proximum, ſi teſtimonium contra illum dicunt. Maximè ſi ad offenſam examinentur, & licet hoc in Religione ſit difficile, ob variam quam de diuina lege doctrinam accipiunt, attamen deſideratur Iudicis zelus, & aduertentia ad diſcernendum malitiam, ſimplicitate adornatā, cū etiā inter ruſticos ſuper excellens malitia reperiatur, *gloſ. in l. Athletæ. §. ruſticis ff. de excuſat. tutelæ.* eorum maximè, qui cum ſtulti ſint Sapientes ſibi eſſe videntur. Vide *S Thom. 2. 2. q. 70.* Teſtis eſt falſus qui ſenſum torquet &c.

Porro, cum falſum teſtimonium ſit, quotieſcunq. non reſpondetur ad mentem Iudicis, & ſecūdum interrogationem, quæſita veritas non effertur; ſine dubio falſus eſt teſtis, qui in verbis æquiuocat, qui Rei dicta in alium ſenſum, quam veritas patitur, torquet, qui depoſitiones decurtat, & completè quod eſt, non dicit, qui certum pro incerto, & è contra affirmat. Quippe veritas vna eſt, tanquam centrum, à qua multipliciter diſcedere poſſumus, ſiue negando, ſiue cælando, ſiue æquiuocando, ſiue malè interpretando, ſiue mutilando &c. & Perinde eſt, hac, aut illàc abire, dummodo veritas non compareat. Quæ eſt doctrina *Gloſ. in c. notificamus, & in c. teſtis 4. q. 3. 35. q. 1. & l. 1. ff. de falſo. c. præſens. 20. q. 2. c. dilect. de accuſat. c. nequis. 22. q. 1. Panor. in c. inquiſitionis. §. terna. de accuſ. c. 1. de falſ. Silueſt. verb. Teſtis n. 8. verſ. quartum Teſtis.*

Quæſtio ſecunda, An procurans deponi falſum, vel reuocari verum, quod fuerat depoſitum, ſit puniendus, pœna falſi.

Reſpondeo de hoc, adeſt Statutum generale c.7.§.5.n.64. *Deponi procurans, aut reuocans, vel reuocari procurans, quod verè depoſitum fuerat, ſit ipſo facto excommunicatus, nec abſolui poſſit, niſi à Prouinciali, ſatiſfactione præmiſſa: ſemeſtri carceri mancipetur, infamiſquè perpetuo exiſtat*. eſt doctrina communis apud *Clar. dicto §. falſum verſ. ſubornans autem. & infra*. Quod ſubornans teſtem ad dicendum falſum dicitur falſum committere. & puniri debet, ſicut ipſe falſus Teſtis. Sicuti vt falſus puniendus eſt, qui ſcienter falſos Teſtes, producit. Et ſic concludit ipſe *Clarus. Circa teſtes* (inquit) *poteſt falſitas committi, primò ſubornando teſtem ad dicendum falſum teſtimonium. Secundo producendo in iudicio teſtem falſum. Tertio dicendo falſum teſtimonium. Quarto vtendo dicto ipſius falſi teſtis*. intellige ſcienter. Vnde ſolent periti Procuratores facere, vt pars, quæ produxit teſtes, interrogatur, vt eis vti velit. Vt poſtea nullam habeat excuſationem. *Clar. ibidem verſ. vtens dicto falſo*, & eſt regula iuris *l. is damnum. ff. de reg. iur. vbi Decius, Cagnolus*, & alij interpretes *Simanca de Canon. inſtit. tit. 62. n. 99.* & iſtos ſuaſores, & procurantes plus puniendos eſſe, quàm ipſoſmet falſos teſtes, affirmat *Ignatius Lopez dicto c.96. in Diaz verſ. & quod de Teſtibus falſis*; quia iſti maiorem nocendi animum habent. maximè ſi donis, promiſſis, vel minis id faciant, in quo debilitatur aliquo modo malitia Teſtis, qui ſeduci ſe facit, & creſcit in ſuaſore, qui eſt malitiæ architectus.

Teſtem falſum ſubornãs vt falſus puniendus, & eſt excommunicatus.

Sed eſt prima difficultas. An pœna excommunicationis, & aliæ pœnę hic latę afficiant teſtem, qui ex ſua malitia falſum deponit. Et ratio dubitandi eſt, quia vt ſupra retulimus in Stat. generali *dicto c.7. nu.24.* dicitur *Pœna talionis plectendi ſunt, qui falſum teſtantur.* & *nu.63. falsò aliquem infamans, pœna talionis puniatur*. & certum eſt, falſum Teſtem infamare. Si igitur pœna talionis (quæ poterit eſſe aliquando, perpetui Carceris, triremium &c.) prout grauia fuerint delicta, quę falsò obijciuntur, & teſtantur. Cur nunc Carceris ſemeſtris pœna adijcitur, & excommunicatio? &c.

Reſpondeo, excommunicatio eſt pœna adiuncta, quę peruadit tam falſum deponentem, quam deponi facientem, reuo-

reuocantem &c. quia eſt adiecta poſt omnes iſtos recenſitos, & refertur ad omnes. Adiectio autem ſemeſtris Carceris eſt pœna, quæ dari debet omni Teſti falſo, & falſum procuranti, in quocumq. caſu, qui maiorem pœnam non abſorbeat. Impoſita enim pœna maiori, maximè ſi ſit eiuſdem generis, ceſſat minor, quia iſta à maiori abſorbetur. *Clar. q. 99. nu. 9. & vltimo.* Itaque falſum deponens &c. eſt excommunicatus ipſo facto, quod eſt intelligendum iuxta tradita in c. de pœnis . . . . . poſt declarationem debet ſatisfacere parti, remanet perpetuo infamis ob crimen falſi, & eſt carcerandus per ſex menſes; idquè copulatiuè, quia omnes iſtæ pœnæ ſunt inter ſe cōpatibiles. Si verò pœna talionis, quę ſequitur infamantem, fuerit ad vlteriorem Carcerem, vel ad triremes, tunc pœna breuioris Carceris ceſſat. Pœna maior minorem abſorbet.

Secunda difficultas, cum pœnæ ex ſupradictis. *cap. 2. de pœnis* non incurrantur, niſi poſt Sententiam, cur diſponitur, non poſſe abſolui teſtem falſum niſi à Prouinciali præmiſſa ſatisfactione.? vel enim eſt in foro conſcientiæ, & tunc ante declarationem, tali facultate non indiget: vel poſt (vt innuere videtur Statutum, addens carcerationem, & infamiam) & tunc impertinens eſt forus conſcientiæ.

Reſpondeo, diſpoſitio amplectitur vtrumquè forum, quia abſolutio Prouinciali reſeruata, ſi eſſet publica, non indigeret iſta cautela, niſi dicamus adiectam, vt Prouinciales hanc facultatem haberent, & non eſſet opus ad Generalem recurrere. Et verum quidem eſt, excommunicationem non ligare, niſi poſt declarationem, & non agi hoc loco de reſeruatione caſus falſariorum, Sed de ſola excommunicatione, vt patet ex verbis Statuti: eſſe autem de foro etiam conſcientię, dum non poteſt abſolui falſum deponens, aut procurans niſi ſatisfacta parte, quia hoc eſt de iure naturę, dictante, cuique reddendum eſſe, quod ſuum eſt. Cœterum in ſtatuto diſponitur.

Quæſtio tertia, An pœna falſi plectendus ſit, etiam qui deponit falſum ad defenſam?

Reſpondeo cum aphoryſmo practicæ noſtrę Criminalis citatæ. *tit. de teſtibus fol. 28. falſum deponens ad defenſam, pœna extraordinaria puniri debet.* Communis doctrina, quod ab ordinaria pœna falſi excuſatur teſtis, quando falſitas nociua nō eſt *Bald. l. 1. n. 2. de ſepulchr. violat. Afflictus dec. 21. n. 13. Hyp-* Falſum deponens ad defenſam puniri debet.

politus in §. præterea n.23 Menoch.de arbitris.lib.2. Centur.4 caſu 306. n.21. Ludou. Bologninus conſ.30.colum. penult. Plotus in tract. de in litem iuramento §.34. n.15. *Clar. dicto §.falſum. verſ item excuſatur.* qui tres de communi teſtantur. ad quam reduci poſsunt *Gloſ. in l.damus. C. de falſo. & in cap. quanto de iureiur.* B*artol.in l.*1.*§.vltimo ff.de falſa. Cornel. cõſ.* 182. *colum. penult. lib.*4. *Rolandus à Valle conſ.*38. & alij quos citat dictus *Hyppol.in l.*1.*dicto §.præterea. ff. ad l.Cornel. de Sicar.* dum tenent, teſtem falſum, qui non nocuerit, non eſse pœna falſi plectendum. Non enim affirmant, nulla pœna dignum eſse, quia hoc eſt contra rationem, cum verè falſum dixerit, quod eſt grauiſſimum peccatum, atq. vnum ex exceptis in communi indulgentia Principum, à qua exceptuatum ſemper intelligitur crimen falſi, vt ait *Bart. in l. Lucius.ad finem ff. ad ſen. conſ. Turpilianum, & Hippolitus in rubrica ff. de falſ. nu.*12. intelligendi ſunt igitur de pœna ordinaria, non extraordinaria, quã omninò infligere tenetur Iudex regularis qui magis Zelare debet iuramenti Religionẽ, quã ſecularis.

Crimen falſi exceptuatum.

Quod dictum volo, ſi falſitas in ſola defenſione conſiſtat, puta in delictis, in quibus ex officio proceditur, & non ad partis inſtantiam, quia ſi quis aliquem accuſaſset, & ad pœnã talionis ſe obligaſset, probauiſsetquè accuſationem, quam Reus falſis defenſionibus conuellere niteretur, vnde examinati ad offenſam teſtes, vt falſi reputarentur, & accuſans pœnã talionis ſubiret. in hoc caſu is, qui ad defenſam examinaretur, & falſum deponeret, cum eius defenſio noceat alteri, omnino eſset puniendus pœna ordinaria falſariorum.

Quæſtio IV. Quid ſit falſificare literas, aut ſigilla Maiorũ?

Quot modis Apoſtolicæ literæ falſificantur.

Reſpondeo modos falſificandi literas Apoſtolicas ponit *Innoc.*3 *c. licet ad regimen. de crimine falſi*, ad Rem præſentem impertinentes. in quibus etiam ſigilla adulterãtur, quas appellat Bullas, quarum nomine non veniunt integræ literæ Apoſtolicæ, id eſt pergamenum, filum, plumbum, quas Bullas Apoſtolicas dicimus, ſed ipſum ſigillũ plumbeum, imaginibus Apoſtolorum Petri, & Pauli inſculptũ, vt notauit *Abb. in dicto c. licet. verſ. item nota.* ait enim *prima falſitas eſt, vt falſa Bulla, falſis literis adponatur*, id eſt falſum ſigillum plumbeum. Bulla enim, Græcum vocabulum, & conſilium, & locus, in quo conſultatur, ſignificat ſolita prætextatis pueris

Bullæ quid.

Romanis

Romanis aurea ad pectus appendi, vt ætatem conſilio regendam, & pectus conſilij locum indicaret. Propriè enim tumorem illum in aqua enaſcentem, & euaneſcentem oſtendit, ex quo apud Varronem legitur prouerbium illud, *homo bulla*. communiter autem accipitur pro plumbeo illo ſignaculo quod filo groſſiori inſeritur, ſic nominatum, quia ſine conſilio talibus non apponitur literis, & bullæ Apoſtolicæ cum maturitate conſilij expediuntur, ex quibus apparet falſificatio literarũ, & ſigilli in Apoſtolicis literis. ad quarum ſimilitudinem maiorum literæ, & ſigilla falſificari poſſunt, id eſt (vt ad quæſitum reſpondeam) confingi, vel formari literas, & ſignare ſcripturas aliorum nomine, qui nihil de ipſis ſciant, in quo falſitatis conſiſtit eſſentia. Poſſumus tamen nonnihil de citato capitulo imitari.

Prima inquit ſpecies falſitatis eſt, *vt falſa Bulla, falſis literis adponatur*, ad cuius ſimilitudinem poſſunt falſificari literæ, & ſigilla maiorum, ſi de integro literæ confingantur, & ſigilli adulterini impreſſio apponatur, & hoc eſt clarum, *Portel. verb. falſarius num.2. Clar. dicto §. falſum verſ. fabricans falſum inſtrumentum*. Falſificātur literæ & ſigilla, & quibus modis.

Secunda, *vt verum filum extrahatur ex toto de vera Bulla & falſis literis apponatur*, id eſt ſigillare falſas literas cum vero ſigillo, & hæc etiam eſt falſificatio literarum, & ſigilli, vt ſupradictus *Portel.* affirmat, & iure quidem, quia ſigillatio illa eſt vera, quæ fit de voluntate Domini, & ſic ſi ſigillum ab vna ſcriptura vera abſtractum, falſæ affigatur, ſi enim non concurrit voluntas eius, cuius eſt ſigillum ſigillatio falſa præſumitur, *Hoſtienſis in c. vt noſtrum verſ. vti præſumeret de appel.* & ibi *Anton. & Butrius circa finem verſ. quæro an ſigillo Bald. in l.2. verſ. & ego in aliquibus Felin. ibid. verſ.3. intellige de fid. inſtr. Anton. Gabriellius lib.1. concluſ.4. de præſumpt. num.6.11. & 20. & infra qui num 3 refert. Baldum, Alex. Decium, Felinum* dicentes in ſcriptura ſufficere ſolum ſigillũ, ſine ſubſcriptione nam ſigillum dumtaxat operatur probationem, vt notant Canoniſtæ *in c. poſt conceſſionem de probat. gloſ. eſt notab. in l. detrahēte C. de reb. alienād. & nō alienād. & faciunt notata in l. ſi qua per calumniam* C. *de epiſ. & cler. & in l. bonæ fidei* C. *de reb. credit.* & alia multa, quæ in facti contingentia allegantur in conſil. criminali *63.* incerti auth. in *volum.1. Ziletti* & conſ. *64. 65.* & *66.*

ſuper

Digitized by Google

An ſigillum ſine ſcriptura valeat. ſuper eodem facto ſuſiſſimè ſecundum quos plus peccaret falſificando ſigillum, quàm ſubſcriptionem; ipſe tamen opinioni aſſentitur, dummodo non agatur de grauiſſimo præiudicio, & ſubſcriptio non requiratur pro forma.

Tertia, (mittimus tertiam, & quartam, quæ continent varios modos applicandi verum ſigillum falſis literis) *cum in veris literis aliquid per raſuram tenuem immutatur*, ſic falſificatio literarum eſt, cum aliquid raditur de veris literis, quod ſenſum germanum notabiliter immutet. Quia ſi aliter eſſet, non haberet locum pœna falſi, ſic de immutantibus literam, aut punctum in bullis Apoſtolicis, quæ tamen ſenſum à Pontifice intentum non corrumpat, dicunt *Caietan. in ſumma verb. excommunicatio c.26. Suar.5.tomo in 3.par. S.Thoma diſput.21. ſect.2.n.44.* & habetur in *c.ex conſcientia de crimin.falſi* quod non incurratur excommunicatio. Quo loco obiter aduerto, nomine *raſura tenuis* non intelligere canonem de litura leui in ordine ad ſenſum, ſed de leui, ac tenui reſpectu carthæ, ſeu pergameni. Vide commentaria noſtra in *cap.7. ſtat.5.caſu 15. & 16.fol.541.*

Mutatio vnius verbi, aut literæ quádo falſitatis crimē inducat.

Quarta, cum aboletur ſcriptura aliquo artificio, & de nouo ſcribitur remanente ſubſcriptione & ſigillo. Poſſet quidem fieri hæc falſitas in pergameno, ſed neſcio an ſit poſſibilis in charta lintea, quidquid ſit de excellentia artificis, ſi quis ſpongia paginam lituris abſtergeret, & in eadem, quod inibi non fuerat, inſcriberet, abſquè dubio, falſitatem committeret, *Clarus dicto § falſum verb.abradens* apud quem *Afflictus*.

Quinta, cum abolita priori ſcriptura, ſuperimponeretur chartæ alia ſubtiliſſimo glutino cōpaginata &c.ſed ſi eſt poſſibile in literis Regularium, etiam eſſet falſitas.

Sexta, *eos etiam a crimine falſi non reputamus immunes, qui literas, non de manu noſtra, vel Bullatoris noſtri manu recipit*, & hic incidit quæſtio an falſarius reputandus ſit, qui literas à manu ſecretarij', vel alterius reciperet inſcio Prælato, iiſque vteretur. Negat *Burdonus reſol.46.n.7.* quem ſequitur *Lezana verb.falſarius n.3.* putans non incidere in caſum reſeruatum *Clem. 8.* dicentis *falſificatio manus, aut ſigilli officialium conuentus* cum qui vteretur literis ab alio falſificaris, ſed affirmandum eſt, tum ex citatis verbis canonis, qui falſarium cenſet, qui falſas bullas ab alio accipit. Tum etiam, quia eſt commu-

Falſarius eſt, qui vtitur falſis literis ab alio acceptis.

nis

nis doctrina apud *Clarum dicto* §*.falſum verſ. vtens falſo*, quod dicitur falſum committere, qui ſcienter vtitur falſo inſtrumẽto, & hæc eſt praxis omnium tribunalium, quidquid ſit, quod conficiens falſum inſtrumentum puniri debeat pœna ordinaria deportatio is, & confiſcationis bonorum, & vtens illo puniendus veniat pœna extraordinaria, nimirum relegationis, ſufficit mihi, quod vterquè ſit falſarius, nec iuuari poſſunt à proprietate termini *falſificatio*, quæ in odioſis ſtrictè eſt tenenda, quia falſificatio in genere compræhendit omnes modos falſi, inter quos ex *l.maiorem C.de falſis*, & ex *dicto c.licet*, eſt vti falſo instrumento, nil enim aliud intendit Pontifex, niſi, vt circa literas, & ſigilla Prælatorum falſitas non committatur, modo ſi æquè, & peius committitur falſitas ab eo, qui ab aula Prælati, falſas literas accipiat, quam ab illo, qui ex ſe format, multò magis contineri debet intra limites falſificationis, diximus enim initio huius capituli, falſitatem dicto, & facto committi, qui autem ab alio falſas literas accipit, etiam dicitur facere per alium, & habendus eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret, ſic etiam pœna falſificantis monetam punitur non tantum, qui fabricatur, adulterat, diminuit, ſed etiam qui expendit, vt locis citatis *verſ.dixi etiam* ijdem *Clar.& Lezana n.5.* affirmant, *vide Abb.in c.ad falſariorum de crim.falſi nu.5.& Barboſ.del.ad Abbatem verſ.monetam falſam*, & citatus à *Peirin. tom.2.q.3.c.2.* §.*1.n.50.* & cõtra hos valet vltima regula *iuris in 6.certum eſt quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem*. Aduerto tamen hanc quæſtionem non habere vim in religione Minorum, quia in illa expreſse cauetur. *Qui per ſe, vel per alium literas, & ſigilla Prælatorũ ordinis noſtri falſificauerit* &c. vbi ſecundũ iuris regulas, *falſificare* ſtat etiam per alium. Vti falſo inſtrumẽto falſarij eſt.

Septima, *Illos quoquè qui accedentes ad bullam, falſas literas cautè proijciunt, vt de vera bulla cum alijs ſigillentur*, & ſecundum hanc falſitatis ſpeciem, dico falſificare literas ſuperioris, qui inter multas alias à ſecretarijs confectas aliquam à ſe fabricatam poneret, quam deinde Prælatus ſubſcriberet, & ſecretarius ſigillaret. Quia verè ſi in hoc committitur falſificatio literarum Apoſtolicarum, multò magis committitur circa literas aliorum.

An autem cognoſci poſſet falſificatio literarum ſuperiorũ *in modo*

modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel in qualitate chartæ, vt cognoſci poſſet in literis apoſtolicis. Reſpondeo negatiuè, quia ſuperiores eundẽ ſtilũ non habent, nec Apoſtolicis regulis continentur. non negauerim tamen, poſſe aliquando dignoſci, ſi eſſet magnus exceſſus, puta ſi ex parte Generalis ſcriberetur Laico, *Reuerende Pater*, vel Clerico *Admodum Reuerende*, vel aliquis iſtorum vocaretur Pater, vel Dominus, vel ſi falſam latinitatem continerent literæ, quæ vt plurimum, & ſemper expediri ſolent per manus virorum in arte peritorum totum hoc ſtat prudentiæ Iudicis, & rerum experimento.

Quæſtio quinta. Quid deponant ſtatuta ordinis circa falſificationem?

Pœnæ in falſarios. Reſpondeo cap. 7. §. 5. n. 61. habetur, *qui per ſe, vel per alium literas, aut ſigilla Prælatorum ordinis noſtri, aut alterius perſonæ notabilis falſificauerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & carceretur ad ſuperioris arbitrium*. Si *verò ſigilla, & literæ falſificata fuerint Generalium, ſine eorum aſſenſu falſarij à carcere liberari non poſſint, ac præterea ad omnia ordinis officia perpetuò ſint inhabiles*. Quæ verba paraphraſticè examinabo.

Per ſe, aut per alium. itaut includat auxiliantes, & complices, non autem conſultores, quia dictio *per alium* extenditur ad ſimilia, eiuſdem qualitatis præcedentis, vt fusè probat *Barboſa dict.* 26. agitur autem de falſificante literas effectiuè, vel inſtrumentaliter, quod ad efficientem reducitur, particula enim, *Per*, in hac materia cauſam efficientem importat, vt idẽ *Barboſa dict.* 250. *num.* 5. refert & qualitas eſt, falſificatio literarum, ergo dum dicitur, *per alium* ſenſus eſt, qui effectiue falſificet, qui autem conſulit, vel monet, non agit effectiuè, ſed moraliter, mouet metaphoricè voluntatem, non phyſicè efficienter, ſicuti mouere ſolet voluntatem obiectum demonſtratum, & volitum. Itaquè qui ſuaderet, & conſuleret falſificationem, pœna falſi ordinaria non eſſet puniendus, ſed extraordinaria, ad arbitrium Iudicis.

Per alium ad quid extenditur. Per, efficientem denotat.

Conſulere falſi ficationẽ, an punibile.

Literas, aut ſigill: ſufficit alterutrum, quia dictio, *Aut*, verificatur, ſi altera pars adimpleatur, vt multis conſtat apud *Barboſ. dict.* 46. *n.* 3. eſt enim de ſua natura diſiunctiua, & alternatiua. Quid autem grauius ſit falſificare literas, aut ſigillum am tetigimus ſupra, cum enim maior culpa conſurgat, ex maiori

Aut, quid importet.

conatu

conatu voluntatis in rem vetitam, & difficilius ſit falſificare ſigillum Prælati, quam ſubſcriptionem. Adde cum ſe exponat maiori periculo, ſi tale ſigillum inueniretur, & maiori facilitati ad ſigillandum, cenſeo, plus peccare falſificantem ſigillum, quàm manum.

Prælatorum ordinis noſtri, reſtringitur per iſtud ſtatutum caſus reſeruatus, quem nos examinauimus ad *c. 7. comment. ſtat.* 5. *caſu* 16. nam ille habet, *ſigillum ordinis, & cuiuſuis alterius Prælati, aut perſonæ notabilis falſificantes*, hic autem ad Prælatos *Ordinis noſtri* limitatur, qui autem ſint iſti Prælati, ibi vide, reſtrictus eſt etiam caſus reſeruatus *Clem.* 8. *dum ad falſificationem manus, aut ſigilli officialium monaſterij*, arctatur, non enim omnes officiales ſunt Prælati. Quapropter in punitione externa falſariorum ſoli Prælati ordinis noſtri veniunt. In reſeruatione autem caſus, veniunt officiales, & alij. An autem ſub vocabulo *alterius perſonæ notabilis* veniant etiam Prælati Eccleſiaſtici, & aliarum religionum ſuperiores, ex dictis per *Barboſam*, de vi dictionis, *Alius*, affirmatiuè reſpondendum eſt, & ſic de facto practicari debet, quia *alius, & alter*, licet ad ſimilia ſe extendant, tamen aliquando maiora expreſſis ſignificant, maximè ſi id expoſcat ſubiecta materia, aut aliquod oriretur abſurdum, quo caſu diſſimilia importanc vt illud *Lucæ* 23. *ducebantur autem, & alii duo nequam cum eo.* niſi dicamus Chriſtum Dominum reputatum apud illos iniquos iudices virum nequam, & quidem abſurdum maximum eſſet, ſi ob falſificationem manus Guardiani puniendus eſſet quis, non tamen Epiſcopi, vel Cardinalis. Obiter noto, non defuiſſe *Portel. verb. falſarius nu.* 3. *Lezanam eod.* qui dixerint nomine officialium conuentus venire etiam Sacriſtam, Procuratorē. &c. Qui tamen de ordine Minorū obſeruantium loqui non ſunt, quia inter nos, nec Sacriſta, nec Procurator facit literas, & ſigillat ex officio, ſed ſolum ſuperiores locales, Prouinciales, & Generales. Vnde ſi quis nomine Sacriſtæ epiſtolam conficeret ad aliquem deuotum, vt latori traderet eleemoſynam celebratarum miſſarum, non propterea incideret in caſum reſeruatum, quia licet falſitatem comiſiſſet, non tamen eſt falſitas contra Officialem, qui habeat ex munere, publicas ſcripturas conficiendi. Sed ſi quis faceret in hoc genere, id efficeret vt priuata perſona. Alias ſi omnes

Alius quid denotet.

Falſificās manum Prælati ſecularis debet puniri.

Officiales conuentus qui dicantur.

nes officiales conuentus comprehenderentur, hus intrarent canaparius, cocus, infirmarius &c. quia verè iſti ſunt officiales conuentus, attamen non ſcribunt, non habent ſigillum. Nam Pontifex, dicendo *manus*, aut *ſigilli* intelligit de ijs, qui in monaſterio habent ex officio ſubſcribere, & tenere ſigillum, quorum alterutrum falſificatio inficit, & quod mirum eſt, *Portel* includit Sacriſtam, & excludit Generalem, ac Prouincialem, quaſi & iſti non ſint officiales omnium conuentuũ, & Pontifex voluerit plus attendere falſificationi manus Sacriſtæ, quàm Generalis. Includere autem Syndicum ſub nomine officialium conuentus, noua res eſt, quia ille eſt Syndicus, & œconomus Papæ, & non omnis, qui inſeruit conuentui poteſt appellari officialis, quia hac ratione etiam Medicus, Conſeruator, & alij eſſent officiales, quod nimis a communi conceptione dehiſcit. Noto etiam non benè dixiſſe eoſdem nomine Monaſterij, aut Conuentus venire ſolum illum, in quo Religioſus falſarius de familia reperitur, quaſi *Conuentus* idem ſit, ac *ſui Conuentus*, nec rationem *Portel.* placere, *quia talis* (inquit) *non falſificat manum, vel ſigillum Conuentus id eſt, ſui Conuentus*. Nam nomine Conuentus venit, tam ſuus, quàm alienus, & ita verè, realiter, & iniurioſè falſificatur manus, & ſigillum Conuentus, in quo eſt, ſicuti alterius ſuæ religionis, nec nos, vbi lex non diſtinguit, diſtinguere debemus.

Aut alterius perſona notabilis. Vide adducta loco citato Commentar. *cap.7.ſtat.5.caſu 15.fol.543.*

Ipſo facto ſententiã excõm.&c. vide dicta ſupra q.2.in reſponſione, & cap. . . .

Et carceretur ad ſuperioris arbitrium vide dicta ſupra *cap.2. de pœn.* quod intellige copulatiuè ad alias pœnas contra falſarios iuxta dicta *ſupra q. 2. in reſponſione* quia vbi pœnæ ſeſe compati poſſunt, omnes ad vnam applicari debent.

Si *autem fuerit Generalium, ſine eorum aſſenſu e carcere liberari non poſſint*.

Quæritur quis erit Iudex competens de falſitate commiſſa circa literas Generalium.

Iudex circa falſificationem literarum generaliũ

Reſpondeo ipſi primum Generales, eorumquè delegati, deinde Prouinciales in quorum prouincijs falſitas depræhenditur, caſus expreſſus *in c. ſuper eo. de crimine falſi*. vbi Pontifex reſcribit Epiſcopo Vigorienſi, qui falſitatem ſuarum literarũ compe-

compererat, ne falſis literis fidem adhiberet, *ſed eum, qui præſentauerit retineri facias diligenter* & ex toto titulo patet, falſitatem Apoſtolicarum literarum deprahenſam fuiſſe ab ordinarijs. & Papæ nunciatum. Quare ipſi ordinarij ſunt Iudices omnium delictorum, quæ in Prouincia committuntur, quæ emendare debent ſecundum leges. *Trid. ſeſſ.24.de refor. c.20.* & alibi *Rodr. tom.3.q.23. art.3. Nau.lib.5. conſil.23. de priuil. Miranda tom.2.q.16.art.6.cum Abb.in c.1.de reb. eccleſ. non alien.* ex cuius tituli *Clem.1. verbo proprij* elicitur tanta authoritas in Prouincialibus, quanta in Epiſcopis. imo, ex priuilegijs maior, vt ijdem affirmant apud *Hieron. Rodrig. reſol.121. nu.5.* Cum hoc tamen ſtat, vt circa carceris prorogationem, Prouinciales diſponere non poterunt, ipſis Generalibus inconſultis, & conſentientibus.

Prouinciales habēt tantam authoritatem quantam Epiſcopi, & maiorē

Ad omnia ordinis officia inhabiles perpetuò declarantur. prouinciales debent in falſarios omnes pœnas taxatas inſligere, excepta determinatione carcerationis, ſi de literis Generalium agatur, quia hæc ſola excipitur. Perpetua autem inhabilitas oritur ex infamia, quæ ex crimine falſi reſultat, ſequiturque omnes falſarios, tam literarum ordinis noſtri, localium, Prouincialium, Generaliumquè Prælatorum, quàm etiam aliarum perſonarum, quia ponitur in fine, tanquam clauſula omnes antecedentes modificans. Cur autem eadem pœna plectantur omnes falſarij, cum inter ipſos maiores, & minores reperiantur (plus enim delinquit, qui in Generalem, quam qui in guardianum peccat) eò vel maximè cum ex ſacris canonibus habeamus, falſarios literarum Apoſtolicarum puniri excommunicatione, officijs, beneficijſquè perpetuò priuantur, & ſæculari poteſtati poſt degradationem traduntur, *c. ad falſariorum de crimin. falſi,* ſicut etiam excommunicantur in bulla cœne Domini §.20. qui autem falſificant literas Iudicis delegati Apoſtolici non ita acriter puniuntur. *Panor.in c.olim de reſcriptis notab. 2. Fel.in c.2.de reſcript. Marian. in c. ad falſariorum de crim. falſi* ſicuti minus puniendi ſunt, qui falſant literas inferiorum iudicum, qui ſi criminaliter accuſentur puniri debent priuatione, depoſitione, & detruſione in monaſterium. *Panor. ſupra ex c. ſi epiſcopus diſt.* 50. vt etiam *Hoſtienſ. in ſumma de crim. falſi §. finali* vel ſi procedatur per inquiſitionem, qui talium Iudicum, aut Epiſcopi, aut Capituli falſauerit ſcripturas

Falſarij literarum apoſtolicarū quomodo puniantur.

ſaltem

ſaltem ſuſpendendus eſt ab officio, & beneficio, quouſquè ſedis Apoſtolicæ mereatur indulgentiam obtinere, vt probat *Hoſt. citatus ex c. tam literis de teſtibus*, Si igitur tanta varietas pœnarum reperitur in tam varia literarum falſificatione, cur etiam reperiri non debeat in varia falſificatione literarum ſuperiorum, maiorum, & minorum?

Reſpondeo, & hæc diuerſitas etiam in pœnis regularibus reperitur, quia & ſi in infamia, & inhabilitate pariſicentur falſificantes, diuerſificantur tamen in longiori, & arbitrario carcere, vt patet in ſtatuto.

Quæſtio ſexta, An crimine falſi teneatur, qui literas Generalium deſtruxerit, impedierit, retinuerit, vel aperuerit.

Falſarius non eſt, qui literas perdit, aperit.

Reſpondeo negatiuè, quia hæc non ſunt actus falſificandi, quos ſupra recenſuimus. Sunt tamen prohibiti per ſtatutum dicto *cap. 7. ſtat. 62. Qui verò ſupradictas literas* (nimirum Generalium, & Prælatorum) *per ſe, aut per alium malitiosè deſtruxerit, impedierit, retinuerit, aperuerit, vel quomodolibet interceperit, ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit, & ſi ei talis pœna non competeret, probationis capucium deferat, arbitrio ſuperioris*, multa ſuper his diximus *cap. 7. comment, ſtat. 5. caſu reſeruato* 15. quibus nonnulla addere viſum eſt, conſiderando aliqua ſtatuti verba.

Malitiosè, quia vbi non eſt dolus, ſed ignorantia, vel confidētia & c. vt loco citato diximus, nō eſt culpa grauis, nec pœna.

Deſtruxerit terminus Generalis amplectens vſtionem, proiectionem in flumen, puteum, & omnem alium actum, quo literæ amplius legi non poſſint, *l. ædificatum habes cum alijs in eodem titulo ff. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ*. Opponitur enim ædificationi, & molitioni, importatquè demolitionem, & ruinam *l. ſtipulatio ff. de operis noui nunciatione*.

Deſtructio quid.

Impedierit, retinuerit quoquo modo fecerit, vt literæ non perueniant, vel ità tardè, vt pro fine inſeruire non poſſint, ad eos, ad quos mittuntur. impedire enim (iuxta *Connanum lib. 9. cap. 5. num. 8.*) eſt cum quis pedes ita ligatos, & intricatos habet, vt progredi nequeat, cui opponitur expedire, *idem n. 9.* quaſi promptos, & paratos ad ambulandum pedes habeat, literas igitur impedit, qui ad eum, ad quem miſſæ ſunt, facit vt non perueniant. Quem ſenſum etiam facit *Retinuerit*, quia hoc verbum denotat inuoluntarium in eo, qui retinetur, *l. 3. ff. de*

Impedire quid ſit.

Retinere

de libero homine exhibendo. per 15. §§. *ipſius legis*, in qua doloſę retentionis caſus recenſentur. Et licet literæ voluntarium non habeant, illud habet Prælatus, qui eas deſtinauit. Hinc quælibet retentio contra voluntatem Prælati, dolum, & culpam facit.

Aperuerit, inter multa, quę hoc verbum apud iuris peritos ſignificat, illud noſtro inſtituto proprium eſt, quo res occulta publicatur. vt in *l.* 3. *ff. ad ſen. conſ.* Sillanianum. *aperire tabulas, publicare teſtamentum &c.* Dum commentarer caſum reſeruatum in Religione, qui eſt decimus quintus in *c.* 7. *ſtat.* 5. dixi non incidere in caſum reſeruatum, qui per curioſitatẽ aperiret literas Prælati, & poſtea clauderet, & mitteret, nulla immutatione facta in ſubſtantia literarum &c. ea motus ratione, quia nullum damnum ſequutum eſt, nec literæ formaliter ſunt impeditę. Quia tamen *Portel. verb. Literæ Prælatorum in Addit. n.* 5. dicit, incidere in caſum reſeruatum. *Qui literas Prælati ſubtiliter aperuerit, & poſtea obligauerit, & clauſas dederit* Prælato. *Iam enim verè aperuit.* Placuit rẽ clarius digerere. Laudo in primis doctrinam *Portel.* cui etiã mea contrària eſt, non propterea retractanda venit, quia nos commentamur duos caſus reſeruatos, inter ſe diuerſos. Vltramontana enim familia *c.* 6. de correctione delinquentium §. 23. de caſibus reſeruatis vndecimum caſum ſic concipit *Aperitionis literarum* Prælatorum *vel malitioſæ earum retardationis.* Noſtra verò Ciſmontana familia *c.* 7. § 3. *numer.* 15. eundem caſum ſic diſponit. *Generalis, vel Prouincialis, aut eorum ſecretariorum literas tum miſſas, tum accipiendas, impedientes, frangentes, falſificantes, vel quomodolibet intercipiẽtes.* In quibus eſt aduertere, non eſſe vtrobiquè verbum, *Aperientes*, ideo potuit ille rigorem verbi retinere, quod quia in noſtro nõ eſt repertum, à rigore etiam abſtinuimus. Quidquid ſit de forma apud *Clem.* 8. qui *Aperitionem* etiam reſeruari poſſe conceſſit, non tamen reſeruandam præcepit. Quod ſi inſtes verbum *Frangentes*, in Statuto poſitum, idem importat, ac *Aperientes*, quia literæ dum aperiuntur, franguntur. Ne Virgines, & corruptas ſimul dicamus. Reſpondeo plus eſt frangere, quam aperire. Ianua enim non frangitur, dum aperitur, nec fractas dicimus literas, ſi integram ab illis ligaturã amouemus, & deinde reponimus. Sed in hac materia ferè

Aperire.

coincidit cum *deſtruxerit*, cum minori tamen energia, quia deſtruere eſt perdere, frangere eſt rumpere. *l. ex conſenſu. Quæ eſt 23. ff. de appellation. & relat.* & in hunc ſenſum dico, incidere in caſum reſeruatum, qui fregerit ligaturam literarum. Sed inquies non eſt metiendus caſus reſeruatus ex ſolo fine vltimo, qui eſt, vt literę in manus eius, ad quem dantur, perueueniant, qui ſaluatur, ſi literæ aperiantur, & clauſæ iterum mittantur. Sed etiam ſecreto, quod in literis continetur, quodquè fortaſſe erit finis vltimus, ob quem ſcribuntur, vt ſubditus nimirum, ſciat ſecretum Superioris, & nullus alius, qui finis fruſtratur, ſi aperiunrur, & poſtea mittuntur literæ. Reſpondeo, dixi in citato Commentario, non eſſe caſum reſeruatum, quia nullum damnum ſit ſecutum, nunc autem, ſi ſupponamus damnum fuiſſe, cognitionem ſecreti, quod Prælatus occultum eſſe volebat, vltrò concedo incidere in caſum reſeruatum. Quia in hoc caſu adeſt peccatum mortale, & iniuria ſuperioris, & non reſtringitur intra terminos meræ curioſitatis venialis, vt ibidem dixi. Et hęc quidem de caſu, quatenus reſeruatum eſt.

Aperitio literarum quando pœnas inferat.

Quatenus autem concernit Statutum pœnale, quia vnus ex modis violandi literas, eſt *Aperitio*, diſtinctus ab aliis, dico per ſolam *Aperitionem* incurri in pœnas Statuti, ſiue fiat per curioſitatem, ſiue quomodolibet, dũmodo malitioſè id fiat. Nam iuxta mox allegata ex *Portel.* iſte verè aperit literas cõtra pręceptum. Nec quis opponere debet. Si Statutum dicit *Malitioſè aperuerit*, qui fieri poteſt, vt ex curioſitate fiat, cum malitia, & curioſitas in materia doli, ſint oppoſita Dico *Malitioſè* fieri, dum animo nocendi fit, quia malitioſè agit, qui data opera malè agit. *Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pignor actione. & in l. Macedoniani. C. ad Macedon. apud Spiegel.* malitia ſiquidem, quę requiritur ad inferendas pœnas Statuti non excludit omnem curioſitatem, ſed illam, quæ notabiliter nocendi finem non habet. Secus poſſemus dicere, quod poſſet, quis ob curioſitatem literas deſtruere, perdere, retinere &c. & non eſſe Reum Statuti, quod ipſimet Statuto repugnat. Et ſufficit, conſtare in foro exteriori, quod quis aperuerit literas Prælati, vt pœnæ ordinariæ reddatur obnoxius, ſuum erit poſtea probare, quod fecerit ob culpam venialem, & leuem &c.

Malitioſè fit, dum nocendi animo fit.

Quo-

Quomodolibet interceperit. Intercipere idem eſt ac interuertere, id eſt callidè ſurripere, vt cum rem commodatam, aut creditam, dolo, ne reſtituatur Domino, efficimus. *Laurent. Valla lib. 5. T briphon. l fi. ff. de ſeruis fugitiuis. & l. ſi iuſſu, quæ eſt 44. ff. de furt.* §. 1. *& l. cum ex quæ eſt* 20. *eod.* Furtum committitur, cum res aliena interuertitur, aut intercipitur. *vtroq. caſu* dicitur in *l. ſi quis ſeruo* quę eſt 18. *ff. de ſolutionibus) manumiſſus, ſi interuertendi cauſa id fecerit, furtum Domino facit.* Furatur igitur literas, qui intercipit. Furari autem intelligitur,, dum rem alterius retinet, vel ea vtitur inuito Domino. Ergo quocumquè modo ſibi arrogat ius diſponendi de literis Prelatorum, interceptor eſt, interuerſor, & fur. Intercipere.

Quæſtio ſeptima, An ſub hac diſpoſitione veniant tam literæ, quas Pręlati mittunt, quam quæ ad Prælatos mittuntur.

Reſdondeo affirmatiuè per Statutum cit. *Hoc autem intelligatur de literis, tam ab eis, quam ad eos ſcriptis.* Literas miſſas a Prælatis vel ad Prælatos periñteta

Sed difficultas eſt, an comprætendantur in Statuto tam literæ continentes negotia ad Prelatum, & ſubditos ſpectantia, inquantum Prælati, & Subditi ſunt: an verò illa etiam, quæ familiaria dicuntur, vt ſalutationes, nunciationes, impertinentia &c. & præterea an etiam literæ ad non ſubditos, vel a non ſubditis ſcriptę.

Reſpondeo in vim caſus *Clem. VIII.* tenuit *Portel. ſupra verſ. litera Prælat. n. 4. in Addition.* non comprahendi ſcriptas ad ſæculares. Quia expreſsè diſponit, A *Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores*. In vim autem Statuti Ordinis, in quo non eſt talis diſtinctio tenet contrarium. Sic etiam circa falſificationem manus, aut ſigilli officialium Conuentus, putat *Lezana verb. Falſarius nu. 3. fine* non comprætendi ſub caſu reſeruato, niſi committatur circa bona Monaſterij, etiamſi retulerit *Suarez & Portel.* contrarium ſentientes. Et ſic poſſet cohærenter dici, quod literę nunciãtes negotia non regularia, ſi intercipiantur, non incurrunt pœnas &c.

Attamen ſubſcribo ſententiæ Portel, quia in Statuto nulla mentio fit de literis ſubditorum, & non ſubditorum, & nec de negotiis regularibus, & non regularibus, ſed abſolutè diſponitur de literis *tam ab eis. quam ad eos miſſis*. ad quoſcumq. vel à quibuſcumquè mittantur, & qualiacumq. negotia conti-

hentibus. Si enim concederetur talis diſtinctio, aperiretur aditus malis ſubditis aperiendo impunè literas ad Prelatos, vel à Prælatis miſſas, quia ſi ſemel admitteremus non eſſe punibiles, & nō eſſe caſū reſeruatū vt ſupra, poſſemus videre an ſubditi ſcribant, an Prelatus negotia ad ſuum regimen ſpectantia nunciet. Quæ ſi non inueniamus, poſtea excuſari poſſemus, de nimia, aut præſumpta credulitate. Quod omninò eſt legis illuſorium.

Quæſtio VIII. An etiam ſub hac diſpoſitione comprahendantur literę Secretariorum Pręlatorum?

Reſpondeo affirmatiuè per ſtatutum *ibid. & de ijs, quæ ad eorum ſecretarios pertinent.* ſupple *literis*. Et ratio eſſe poteſt duplex. Prima quia ſecretarii noſtrorum Pręlatorum ſigillant ſuas literas ſigillis ipſorummet. Et hac ratione, niſi aliquod ſignum in ſuperſcriptione adponatur, non diſcernuntur literę Prælatorum, à literis ſecretariorum, & ſub colore aucupandi literas ſecretariorum, Prælatorum literę interciperentur. Secunda quia ſæpiſſimè ſecretarii multa nunciant nomine, & de mandato ſuorum Pręlatorum, & ſic, impedimentum. & violatio, quæ ipſorum literis pararentur, eadem ſecum ferrent inconuenientia, quæ de Prælatorum literis recenſuimus. Et propterea iure cautum eſt de iſtis, quod de illis.

Literas ſecretariorum impedientes.

An autem, eadem rigoris cenſura iſti puniendi ſint, atquè illi, maximè cum aliquoties à ſecretis Prouincialium adſciſcantur perſonæ, quas oportet redargui, & ſecretariorum, vltra nomen, nihil contineant. in dubio eſt, putarem, & ſi minus ſapiens. conſulerémquè Iudices, ad cautius, & mitius procedendum, ponderando qualitates perſonarum, negotiorum, ac temporum. Hæc enim maximè conducunt ad ſuauem iuſtitię adminiſtrationem.

Quæſtio IX. Si ſubditus, non violauerit quidem literas, ſed illas iam receptas legere aut noluerit, aut diſtulerit, an hiſcè pœnis ſit obnoxius?

Reſpōdeo affirmatiuè per Statutū. *ibid. Quibus pœnis ſubiaceant qui prædictorum literas ad ipſos miſſas, legere aut aperire malitioſè diſtulerint.* Ratio eſt, quia in hoc, voto obediētiæ ſe rebelles oſtēdunt. Cū enim ſupponātur, & pro certo habeātur pro literis ſuperiorū, in quibus abſēs ſuperior ad abſētē ſubditū loquitur, & mādat, nolle aperire haſce literas, eſt

Literas Prælatorum aperire differentes.

nolle

nolle Superiori loquẽti,&mãdãti aures præbere,quod directè voto obedientiæ repugnat. Et ſubditus non tantum debet obedire, dum actu Superior præcipit, ſed habere animum obediendi quotieſcunquè ſibi à ſuo Prelato iniunctum fuerit aliquod, quod contra animam, & regulam non ſit. S. *Thom. 2.2. q.186.art.9. Azor. tom.1 lib.12.c.13. Sanchez. in decal. lib.6.c.2.n.15. Silu. verb. Religioſus.6.n.6. Vasquez.c.2.q.154. cap.4. Leſſ.lib.2. de Iuſt.c.4.dub.9.* Caiet. *in* S. *Thom.ſupra art. 5.* & alij omnes communiter.

Notandum tamen eſt, ſub illis vocabulis *Prædictorum literas* non contineri Secretarios, ſed ſolos Prælatos, ad quos habetur relatio, quia Secretarij præcipere non poſſunt, nec ſubditus tenetur credere literis Secretariorum. etiamſi de mandato Superiorum expediant, quia iſthęc oracula in nullo iuris, aut Statutorum vigore fundantur. Expedit quidem parere. dum pro certo ſciatur, de Superiorum commiſſione præcipere, & eſt voluntaria obedientia, non autem neceſſaria, & coactiua. Niſi ſuas vices Prælatus Secretario commiſiſſet, idquè ſubditis authenticè conſtaret. Quia in hoc caſu eſſet delegatus Superioris,& illi omninò obediendum eſſet.

Quæſtio X. An pœnę falſariorum, & literas intercipientium &c. Remitti poſſint

Reſpondeo de falſariis, ſupra diximus, *ad omnia Ordinis officia inhabiles perpetuò declarari.* De aperientibus, impediẽtibus &c.in eodem Statuto diſponitur *Ipſofacto actibus legitimis priuatus ſit.* & infra. *A prædictis pœnis releuari non poſſint, niſi à Generali, vel Prouinciali, prout ad eos reſpectiuè pertinuerit.*

De falſarijs conſtat ex ijs, quæ Scripſimus ad citata *Commẽtaria c.12. Stat.12.§.8. ibidem de pœnis. fol.923.* poſſe Generales remittere pœnas ab inferioribus impoſitas, cognita cauſa,& conſideratis conſiderandis. Et poſſe item diſpenſare, vbi per Statuta generalia ipſis impeditum non fuerit,non reperitur autem prohibitum Generalibus poſſe remittere pœnas falſarijs.

Si dicas, Repugnat perpetuitas,quæ ponitur in Statuto. Si enim remitti poteſt,non erit perpetua inhabilitas?

Reſpõdeo,pœna hæc, ſicuti,& aliæ,habet duplicẽ relationẽ, & ad ius ordinarium, & ſecundũ hoc eſt perpetua,quia ſiſtẽdo

 in iure

Pœnæ referuntur ad ius ordinarium & ad ius altum. in iure municipali, perpetuò perſeuerat. Et ad ius altũ, ſeu ſupremũ Generalis, & ſic poteſt tolli. Statutũ loquitur de primo expreſsè, & de 2. implicitè. Quã regulã habent omnes pœnæ legales, & Canonicæ, quæ conſideratæ, prout in iure reperiuntur, ſunt perpetuæ aliquando; Conſideratæ autẽ in ordine ad Papã, & ſupremos Principes qui ſunt ſupra ius, amittunt perpetuitatem. *Barb. alleg.* 33. *Diana reſolut.* 82. *Miſcellan.* 6. *to.* 2. *Miranda to.* 2. *q.* 30. *art.* 11. quos citat, ſed nõ ſequitur *Theſ. de pœnis p.* 1. *c.* 23. *dicendũ* 2. qui tamẽ *§. Dico* 4. ait. poſſe Prælatos Epiſcopalẽ authoritatẽ habentes diſpenſare in pœnis latę ſententiæ, etiã publicis, dummodo non ſint maiora adulterio, furto, Sacrilegio, periurio, falſo teſtimonio &c. non in hæreſi, Simonia, homicidio &c. quia hæc vt maiori Papę reſeruantur, & illa vt minora, remiſſa cenſentur ordinarijs. citatq. multos, prçcipuè *Rodrig. to.* 1. *q.* 24. *art.* 7. cuius rationẽ laudat, ne cogãtur Subditi in frequẽtioribus ad Papã ſæpius recurrere. Tu autẽ vide, quę Scripſimus in noſtris Cõment. *c.* 2. *Stat.* 14. *§.* 5. *fol.* 130. & infra vbi ampliſſimam diſpenſandi facultatem Prælatis conceſſam examinauimus.

De priuatione actuum legitimorum, inflicta indefinitè, & indeterminatè aperientibus &c. literas Superiorum, clarè diſponit Statutũ, poſſe relaxari à Generali, vel Prouinciali, prout ad ipſos pertinuerit, ideſt, prout offenſi fuerint in ſuarum violatione literarum, itaq. & ipſa eſt perpetua, ſi ſuperiores diſpenſare noluerint.

Aduerto, non tolli Generali, quin poſſit diſpenſare, & remittere pœnas inflictas ob aperitionem &c. literarum Prouincialium. Nam ſi poteſt maius poterit etiam minus, nec Prouinciali permittitur remiſſio pœnarum ob ſuarum literarum violationem, priuatiuè quoad Generalem, quia Generalis eſt ſuus Superior, & poteſt ad cauſam auocare, maximè ſi motiuum rationabile adfuerit. Et habemus Statutum in terminis *dicto c.* 7. *§.* 5. *n* 78. *Pœnas verò ab inferioribus impoſitas, Superiores non remittant, niſi cauſa publicæ vtilitatis, aut alia rationabili, & tunc matura conſideratione adhibita, cauſiſquè cognitis, & maturè diſcuſſis*, tenetur tamen Generalis ſeruare iſtas conditiones, alias peccabit contra aliud Statutũ relatum à nobis in Comment. *dicto c.* 11. *ſtat.* 2. *§. Reſpondeo* 3. *fol.* 616.

Capi-

Capitulum XII.

De Pœnis in Libellorum Famoſorum Fabricatores Sancitis.

IN hac materia Seraphica Religio ſequens Statutum habet in *cap.7.§.5.nu.65. Qui tacito nomine, vel ſub nomine alieno libellos famoſos fecerit, miſerit, proiecerit, vel quouis modo expoſuerit in alicuius infamiam, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat. Qui ſi in Generalis, aut Prouincialis infamiam facti fuerint, abſolui non poſſint, niſi per Generalem, aut de eius mandato. In aliorum verò infamiam vergentes, à Prouinciali tantummodo, ſatisfactione præmiſſa, & conuicti, ad Superiorum arbitrium coerceantur*. Pauca admodum circa hoc delictum tetigimus in Comment. *c.7.ſtat.5.caſu reſer.17* ad cuius completam (quantum pro inſtituto ſufficit) declarationem, infrapoſitas quæſtiones examinabimus. 1. Quid ſit *Libellus Famoſus*. 2. *Quot modis fieri poſſit*. 3. *Si expoſitus, caſu accidat non publicari*. 4. *Si peccatum publicum contineat*. 5. Si *contineat verum*, quod per Teſtes probari poſſit, ſed occultum. 6. Si *quis non fecit Scripturam famoſam, inuentam tamen diuulgauit*. 7. *Si Libelli fabricatores dicentur, qui dictarunt, Scripſerunt, expoſuerunt, ſigillatim*. 8. *Retinentes inuentum Libellum Famoſum*, an eadem pœna plectendi. 10. *Quibus pœnis Libellorum Fabricatores plectendi*. 11. *Qui actus ſunt neceſſarij, vt ſub caſu reſeruato contineantur libellorũ artifices*. 12. *Satisfactio, qua ratione exhibenda in fabricante Famoſum libellum.*

Quæſtio prima. Quid ſit Libellus famoſus? Libellus

Reſpondeo primo. Libellus genericè ſumptus, idem eſt, ac ſcriptura, qua id, quod nobis debetur, proſequitur, ſiuè qua continentur nomen actoris, Rei, res quæ petitur, & cauſa, ob quam petitur. *l.1.C. de edendo. Vlterius in Comment. Inſtit. in princ. tit. de action.* Deſcendit autem in ſuas ſpe- Quotuplex.

 cies,

cies, nimirum in Libellos Supplices, Accuſatorios, Appellatorios, Dimiſſorios, Repudiatorios, Intimatorios, Summarios, Articulatos, Famoſos, alioſquę, qui videri poſſunt apud *Speculatorem. Spiegellium, Prattaeum, Briſſonium, Oldratum. Caluinum,* & alios in ſuis Lexicis iuriſdicis. Quantum ad nos ſpectat.

Famoſus. Reſpondeo II. Libellus famoſus, & Scriptura famoſa, id eſt, quæ alterius famam vulneret, & contumeliam contineat. ita in *l. Lex Cornelia* §. *ſiquis librum ff. de iniuriis. & famoſis Libellis l. vnica* C. *de famoſ. Libell. Inſtit. lib.* 4. *tit.* 4. *de Iniuriis* §. *Iniuria autem committitur.* & c. 1. 2. 3. 4. 5. *q.* 1. vbi Gratianus ex iure etiam Ciuili, quæ ad famoſos Libellos ſpectant, congerit. Et in hunc ſenſum *Azo. in dicta l. C. & Iuriſconſulti in l. Lex Cornelia de Iur. iuran in fin. Silueſter cum* Summiſtis *in verb. Libellus n.* 4. *Bonac. de reſtit. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *præpoſitione prima* apud quem *Molina.* Finellus. *Filliucius,* & alij, *Scortia Theor.* 326. declarans Conſtitut. Pij V. editam contra huius criminis Reos. Apud quem *Angelus, Tuſcus, Plaza. Clar. Graffius. Zecbius &c.* Qui methodicam diffinitionem Libelli famoſi componentes dicunt, Libellus famoſus eſt, *Scriptura, vel ſignum, alicuius occultam infamiam continens publicata, vt neſcientibus innoteſcat.* Atquè de eſſentia talis Libelli eſſe, vt contineat infamiam, quæ non ſit notoria antequàm Libellus componeretur, & exponeretur, fiatquè publica per Libelli diuulgationem. Nec eſſe opus, vt neceſſariò requirat Scripturam, dnmmodo diuulgetur aliquod ſignum, talem infamiã continens. quia tamen iſtæ diffinitiones morales, non poſſunt ad regulas Logicas componi, ſufficit allata deſcriptio, & difficultatum examinatio. Quibus totã materiam cõplectemur.

Quæſtio Secunda, Quot modis Libellus famoſus componatur?

Libellus Famoſus quotuplex. Reſpondeo cum iniuria, *aut re, aut verbis fiat, l. iniuria. ff. de iniurijs.* §. 1. & Libellus famoſus iniuriam contineat, ore, aut verbis fieri, neceſſe eſt. Quapropter extat *l. Lex Cornelia.* §. *ſi quis librũ, & ſequentẽ ff. eod,* nõ tantũ ſcriptura, ſed etiã *aliud quid ſine ſcriptura in notam aliquorum factum,* Libellus famoſus cenſetur. Et quantum attinet ad ſcripturam, is cenſetur Reus Libelli famoſi, *qui Librum* intellige ſcripturam quamcumquè, *ad infamiam alicuius pertinentem, ſcrip-*

ſerit,

ſerit, compoſuerit, ediderit, doloue malo fecerit, *dicta l. lex cornelia* §.9.*& c.qui in alterius* 5 *q*.1.*publicè ſcripturam* , *aut verba contumelioſa confinxerit*. Quibus notantur ſcribere, componere, edere, facere; quæ quidem licet Sinonyma ſint in hac materia, notant tamen diuerſos actus, dictandi, ſcribendi, edendi, ideſt, publicandi, ſub quo continentur affixandi, proijciendi, mittendi, exponendi, quæ omnia amplectentur illa verba legis, *dolo malo fecerit*. & in ſtatuto. *quouis modo expoſuerit*. & hoc quidem quoad verba, & ſcripta.

Quoad facta autem, reus famoſi libelli cenſebitur, qui ad infamiam pingit aliquid turpe, & in loco publico exponit. aut ad valuas, vel parietes domus affigit, vel appendit, vt pudenda, cornua, vel aliud quid probroſum, qui fœdat atramento, vel turpitudine ianuam, vel parietẽ &c. *Clarus q.* 68. *n*.25.*cum Paris de Puteo de ſyndic. Bonac. dicta diſp* 2. *queſt*.4. *puncto* 9.*n*.1.*&* 6. apud quem *Molina*, *Graffius*, & alij, *Scortia dicto Theor*.326. cum alijs ab ipſo citatis. Et licet abuſiue hoc veniat ſub appellatione libelli famoſi, attamen, quia continet. & diuulgat infamiam aliorũ ſub famoſi libelli nuncupatione compræhenditur, quia producit eundem effectum, quem libellus famoſus,

In hanc diſpoſitionem intrat, etiamſi non ſcribat, & affigat ille qui componit cantilenas, paſquillos, ſiue Paſquinatas, & voce ſpargit in vulgus, ac ſi eſſent ab alijs compoſita, ſi illæ aliorum infamiam contineant. *Angelus in l. lex Cornelia* §.*fin*. etiamſi *Menochius lib*.2.*de Arbitr*. *c*.263. *n*.42. punire hoſce velit pœna extraordinaria, *Portel verſ. libellus famoſus num*. 5. Et ratio eſt, quia in tantum ſunt prohibiti libelli famoſi, inquantum alios infamant, ſiue id fiat ſcripto, vel facto; at etiam infamatur dicto, quod in vulgus publicatur, ergo eadem pœna puniri debet præter quamquod directè continetur in verbis citatarum legum, *aut re*, *aut verbis aliquid ſine ſcriptura*. *ſcripturam*, *aut verba contumelioſa finxerit*. quibus verba principali loco prohibentur.

Reducuntur etiam (licet inter ſcripta, niſi etiam verbis fiat) literæ illæ, quas *Raguagli* vel *lettere & Auiſi* vulgato vocabulo appellantur, quibus, vel aliorum infamia, vel ſecreta ſtatus Eccleſiaſtici reuelentur, ſiue illæ ſcribantur, dictentur, tranſmittantur, exemplentur, retineantur, publicentur, niſi ante

publi-

publicationem corrumpantur, idquè vetuerunt, vltra pœnas legales, & canonicas *Pius V. Romani anni* 1572. *& Gregor. XIII. ea eſt.* eodem anno, quas adnotauit *Scortia loco citato.* ſub pœna confiſcationis bonorum, capitis, infamiæ &c. Quæ prius retulerat *Portel ver. libellus famoſus fine ex Io. Baptiſta,* qui additiones fecit ad *Clarum q.68. nu.63.* aitquè eas conſtitutiones valere tantum in ſtatu Eccleſiaſtico, pro quibus latæ ſunt. ſub malitia libelli famoſi venit epiſtola, vel ſchedula ſcripta ſine nomine, & poſita in Camera, vel ordinata, vt veniat ad manus ſuperioris, continens delictum occultum, vt publicetur, & de eo fiat inquiſitio, quia verè infamat, nec per talem ſcripturam poterit Iudex procedere contra infamatum, etiam ſi in illis citentur teſtes. *c. inquiſitionis §. ad hæc de accuſationibus. Ita Portel dicto verb. libellus num.* 13. apud quem *Molina, & Reginaldus Bonac. dicta diſp.* 2. *q.* 4. *art.* 9. *n.* 5. apud quem *Pinellus, contra Pilluccium tract.* 40. *c.* 3. *q.* 8. *nu.* 79. extat textus clarus in *l. item apud Labeonem §.* 29 *ff. de iniur ſi quis* (inquit Papinianus) *libello dato. vel Principi, vel alicui famam alienam inſectatus fuerit, iniuriarum erit agendum.* Quam doctrinam ampliat Portel ad literas miſſiuas, & continentes nomen ſcribentis, dummodo fiat, vt publicentur & continet plenum effectum libelli famoſi, ad quem non requiritur, quod non contineat nomen, quia cum nomine verè infamat, & intantum non ponitur nomen, inquantum author prodi recuſat. Sed hoc ad eſſentiam infamiæ non facit, ſed ad facilitatē probationis. & in hunc ſenſum ſtatutum initio relatum, *qui tacito nomine, vel ſub nomine alieno libellos famoſos fecerit &c.* ait, non quod non cenſeat eſſe libellum famoſum, qui ederetur cum nomine authoris. Licet non negauerim, mitius procedendum eſſe contra hunc, quàm contra illum, qui ſine nomine, & multò peius ſub nomine alieno famoſum ederet libellum, quia iſte exponit ſe punitioni, & minus malitiæ, licet plus temeritatis oſtendat.

Quæſtio tertia. An ſola expoſitio libelli famoſi faciat quē reum pœnarum.

Libelli famoſi an ſola expoſitio reū faciat.

Reſpondeo negatiuè contra *Molinam tract.* 4 *de Iuſtitia diſp.* 35. *num.* 4. quem refert, & ſequitur *Portel dicto ver. libellus famoſus Bonac. ſupra num.* 9. *verſ. Aduertendum eſt primo n.* 5. tenentes crimen hoc committi ſola libelli expoſitione, affixio-

affixione, proiectione, miſſione, &c. itaut ſi expoſitum, caſu accidat ab aliquo inueniri, qui non intelligat, illumquè corrumpat, vel quouis alio modo opprimi, & occultari, adhuc continere malitiam libelli famoſi, idquè conuinci videtur ex verbis relatarum legum dicentium *ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, quouis modo expoſuerit &c.* & ſic etiam ſtatutum etiam initio citatum, dicens *quouis modo expoſuerit*. quare habemus completum crimen libelli famoſi, in ſola expoſitione, ad quã per accidens publicatio non ſequatur.

His tamen non obſtantibus, dico cum *Filliuccio tract.* 40. *c.*3. *q.*8. *num.* 79. non poſſe puniri pœna ordinaria ob ſolam expoſitionem, niſi etiam ſequatur infamia. Probo ex verbis, & ex fine legis. Primo enim ſtatutum ad compoſitionem, & expoſitionem ſubnectit *in alicuius infamiam, & l. lex Cornelia citata* ait. *In notam aliquorum, & ad infamiam alicuius pertinentem*, & *c. qui in alterius* 5. *q.*1. *aut verba contumelioſa confinxerit*. Vnde apparet eſſentiam huius criminis requirere infamationem alicuius. non infamatur autem per ſolam expoſitionem, niſi accedat publicatio, ergo malitia libelli famoſi in publicatione completur. Hic eſt finis libelli, huc proſpiciunt leges, ergo hoc non exiſtente ſumus extra legum rigorem. Accedit poſtea ratio generalis, de ſolo conatu non puniendo, vbi lex punit effectum, de quo nos *ſup.* C. 2. *de pœnis*, niſi autem publicetur, libellus famoſus ſemper erit in ſolo conatu, quia intantum ſcribitur, proiicitur, exponitur, inquantum intenditur diffamatio. Ergo hac non obtenta, remanent ſoli conatus. miror, *Portel.* admiſiſſe hanc rationem in argumento, quod fecit contra ſe, tenentem per ſolam expoſitionem incidere aliquem in caſum reſeruatum, etiamſi non publicetur, quia inquit reſeruatio caſus non eſt lex pœnalis, quæ patit crimen, non attentatum, ſed conſummatum, vnde admittit vim rationis contra illud, quod cum *Molina* dixerat, quod ſit punibilis expoſitio ſine publicatione; quod autem ſubiungat poſtea, & ipſam expoſitionem, ſiue ſcriptionem eſſe delictum conſummatum in genere libelli famoſi, facti, ſeu ſcripti, verum quidem dicit, ſed non in genere libelli completè ſumpti, & hoc eſt, quod intendunt ſanctiones. Nam hac ratione, qui præparat venenum, qui in potionem infundit, qui menſæ apponit, etiamſi non propinet, dicetur

tur veneficus, & vt talis puniendus, quia actiones recenſitæ quælibet in ſuo genere eſt perfecta, quod eſt omninò falſum, quia punitur cum effectu ſequuto. ita &c. & clarius conuincitur; quia ſi punitur ſola expoſitio, puniri debet, & ſola ſcriptio, etiam ſi quis clam in ſuo cubiculo libellum compoſuiſſet, & deinde flammis donaſſet, quod licet ipſe concedat, neſcio an ſit ſolidè dictum, quia nimis diſtat à mente legis, quę reponit materiam libellorum famoſorum in titulo de iniurijs, at per ſolam ſcriptionem nulla eſt illata iniuria, & in citata *cauſa 5.q.1.c.2.* ſcripſit *Adrianus Papa, Qui in alterius famam publicè, ſiue in publico ſcripturam, aut verba contumelioſa confixerit, & repertus ſcripta non probauerit, flagelletur &c.* & *S.Gregorius* relatus *loc.cit. cap.2.* inquit. *Quidam contra notarium noſtrum, nocturno ſilentio, in publico ciuitatis loco conteſtationem poſuit in eius crimine loquentem &c.* & Concilium Eliberitanum relatum *c.3.*ait, *ſi qui inuenti fuerint famoſos libellos in Eccleſia ponere, anathematizentur.* & Valentinianus, & Valens Auguſti relati in fine dictæ *quæſtionis ex Cod de fam. libellis,* ſanciunt. *ſi quis famoſum libellum domi, ſiue in publico ignarus receperit, aut corrumpat, priuſquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi authorem huiuſmodi delicti, capitali ſententia ſubiungendum.* quis hic non videt *totam malitiam in publicatione conſiſtere?* nam ſi expoſitus, & corruptus non punitur, ſed publicatus, ergo publicatio delictum ad perfectum adducit. Quid ni, ſi habetur pro quaſi authore, qui inuentum publicat, non faciet abſolutum authorem ſola publicatio?

Nec iuuat conferre poteſtatem Eccleſiæ, reſeruantis ſibi hęreſim occultam, cum punitione huius criminis, non publicati, quia quando conſtat Eccleſiam, ſiue Religionem reſeruare voluiſſe compoſitionem fortaſſe conueniemus in ſententia, in punitione autem externa, quia ratio reſiſtit, nequaquam.

Quæſtio quarta, An ſi quis exponat in libello peccatum aliquod publicum, ſiue obliuioni mandatum, ſiue non: vel defectum aliquem naturalem ignotum, debeat puniri, vt famoſi libelli confector.

Reſpondeo primo, ſi delictum ſit publicum, & notorium, non

non eſt libellus famoſus. Quia is, contra quem fit, famæ ius perdidit, & licet peccetur contra charitatem, non tamen peccatur contra iuſtitiam. *Portel ſupra n.*1.2. cum *Couarrubias var.*1.*c.*1.*n.*2. & *c* 12.*nu.*2.*& c.*12.*n.*22. *Syluest. Molina, Pinel. apud Bonac. ſup. nu.*3. Remanet igitur tota vis in publicatione peccati ſecreti, quia hoc iniurit infamiam. Libellus continens delictum notorium non eſt famoſus.

Reſpondeo ſecundo, ſi delictum aliâs fuit publicum, & poſtea obliuioni datum, vel ſi in alio loco eſt notorium, in loco autem delicti eſt ſecretum; includens illud in libello, reus erit famoſi criminis. eſt contra *Azorium, Leſſium, Molinam, P Nauar. Bañes, Salonium, Filliuccium, Sà, Reginaldum, & Bonaccinam*, qui eos citat, & ſequitur *dicta diſp.*2. *q.*4. *puncto* 6,*n.*2. ponunt autem illam *Rebellus lib.*4.*q.*4. *Sylu. verb. detractio. Clauis Regia lib.*11.*c.*6. *nu.* 22. *Turrianus diſp.*53.*dub.*10. apud quos alij. Ratio eſt, quia delinquens in hoc ſtatu, & loco habet bonam famam, ergo per famoſum libellum infamatur, qui eſt effectus in libello intentus. Nec valet reſponſio *Bonaccinæ*, hunc delinquentem habere famam de facto, non de iure, quia illud iam in delinquendo emiſit. Non inquam valet, quia de facto illi aufertur fama, ergo de facto infamatur. Hoc autem factum includit ius ad illam famam, quam habet, alias eſſet iniuſtus famæ retentor, cum nullo iure famam retineat, ſicuti qui de facto rem alterius retinet, non de iure, hic dicitur fur, quia iniuria rem alienam occupat, dicere autem hoc, eſt abſurdum, quia ſicuti per mala opera perdiderat famam, ita per bona recuperat, & habet fundamentum reale retinendi famam, ſcilicet conuerſationem honeſtam &c. & ſic cum infametur, vrget compoſitorem libellus famoſus. Niſi publicetur in loco, vbi neſcitur.

Reſpondeo tertio, Qui in libello publicaret aliquem eſſe ſpurium, ex hæbreis deſcendentem &c. reputandus eſſet factor libelli famoſi. Si tamen illa neſciebantur. Ita *Portel. ſupra n.*4. quia (inquit) hoc eſt infamare iniuſtè, quando talis macula ignoratur. quod in Hiſpania cēſeretur maior infamia, quam quodlibet aliud peccatum occultum. Quę ſententia pugnat pro nobis in 2.*reſponſione*, quia ſi hi defectus, qui alibi sūt publici, infamant vbi ignorātur, pari ratione infamabunt delicta oblita, & in aliquo loco non cognita.

Cōtra hoc videtur eſſe *l. eū init ff. de iniur.* in qua dicitur, *cum quis nocentem infamauit, non eſſet bonū, & æquū ob eā rē condemna-*

dẽnari, peccata enim nocentiũ nota eſſe, & oportere, & expedire;

Reſpõdeo ibi nõ eſt ſermo de infamatione per libellũ famoſũ, vt *Accurtius in Gloſ.* declarauit, ſed de oblocutione extra iudicium, ſiue de delatione in iudicio, & idem eſt *infamauit*, ac *publicauit delictum*, & quidem de accuſatione, vel delatione apud Iudices, non eſt dubium, quod nullam mereatur pœnam, imo laudem, ſi ob bonum publicum fiat, & eſt actus charitatis, tum in rem publicam, cuius eſt membrum, tum in reum, cuius emendationem affectat, vel punitionem, in aliorum exemplum; de oblocutione autem extra iudicium, licet ſit peccatum detractionis, quia non ſeruatur iuris ordo (niſi ſit publicum, de quo tamen non videtur lex agere, quia non eſſet infamare, ſed loquitur de delicto occulto, vero, & probabili per teſtes) attamen leges ciuiles in id animaduertendum non putarunt. Immo *l. lex Cornelia ff. de ſenatus conſulto Silaniano*. vult dari quinque aureos renuncianti eos ſeruos, qui ante quęſtionem fugerint, ob necem illatam Domino, & *l. ſi non conuicÿ C. de iniuriis*, dicitur *ſi non conuicii conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes, fides à calumnia te defendit*, & *l. Iuſtiſſimos* C. *de officio rectoris Prouinciæ*. datur poteſtas laudandi, & accuſandi publicos Iudices, eo fine, vt ad Imperatorem referantur. ſiue veræ, ſiue falſę voces ſint. Verum neſcio, qua ratione his concordet *l. Item apud Labeonem* §.29. *ff. de iniuriis*. *Si quis* (inquit) *libello dato vel Principi, vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit, iniuriarum erit agendum*. vbi *Bartolus nota* (inquit) *quod quando tu proponis libellum contra aliquem, in quo notatur delictum alicuius, propoſitio libelli eſt infamare eum*. Si ergo infamat, & iniuriam facit, non videtur tolerandum, nec minus præmiandum, ſed poteſt reſponderi, verum eſſe, ſi fiat malo dolo, animo inſectandi famam proximi, & non ſeruato iuris ordine, ſecus non examinat idem *Bartolus* rationem *l. eum de iniuriis* iam citatæ, expedire ſcilicet Reipublicæ, peccata nota eſſe, nimirum ſi Reipublicę expediat. Quia ſi non expedit, erit iniuria ſi (inquit) aliquis dixerit tibi, tu es cœcus, vel claudus, tunc teneri actione iniuriarum, quia nihil refert Reipublicæ, quod ſis cœcus vel claudus. Sed ſi dicat, tu fuiſti mitratus pro falſo, vel tu es ſpurius, non teneri, quia expedit Reipublicæ, quod infamia illius manifeſtetur, ne ad teſtimonium vel honores admittatur ob incapacitatem. Sed quia doctrina hæc

Publicare aliorum delicta quando expediet reipub.

apud

apud Canoniſtas, & Theologos non ſubſiſteret, nam in naturalibus cum non mereamur, nec demereamur, non videtur contrahi tanta iniuria, quanta ex publicatione delicti cõmiſſi, ſiue ad Rempublicam referatur, ſiue non, dummodo iuris ordo non ſeruetur, eam declararunt *Pomatius, Alexander, Menochius, Additionatores Bartoli ad locum citatum* ſupra relatis & Doctoribus, & authoritatibus, eſſe ſcilicet verum, ſi obijciatur in iudicio, vel ſi obijciatur extra iudicium, & non animo corrigendi, ſi verò dixit ob correctionem, non tenetur actione iniuriarum lege *c. ſi peccauerit 2. q. 1.* ex *S. Auguſtino iuncta gloſ. & cap. cum te de re iudicata.* Vide collecta à *Graſſio 2. par. lib. 2. cap. 17. num 25. & 26. deciſ aurearum.*

Quæſtio quinta, Eſto quod quis non fecerit libellum famoſum, ſed inuentum publicauerit, an in pœnas ordinatas incidat. Publicãs libellum famoſum inuentũ, puniẽdus.

Reſpondeo affirmatiuè quia licet in ſtatuto ordinis hæc particula non inueniatur, inuenitur tamen in *l. vnica C. de famoſis libellis*, citata ſupra in fine *q. 3.* & in *c. 1. 5. q. 2.* vbi dicitur & *qui ea prius inuenerit, rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere Graff. dicto c. 17. num. 26. Portel dicto ver. famoſus libel. n. 26.* apud quem *Molina, & Reginaldus Bonac. dicta q. 4. punct. 9. diſp. 2. n. 9. §. quarto non incurri* apud quem *Filliuci. Finell. Gambacurta, Scortia dicto Theoremate 326.* apud quem *Angelus, Tuſcus, Plaza, Syluester*, & eſt communis prout teſtatur *Plaza lib. 1. delict. c. 3. nu. 2. Clar. ſupra verb. libelli.* & ratio eſt, quia fuit cauſa, vt aliquis infamaretur. & ſic incurrit omnes pœnas ordinarias quibus puniuntur libellorum famoſorum fabricatores.

Sed eſt difficultas dicente lege vnica iam citata ex *C. de libellis famoſis. Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi authorem &c.* quantum temporis poterit libellum famoſum inuentum apud ſe retinere, quid importet illud *ſtatim.*

Reſpondeo, vim huius particulæ *ſtatim* declarat *Barboſa dict. 383.* dicitquè nullam admittere dilationem, aut temporis interuallum, etiamſi citet *Surdum, & Alexandrum* dicentes poſſe importare *vnum menſem*. attamen inter oppoſita, ſtandum eſt ſententiæ communiori *Tiraquelli, Menochii, Farinaccii,* Statim quantum temporis portet.

rinaccii, Gonzalez, Stephani Gratiani, ab eodem *n*.4. relatorum, quod accipi debeat cum temperamento, & ſecundum ſubiectam materiam. non enim tenetur ſtatim comburere, vel rumpere ſicuti tenetur peccaminoſam cogitationem repellere. hoc enim ex mente legis non eſt, nec debet libellum conſeruare ad longum tempus, cum poſſit breuius legem implere, ſed moraliter, poſtquam legerit, & qualitatem perſpexerit, ac in loco opportuno ſe receperit, vel ad aliquas horas, vel diem retinuerit, debet illum lacerare. Probo hoc ex verbis legis, nam ſi conceditur corruptio, vel crematio, inueniens poteſt ignis conſumptionem eligere. & cum non ſtatim ignis in promptu eſſe poſſit, puta quia per Vrbem ambulat, in campo ſpatiatur &c. poteſt differre vſquequò domũ redeat, vt hanc actionem cautè exequatur. Præterea poteſt libellum famoſum inuentum ad Iudicem deferre, vt author puniatur vel malum è ciuitate tollatur, iuxta declaratam *lege eum qui ff. de iniur. & l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliã*, quo caſu *multum proficit conſeruatio libelli famoſi*, inquit citatus *Graſſius*. Præterea poſſet ſecretò reuelare libellum ſacerdoti, vel alicui prudenti, & diſcreto viro, ad capiendum conſilium & vt innocentes iuuaret, vel liberaret, vt idem *Graſſius* in fine numeri affirmat argum. *textus in c. hoc videtur* 22.*q*.5. citatquè *Turrecrem in c. ſi quis* 5. *q*. 1. id aſſerentem. & in his caſibus poterit conſeruare libellum. Poterit etiam ad curioſitatem, & fortaſſe ad longiorem dilationem, dummodo non publicet. quia citata lex ait, ſi verò non ſtatim corruperit, *ſed vim earum manifeſtauerit &c.* finis enim legis, conſeruatio famæ aliorum, & eliminatio tam facilis modi innocentes infamandi, & ſicut ſupra diximus, non eſſe punibilem, qui compoſuit, non tamen manifeſtauerit, multò minus erit, qui tantum inuenit, & retinuit, dummodo non manifeſtet. Verum tamen eſt, quod committit ſe periculo, ſubeundi pœnas, ſi talis libellus famoſus apud ipſum reperiatur, quia præſumitur author eiuſdem. & ſuum erit probare, quod diſtulerit ob hanc, vel illam cauſam rationabilem, & excuſantem, & quia hoc periculum exponit illum decapitationi, iuxta communem doctrinam, peccabit mortaliter. & iam multos vidimus, ad triremes damnatos, qui ab alijs compoſitas Paſquinatas apud ſe retinuiſſe reperti ſunt. Iuuare poſſet grauitas

uitas perſonæ, de qua nulla eſſet ſuſpicio, quod tale ſcelus committeret, ſi carta reperiretur fœdata, & glutino illinita, ex quo conijci poſſet fuiſſe adfixam, & inde amotam &c. cœterum præſumptiones iuris ſunt ſemper contra eum, apud quem reperiretur.

Sed contra. Eſt ſententia communis apud *Suarez verb, Libelli n.165.* quem citat *Bonacoſſa to. 2. Communium opinionũ iuris tit. de Iniurijs nu.* 202. quod qui lacerat libellum famoſum, punitur eadem pœna, qua puniretur author illius, quia reputatur author eiuſdem. Cur igitur punitur, vt author, ſi lacerare iubetur?

Reſpódeo ſi reperiatur libellus famoſus in publico, & corã aliquibus, tunc lacerari non debet, ſed ad Iudicẽ deferri, quia ex publicatione iam facta tranſijt in Iudicem ius procedendi contra publicatum delictum, qui autem lacerat, impedit Iudicis proceſſum, deficiente corpore delicti, & præſumitur lacerans author, tanquam qui timuit puniri. Leges autem præcipientes corruptionem, & conſumptionem, loquuntur de libellis ſecreto inuentis, & nondum publicatis, & propterea dicit lex, *aut corrumpat priuſquam alter inueniat, aut non fateatur inuentum.*

Libellus famoſus quando ſit lacerã dus, vel ad iudicem deferendus.

Secunda difficultas, an detur caſus, quo impunè publicari aliquando poſsit libellus famoſus inuentus.

Reſpondeo cum *Graffio citato n. 26.* pęnas irrogari tantum malitioſè, vel vt ait *Silueſt. verb. Libellus fine cum dolo.* manifeſtanti, & ad infamandum, quia ſi ex ſimplicitate, non debet puniri. Nam vbi dolus non interuenit, nec pæna irrogari poteſt v.g. ſi quis audiret, vel inueniret ſcriptum, in quo cantilena aliqua peregrinę conceptionis, vel mordacitatis contineretur, delectareturquè, non de infamia proximi, ſed de modo compoſitionis, diceretquè amico, vel amicis, hoc eſſet ſine dolo, & ſolum ob curioſitatem, vel leuitatem &c. hac ratione in vulgus ſparguntur dicteria. quæ *Motti.* aut *Paſquinate*, appellantur. Non enim omnes, qui ea referunt, infamãdi animum habent, ſed ob libidinem ingenii effantur.

Libellus famoſus inuentus quando publicari poſſit impunè.

Quæſtio VI. Si in hoc delicto comprehendantur complices, v. g. vnus conſuluit, alter dictauit, alius ſcripſit, alius expoſuit, an omnes pari pœna puniendi ſint.

Reſpondeo, negat *Portel d. verb. Libellus famoſus num.* 10.

quia (inquit) *Lex ſolum loquitur de componente, proiicientes, & publicante, quæ cum ſint in materia odioſa reſtringenda ſunt ad vſitatã ſignificationem. ergo ad cooperantes non debet extendi, quia iſti non componunt, non proiiciunt, non diuulgant.* Attamen affirmandum eſt cum Farinaccio *Conſ. Crimin.* 145. Qui comprahendit dictantes, ſcribentes, componentes, retinentes &c. eſt citata Bulla *PijV.* qui & maiora comprahendit, *Scortia dicto Theor.* 326. qui citat Angelum in *l. Lex Cornelia Menoch. Graſſium, Molinam* dicentes pari pœna puniẽdos eſſe ſcribentes, dictantes, vel fieri mandantes. Non ſolum ex noſtro ſtatuto in principio huius capituli allegato, ſed etiã ex ſtatuto Vltramontanæ familiæ *cap 6. de correct. delinquentium §.* 23. *caſu* 9. quod eſt tale *compoſitionis, vel proiectionis, aut publicationis Libelli famoſi.* Statutum autem Ciſmontanæ familiæ relatum in noſtris Commentariis *c.*7. *ſtat.*15. *caſu* 17. eſt tale, pro caſibus reſeruatis. *L bellum famoſum facientes, fieri procurantes, inducentes, conſulentes, preÿcientes, vel publicantes.* Pœnale autem ſupra allegatum, ait, *fecerit, miſerit; proiecerit, vel quomodolibet expoſuerit.* in verbis autem *compoſitionis*, & *fecerit*, quæ in ambobus Statutis reperiuntur, cõprahenditur etiam dictans, ordinans, conſulens, dirigens, iuxta collecta per *Briſſonium & Prataium, apud Io. Caluinum in Lexico Iuridico*, quia componere, eſt multas res aptas ordine diſponere, & dirigendo conficere. Hinc dicimus componi carmina, ædificia, leges, libellos, codicillos, matrimonia, lites &c. in quibus multi interueniunt, vt in compoſitione carminum, vnus poteſt dictare, & alius ſcribere, in compoſitione ędificii, vnus dirigit, & alii cementa miniſtrant &c. Et tamen omnes concurrunt in genere cauſæ efficientis, & dicuntur componere, & facere, *& qui per alium facit per ſeipſum facere videtur de regul. iur. in 6. facere videtur, qui iubet, & mandat. l. in condemnatione. ff. de regul. iur. & Hotomanus* apud citatum *Caluinum verſic. facere*, inquit *Quando facere, effectum iuris poſt ſe relinquit, omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi. L. Verbum* 218. *ff. de verbor. ſignific.* Nec video quomodo eximi poſſit à pœna Libellantis, qui dictat, & componit libellum, illumquè ab altero, ſciente, & conſentiente excipi facit, cum vnum integram cauſam conſtent, ſicuti, qui

Complices libellorum famoſorum puniendi.

Cõponere.

qui enſem miniſtraret ad homicidium, illud mandaret, vel faciendum alteri committeret. Factores enim pro criminum authoribus, qui ſcelus ipſi admittunt, accipiuntur, *L. 6. §. qui præpoſitum. ff. de re militari. & l. ſolent. ff. de cuſtud. reorum.* etiam ſi comitari alijs ſcelera patrent, & alijs patranda committant. Et vt ſpecialius rem tangamus. Certum eſt in caſu noſtro reſeruato compræhendi *procurantes, inducentes, conſulentes*: In reſeruato pro altera familia, compræhendi per verbum *componentes*, & in Statuto, quod commentamur, compræhendi per verbum *Facere*. Quod ſi ſupponamus eum, qui libellum infamatorium facere vult, ſcribere neſciat, vel non poſſit, vel (ne deprehendetur) nolit, faciatquè ſcribere per alium, An iſte alius, qui ſcribit ſit compræhenſus ſub lege. Negari non poteſt, quia *l. lex Cornelia ff. de iniur.* ait *ſcripſerit*. An & ipſe, qui dictauit? Sine dubio. Quia ſubnectit immediatè *compoſuerit*. Vbi diſtinguit *Scribere a componere*. Etſi non poſſet appendere cornua ad feneſtram ſine auxilio, & parietem conſpurcare nigro, aut rubeo colore, ſine adiutorio cementarii, an & iſti auxiliatores, erunt ſub ſcelere? Stat pro affirmatiua, maxima legalis *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur*. Et qui hoc negaret, poſſet etiam ab homicidio immunem reddere eum, qui Domino impotenti, & iubenti, vt Seium confoderet, obtemperaret, enſem in illius præcordia adigendo. Lege pro complemento huius materiæ, quæ ſcripſimus in hoc opere *capit. ſecundo quæſtion. 7. reſponſ. ſecunda.* Sufficiat hic examinaſſe verba Statutorum, quæ directè complices afficiunt, vt non ſit opus ad regulas generales recurrere.

Quæſtio VII. Quibus pænis libellorum infamantium compoſitores ſubiaceant? Pœnæ infamoſorũ libellorũ compoſitores.

Reſpondo primo ſecundum leges ciuiles decapitantur *l. vnica. C. de Famoſ. libellis*. Quam pœnam tamen non eſſe in vſu, fatetur *Clar. dicta quæſtion. 68. numer. 25.* cui ſucceſſit fuſtigatio, ictus funis, condemnatio ad ſummum, ad triremes, alligatio ad infamem catenam, vel quælibet alia pœna extraordinaria. *Syluester dicto verb. libellus. num. 5.* citans *Gloſam Summarii 5. quæſt. prima.* ait decapitatur, ſeu deportatur, ſi criminaliter agatur, & reus fuerit conuictus. Et

ſit inteſtabilis. *l. qui ff. qui teſtamentum facere non poſſunt.* ac euadunt infames. *l. ob carmen. ff. de teſtibus cap. ſi teſtes 4. quaeſt. 3.*

Reſpondeo ſecundo ſecundum leges canonicas, verberantur 5. *quaeſt. 1. cap. primo.* & excommunicari poſſunt *cap. hi qui eod.* Verum id diſponitur contra eos, *qui inuenti fuerint libellos famoſos in Eccleſia ponere.* Non de aliis, licet *S. Greg.* relatus *c. 2. eod* ſub pœna excommunicationis latæ ſententię præcepit reuelari authores occultos cuiuſdam libelli famoſi attamen non tulit ſententiam contra eiuſdem fabricatores, ſed tantum in ordine ad reuelationem. Et quia ille fuit caſus particularis, nullam legem inducit. Vt fatentur multi apud *Theſaurum c. vnico. verb. Libellus famoſus numer. tertio* An autem fieri nunc poſſit, vt contra authorem occultum famoſi libelli expediri poſſit admonitio de ſe prodendo, & probando, quod expoſuit, & conſequenter excommunicatio. Affirmat *Siluester loco citato num.* 5. In dubium tamen vertitur, quia nullus tenetur infamare ſeipſum, etiamſi per cenſuram adigatur. Eò vel maximè, ſi quod expoſuit, probare non poſſit, Vnde exponeretur pœnę grauiſſimę deportationis, triremium &c. quod ius naturale non dictat. Poterunt tamen huiuſmodi fabricatores excommunicari, ſiue per canonem, ſiue per ſententiam. Sicuti excommunicantur fures, qui reuelare noluerint, dummodo ſententia feratur contra ſcientes &c quia principalis ſicut non tenetur ſe prodere, ita non ligatur excommunicatione. Lege *Bonacinam de cenſuris particularibus diſp. 2. quaeſt. 3. puncto 36 num* 8. qui probat in iure cõmuni non eſſe latam ſententiam excommunicationis contra Libellantes iſtos, neque in Bullis *Pii V. & Gregorii XIII.* ſupracitatis contra *Salonium*, qui ſcripſerat, eſſe, ipſo facto, excommunicatos, qui faciunt libellos contra Papam, vel Cardinales. Quod tamen ipſe non inuenit.

An ſub cenſura præcipi poſſit, vt ſe prodat libelli famoſi fabricator.

Fur non tenetur ſe prodere, quãdo fulminatũ excõmunicatio.

Reſpondeo III. in noſtro municipali iure Excommunicantur de facto, ſicuti ad eſſe ſimile *Statutum Synodale* in Mediolanenſi Prouincia, idem *Bonacina ſupra num.* 9. affirmat, quæ excommunicatio eſt reſeruata Prouinciali, ſi libellus editus ſit contra inferiores illo, ſi verò contra Prouincialem, aut Generalem, eſt reſeruata Generali. De

qua

qua eco m mun icatione diſcurrendum eſt, ſicuti de alijs, de quibus ſparſim in hoc opere dictum eſt, nimirum non incurri, niſi poſt declarationem. Præter excommunicationem, eſt carceratio arbitraria *ad Superiorum arbitrium*, nimirum Prouincialis, ſi libellus fuerit factus contra alios; ſi autem contra Prouincialem, vel Generalem, ipſiuſmet Generalis, quia teneri debet proportio inter pœnam excommunicationis & carcerationis. Secus poſſemus includere etiam Guardianos, qui ſuperiores ſunt, quod eſt falſum, quia Guardiani ſicuti non carcerant, ita nequé liberant. Igitur remanent Prouincialis, & Generalis, non debet autem Prouincialis liberare eum, qui contra Generalem libellum promulgaſſet, & pari ratione, nec contra ſeipſum, quia *Superiorum* vocabulo, veniunt illi, quos ſupra recenſuerat. Licet probabilitate non careat poſſe Prouincialem liberare, qui contra ipſum libellaſſet, tum quia poteſt ſuę iniurię cedere, tum etiam quia ab abſolutione à cenſura, ad liberationem è carcere non deducitur conſequentia, *a diuerſis enim non fit illatio. de regul. iur. in 6.* & cum ipſe ſit Superior, ad quem de iure carceratio ſpectat, & Statutum inibi non diſtinguat, poterit comprehendi ſub nomine *Superiorum* &c. Quod tamen ad carceratum ob libellum factum contra Generalem, non extendo, quia ipſe non eſt vindex iniuriæ factæ Generali, ſicuti in ſimili alibi dictum fuit. A' diuerſis non fit illatio.

Sed hic oritur duplex difficultas, Prima quis eorum arbitrari debeat ſuper carceratione. Secunda Ad quantum temporis carceratio extendi poſſit.

Reſpondeo ſuper carceratione, inflicta pro ſubditis infamatis, vel etiam pro ſe, iuxta probabilem ſupradictam opinionem, poterit Prouincialis. Pro Generali autem ipſe ſolus Generalis, quia iuriſdictio referri debet ad perſonas offenſas cum ſtatuta claram differentiam faciant inter huiuſcemodi perſonas. Lege quę ſcripſimus ſupra *cap. 11. de Falſariis q. 5.* De arbitrio autem carceris. Dico, illud Regulari debere, tum ex infamię, tum ex perſonę exceſſu, dignitateque. Quia ſi leuis materia fuerit, leuiter eſt cum Reo agendum. Si perſona contra quam factus fuit libellus, fuerit infimu, vel abiecta, mitius agendum erit. Secus ſi infamia fuerit enormis, & perſona notabilis, vt Guardianus, Pater Ordin. vel Prouinciæ Clariſſimus concionator, Lector iubilatus, & ſimiles graues Patres, tunc enim acerbius puniri poterunt. In vniuerſum

autem conſiderare debent Iudices, delictum hoc eſſe grauiſſimum, morte dignum, & Reipublicæ maximè offenſiuum. Et ideo debere carcerem longius extendere ad annum, vel an nos, adbibere ieiunia, fuſtigationē, ſiue flagella, prout ex citato 1. c. 5. q. 1. diximus non enim carceratio excludit alias pœnitentias canonicas, quando de arbitrarijs pœnis agitur. Putat *Molina tract. 4. de Iuſtitia. diſput. 39. n. 1.* pœnam mortis in legibus ciuilibus ſancitam contra hoſce libellantes, etiamſi eſſet in vſu, tūc deberi, quādo libellus famoſus cōtinet crimen, quod ſi probaretur ille contra quem ſcriptus eſt, puniretur pœna mortis. Vt pateat ad quantum ſe poſſit extendere arbitrium, & quomodo moderari.

Quæres, An ſi quis expoſito libello, publicet ſe, & velit probare, quod in libello expoſuit, ſit adhuc puniendus.

Exponēs libellum famoſum, & ſe prodens ad probationem euadit pœnas.

Reſpondeo cum *Silueſtro ſupra n. 5.* liberum euadere à dictis pœnis. Eſt clarus textus in dicto c. 1. *Qui in alterius famā publicè ſcripturam, aut verba contumelioſa confixerit, & repertus ſcripta non probauerit, Flagelletur.* Et ad hunc ſenſum explicat *Gloſſa.* & dicta *l. vnica C. de famoſ. Libell.* Impetatores Valentinus, & Valens in idem ſcribunt, *Si quis deuotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit, nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum Libellum proſequenda putauerit ore proprio edicat, itaut abſquè vlla trepidatione accedat, ſciens, quod ſi aſſertionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium à noſtra clemētia conſequetur. Sin verò minimè hæc vera oſtenderit, capitali pœna plectetur.* Et ſermo eſt de libello iam expoſito: quia non diceret *Capitali pœna &c.* Sed neſcio quis famoſi libelli artifex debeat abſquè trepidatione accedere, ſi ſibi paratam crucem offendat. Et licet hoc ſit verū, attamen pœna aliqua arbitraria afficerem, qui libellum exponeret, etiamſi poſtea probaret, quia hic mos in Religionem non debet indici, maximè cum ordinariam viam *c. qualiter, & quando 2. de accuſat.* habeamus, accuſandi, denunciandi, inquirendi, & non per præcipitem libellandi ſemitam conſcendere, in qua Conuentus offenditur, & interim proximus infamatur.

Fabricans libellos contra Religiones Prædicatorum & Minorum, quas pœnas incurrat.

Reſpondeo IV. Famoſos libellos componere contra Religiones Prædicatorum, & Minorum vetitum eſt ſub excōmunicatione latæ ſententiæ ſācita à *Bonifacio VIII. Eugenio IV. & Aliis.*

& Alex. IV. & Papę reſeruatæ, prout refert *Bonac.* citatus, qui ait, non currere contra eos, qui id facerent contra aliquem Religioſum in particulari, ſed contra ſtatum illarum. Et valere, ſi fiat contra Religiones cum prædictis communicantes, & citat multos, qui apud ipſum videri poſſunt. Item, quod non ligantur tali excommunicatione, cantantes cantilenas, vel detrahentes, ſed componentes, publicantes, vel retinentes libellos famoſos, cantilenas, vel rhythmos contra iſtas Religiones vt poſtea ex ipſo *Bonacina num. 9.* citauit *Theſaurus de pœnis verb Libelli famoſi n. 3.* § *Limita quod non.* Sed hoc declarandum eſt, dummodo tales cantilenę fuerint ab alijs compoſitæ, & iam publicatę, quia ſi quis compoſuiſſet, & cantaret, vel ab alio compoſitas caneret, ac publicaret, ſine dubio inciderent in excommunicationem, quia hoc eſt formaliter publicare. Præterquamquod in citato numero id *Bonaccina* non dicit.

Quæſtio VIII. Dicente Statuto, *In alicuius infamiam expoſuerit.* An comprehendantur etiam illi, qui libellum facerent contra ſæculares, vel exteros. Et ratio dubitandi eſt, quia ibidem dicitur. *Qui ſi in Generalis, aut Prouincialis infamiam facti fuerint &c. In aliorum verò infamiam &c.* quibus verbis videtur diſtributio, & exceptio fieri inter Religioſos eiuſdem Ordinis, quia contra ponere alios Generali, & Prouinciali, & in Statuto Ordinis, videtur dicendum de ſolis Fratribus reliquis, qui Generales, aut Prouinciales non fuerint. Eò vel maximè, cum agens Statutum de percuſſione, & vulneratione *cap. 7. Stat. 52.* ait *Quicumque Fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit &c.* Vbi deſcendendo ad ſæculares, ſignum eſt, quod vbi eos non nominat, agat de ſolis Fratribus.

Reſpondeo comprehendi etiam ſęculares, imò potiori ratione, quia plus ſcandali eſt peccare, & offendere proximum extra, quam intra ordinem. Sub vocabulo igitur *Alicuius* quod non eſt relatiuum, nec contrapoſitum ad Prę-latos, ſed abſolutè diſpoſitum comprehenduntur, & Fratres, & alij Religioſi, & ſęculares. Eſt enim dictio vniuerſalis, comprehendens omnem ſpeciem, ac diſtribuit Vniuerſitatem, omnes perſonas, tam mares, quam fœmi- Libellos componere contra ſæculares puniendū.

fœminas amplectens. *Barboſ. dictiõn. vigeſimaſecunda* per totum, maximè vbi materia, vel ius non reſiſtit, & nullum abſurdum, ſiue fatuitas ſequitur. Vt in caſu noſtro. Omnia iura in hoc delictum conſpirant, & ſunt apti ſæculares ſubiacere infamationibus, quæ à Religioſis oriri poſſunt, ergo & ipſi in Statuto comprehenduntur.

Alius, Aliquis. Et licet vltro concedam, verbis illis, *in aliorum vero infamiam &c.* ſubiuncta poſt Generalem, & Prouincialem referri ad ſolos Fratres, quia particula *Alius* aliam ſignificationem habet, quam *Aliquis*, nam ſignificat ſimilitudinem, & refertur ad ſimilia, & facit poſitionem eiuſdem qualitatis ad præcedentia, vt fuſiſſimè cit. *Barboſa dictiõn. 26.* docet. Cum enim dicimus *Venit vnus Frater, deinde alius.* Vltima dictio non poteſt referri, niſi ad alium Fratrem, Vide ibi. Cum ergo dictum ſit, *Qui in Generalis, aut Prouincialis &c.* ſubiungendo *In aliorum verò &c.* ſubintelligi debet, *Fratrum*, ipſis ſubditorum, vt diſtinctio totum corpus Religionis amplectatur. Licet inquam hoc concedam tanquam literæ ſenſum, attamen in priori diſpoſitione intrant ſæculares, & exteri. Quinimò (vt dixi) debent Prælati ſeuerius animaduertere in libellantes contra exteros, quam in Fratres, & multò grauius, ſi ij fuerint Prælati, vel ſpectabiles, nobiles, & in Ciuitate conſpicui. Quia ad menſuram offenſæ, ac iniuriæ debet diſtrictionis diſciplina conſurgere. De iure ſiquidem naturæ, tenetur Religioſus reſtituere famam, vel bona, ſi illa ſæcularibus abſtuliſſet. Et ſi id conſtaret in foro exteriori, debet in authorem ſcelerum Regularis Iudex, per congruas punitiones inſurgere. Vndè multò magis in tam deformi infamatione. Diſpoſitio ſpecialis facta in pulſantes ſæculares, non facit, vt in aliis caſibus ij non comprehendantur. Sed quia facilius, & frequentius accidit pulſatio, quam Libellatio, viſum fuit, in indiuiduo illud declarare cum leges ferantur ob caſus, qui vel ſemper, vel vt plurimum accidunt.

Quæſtio

Quæſtio IX. An infamatus per libellum, famæ maculam contrahat?

Reſpōdeo negatiuè per *l.vnicā dicto C.de libellis famoſis* dicētem. *Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.* Libellus famoſus non infamat de iure, aut de facto.

Contra. Si non lædit, non infamat, ſi non infamat, cur tot ſanctiones in libellos infamatorios?

Reſpondeo, non eſt infamia iuris, aut facti, ſed opinio, quæ perſuadit mentes ſcientium, aut audientium, talem virum, qui probus habebatur, publicari ſceleſtus, cum vix fieri poſſit, quod de imputatis peccatis ille cenſeatur immunis. Infamat ſecundum mentem publicantis, non legis. Infamat apud imprudentes, & debiles, non apud probos, & ſapientes. Quinimò ſi quis opponeret, contra aliquem fuiſſe expoſitum libellum famoſum, actione iniuriarum conueniendus eſſet, & tanquam ſuſpectus de fabricatione illius haberi, quippe qui maculam inurit, quam ipſe libellus inurere non potuit. Et iure optimo de huiuſmodi libellis nulla haberi ratio debet, imò ſpernendi ſunt, quia ſi de illis fieret caſus, poſſet induci in ſpeciem vltionis, & vindictæ.

Quæſtio X. Qui actus compræhenſi ſint in caſu reſeruato de compoſitione libelli famoſi.

Reſpondeo iam diximus ex *Portel*, compræhenſos eos, qui componunt libellum famoſum, & in loco publico ponunt, etiamſi non ſequatur effectus publicationis, puta quia alius inuenit, & corrupit. Qui ab alijs compoſitum in loco publico ponunt. Qui ab alijs compoſitum, & expoſitum inueniunt, & publicant. Verum de primo actu diximus hic, & in Commentarijs ſtatutorum ad hunc caſum, non incidere in caſum reſeruatum, ſi expoſitus non publicetur, quia hic eſt finis intentus à lege, quo fruſtrato fruſtrantur etiam omnia in lege diſpoſita. Quos caſus compræhēdat caſus reſeruatus de libellis famoſis.

& minus placet, quæ idem dicit in calce *numeri* 8. *Voluit Religio in odium tanti criminis reſeruare ſolam compoſitionem, & ſcriptionem illius externam, cum maximè videat, neminem illum ſcribere, qui non habeat animum publicandi.* Non enim reſeruatur ſola ſcriptio, qui ſi clam in cubiculo ſcriberet, & poſtea laceraret, in ſolo conatu ſiſteret, qui non ſequuto effectu non punitur, & parum refert Religioni compoſitio, quæ per ſe ſolam ſumpta, nulli nocet niſi adſit publicatio. Quod autem nemo ſcribat, qui animum publicandi non habeat, eſt vniuer-

vniuerſalitas maximè reſtringenda, cum experientia pluries replicata doceat, multos ſcripſiſſe, & deinde non publicaſſe, ad ſaniorem mentem reuerſos, fundare autem caſum in animo publicandi, eſt egredi fines reſeruationis, quia non eſt reſeruatus animus publicandi, ſicuti nec animus fornicandi, ſed ipſa publicatio, & fornicatio in exteriorem effectum deducta. Idquè probo, ex ipſomet *Portel n.9.* vbi diſputans, an ſi inuentum libellum publicaret ipſemet, contra quem factus fuit in caſum reſeruatum incideret, negatiuè reſoluit, *nam* (inquit) *finis iſtius reſeruationis eſt, ne proximus infametur.* quilibet autem ſuo iuri cedere poteſt, dummodo perſona publica non ſit &c. & verum dicit, niſi addamus, non valere doctrinam, quando ipſe, cum membrum communitatis ſit, eandem ſua infamia conſpurcaret, offendendo debiles &c. ſed quidquid ſit de hoc, Noto illud, finem reſeruationis eſſe infamiam proximi, & ſubſumo, ſola compoſitione, & ſcriptione, cum animo publicandi non infamatur proximus, ergo illæ non complent caſum reſeruatum. ceſſante ſiquidem fine legis eiuſdem diſpoſitio ceſſat, vt deduxi in comment. *ſtatut. capitulo* 5. *ſtat.* 12. *fol.* 452.

In reſeruatione autem caſus iſtius pro noſtra familia multò plura continentur, nimirum. Qui *procurant fieri* libellum famoſum, ſiue rogando, ſiue præcipiendo, ſiue minando. Qui *inducunt alios* donis, minis, precibus. Qui *conſulunt* quauis ratione id faciant. quæ omnia intelliguntur adiuncta publicatione.

Super qua dubitatur, an ſi vnus, vel alter inueniat libellum famoſum, & legat, & deinde laceret, cum apud iſtum, vel iſtos ſit publicatus, cenſeatur ſequutus effectus, vel in reſeruatione, vel externa punitione, quod eſt quærere, quot ad minus eſſe debent audientes, vel legentes, vt libellus publicatus dicatur.

Reſpondeo cum res hæc ſit multum odioſa, verbum *publicandi* accipiendum eſt in ſua rigoroſa ſignificatione. Non enim idem eſt *publicè* fieri, ac *palam*, quia *palam* fit, quod *coram pluribus l.palam* 33. *ff. de verbor. ſignif.* vt *Salycetus* adnotauit aduerſus *Bartol. in l. ea quidem C. de accuſat.* ac *publicè* importat vel totum populum, vel maiorem illius partem, *Bertazzolus de clauſulis inſtrumentarijs clauſ.* 31 *gloſ.* 1. *nu.* 17. & 18 *apud Barb. dict.* 298. idquè fieri publicè, vel publicari dicitur,

Publicè, Palam, & quid ſit publicari libellum famoſum.

tur, quod plubicam vocem, & famam concernit. vt ex Rotali deciſione idem *Barboſa* refert quare cum vnus, aut alter, non ſit maior pars, publicum facere non poſſunt. Sed ne laboremus in æquiuoco, accipiamuſquè pro eodem, fieri, & publicari. Dico, non eſſe neceſſarium ad incurrendam caſum reſeruatum, & pœnas, quod libellus legatur coram toto populo, vel maiori parte illius (hoc enim ſpectat ad fieri publicè, & notoriè) ſed ſufficit, quod ſucceſſiuè veniat ad notitiam totius populi, vel illius maioris partis, v.g. vnus reperit, & dicit alteri, ille ſecundus tertio, & tertius quarto, & ſic deinceps alijs, vſquèquo ad maiorem populi partis notitiam perueniat. Sic enim ſparguntur rumores in vulgus, & fama diffunditur, & ſpecialiter in huius generis paſquillis, aut libellis, qui non ſcripto, ſed voce publicantur, accidit, quia vnus dicit amico, Intelligo factum fuiſſe libellum, vel cantari a Paſquino tale, & tale, hic deinde alteri, & ſi paucis horis per totam Vrbem diffunditur, hoc eſt publicare. Nam ſi paucis tantummodo innoteſceret, cum deſit effectus publicationis, ceſſat etiam vis reſeruationis, & punitionis. Quapropter non euadit caſus reſeruatus, niſi dum peruenitur ad ſtatum, quo maior pars populi, vici, vel conuentus id ſciant. ſicuti in rebus venereis, non euadit caſus reſeruatus, niſi lapſus carnis opere conſumetur. In antecedentibus namquè cogitationibus, & conaminibus non conſiſtit nexus reſeruationis, ſed ſtatim accedente conſumatione perficitur, ita &c. Quæ in re non placet *Bonacina* dum *dicta diſp. 2. q.4. par.9. nu 9. verſ ſeptimus non incurri* ait, *non incurri pœnas ab eo, qui verba contumelioſa cantat, hic enim non dicitur libellum ſcribere, vel diuulgare, cui enim non conueniunt verba legis, non conuenit illius diſpoſitio*. Non placet inquam, quia ex dictis *q.2.* Reus libelli exiſtimatur, etiam qui verba contumelioſa, & infamantia confingit. & publicat equidem Paſquillos, qui vt plurimum in verbis conſiſtunt, niſi hac via publicari non poſſunt. & licet verum ſit, ſolam detractionem, & murmurationem non eſſe libellum famoſum, attamen quando diceretur, & publicaretur, ſub formalitate libelli famoſi, dicēdo, iam compoſitus eſt libellus &c. iam comparuit Paſquinata &c. exiſtimari debet vt talis; nam publicatiò libelli etiam ſcripti non eſt neceſſe, vt fiat, oſtendendo illum populo, ſed ſufficit, quod voce diffundantur;

vt

vt iam factus, & expoſitus.

Quæſtio XI. Dicente ſtatuto, quod fabricatores libelli famoſi non poſſint abſolui, *niſi ſatiſfactione præmiſſa*, quæritur quomodo fieri debeat ſatiſfactio?

Reſtitutio famæ ob libellum famoſum, quomodo facienda ſit.

Reſpondeo cum delictum hoc ſit contra iuſtitiam, quæ ad æqualitatem reducenda eſt, reſtituendi famam obligationem inducit. Vnde de iure naturæ, diuino, & ciuili ſatiſfactio præmittenda eſt, ex omnibus ſcribentibus. multos citat *Bonaccina dicta diſp. 2. quæſt. 4. punct. 9. n. 7.* qui reſtitutionem faciendam eſſe affirmat, publicè, ſi publicè infamauit, aliàs ad æqualitatem non eſſet, ad prudentis confeſſarij iudicium, vt voce præconis, vel Concionatoris, vel per publicam ſcripturam, citatquè ad hanc rem *Sà verb. infamare n. 8. Gambaruptam c. 14. n. 6. Petr. Nauar. lib. 2. c. 4. n. 442. Sayrum lib. 12. cap. 4. nu. 9. Medinam lib. 1. c. 14.* Publicam autem ſcripturam, puto eſſe illam, quam ponit *Syluestr. verb. libellus fine. Scilicet alium libellum in contrarium faciendo, & vltra hoc tenetur de omni damno ſatisfacere.*

Difficilis quidem materia eſt hæc, cum vix practicari poſſit. Nam reperire Præconem, cui ſuum confiteatur peccatum, plus periculi, quam remedij continet. minus eſſet, Concionatori confidere, niſi ſub ſigillo confeſſionis ſe ipſum proderet. alter libellus prioris retractatiuus, non maiorem fidem, quam prior adquireret. quia ſi libello anonimo ad infamandum non præſtatur fides, nequè præſtabitur ad laudandum, cum vterque ſubmitti potuerit, & apud aliquos dubitatum fuit, An ille qui infamabatur in libello, eiuſdem libelli author extitiſſet, vt contra quoſdam ſuos inimicos conficti libelli præſumptio naſceretur. vt in facti contingentia, dum eſſem ſæcularis, non ſine magna animi moleſtia fieri vidi. In quo caſu, & famæ, & vitæ periculum ſortiebatur. poteſt igitur præſumi, quod libellus commendatitius, & famæ reſtitutor factus ſit, vel ab infamato, vel ab aliquo ipſius amico, ad emaculationem famæ, & eò magis, quò delictum impoſitum eſſet verum, & de facili crederetur. Non eſt igitur ſufficiens medium reſtitutionis famę nouí libelli confectio. Adigere autem infamantem ad conſitendam calumniam, non eſt rationi conſentaneum, quia non tenetur quis reſtituere famam, dum vltra ſuę famæ amiſſionem, periculo patiendi in bonis, & corpore ſe exponeret, vel etiam

notabi-

notabiliorem ſuæ famæ iacturam incurreret; vnde nobilis non tenetur cum iactura ſuæ famæ reſtituere famam plebeio, ad cuius ſimilitudinem neſcio, an poſſit excuſari Pater, vel Concionator, aut Theologus à reſtitutione famæ ablatæ fratri laico &c. quia in Religione omnes ſunt fratres, nec maioris famæ eſt vnus ſupra alterum, niſi ſit maioris virtutis; & meriti. In hoc enim caſu reſtitueret plus, quam abſtulerat, & non ſeruaret æqualitatem in iuſtitia requiſitam, vt *Caiet. Nauar. Petr. Nauar. Bagnes, Turrianus, Filliuccius, Salonius, Valentia*, alijque citati à *Bonacc. diſp.2. de reſtit.q.5. part.4. num. 11. & 12.* Reſtat igitur, vt reſtituat, & ſatisfaciat, vt poteſt, relinquatquè alijs optionem credendi, quæ voluerint, quia in caſu impotentiæ, ad ſatisfactionem non tenetur, ſtante regula legis, *Impoſſibilium nullam eſſe obligationem ff. de regul. iur.* 185. ideo *ad impoſſibile neminem teneri*, & ſtante hac impoſſibilitate, debet Superior libellantem, in foro conſcientiæ abſoluere, nam ſi agatur in foro exteriori, & cauſa ſit ad iudicium deducta, debet reus cogi ad decantandam palinodiam, vel inuitus. lege *quæſtio.* 10. *capit.* 10. Niſi dicas reſtitutam eſſe famam per ſententiam Iudicis declarantis authorem libelli famoſi infamem, &c. Impoſſibilium nulla eſt obligatio

CAPI-

CAPITVLVM XIII.

De Pœnis latis in eos, qui irreuerenter, uel iniurioſè loquuntur.

PRÆTER ea, quæ diximus in noſtris Commentarijs ad *cap.* 1. *ſtat.* 3. *à* §. 4. de verbis irreuerentibus, & iniurioſis in Prælatos probatis, reliqua, quæ ad hanc materiam pertinebant, & ad capitulum ſeptimum de pœnis remiſimus, hoc capitulo abſoluamus. Primo enim declarandi ſunt irreuerentiæ, & iniuriarum termini, vnde ſit.

Quæſtio prima. Quid importent Improperium, & improperare, Conuicium, Prouocatio, Deriſio, & Iniuria. & quot modis contingere poſſunt. hæc enim in ſtatutis ſparſim vetantur, & puniuntur.

Conuiciũ

Reſpondeo primo *Conuicium iniuria eſt l. item apud Labeonem ff. de iniurijs §. 7. & dicitur vel a concitatione, vel a Conuentu, hoc eſt a collatione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur, conuicium appellatur, quaſi conuocium ibid. §.* 4. vnde notatur *Valla*, qui ineptè etymologiam ducit, vel à *vitio*, vel à *vito*, ſeu *conuito*. lege *Io. Caluin. in lexico iuridico*. Eſt autem conuicium maledictio petulantis iactata, vt ait *Cicero pro Cælio* & ſolis verbis conſiſtit, *Briſſonius*. Itaquè cum plures voces in vnum concurrunt, conuiciũ facere dicuntur. vt *Vlpianus* dixit *c.* 15, *§. 2. de iniurijs*, & quia in bonũ & in malum concurrere poſſunt, non ſemper in malam partem conuicium ſumitur. *Plin. lib. 7. epigram. de reditu Domitiani*. *Quintilianus* Triphoni amico ſcribens. & alij apud eundem *Io. Caluinum* ſupra, quorum ſententias non appono, breuitatis cauſa. Hinc ad diſtinctionem boni, vel mali conuicij dicitur in dicta *l. Item apud §. 5. ſed quod adiicitur a Pratore, qui aduerſus bonos mores conuicium fecerit, oſtendit non omnem in vnum collectam vociferationem Pratorem notare, ſed eam, quæ bonis moribus improbatur, quaquè ad infamiam, vel inuidiam alicuius ſpectaret*, & concludit §. 11. *non omne maledictũ*

conui-

conuicii eſſe, ſed id ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt.

Quibus ſic declaratis, dum ſtatutum *cap.7. §.5. n.45.* dicit, *ſi quis fratri non Prælato verbum improperii, aut conuicii dixerit &c.* verbum *conuicii* accipi debet, non pro qualibet iniuria, irriſione, improperio &c. ſed pro his, vel eorum aliquo, ſi dicatur cum vocis contentione, concurſu, altercatione, vt Prælatus, vel frater dicat, ille reſpondeat, & vna ſimul contendant, alias conuicium non erit, ſed aliud genus iniuriæ. etiamſi fatear *conuicium* hoc loco poſitum non reſpicere tantam legum ſubtilitatem, ſed pro eodem poni, cum improperio, iniuria, prouocatione. nam illa formalitas, *verbum conuicii dixerit*. huc ſpectare non poteſt, cum conuicium ex dictis non ſit vnum verbum, ſed vocum multiplicatio, & ſic videtur accipi pro contumelia petulanter iactata, cuius oppoſitum eſt vrbanitas, quæ opponitur contumeliæ. ſed facetius, vt citatus *Cicero* docet. & ſi cum *Valla*, & *Nonio Marcello* deducamus conuicium à vitio, dum ſcilicet opponatur alicui vitium ſecundum hanc etymologiam accepiſſe ſtatutum, *conuicium* dicendum eſt. In quo prudentis Iudicis deſideratur arbitrium. Vrbanitas.

Reſpondeo ſecundo, relicta acceptione prouocationis, pro appellatione ad ſuperiorem Iudicem, C. *quando prouocare non eſt neceſſe* imò prouocare, magis eſt quam appellare, & propriè pertinet ad maiores, potentioreſquè, quorum ope indigentes aduerſus magiſtratuum iniurias *Bart. in l. minores ff. de adminiſtr. tutor.* Sumimus hic prouocationem, & prouocare, pro irritatione, ac ſtimulatione ad vindictam, per antecedentes iniurias, & verba pungentia, vt ſumpſerunt *Clar. §. iniuria, verſu quæro etiam, & q.6 verſ. nunc quæro. Boerius conſ.4. nu. 27. Capiccius deciſ.58. Marſilius conſ.137. num.6. Papo. lib.22. tit.5. Arreſto* 1. & in hunc ſenſum legimus in S. Scriptura. *Vos ad iracundiam me prouocaſtis. prouocauerunt me filii veſtri, & filiæ. Nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros &c.* nimirum antecedentibus culpis, & malis operibus. Vnde cum in ſtatuto dicitur *leuiter quemquam prouocauerit*. ſenſus eſt, ipſe cœperit iniuriare, vel verba pungentia proferre, & quaſi ante vocauerit, & inuitauerit fratrem ad reſpondendum, & iniurias rependendum, etiamſi non rependerit, ſufficit enim, vt prouocatio fuerit talis, vt ille potuerit, iracundia concitari ad vlsionem.

Prouocare pro appellare.

Prouocare pro irritare.

Reſpon-

Reſpondeo tertio, *Iniuria ex eo dicta eſt, quod non* iure fiat, *l. iniuria ff. de iniur.* initio, quia tamen contra ius multa fieri poſſunt, reſtringimus iniuriam ad eam, quæ verbis fit, & contumelia appellatur *dicta l. iniuria init.* contumelia autem à contemnendo venit, & iniuriam ſignificat vt loco citato, *Vlpianus* adnotauit. qua obijcitur alteri crimen, vel defectus, coram *Nau. c. 8. in manu nu.* 111. 112. *Azor. tom. 3. lib. 13 cap. 5. Bañes* 2. 2. *q. 72 art* 1 *vbi Salon & Valentia Fill. tract.* 40. *c.* 3. *q.* 1 *Molin. tract.* 4 *diſp.* 18. *Clauis Regia lib.* 12. *c.* 4. *nu.* 2. apud *Bonac de reſtit. diſp* 2. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 3. *quia nemo* (inquit *Seneca lib. 2. de tranquillitate vitæ*) *niſi quem contemnit afficit iniuria.* & in hunc ſenſum ſubſcribunt *Prateius, Briſſonius que*, hinc appellationes illæ, contumelioſus libertus, contumelioſus exactor, contumelioſè aliquo vti &c. quem ſenſum habent verba ſtatuti, *Qui alium fratrem malitioſè, & irriſoriè Priuilegiatum,* Collectaneum, Bulliſtam, *Amadeiſtam,* Clarenum, *de Euangelio,* Bigotum, *aut alio quouis nomine, ad irridendum, & iniuriandum reperto &c. appellauerit &c.* Hæc enim verba, & appellationes, ex contemptu proueniunt, ideo veræ, contumeliæ, & iniuriæ ſunt. Contemnere autem idem eſt, quod deſpicere, & negligere. Vnde etiamſi Prætorem contemnere cenſeatur, qui in iure interrogatus, non reſpondet, quia tamen in hoc ſtatuto vetantur, & puniuntur contemptus, qui fiunt verbis, non comprahenderetur ille, qui quocumque præcepto adactus ad reſpondendum, taceret. Nam puniuntur iniuriæ verborum, non ſilentij, quæ ad peccatum inobedientiæ ſpectant.

Contumelia. | Contemnere. | Deriſio.

Reſpondeo quarto, *Deriſio* eſt, & ipſa contemptus, qui improbationem, & dicti alterius confutationem continet, vnde deridere ſententiam, eſt illam improbare, & confutare, *Vlpian. in l. ſed an vltio ff. de negot geſt.* & legatum deriſorium eſt, quod ad deridendum magis, quam ad vtilitatem factum eſt. vt idem in *l. ſi demus* 71. *ff. de legat.* 1. *Bonaccina* autem loco citato *n. 9.* ait, deriſionem eſſe actum, quo honor alterius verbis, vel factis violatur cum intentione confundendi proximum, & inducendi erubeſcentiam, & differre a contumelia, quia hæc fit ſeriò, illa ioco. Eſſeque grauiorem contumelia, quia includit contemptum maiorem, ac eſſe peccatum mortale in ſuo genere. At primo, hæc non eſt legalis terminorum declaratio,

ſecun-

ſecundo, ſi ſit ioco non erit grauior contumelia, quę ſit ſerio. Et tertio, non erit mortale in ſuo genere, quia quantumcumquè creſcat iocus, nunquam habebit intentionem grauiter confundendi proximum, quia tunc non erit iocus, nunquam maniſeſtabit graue peccatum, vel dedecus, vt quod Titij Vxor ſit adultera. Quis enim iocus erit iſte, qui ſummam irrogat iniuriam? nunquam per talem iocum de riſus grauiter triſtabitur. Nam non eſſet iocus. Et tamen in his tertijs caſibus mortalitas peccati reponitur ab ipſo &c. Sed valeat *l. illud relatum. §. 3. ff. de iniurijs. Si quis per iocum percutiat, iniuriarum non tenetur*. Si non tenetur in factis, multò minus tenebitur in verbis. Quare irridere, ſeu deridere fratrem, aut ſuperiorem is dicetur, qui dictum illius confutat, improbatquè vt accideret, ſi ſermonem ad fratres habente Prælato, ille diceret, non benè diſcurrere, non benè arguere, aut reprehendere. Vel ſi inter ſe confabulantibus fratribus, vnus hiſtoriam, aut factum recenſeret, alius autem impugnaret, & mendacium dixiſſe affirmaret, ex animo cauillandi, & deridendi, Diceretur deriſor. Quo titulo onerat Phariſeum, qui Dominum ad conuiuium inuitauerat. *Luc. 7.* & de eodem murmurabat, quaſi peccatricem non cognoſceret. *S. Auguſtin. hom. 23. & 50, O Phariſæe inuitatrr & irriſor Domini.*

Reſpondeo quinto, Improperium. & Improperare, eſt aliquem pudore afficere, obiiciendo culpas, & defectus, cuiuſmodi etiam valet exprobrare vt dixit *Plinius iunior* apud *Spiegellium*, mala emptio ſemper ingrata, eo quod exprobrare Domino ſtultitia videtur, Sic *Sap. 2. num. 12. Contrarius eſt operibus noſtris & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Et ſæpè alibi. Et ſecundum hanc ſignificationem, dum in Statuto dicitur. *Si quis verbum improperij dixerit &c.* Senſus eſt, ſi quis fratri, vel Prelato crimen ab ipſo commiſſum, vel imputatum, aut defectum aliquem obiecerit, tunc huius Statuti Reus exiſtimabitur. Atquè his terminis declaratis, ad Statuti examen deueniendum eſt. Improperium.

Quæſtio ſecunda, Dicit Statutum citatum *numero 45. Si quis Fratri non Prælato, verbum improperii, aut conuicii dixerit, aut leuiter quemquam prouocauerit, Flagella diſciplinæ*

d

pliną ſingulis vici bus in communitate Fratrum ſibi adhibebit. & numero 46. Si verò in Prælatum talia verba protulerit, diſciplinæ addat ieiunium in pane, & aqua humi genibus flexis, & ſuffr giorum iure triennio careat. Super quibus Statutis quæritur. An Vicarius Conuentus, vel Frater ille ſenior, qui ob paruam abſentiam Prælati, habet curam Conuentus, veniant nomine Prælati, & ſi nomine Fratris, veniat etiam Tertiarius iniuriatus, vel etiam ſęcularis, Ac tandem Vicarius chori.

Prælati qui ſint.

Reſpondeo primo. Qui ſint Prelati, diximus *in Comment cap. 1. ſtat. 3. §. 2 fol. 15. & ſtat. 67. cap. octauo fol. 726.* nimirum, qui curam animarum habent, ſiue ſint Superiores cum iurisdictione, Et Vicarium Conuentus, qui illum regit loco Guardiani, diximus *eod. cap. 8. Stat. 47. fol. 683.* habere eamdem facultatem, quam habet Guardianus, vnde infertur comprehendi hic ſub nomine Prelatorum. Nec differre, quoad hoc Statutum, cenſeo, cum, qui fuerit à Capitulo, vel à Prouinciali inſtitutus Vicarius ab eo, qui eſſet per horas, vel dies inſtitutus, & præpoſitus à Guardiano ad habendam curam Conuentus. Quia in illo paruo tempore eſt ſuperior, & gubernat Conuentum cum iuriſdictione, ergo iniuria facta tali Perſonę, eſt facta Prælato. *Spectat enim ad nos (inquit l. iniuri. §. item aut. ff. de iniur.) iniuria, quæ in his fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.* non ſolum quia ſubditus ſpectat ad Superiorem, quia hic eſt conceptus generalis, ſed quia in delegato delegans iniuriam patitur.

Iniuriis afficiens Vicarium Conuctus.

Reſpondeo ſecundo. includi etiam illum, qui ex conſuetudine, vel ex declaratione ſuperioris localis remaneret ad curam Conuentus, etiamſi non vocetur Vicarius, nec actu fuiſſet à Guardiano relictus ad hoc munus exequendum dummodo non ſit intruſus, vel ex ſe iuriſdictionem arripuerit. Solet enim aliquoties caſus accidere, vt abſente Vicario, Guardiano occurrat egreſſus repentinus è Conuentu, nec recordetur dicere oſtiario, aut alteri ex Fratribus, quod curam Conuentus demandat tali, aut tali. Et ſic vſus eſt, quod abſente ſuperiore locali, vel ſenior, vel dignior curam gerat. Tunc dico, ſi quis verbis irreuerentibus, in prima Quæſtione declaratis, Iſtum Fratrem impetat, teneri pœnis Statuti, tanquam Prælati improperator, irriſor &c. Et Ratio eſt, quia

quia conſuetudo dat titulum, & tribuit Iuriſdictionem, non tantum coloratam, ſed veram, vnde Fratres, qui è Conuentu egredi volunt, cum illius licentia egrediuntur, & negotia incidentia ad ipſum referuntur, & à Fratribus tanquam Conuentus gubernator exiſtimatur, ergo eſt Prælatus, & Prælati priuilegiis gaudere debet. Tam in Conuentus cura, quam in Refectorio, dum non conueniente Cuardiano, maior, qui in illo reperitur, Guardiani vices gerit. Quia eadem eſt omnium ratio, & delegatio à conſuetudine, quæ eſt lex non ſcripta *cap. conſuetudo diſtinct.* 1. vt in multis locis noſtrorum Commentariorum docuimus.

Reſpondeo tertio, In rigore Sermonis, cum Tertiarius non ſit Frater, vbi pœnalis diſpoſitio de Fratribus loquitur, ad Tertiarios extendi non poterit, cum argo Statutum dicat. *Si quis Fratri* &c. verbis contumelioſis Tertiarium excipiens non comprehenditur pœna ſtatuti. Iniuri n Tertiarium an puniri debeat ac ſi fratrem iniuria afficiat.

Contra *cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſtion. quarta.* diſponit ſolum de eo, *Qui in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit &c.* & tamen communis Doctorum ſententia ſub nomine Monachi includit Tertiarios, qui in Conuentibus Fratrum viuunt. Ergo ſi diſpoſitio tam odioſa, qualis eſt excommunicatio maior, Papæ reſeruata, extenditur à Monacho ad Tertiarium, multò magis extendetur à Fratre ad Tertiarium odioſa diſpoſitio ſtatutaria.

Reſpondeo forte quidem argumentum, quod poſſet probabilem reddere oppoſitam ſententiam. Sed ſoluitur aſſignando diſcrimen, quia ratio, quæ authores mouit ad hanc extenſionem eſt, quia dum ij viuunt in Conuentibus, & Dei, ac Fratrum obſequijs mancipati reperiuntur, ſunt Religioſi, ſicuti, & Nouitij, & perſonæ Eccleſiaſticæ, & quia Eccleſia vult arcere à Religioſis hanc iniuriam, meritò comprehendit ſub monachis Tertiarios. *Nauar. cap.* 27. *num.* 79. qui citat *Rotam, Pilliue. tract.* 15. *cap.* 1, *quæſit.* 4. *numer.* 14. qui citat decretum Congreg. Regul. & *Suar. Alterius, Carolus de Graſſis, Coninebius* citati à *Bonacc. de excommun. particul. diſp.* 2. *q.* 3, *punct.* 4. *ſect.* 3. *propoſ.* 2. *num.* 10. In caſu autem noſtro non attenditur religioſitas, ſed fraternitas in ſpecie, Tertiarij ſunt religioſi.

quia cum ſemper inſimul conuerſentur Fratres, & in publicis locis, choro, dormitorio, ac refectorio reperiantur, & confabulentur, ac negocia pertractent, neceſſarium fuit ponere cuſtodiam oribus, & circumſtantiam labijs, ne in verba iniurioſa prorumperetur. Tertiarij autem non ita conuerſantur, quia in dormitorio, refectorio, choro, collocutorio &c. Fratrum non dormiunt, comedunt, conueniunt, aut morantur, ſed extra. Et habentur tanquam ſeruitores, & exteri, & ideo nullo modo nomine Fratrum cenſeri poſſunt, & debent. Cum hoc tamen ſtat, vt arbitraria pœna plectantur iniuriantes Tertiarijs, quia id eſt contra iuſtitiam, charitatem, & Religionis ſtatum.

Iniurioſi ſæcularibus puniri debent.

Reſpondeo IV. Qui in ſeculares hæc delicta committunt non comprehenduntur in hoc Statuto, quia Fratres non ſunt. Et ſi non comprehenduntur Tertiarii, multò minus ſæculares. Verum quidem eſt, quod iniuriam facientes ſæcularibus, debent ſeuerius puniri, quam ſi in fratres peccaſſent, vt diximus de libellis famoſis, quia hæc culpa habet ſcandali malitiam adnexam. Et patet ab alio Statuto, in quo mandantur puniri percutientes ſæculares. De quibus hic non fit mentio, ergo per hanc legem non poſſunt puniri. Debent tamen per aliam nobiliorem, qua omni iure precipitur Prelatis, miniſtrare iuſtitiam, & impedire peccata ſubditorum, ac iniurias vindicare.

Actio iniuriarium non eſt publica.

Contra, actio iniuriarum non eſt publica, vt competat Iudici de ijs inquirere, ſed priuata, competens tantum intereſſe habentibus. *l. ſanè maris. ff. de iniurijs.* ergo non poteſt ſuperior ex ſe procedere ad punitionē ſubditi, ſæcularē iniuriātis.

Reſpōdeo nō nè poterit ipſe iniuriatus conqueri apud Prælatum! & ſi hoc non fiat, cum de iure Canonico omnia delicta ſint publica. *Clar. lib. 5. §. 1. n. 6.* apud quem *Gloſſa* cū Canoniſtis *Bald. Hoſtienſ. Anania &c.* poteſt ſuperior ex officio per inquiſitionem procedere.

Reſpōdeo V. nō procedit ſtatutū cōtra iniuriīs afficiētes Vicariū chori, ſeu illū fratrē, qui ex antiquitate, vel dignitate ſuccedit ad moderādū chorū in abſētia Prælatorū. Quia iſte nō eſt Prælatus, nec ſuperior Fratrū in choro, ſed habet quādam prælationē Ordinis vt incipere faciat pſalmodiā, qualē etiā habet hebdomadarius. Et ita cōmuniter exiſtimatur apud Relig.

Quæſtio

Quęſtio III. dicente Statuto. *Leuiter quemquam prouo-uocauerit*, quæritur, quid ſit leuiter, & grauiter prouocare, & ſi eadem pœna debeat imponi grauiter prouocantibus, quę leuiter imponitur.

Reſpondeo, venanda eſt differentia ab effectu, qui aptus ſit ex ſua natura prouenire ex talibus cauſis, quæ ſi eon ſint ſufficientes ad illum producendum, dicetur leuis: Si fuerint ſufficientes, dicetur grauis prouocatio. Et ſi applicatio cauſarum fuerit nimis excellens, dicetur grauior, vel grauiſſima. Effectus eſt excandeſcentia, erubeſcentia, afflictio, dedecus, contemptus &c. Cauſæ ſunt ioci, verba libera, pungentia, afflictiua & contemptoria. Si iſtę debiles fuerint, quia ex ſua natura id non important, vel ratione loci, & temporis videntur applicatę minus efficaciter, quia eſt tempus carnis priuij, lætitiæ, conuerſationis &c. quia non cum geſtu, emphaſi, vocis acrimonia &c. tunc dicentur leniter commouere bilem, & non eſſe applicatę ad iniuriam proximi, & prouocatio dicetur leuis. Habemus exemplum in B. P. N. Franciſco, cui per ironiam dixit vnus ex ſuis dilectis diſcepulis. *Tu es filius Petri Bernardonis, non es nobilis, non doctus, non gratioſus. & tamen totus mundus te ſequitur, vnde tibi hæc omnia quid putas te eſſe! quem te ipſum exiſtimas! &c.* Seraphicus tamen Pater verba tam pungentia, & improperatiua accepit ſibi dicta, non ad contumeliam, ſed ad experientiā &c. quare poſſunt proferri verba contumelioſa, quę tamen loco, & tempori accommodata, non contumelia, ſed laudes exiſtimarentur. Sicuti è conuerſo poſſunt proferri verba commēdatia, quę tamen iniuriam importent. Sic Chriſtus Dominus obmuteſcere fecit Dæmones illum laudantes. Quia verba eadem, per circumſtantias variata, diuerſos poſſunt effectus producere. Nec rationem habendam ad naturam eius, in quem dicuntur, cenſeo, quia ſit colericus, nimis leuis, & facilis ad iracundiam, quaſi verba, quæ ex ſua natura non producerent deriſionem, producant applicata tali perſonæ, nam licet poſſet quis peccare grauiter ob malam intentionem affligēdi proximū per leuia verba, cognita natura illius attamē abſtrahēdo ab actibus nobis ignotis, iudicāda eſt culpa ex ſua cauſa naturaliter ordinata ad ſuū effectū. Ita diſcurrere vidētur *S. Thom. Salon. Valentia, Mol. Azor. Clauis Regia, Filliu-*

Grauis, vel leuis prouocatio.

ciut. & alij apud *Bonacinã dicta diſputation. ſecunda de reſtit quæſtion.* 5. *punct.* 1. *numer.* 14. Hoc tamen examinari debet à Iudice qui habet arbitrium pro leuis, & grauis prouocationis delicto. Sicuti de iniuria atroci, vel non atroci, vt conſuluit *Iacobus de Botrica conſ.* 17. *numero decimoſexto inter Criminalia primi volum.* Vbi leges, & Doctores citat.

Atrox iniuria Iudicis ſtat arbitrio.

Quæ autem verba in numero, ſint grauiter, vel leuiter prouocantia, non eſt facile iudicatu, niſi inſpectis circumſtantiis, quę moralitatem variant. *Clarus* multas verbales iniurias refert, initio §. *Iniuria* nimirum ſi appellauerit aliquem *Falſarium, Vſurarium, Proditorem, Infamem, Baſtardum, Cornutum, Cartam falſam producentem, officia vendentem, Monetæ adulterum, Infamatorem, Meretricem, Mecbum*, ſi dixerit *Tu mentiris, non eſt verum, non probas, quod dicis, tu es bonus homo, vel homo contentus, tu es ſanctus, multum deuotus, irriſoriè & ironicè dicta.* Vel ſi aliquod delictum commiſiſſet, diceret *Tu non es condemnatus de furto, Tu non es priuatus officiis, Tu nunquam fuiſti carceratus &c.* hæc inquam omnia, hiſquè ſimilia, ſunt iniuriæ, & verba, ex ſua natura prouocantia ad iracundiam, & excandeſcentiam, & non eſt dubium, quod ſint grauiter prouocatiua. Cœtera autem minora, vt ſi diceret, *libenter ambulas, Placet tibi bonum vinum, in Prælaturam obl tam non expueres, commoditates non reſicis, Hebetem te fingis, ſi hoc tibi diceretur, ad iracundiam non perſiſteres immobilis &c. patientiam non habes, ſtatim incaleſcis, pacificè tibi loqui non poſſumus &c.* hęc inquam non videntur tanti ponderis, vt grauem bilem cieant. Niſi adeſſet aliqua circumſtantia, quæ verbi leuitatem exaſperet, v. g. ſi quis apud fratres haberetur pro bibace, et ebrio, & illi diceretur, *Placet tibi bonum vinum*, eſſet grauis prouocatio, ſic de alio, qui haberetur pro ambitioſo, nimis commodo, aut plus æquo verſipelle &c. ſi diceretur illi preſcripta verba, mutarent naturam leuitatis propterea deſideratur probi ſuperioris iudicium.

Leuia.

An iniuriæ omnes ſint eiuſdem ſpeciei.

Hoc autem ſic ſtabilito, an puniendi eſſent æquis pœnis leuiter, & grauiter prouocantes, Affirmatiuè reſpondendum eſſet, ſi doctrina, quam tradit laudatus *Bonacina eſſet vera*; Quærens enim loco citato, *numero* 5. an omnes contumeliæ ſint eiuſdem rationis, affirmatiuè cum aliquibus, reſpondet,

det, quia omnes in eadem ratione formali conueniunt, auferendi ſcilicet honorem, licet in eadem ſpecie, ſecundum magis, & minus differre poſſint. Et propterea non eſſe opus, in confeſſione aperire genera iniuriarum, puta appellaui furem, mæchum, ſtultum, ebrium. Sicuti non eſſet neceſſe dicere furatus ſum centum, mille &c. ſed ſufficere, commiſi furtum peccati mortalis. Niſi (inquit) iniuriæ parentibus illatæ fuiſſent, quibus ſpecialis reuerentia debetur. Et ſic, ſecundum hanc doctrinam, ſi non eſt neceſſe confiteri in iudicio ſacramentali grauitatem in eadẽ ſpecie, ac propter id, nec maiorem pœnitentiam recipere, ita neque eſt opus de hac varietate conſiderationem habere in iudicio externo, & maiori punitioni ſubiacere conſentit *Diana part. tertia tract. quarto reſol. 67. §. in reſ & part. quinta tract. decimoquarto reſolut. 56. §. quare tertio*, cum *Fagundes*, *&* Granado, *ac Sancio*. Attamen opinionem veram vndequaque non cenſeo, quia contraria ſententia etiam eſt probabilis, vt aliquando teneamur confiteri circumſtantiam, non mutantem ſpeciem, vt in furto, ſi quis Surripuiſſet mille, centum millia &c, non ſatisfacit, cum ſola confeſſione peccati mortalis furti in genere, ſed debet deſcendere ad indiuiduationem, aliquando notabilem, & à prudenti viro conſiderabilem, ſicuti eſſet, ſi mercatori totum cenſum abſtuliſſet &c. idque ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis. *Sylueſter verb. Confeſſio §. Nono quaeritur*. in hanc ſententiam citat *Antiſiorenſem, & ſummam Confeſſorum*. Affirmant *Vaſquez to. quarto in tertia parte queſt. 91. art. 1. dub. tertio. Megala in prima parte lib. quinto. capit. ſecundo.* Quinimo ipſe *Bonaccina de ſacr. diſputation. quinta, queſtione quinta ſect. ſecunda puncto ſecundo diff. tertia propoſit. tertia, numer. decimoſeptimo*. ait, explicandam eſſe quantitatem furti, tamquam circumſtantiam coniunctam cum actu peccati, ſine qua peccatum explicari non poſſit, quia actus reſpicit tantum quantitatem, vt obiectũ indiuiduale, & ſic nõ eſt circumſtãtia aggrauãs, ſed intrat ipsã ſubſtantiã actus. Et ſine illa Confeſſarius nõ poteſt dirigere pœnitentẽ, quoad obligationem reſtitutionis &c & hanc, ait, eſſe communem timoratorum hominum praxim. Et citat

pro hac re *Nugnum in additionibus quæſtion. nona articul. ſecundo dub. tertio, Valentiam quæſtio. vndecima punct. prim. colum. 9. Henriquez lib quinto, capit. ſeptimo numero quarto, Sanchez in ſum. lib. quarto, cap. 11. numero 24. Suar. diſput. tertia ſect. quinta numero ſecundo* Sayr. *de pœnit. cap. octauo, numero octauo.* Et poſtquam exiſtimauit probabilem etiam opinionem contrariam, & dicentium, qui plures iniurias dixiſſet alicui eiuſdem, vel alterius rationis, ſatisfacere, dicendo, ſe aliquem iniurijs affeciſſe, non deſcendendo ad particulares, vt patet à ſimili de furto, ſubiungit *Verum, quod nos aſſeruimus de quantitate furti, idem etiam probabilius aſſerendū puto in quantitate iniuriæ, alteri illatæ, eodem tempore, vel ſucceſſiuè, per iniurias eiuſdem, vel diuerſæ rationis? Idem tenet Henriq. lib. quinto cap. octauo nume. tertio. Zerola de pœnit. cap. 12. quæſtion. 48. vt ſi quis eundem appellaſſet, furem adulterum &c. quamuis oppoſita ſententia ſit probabilis &c.* Sed certè, niſi ſaluus fieret in hac perplexitate, neſcio quomodo contradictiones euitare poſſet. Sed quia aliò properamus, quantum ad noſtram ſpectat materiam.

Grauius eſt puniẽdus, qui grauiorẽ irrogauit iniuriam.

Dico grauiter puniendum eſſe eum, qui grauiter iniuriam intuliſſet, ſecus non eſſet proportio inter peccata, & punitiones, quod eſt contra iuſtitiam. Nec opus fuit, id additum fuiſſe à Statuto, quia æqua ratio dictat, emendationem proportionatam eſſe delicto, & medicinam morbo. Et quidquid ſit de relata opinione, nullus negabit, quod licet plus, & minus non varient ſpeciem, attamen grauiorem eſſe iniuriam, eam, quæ in eadem ſpecie excedit, & grauius lædere honorem, & augere contemptum. Et ſicut qui rapuit mille, maius furtum commiſit rapiente centum, & propterea illum plus debere reſtituere, ita in iniuriis illatis, vel inferendis. Vnde cum in iure diſtinguatur iniuria in atrocem, & mediocrem. *Inſtitut. de iniur. §. atrox.* & in grauem, & leuem *Graff. 2. parte deciſion. libr. ſecundo capitul. decimoſeptimo numero tertio, & libr. ſecundo capitulo vigeſimonono, numero* 51. quæ licet recipiant intellectum ſecundum ſubiectam materiam, habita relatione ad qualitatem perſonarum, & cauſę *Bartol. in lege admonendi. ff. de iureiur.* tamen (inquit citatus

Iniuria Atrox, & medio-cris.

Graff.

Graff. numero quarto,) non poteſt conilci grauitas, niſi ſeptem conſiderentur. Primo *cauſa*, ſi ad defenſionem, in qua ſi parum excedit, dicitur leuiter afficere. Secundo *perſona* iniuriantis, & iniuriati, vt inter ſuperiorem, & ſubditum, laicum, & ſacerdotem. Tertio *tempus*, vt in diebus Hebdomadæ Sanctæ, ſolemniori feſto. Quarto *locus*, vt in Eccleſia, foro, theatro. Quinto *qualitas*, vt ſi fieret notoriè. Sexto *quantitas*, iniuriæ. Septimo *ſcandalum*, & hæc debet conſiderare Iudex pro cognitione grauis, vel leuis ininriæ. vt notarunt *Innocent. & Hoſtienſ. in capit. cum illorum de ſentent. excommun.* Septem conſideranda in grauitate iniuriæ.

Quæſtio quarta. An qui pluries in vno die improperaſſet, &c. eſſet pluries puniendus

Reſpondeo, vide diſputata circa hanc materiam *cap. 2. quæſtio. 10. per totum*. Quibus in ſpecie addo, quod plura verba iniurioſa vno impetu dicta vnum conuicinm faciunt? licet oratio iniurioſa ſæpè repetatur. *Bartol. in lege item labeo §. ait Prator de iniurijs. Couarruuias variarum lib. 2. capit. 10. num. 8.* vbi de iniurijs in vtroquè foro pertractat. Quare dum dicit ſtatutum, *ſi quis fratri verbum improperij dixerit*, *verbum* non ſumitur pro vno, aut pro ſingulo verbo, vel indiuidua iniuria, ſed pro omnibus verbis, quæ in progreſſu illius impetus proferuntur. Et ſi ſtatutum puniret quodlibet verbum iniurioſum, non debet intelligi de quolibet, in vno impetu prolato, ſed de quolibet dicto ex interuallo, itaut moraliter cenſeatur, ſecundam non eſſe eandem iniuriam cum prima, ſi varietur tempus, locus, occaſio, quæ ſunt morales indiuiduationes vnius verbi totalis iniurioſi. *Decius in lege ſi familias numer. 19. ff. de iuriſdictio. omnium Iudic. Bartolus conſil. 108. Petrus Antonius, Auguſt. conſil. 12.* & licet *Bartholomeus Fanutius in tract. ſuo de momento cap. 20.* quem ſequitur *Petrus à Plaza in Epitome delictorum capitulo primo numero 17.* diſtinguat de diuerſis iniurijs, quod ſi vna iniuria pluries repeteretur *verbigratia. fur, fur, fur, & cætera*, reputaretur pro vno verbo iniurioſo, quia repetitio illa eſt eiuſdem verbi: at ſi repeteret diuerſas iniurias, *Verbi gratia, fur, mœchus, hæreticus*, eſſent pluribus pœnis plectibiles, quia ſunt diuerſæ iniuriæ, etiamſi vno impetu euomerentur. et ſic ſtatutum puniens quodlibet verbum iniurioſū Plures iniuriæ vno impetu illatæ non multiplicant pœnas.

debet

debet explicari de vnitate, & plurificatione pœnæ, ſecundum allatam doctrinam. Tamen hæc doctrina non placet, quia *verbum* in communi acceptione non ſignificat vnum terminum, vel vnam orationem vnius, aut alterius ſpeciei, ſed denotat ſermonem habitum, vel habendum ad aliquem. Sic in 4 *lib. Regum c.9.* habemus, dixiſſe nuncium miſſum ab Eliſeo ad Iehu. *verbum mihi ad te ò Princeps*, & tamen dixit multas, & varias orationes, & egit cum illo de magno negotio. Sic Apoſtolus *verbum Chriſti pereuntibus eſt ſtultitia.*
1. Cor. 18. & *pſal.44. Eructauit cor meum verbum bonum &c.* & alibi ſępiſſime cum idiotiſmo linguę hæbraicæ, quæ nomine rei, vel negotij, vtitur appellatione *verbi*, & nos ſolemus dicere in lingua Italica, *Voglio dire vna parola*, ideſt agere de aliquo negotio, quare *verbum* conuicij ſumitur pro vna iniuriarum actione, ſiue duret per horas ſiue mox finiatur, & tunc denotaret plures iniurias, pluribus pœnis plectendas, cum inter vnam actionem iniuriatiuam intercederet tempus, & diſceſſum eſſet ad alios actus, omnino diuerſos, vt idem *Fœnutius* citatus, & *Cepolla in conſ.76.& 77.* affirmant. pono exemplũ, ſi Religioſus in horto improperaret alteri per horam, & deinde diſcedentibus, & ad alia contendentibus, conueniret illum in camera, vel in refectorio, eumquè alijs verbis iniurioſis expeteret, tunc diceretur bis iniuriaſſe, & duplici pœna mulctandum. Si autem in refectorio ſubditus ſuum Guardianum iniuriaſſet in principio cœnæ, & poſt ſumptionem aliquorum ciborum, iterum rediret ad iniuriandum. tunc non diceretur bis, vel pluries iniuriaſſe, quia totum hoc factum fuit incontinenti, ſed reputari deberet pro vna iniuria. & licet *Baiardus ad Clarum §. Iniuria nu.* 11. ſe remittat ad conſuetudinem, quæ eſt optima ſtatuti interpres, & ſecundum illam iudicandum cenſet de vno, aut pluribus verbis, attamen quia apud Regulares, & ſpecialiter apud nos nulla in hoc genere conſuetudo apparet, quia hæc delicta raró, vel nunquam committuntur, non poſſumus allegare in facti contingentia conſuetudinem, & tenemur iudicare ſecundum regulas generales, & probatas iuris expoſitiones.

Sicquè ad reſpondendum in forma ad quæſitum dico, ſi pluris iniuriaſſet, cum interpolatione temporis, loci, & occaſionis, eodem die, pluribus pœnis puniri debet, ſi congeries iniuria-

iniuriarum facta fuerit incontinenti, etiamſi parumper intermiſſum fuiſſet, debet puniri pro vna iniuriatione.

Quæſtio quinta. An Prælato, in culpa, vel aliqua alia actione, publica, vel priuata iniurias dicenti in ſubditum, poſſit ſubditus reſpondere. *Verum non dicis, mentiris, calumniam infers*. Velſi licet iniuriam iniuria trudere. An ſaltem liceat hoc facere cum alio ſubdito?

Reſpondeo doctrina communis eſt apud *Capycium deciſ.* 58. *Clar.* §.*iniuria* §. *quæro etiam*, apud quem *Boerius conſ.* 4. *à n.* 27. eiuſquè Additionator, *Baiardus*, non poſſe iniuriatum iniuriare, aut prouocare ad ſui defenſam, etiamſi verum dicat, & faciens tenetur actione iniuriarum, etiamſi taliter prouocatus prouocans mitius puniri debeat, & ratio eſt, quia etiamſi præcedat prouocatio, non per hoc fit, quod ſecunda non ſit iniuria, & quod vindicatio iniuriæ ponatur in manu cuiuſcunquè, & non Iudicis, cuius eſt, iuſtitia emendare delicta. Illa enim ſecunda iniuria potius eſt vltio, quàm actus iuſtitiæ, maximè ſi rependatur *Mentiris*, quod verbum apud omnes iniurioſum reputatur. Cuiuſmodi non eſt ſemper, *Non dicis verum*, vel *Hoc non eſt verum*. quia ſi hæc verba probentur dicta non irato animo, *vt Baiardus notauit*, & lapſu linguæ, ſatis mitigarent arbitrium Iudicis, imò in totum lenirent. Quia ſicuti nulli fas eſt iniuriare, ita cuilibet conuenit ius ſuum tueri. Sic Chriſtus Dominus iniuriatus ab hæbreis, *dæmonium habes*, Io. 8. reſpondit, *Ego dæmonium non habeo*. & ſi dixiſſet, Tu non dicis verum, ſed falſum, dummodo iniuriandi animo non dicat, nam eſt propoſitio alteri contradictoria. Tunc enim non præſumitur delictum, *Salycetus in l. tutela* C. *de in integrum reſtitutione*, vbi *Iacobus à S. Gregorio. Iaſon in l. turpia. n. fin. ff. de legat.* 1. & alij apud *Addition. ad. Clar.* §. *Tu mentiris*, nequè pro totali, abſolutione rependentis iniuriam poteſt adduci maxima illa. *Iniuriæ mutua compenſatione tolluntur*. quia hæc valet in foro conſcientiæ, & quoad intereſſe partis, non quoad fiſcum, quia non datur compenſatio in delictis quoad fiſcum, ſed pœna tenet ſuos authores, & vnuſquiſquè punitur iuxta ſuum delictum, vt optimè probat idem *Iacobus à S. Gregorio in l. illud eleganter ff. quod quiſquè iur.* Quinimò non deſunt apud *Dian par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 30. §. *notandum eſt* 2. dicentes poſſe reddi maledictum

Iniuriare ad defenſam non poſſumus

Mentiris.

Iniuriæ mutua cōpenſatione tollūtur.

ledictum pro maledicto, in eo ſolum caſu, quo fama reſtituenda eſſet, & infamia ſit æqualis, & ſcandalum non oriretur. Secus non licere, vt dicunt *Siluius, & Malderus* ab ipſo citati. Sed non video quomodo non valeat quoad propulſandam iniuriam, ſi valet quoad compenſationem famæ, ſicuti ſi ego poſſum retinere alienum, poſſum etiam alienum accipere, quod maius quid eſt, & plus prohibetur retentio, quam acceptio. & id ſolum admitti poteſt, ſi abſit animus iniuriandi, iuxta quem ſenſum verificatur, *nulli maledictum pro maledicto reddentes 1. par. 3.* titulo autem defenſionis, non prohibetur occiſio, ſi alius modus vitam defendendi non ſuppetat. & maius bonum eſt vita, quam fama, id dictum ſit pro foro conſcientiæ non exteriori, vt tetigimus.

Quod fortius tenendum eſt in Religione, in qua talis compenſatio iniuriarum nullo modo debet admitti, præcipue contra Prælatum, & quidem diſtinguendo de actione publica, & priuata. In publica, puta in capitulo, aut refectorio, vel in culpa, nec verbum quidem reſpondere debet ſubditus, iuxta ſtatutum in *citato cap. 7. n. 47. Qui Prælato ſuo in culpa, vel menſa, in communitate, non habita prius ab eo licentia reſponderit, voce actiua, & paſſiua per triennium priuetur, & Prouincialis arbitrio carceribus mancipetur*. In priuata autem adeſt ſtatutum iam citatum *nu. 46 ſi vero in Prælatum talia verba* (nimirum improperij, conuicij, prouocationis) *protulerit, diſciplinæ addat ieiunium &c. & ſuffragiorum iure biennio careat*. Quod referendum eſt ad priuata colloquia, quia in ſequenti paragrapho diſponitur de functionibus publicis priuata intelligo, non inter ſolum, & ſolum, quia ad externum iudicium produci non poſſet, ſed coram duobus ſaltem teſtibus, qui legitimè deponerent. Quod etiam dicendum eſt, ſi inter ſubditos caſus accidat. Reum tamen huius ſtatuti non cenſerem, ſi extra publicas actiones, dicenti Prælato, *tu es fur*, vel *ebrioſus &c.* reſponderet ſubditus, *hoc non eſt* verum, *hoc falſum eſt &c.* quia ſicuti iure naturali poſſumus reniti volenti nobis pallium, vel noſtra auferre, ne auferat, ita volenti auferre honorem verbis, poſſumus honorem veritate tueri, dummodo (vt dixi) abſit animus iniuriandi, & conuiciandi, quia tunc Prælatus non procedit vt Prælatus, ſed vt priuata, & violenta perſona, vnde ſubditus non reſpondet,

Prælato nõ reſpõdendum in capitulo.

vt ſubditus, ſed vt par, & offenſus. Quod fortius concedi debet ſubditis inter ſe. Verum quidem eſt, eſſe de perſectione Euangelica, percutienti *in vna maxilla præbere ei & alteram & auferenti pallium, relinquere etiam, & tunicam*, *Matth.* 5. *Luc.* 7. attamen cum ad hęc conſilia Euangelica non teneamur ex regula, ſed ſicuti alij fideles, *c. exiit & Clem. exiui. de verb. ſignif. in* 6. poſſumus vti iure noſtro. Sed quid ſi diceret, *Tu calumniaris me, Tu me infamas?* Dico, primum verbum habere plus acrimoniæ, ſicuti *mentiris*, ſecundum non eſſe adeo pungitiuum, quia etſi eadem ſint in re, cum omnia importent, *Tu dicis mendacium*, *Tu me offendis &c.* attamen ex vſu loquendi continent plus, & minus puncturæ, totus punctus conſiſtit in animo offenſo irato, & vindicatiuo, qui ex geſtibus, tono vocis, &c. dignoſci debet, qui ſi adſit, puniri debet, ſi abſit, minimè. Vide *Dian. par.* 6. *tractat.* 6. *reſol.* 16. apud quem *Mendoz* 22. *volum.* 2. *diſput.* 170. §. 14. *nu.* 119. *cum Hurtad. & alijs, & par.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 26.

Ad conſilia Euangelica quando tenemur.

Quæres, An ſi ſubditus dicat Prælato, *Quando venerit viſitator, tunc nos videbimus*, an hæc ſit iniuria?

Reſpondet *Bartol. in l ſi tutor. ff. de auth. tutor.* affirmatiuè de eo, qui diceret Iudici, *Al ſindicato ti voglio*, quia hoc tantum eſt, quantum ſi diceret, mihi feciſti iniuſtitiam, quam vindicare intendo, dum ſyndicatui te ſiſtes, & in *c. ſuper de offic. ordin.* dicit, teneri actione iniuriarum, qui allegaret Iudicem ſuſpectum, & cauſas ſuſpicionis non probaret. cum quo concordat *Angelus in l qua omnia ff. de pactis*. Ego autem in Religione hoc non affirmarem, quia non videtur iniuria dicere, *Quando venerit viſitator, loquemur*. Nam non ſemper Viſitatori deferuntur ſuperiores ob delicta grauia, ſed vt plurimum ob leues culpas, quæ, nec infamant, nec ſunt peccata mortalia.

Dicens Iudici, Al Sindicato ti voglio, tenetur actione iniuriarũ.

Sed quid ſi diceret, *Salua pace, vel honore tuo, tu mentiris*?

Reſpondeo, apud *Baiardum, Additionatorem Clari nu.* 64. §. *iniuria.* multa congerũtur de dicentibus mentiris. *Menochius conſ.* 41. *Alciatus conſ.* 248. & 88. *Moronus in tract. de fide, tregua, & pace, quæſt.* 161. *nu* 12. dicunt non teneri actione iniuriarum, qui prouocatus, & iniuriatus daret mentitam, ad tuendum ſuum honorem, etiamſi hoc fiat in iudicio. & quod poſſit dicere alias iniurias, & etiam dare alapam, & ci- 6

An prouocatus poſ. ſit iniurijs vel mentitis agere.

tat

tat *Paulum de Caſtro, Iacobum de Beluiſio, Antonium, Mo-dernum, Bolognettum, Nattam, Bertazzolum, & Boſſium*, qui ſentiunt contra *Clarum*. His tamen non obſtantibus, tenendum eſt cum *Claro*, maximè in Religione, quia dare mentitam, & ſaluare honorem, eſt genufle&ti ante Chriſtum, & illi alapam impingere. & ipſe *Menochius conſ.* 41 *n.*32. ait quod vbi per ſtatutum eſt prohibita mentita, ſit reus ſtatuti, etiamſi palliet, *cum ſaluo honore &c.* modo in Religione non ſolum prohibetur mentita, ſed quodlibet verbum offenſiuum.

Contra, *Soto de iuſtit.lib.5.q.9.art.3.concluſ.2. Syluest. verb. iniuria nu.6.* qui de communi omnium teſtatur, aiunt in conſcientia poſſe aliquem, ad ſui honoris defenſionem, repellere iniuriam, dicendo mentiris, vel *es mendax*, ergo hoc licet etiam Religioſis.

Reſpondeo non omnia, quæ licent, expediunt, & Religioſis permittuntur, ſaltem ſi permittitur defenſio naturalis, negatur prophanitas verborum, quibus ſæculares vtuntur, vt ſupra dictum eſt.

Iniuria eſt, Non ci vedi? Diauolo ciecalo.

Quæres etiam, An ſit iniuria, dicere *Non ci vedit Diauolo acciecalo tu?* & his ſimilia.

Reſpondeo affirmatiuè cum *Grammat. deciſ.* 14. quia hæc in communi conceptu ſignificant contemptum, & deriſionem.

Quæſtio VI. An ſit iniuria appellare aliquem nomine deriſorio, vel metaphorico, quod deriſionem denotet. puta ſi gibboſum appellaret delfinum, malitioſum, vulpem, mordacem, & inhoneſtum, Cynicum, vel ſi tranſeunte aliquo, vel ipſe tranſiens, ſe cruce ſignaret, vel terga verteret, aut directè appellaret luſcum, claudum. cum verè eſſet talis &c.

Irridere peccatū eſt, pœna dignum.

Reſpondeo affirmatiuè, & quidem quoad ſtatutum ordinis habemus num.48. *Qui alium fratrem malitiosè, & irrisoriè Priuilegiatum, Collectaneum, Bulliſtam, Amadeiſtam, Clarenum, de Euangelio, Bigotum, aut alio quouis nomine, de nouo ad irridendum, & iniuriandum reperto, vel reperiendo, vel quod a patientibus pro iniurioſo habeatur appellauerit, ſit ipſo facto excommunicatus, nec niſi a ſede Apoſtolica abſolui poſſit, ac inſuper exilij, priuationis officiorū, aliaſq. arbitrarias ſuperioribus pœnas eo ipſo incurrat, quibus ſubiaceāt etiā audiētes, ſi ſtatim verbo, aut literis talem non denuncient.* & ſic reſpondetur directè ad quæſtionem, quia vetantur quæcumque verba

ba iniurioſa, vel quæ pro iniurioſis habeantur. ſupra autem in titulo ſunt talia, ergo &c. ſubſcribunt *Lancellottus, Conradus in tract de iniuriantibus in pract. crimin. numer* 4. *Clarus* §. *in iniuria verſ. Item quæro* etiamſi iniuriæ verum contineant, & multos citat, maximè in iure cānonico, vbi non procedit diſtinctio de iniurijs, quæ diſcooperiunt verum delictum conducens Reipublicæ, vt ſciatur, vel non, quia antequam delicta publicentur, debet præcedere charitatiua correctio ſed de hoc ſupra, vbi de famoſis libellis.

Etiam ſi verum dicatur.

Quod autem attinet ad commentationem ſtatuti, ſciendum eſt, ea verba fuiſſe reperta ad nomenclaturam aliquarum congregationum, in Seraphico ordine inſtitutarum. quia enim poſt lapſum obſeruantię regulæ aliqui impetrarunt, & viuebant ſecundum priuilegia, vocabantur *Priuilegiati*. Quia Beata Collecta reformauit aliquos Conuentus fratrum, illi vocabantur *Collectanei*. Quia poſtmodum Bullas Apoſtolicas impetrarunt degentes ſecundum illas dicebantur *Bulliſtæ*. Sic ex B. Amadeo reformati, dicebantur *Amadeiſtæ*. ſicuti *Clareni*, à mōte quodā Claro quē inhabitarūt. *Cæſareni* à P. Cæſario ſpirenti: *de ſancto Euangelio*, quia ſecundum illud viuebant. *De capucio*, ob capucium acuminatum, vnde Cappuccini, *Diſcalceati*, ex nudis pedibus, *Reformati* ex ſtrictiori obſeruantia, *Recollecti*, ex aliquorum ſegregatione, quas Congregationes, quia ſciſſuræ erant ordinis, Leo Decimus edita inſigni illa Bulla, cuius initium eſt, *Ite, & vos in vineam meam*, & *Pius V*. in ſimili, quæ incipit *Paſtoralis*, quæ eſt *Conſtit*. 128. in 2. *tom. Bullaris*. omnes in vnum collegit, vocarique voluit *Minores*, ſepoſitis in aliud corpus Conuentualibus, vt iuxta priuilegia viuerent, & Bullas Apoſtolicas. Quoniam vero in tam magno corpore, varia hæc mixtura, poterat fratribus iurgiorum materiam miniſtrare, & vbi vnionem corporum fecerat, poterat diabolus animas diſſentionibus ſeparare, ſicuti in primitiua Eccleſia cœperant dicere *ego ſum Apollo, ego ſum Pauli*, idem *Leo* Pontifex grauiſſima ſanctione prohibuit, ne ſub pœnis expoſitis, hiſce nominibus ſeſe appellarent, ac etiam, vt talium ſectionum obliteratis nomenclaturis, ſicuti in vnum corpus, ſic in vnum nomen *Minorum* (ad differentiam eorum, qui regulam priuilegiatam obſeruant) coaleſcerent. Vide dicta à *Rodrig. tom. 1. quæſt. 2. art. 3. de origine fratrum Minorum*.

Varię cōgregationes Minoricæ.

Digitized by Google

norum. Excommunicatio autem Papæ reſeruata incurritur ſtatim, quia non eſt ſtatutaria, reliquæ pœnę ſunt ordinis. Quę non afficiunt, niſi *malitioſè*, & *irriſoriè*, & *contumelioſè*. ideſt iniuriandi animo proferantur.

Puto autem has pœnas nunc non vigere, quia iam obliuioni mandatæ ſunt tales appellationes, eaſquè pauci fratrum norunt. quantum ſpectat ad vnionem factam, quia quoad alias iniurias, iam ſupra diſpoſitum eſt, nec eſt ſenſus Religionis comprætendere ſub hiſce pœnis triuiales iniurias, ſed tantum illas, quæ reperirentur de nouo priorum *diuiſionum occaſione*. vt inquit *Leo X*. §.14. quare ceſſante delicto, delictiquè materia, ceſſare debent, & pœnę. Nam ſi hodie frater fratrem appellaret Amadeiſtam, vel Collectaneum, potius ridendi, quàm deridendi materiam miniſtraret, quia iam à tempore *Leonis, & Pij*, in cinerem omnes illi fratres conuerſi ſunt, & ſolum reſeruatur ſtatutum, ad antiquitatis materiam.

Quæſtio VII. An audientes, & non ſtatim reuelantes eos, quos ſupradictas iniurias per talia irriſoria nomina dixiſſe cōſtiterit, incidant in aliquas pœnas?

Reſpondeo per ſtatutum dicto num. 48. *Quibus ſubiaceant etiam audientes, ſi ſtatim verbo, aut literis talem non denunciauerint*, nimirum ſi Amedeiſtam, Clarenum &c. vocari intelligerent, ſed cum agatur de excommunicatione latæ ſententiæ Papæ reſeruata, & de pœnis exilij, priuationis, & alijs arbitrarijs, dubitatur, an audientes, & non reuelantes omnes iſtas pœnas contrahant, Ideo

Dico primo excommunicationem non incurri a non reuelantibus, ſed alias pœnas, quia illa fulminata fuit a Leone Decimo, & non poteſt a Religione in alios applicari, nec dici poteſt applicari, prout in ſtatuto adducta, quia idem ſtatutum reſeruat abſolutionem ſedi Apoſtolicæ, illamquè adducit, vt à ſede Apoſtolica fulminatam. Quare pœnæ in audientes, & non reuelantes, ſunt tantum ſtatutariæ, exilij, priuationis &c.

Dico ſecundo, tale ſtatutum non eſſe in vſu, nec vnquam audiui de illo tractatum fuiſſe, ſicuti neque tale delictum in ordine admiſſum. exſoleuit enim talis vnionis, & diuſſionis memoria, & ideo dubitari poſſet, an per non vſum vires amiſerit? & reſpondeo negatiuè, quia non vſus punitionis, vbi delictum non fuerit commiſſum, non obliterat ſtatutum pœnale.

licet

Licet enim conſuetudo excuſet à pœna legis, dummodo diuina non ſit, *Ancaran. & alij in cap. cum Venerabilis. de conſuetud. Roman in ſingulari 19. An conſuetudo, Tiraquell. de pœnis tempor. conſ 42. Berous conſ, 90. per totum volum.* 3. *Gramm. conſ.* 15. *numero duodecimo. Maſcard. de probat. concluſ.* 194. *Farinacc. quaſtion. crimin.* 20. *à numero* 44. adde *cap. Flagitia* 32. *queſtion. ſeptima.* In negatiuis autem non inducitur conſuetudo, quæ per poſitiuos actus inducitur, & firmatur. Cum igitur caſus delicti non acciderit, non poteſt dici abolitam eſſe pœnam, quia delicto impoſita non fuerit, cum conſtet delictum admiſſum non fuiſſe. Et ideo incidente delicto, applicandam eſſe Statutariam pœnam affirmo.

Conſuetudo à pœna legis poſitiuæ excuſat.

Actus negatiui nō inducunt conſuetudinem.

Dico tertio. In caſu reuelationis faciendæ. Hęc ſeruanda eſſe. Primum vt non teneatur reuelare, niſi probare poſſit. *Cephal. in conſil,* 642. *numero* 38. Nam tunc reuelatio eſſet fruſtratoria. Secundum non tenetur, ſi aliquod ſibi malum ex reuelatione accederet. *Fagundes par. ſecunda lib.* 4 *cap.* 3. *num.* 31. *Freyt ar queſt.* 19. *num.* 15. qui in caſu hereſis loquuntur. & licet *Bonacc. diſp. 6. punct,* 2. *num.* 6. *& Genuenſis in praxi c.* 18. *nu.* 8. contrarium dicant, in caſu hereſis, ſollicitatæ mulieris in Confeſſione &c. ob bonum publicum fidei. Attamen probabilius eſt etiam in caſu fidei, non teneri reuelare, ſi periculum vitę, & notabilis damni immineret, quia, etiamſi fidei conſeruatio ſit bonum, & rei natura affectandum & iure diuino, ac naturali procurandum, attamen pœnæ excommunicationis, & cōfiſcationis bonorum, contra non reuelantes ſancitæ, ſunt de iure poſitiuo, cui anteponi poteſt jus naturale. Dummodo de euerſione Reipublicæ Chriſtianæ non agatur. Sed quidquid ſit de hæreſi, de crimine læſæ maieſtatis, de proditione Patriæ &c. certum eſt in caſu noſtro, eum, qui timeret, magnam ſibi conflari inimicitiam cum potente, vel malum ſibi parari, non teneri ad hanc reuelationem, quia omnes ſupradictæ conſiderationes ceſſant. Tertium non teneri ſtatim, & incontinenti reuelare, ſed capta temporis opportunitate, etiamſi Statutum dicat, *ſtatim,* de qua dictione diximus in Comment. *ſtat. Barboſa dict.* 383. Nam hæc particula inter alia, intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam, vt idem *nu.* 4. & extenditur aliquando ad vnum Menſem *n.* 3. puto extendi poſſe vſquequo ſubditus ſuperiorem cōueniat, vel in viſitatione tranſeuntem, vel ob aliquod negotium coram ipſo ſe præſentantem, nō enim tenetur ſtatim,

Non tenemur reuelare, quæ probare non poſſumus vel ſi inde malum reuelanti immineret.

Particule *ſtatim* vis.

ac audiuit iniuriaſſe, petere licentiam adeundi Prælatum: vt facere ſolent aliqui in ſpectantibus ad S. Officium, quia hęc diligentia à Religione non intenditur, his præcipuè temporibus, quibus huius exceſſus qualitas obſoleuit. Quod ſi dicas, poteſt ſcibere *literas*, vt dicit Statutum, Reſpondeo, non obligatur prę- ciſè ad ſcribendum, ſed ad reuelandum etiam *verbo*, quam partē ſibi eligere poteſt, relicta alia. Eò vel maximè ſi nollet ſuā ſcripturam apparere &c. Vnde.

Dico tertio, non teneri audientem, iudicialiter nunciare, ſed ſolum Euangelicè. Quia, denunciatio indiffinitè prolata, accipi debet ad fauorem denunciantis, itaut minus obligetur ad probationem delicti, cuiuſmodi ex noſtra praxi criminali. *titulo De nunciatio*; obligaretur, ſi iudicialiter denunciare deberet. Odioſa enim hæc diſpoſitio reſtringenda eſt, quantum ſermonis proprietas patitur. Ex nota regula iuris. *Odia reſtringi &c.*

Dico IV. non teneri denunciare, niſi fraternam correctionē premittat, qua ſi proficiat, & iniuriantem humiliet ad petendam ab iniuriato iniuriæ remiſſionem, nullo modo tenetur. Patet concluſio ex prædicta praxi. *Et S. Thom. 2. 2. q. 33. 68. 69. &c. licet Heli. de Simonia c. qualiter, & quando 2. de accuſ.* ceſſat enim tunc tēporis finis denunciationis Euangelicæ, quæ fratris emendationem reſpicit, ac delinquentis reſipiſcentiam.

Quæſtio VIII. Dicit Statutum *n. 49. Improperans fratri delictum, de quo alias fuerat punitus, pœna talionis puniatur.* Quæritur, ſi fuerit quidem punitus, non tamen legitimè, an improperans delictum tale, puniendus veniat iuxta Statutum?

Improperans delictum non legitimè punitum.

Reſpōdeo I. puniri debet tanquam *verbum improperij, aut conuicij in fratrem dicens.* per pœnam publicę diſciplinæ. Quia verè iniuriam irrogat.

Reſpondeo II. puniri etiam debet pœna talionis. Et ratio eſt, quia dicente ſtatuto, *de quo alias fuerat punitus*, & non addente menſuram adęquatam punitionis, qui ſic improperat, delictū punitum in faciem fratris obiicuit. Et compræhenſus eſt in rigoroſa diſpoſitione *Statuti*. Non enim ſpectat ad ſubditum iudicare de adæquata, vel inadæquata punitione facta à Superiore. Et nemo negabit leuem punitionem non eſſe punitionem. Vt ſi per adulterium mereretur per ſex menſes carcerari, & carceratus tantum fuiſſet per duos menſes, diceretur etiam punitus.

Contra eſt probabilis ſententia, quam refert, & ſequitur *Lucas de Peña il l. errat* C. *de peculio Caſtr. lib.* 12. *Afflict. de feudis in tit.*

in tit. de pace iuramento firmata §. *Iniuria nu.* 20. quod vocans meretricē, meretricē emendatā, non tenetur actione iniuriarum Ergo dicens alicui, Tu es latro, adulter &c. emendatus, non poterit puniri.

Reſpondeo negādo illationē. quia in Religione adeſt ſtatutū puniens improperantes peccata iudicata, & emendata, quod nō eſt in ſęcularibus. Pręterquā quod ſi vocaretur meretrix emendata ex odio, & animo iniuriādi, adhuc exiſtimo agendū actione iniuriarum. Etiamſi verum dicat. quia deijcitur de bona opinione, quam conuerſione adquiſiuit.

Quęſtio IX. Diſponitur in ſtatuto *n.* 5. contra Superiores, qui fuerint in ſuos ſubditos vſi verbis immodeſtis, intēperatis, & turbationis causā præbētibus, etiāſi capitulariter, & correctionis occaſione loquātur. *alias corrigantur, vel ab officio ſuſpendātur ad libitum ſuperiorum*. Quæritur modo, in quibus caſibus, hac animaduerſione ſuperiores ſint digni.

Reſpōdeo primo, diſpoſitio cōprehēdit etiā Prouinciales, quia in hūc exceſsū cadere poſſunt, & Superiorē habēt, à quo corrigi, & ſuſpendi poſſunt, non tamē Generales miniſtros, ob defectum ſubiectionis. Dixi miniſtros, quia Cōmiſſarii, qui Generali Miniſtro ſubſunt, corrigi poſſunt. Generaliū autē correctio ad Capitulū generale reſeruatur. Habemus clarā deciſionē in *l. Nec Magiſtratibus. ff. de iniur.* in qua dicitur. *Nec Magiſtratibus licet aliquid iniurioſè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magiſtratus, vel quaſi priuatus, vel fiducia magiſtratus, iniuriarū poteſt conueniri.* Quomodo autē puniri debeat, *Vlpian. ibid.* reſpōdet, *quod ſi fuerit magiſtratus, qui ſine fraude in ius vocari non poteſt, expectandū eſt, quod magiſtratu abeat ſi ex minoribus magiſtratibus erit; id eſt, qui ſine imperio, aut poteſtate ſunt, & in ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri.* applica ad Generales, Prouinciales, & Guardianos, illi cōueniuntur in Syndicatu, iſti in viſitatione. & *l. quod Reipublicæ ff. eod.* dicitur, *Quod Reipublicæ cauſa, ſecundum bonos mores fit, etiāſi ad contumeliā alicuius pertinet; quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriā faciat, ſed ad vindictā publicæ Maieſtatis reſpiciat. actione iniuriarum non tenetur.* Itaquè reſpicitur intentio, & animus, non exceſſus. Et ſic tenent, *Oldradus conſ. 53. Natta conſ. 162. n. 20. Felin. in c. cum te ſin. de ſent. & de re iudic.*

Superiores in ſubditos iniurii.

Reſpondeo II. totus iſte exceſſus in verbis conſiſtit, quæ grauia eſſe debent, vt & corrigi, & ab officio ſuſpendi valeat qui illa protulerit. Primū omnium præcipitur, vt Prælati modeſtis verbis

Modeſtia vtãtur. Eſt autẽ modeſtia, *virtus docens, in omnibus rebus tẽperamentũ, modumq. ſeruare.* Vt apud *Camerit in tabula* Cebetis. & vt adnotauit *Albertus* apud *Spiegell.* Modeſtia omniũ eſt, quæ in iis, qui cœteris præſtant poteſtate, appellatur Clementia, pro-

Clementia. baturq. ex *l. in ipſius* C. *familia Erciſcunda.* in qua Imperatores Seuerus, & Antoninus ſcribũt *Proinde ſi offenſam iſtam Clementia flexit &c.* ideſt *modeſtia,* quæ duo ſerui, quorum Dominus alterũ carcerandũ, alterũ venundandũ in teſtamento reliquerat, propter ipſorũ modeſtiã, à rigore teſtamentario liberati fuere. II. vt ſint tẽperati, id eſt moderati, vt ex zelo, & lenitate tẽpera-

Pœnæ quando temperandæ. mentũ quoddã faciant verborũ, ſicuti in punitionibus, ex ferita te, & lenitate pœnas tẽperare iubentur Superiores. *c. de diſciplina. diſt. 45. & l. ſi quis in ea culpa.* C. *de cuſtod. reorum. & l. 1.* C. *de Præpoſ. ſacri ſcri.* quo ſenſu tẽperationẽ, & moderationẽ Reipublicæ ſumpſit *Cicero lib. 1. de legibus* III. ne turbationis cauſam ſubditis præbeant. Quia tunc præcipua regularis Reipublicæ munia relinquuntur, vt eleganter obſeruauit *Baldus in l. obſer-*

Verba Prælati moderata ſint. *uare. §. antequam ff. de offic. Proconſulis.* Equidẽ verbis explicari non poteſt, quantum immodeſtis, intemperatis, & conturbatiuis verbis, ſuperiores ſubditos ſuos offendant, quantumq. apud eoſdem malè, & peſſimè audiant. Cum enim verba ſint animi paſſionum notæ, qui taliter loquitur bonus, probuſq. eſſe non poterit. *Qualis cuiq. animi affectus eſt* (*inquit* Cicero *Tuſcul. 5.*) *talis eſt homo; qualis autem homo eſt, talis eius oratio, orationi autem facta ſimilia ſunt, & factis vita* & iure quidem, quia iuxta Salomonẽ *prouerb. 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & pru-*

Auguſti modeſtia *dens* eſt, cuius ſpecimen Auguſtus præſtitit, qui apud Suetonium *Neq. in ſenatu, neq. ad populũ neq. apud milites loquutus eſt unquã, niſi meditata, & cõpoſita oratione.* Imò *ſermones, quos cum ſingulis, atq. etiã cũ Liuia ſua grauiores, non niſi in ſcriptis, & è libello habebat, ne plus, minuſuè loqueretur ex tẽpore.* Ne magni faciant fratres Minores, graueq. ſibi impoſitũ iugũ putent à ſuo Protoparente, ſi nedum Prædicatores admoneat (*cap. 9.*) *Vt in prædicatione, quam faciunt ſint examinata, & caſta eorum eloquia.* Sed Superiores adigat, *c. 7.* vt peccantibus *cum miſericordia imponãt pœnitentiam, & ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio, in ſe, & in aliis impediunt charitatem. & capitulo decimo, Vt humiliter, & charitatiuè corrigant & charitatiuè, ac benignè ad ſe recurrentes recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos.*

vt dicere poſſint eis, & facere, ſicuti Domini *ſeruis ſuis: Nam ita debet eſſe, quod Miniſtri ſint ſerui omnium Fratrum.* Cum paraphraſi *Sancti Bonauenturæ Miniſtri in* Spiritualibus, *ſerui in temporalibus, Viſitent ſocialiter, & moneant iudicialiter. Humiliter, non imperioſè, charitatiuè, non contumelioſè cōtra quos dicitur* Ezech. 24. *lateribus, & humeris impingebatis, & carnibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras.* & Hugonis. *Ne putent ſuperiores, ſe tanquam* Dominos *poteſtatem in eos exercere debere, quorum ſe audiunt ſeruos eſſe. Miniſterium habent, non dominium. Prælati debent eſſe vtiles in labore, humiles in honore. Vtile ſeruitium, doctrinæ lumen ſubminiſtrare medicinam infirmis, ſolatium inualidis, ſtultis verbera, vincula furioſis.* Debet *eſſe in corrigentis verbo humilitas, charitas in affectu.* Debet *eſſe adeo correctio humilis, vt contumelia careat, adeo charitatiua, vt odio, vel indignatione nil agat. Itaquè humilitatis, & charitatis ratio non excludit Zelum, ſed faſtum, quem ſtulta ſolet indignatio, & contumelia comitari. Eſt autem correctio mendax in ira contumelioſi. Omnis correctio carere contumelia dicitur. Infirmas animas ſæpè ad irreuerentiam contumelia mouet.* Et alia multa ad rem facientia, quibus nil melius. Accedunt creberrima Sanctorum elogia, de temperantia circa locutionem. *S. Laurentius Iuſtin. in libr. Ligni vitæ de prudentia cap.*4. ait, *Diu conſiderandum eſt, quid loquendum ſit, & adhuc tacitè prouidendum, ne quid dixiſſe pœniteat.* iuxta poeticum illud *Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum.* cum ex loquela animus ſapiens pāditur. *Stultus quoquè ſi tacuerit ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua intelligens prouerb.*17.

Superiores Minorum quomodo ſerui.

Mouet quæſtionem *Peirinus tom.*2. *q.*2. *c.* 3. §. 16. an liceat Prælatis, verbis contumelioſis ſubditos redarguere, Et affirmat, dummodo id fiat ſolo animo corripiendi, non principaliter ex ira, ex iudicio, quia ad ipſum faceret, etiamſi non eſſet iratus, & ſi id ſe dato animo relinqueret, peccaret mortaliter, quidquid ſit de ira, & indignatione concomitante, ortaque ex peccati auerſione, ſecundum quod dicitur in *Pſalmo* 4. *Iraſcimini, & nolite peccare.* inquit enim *l. iniuriarum* §. 1. *ff. de iniuriis. Iuris executio non habet iniuriam.* Debet etiam fieri cautè, & modeſtè, & cum magna neceſsitate, Vnde ſperetur correctio. Alias peccaret mortaliter Prælatus, qui ſuum ſubditum cum graui contumelia coram ſęcularibus, vel extraneis,

An prælatus vti poſſit verbis iniurioſis.

vel Nouitijs(niſi coram ipſis deliquiſſet) repræhenderet idque ratione ſcandali. Et ſuper omnia ſolum debet tangi vitium, de quo repræhenditur, & non alia correpta, emendata, vel obliuioni tradita. Ex *Nauar. in Manuali c.*18. *num.*12. *Rodrig. to.* 2. *q.*41. *art.*2. S. *Thom.*2.2.*q.*72. *art.*2. *ad ſecundum* Spathario *de modo corrigendi regulares. tract.*10. *cap.*23. *nu.*5, & poſt alias authoritates, quas citat, adducit ſententiam *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *de Reform. c.*1. quam iuuat referre, *Quos tamen. ſi quid per humanam fragilitatem peccaſſe contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent, in omni benignitate, & patientia; cum ſæpe erga corrigendos agat beneuolentia, quam auſteritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam poteſtas.*

Verum ſtatutum non reſpicit verba iniurioſa, ſed minus culpabilia. ait enim *Monemus tamen Prælatos, vt erga ſuos ſubditos verbis, & factis prudentes, & modeſtos ſe gerant: in repræhendendis criminibus, temperatis verbis ſemper vtantur, vt nulla turbationis cauſa ſubditis præbeatur. Quibus vtendum erit etiã, quando capitulariter Congregatis Fratribus, exhortationis verba proponunt. Alias corrigantur, & ab officio ſuſpendantur ad libitum Superiorum.* Et quod attinet ad conuicia, ſi à Prælato ſubditis dicerentur ex animi malignitate, & odio, ſine dubio teneretur actione iniuriarum, vt apud eundem *Peirinum nu.*150. fine aiunt. *Gloſ. in cap. quando verb. Dura. diſt.* 68. *Angelus ver. Correctio Prælatorum. n.*2. *Sylu. verb. contumelia nu.*4. & *verb. Correctio nu.*12. peccaret enim mortaliter. Et de iure naturæ reſtitutionem facere teneretur, ſi tamen in correptione modum excederet, ob zeli ardentiam, & ad peculiaria vitia non deſcenderet, non teneretur petere veniam, ne vileſcat authoritas, licet hæc humilitas ſit commendabilis ad quod citat *Nauarr. Syluestrum, Salonium, Rodrig. Conradum, Angelum.* Et in caſu iniuriarum, non tantum eſſet monendus, & ſuſpendendus ab officio, ſed puniendus, & priuandus. Eſt enim indignus regere alios, qui ſeipſum regere neſcit, & in tam turpe, Prælato, crimẽ incideret. Quomodo ſubditus habebit inimicum in Patrem, & iuris violatorem in Iudicem?

Quod autem attinet ad imprudentia, immodeſta, immoderata, & conturbatiua verba, non debet primo attendi, ſi ſit culpa lætalis in Prælato, quia ſufficit eſſe ex ignorantia, imprudentia, & ineptitudine, nam cum debeat prudenter, & compo-

ſitè

ſitè in Communitate agere, ſi minus debito ſuo reſpondeat, admoneri, ac corrigi debet, ac de ad ſuum officium, ſpectantibus, edoceri. Sic artifex, qui opus ſuſciperet, ſi non ſecundum artem operaretur, deberet de ſuis erratis admoneri, etiam ſi errando, non peccaret mortaliter. Secundo has culpas conijciendas eſſe ex communi Religioſorum more, vt ille malè loqui, & imprudenter agere dicatur, qui non ſecundum morem Patriæ, & moralis diſciplinæ regulas ſequeretur, ſed mundano, & ſæculari more verba effutiret, minus honeſtè, & religioſè loquendo non conſiderando locum, tempus. & perſonas, cũ quibus verba habeat. Quod, quia ſub certis regulis comprahendi non poteſt, audientium iudicio, & ſuperioris arbitrio relinquendum eſt. Mos enim caſtigare ſolet Idiotiſmos linguæ, qui alibi, & alio tempore ex honeſtatis methodo exorbitarent. Et illud turpe habendum eſt, quod audientibus turpe videtur. iuxta illud Horatij. Loquendum iuxta mores patriç, & temporis

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere cadentquè
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.

Vnde meritò in *l.anniculus. & in l.in vſu ff. de verb. ſignif* dicitur *Communis vſus loquendi proprietate potentior eſt.* Et in hac ſerie repono verba ſcurrilia, nam vt inquit in *Conſtit. monaſt. cap.13. Baſilius, Vitandæ omnes omnino facetiæ, & ſcurrilis dicacitas ſunt.* Imò è Republica Chriſtiana exterminandæ, vt ſenſit *Clem. Alex. lib. ſecundo pedagogiæ cap. quinto.* Vt nequidem audiantur. Vnde ſubinfert *Abſurdum eſſet, quorum auditores eſſe, prohibitum eſt, eorum imitatores inueniri, multò autem eſt abſurdius ſtudere, vt ipſe ſis ridiculus.* hoc autem maximè ſi in publico, ſermocinando, culparum Capitulum tenendo fiat. Repono etiam rudem, & imperitum modum ſermonem ad Fratres habendi, itaut potius ridendi, & irridendi, quam attendendi materiam ſubditis præbeat. Nulla hic lucet prudentia, nulla modeſtia, dum ſcilicet quidquid in buccam venit, effutitur. Non quod velim neceſſariò Oratorem, & Concionatorem. ſed ad minus vt appoſitè, & opportunè loquatur, hiſtorias falſas non proferat, ſcripturam ſacram non inuertat, ſtomacum non prouocet, nauſeam auribus non iniiciat. *Vt cuius debet eſſe ſcientia cautela ſermonis,* vt dixit *Caſſiodorus Variar. lib.6. ep.5.* ſaltem non educat de caula pectoris per clauem ignauis inſcitiæ, vaſa paſtoris ſtulti, vt inquit *Hieron. in cap.11.* Facetię & Surrilitas.

Zacchar. ſed vt dixi, prudentis ſuperioris iudicio, hæc omnia reſeruantur.

Quæſtio X. diſponit Statutum n.47. *Qui Prælato ſuo in culpa, vel in menſa, in Communitate, non habita prius ab illo licentia, reſponderit, voce actiua, & paſſiua per triennium priuetur, & Prouincialis arbitrio carceribus mancipetur*. Super quo quæritur primo Quid ſi Prælatus culpam auſcultaret, vel menſam teneret extra Capitulum, & communitatem, puta in ſecunda menſa? ſecundo an ſufficiat licentia præſumpta, & petita, & nõ obtenta. tertio aliquando teneatur Prælatus illam concedere. quinto. An ſubditus poſſit petere licentiam reſpondendi.

Communitas quid.

Reſpondeo primo, cũ Statutum dicat, in *Communitate*, ſignũ eſt, non diſponere pro extra Communitatem. Eſt enim odioſa. Communitas autem, quæ hic tangitur, eſt Congregatio Fratrũ, vel ad Capitulum, vel ad Refectorium. Eſt autem duplex. prima, & ſecunda *c.3.* §.5. *ſtatut. n.* 4. *In victu, & veſtitu Communitatem omnes ſeruent, ita quod eiſdem pane, vino, & obſonio, in communi menſa vel prima, vel ſecunda veſcantur*. Itaquè ſecunda menſa etiam venit ſub nomine Communitatis, qui etiã ad illam plures conueniunt. Nam licet verbum *Commune* omnes, vt plurimum ſignificet, vt lex *commune præceptum appellatur l.1.ff. de leg.* & aer, & aqua, & mare, & Littora communia. id eſt omnium ſunt. *l.2. & 3.ff. de rerum diuiſ. & Inſtit. eodem tit. in princ.* attamen commune, ſiue Communitas aliquando, non ad omnes, ſed ad plures ſpectat. *l. 46.ff. de ritu nuptiarum*, Hinc communia veſtimenta, quibus vir, & vxor vtuntur. *Vlpian. l. veſtis 23. ff. de auro, & argento*. & communia prædia, ædes, ſepulchrum, officium, ſeruus, hæreditas, fundus &c. ex *Briſſonio*, & legibus. Quæ omnium eſſe non poſſunt, ſed plurium, ſaltem duorum, quia minus quam inter duos Communitas iniri non poteſt. Eſt enim verbum relatiuum. Hoc dixerim, vt ſciremus Communitatem in ſenſu ſtatuti appellari non tantum vbi omnes, ſed etiam vbi plures, ac etiam vbi duo ad minus Fratres in loco, & hora refectionis cummunis conueniant. Dixi in loco, & hora, quia ſtatuta ſunt hęc in Religione, vt poſt primam menſam, qui reſidui fuerint, ad ſecundam conueniant, ſiue ii ſint plures, ſiue pauciores. Quod ſi extra illud tempus alii ex occaſione ad comedendum conueniant, non dicentur facere cõmunitatẽ, & cõſequẽter nec in rigoroſa diſpoſitione ſtatuti venire.

Reſ-

Reſpondeo ſecundo, licentia ad reſpondendum debet eſſe expreſſa, & obtenta, & non ſufficit tacita, aut præſumpta. patet ex illis verbis, *non babita prius ab illo licentia*. Eſt enim doctrina communis, apud *Portel verb. licentia num.* 2. *Sanchez de matrim. diſp.* 35. *num.* 16. quod vbi in ſtatuto requiritur licentia cum effectu, non ſufficit tacita, & præſumpta, vel interpretatiua. ſed requiritur expreſſa, & obtenta. Nulla enim præſumptio cadere poteſt de loquendo, vbi non tantum lex, ſed etiam ipſe Prælatus intendunt expreſsè ſilentium. verbum namque *babita*, dicit actualem rei poſſeſſionem, & dominium, vt *Vlpianus in l. ſtipulatio ff. de verb. oblig. Nam babere dicimus eum, qui rei Dñus eſt, & eũ, qui Dñs quidẽ nõ eſt, ſed tenet.* & *cũ effectu accipiẽdum eſt*, vt idẽ *l. nomẽ filiarũ § fi. ff. de verb. ſignif.* ſic *babita ſententia* accipitur pro lata, & dicta *l.* 21. *ff. de iis, qui notantur infam.* & *babere*, & *detinere* idem ſunt *l. officium ff. de re vend. & l.* 1. *ff. de vi, & vi armat.* & *babere eum dicimus, qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur.* ſiue ipſe opus fecit, ſiue conduxit, ſiue emit, ſiue quolibet alio modo adquiſiuit. Idem *l. Prætor ait ff. ne quid in loco*, & alibi ſæpe. & licet in iure diſtinguantur *Habere, tenere, poſſidere*, quia habere ad ius, tenere ad factum, poſſidere ad vtrumquè ſpectat, attamen *babere* abſolutè ſumptum eſt iure dominij poſſidere. dicta *l. ſtipulatio* 38. *§. babere, ff. de verb. oblig.* ex quibus patet ius verbi *babita prius licentia* id eſt conceſſa, & iam obtenta. Quod enim præſumitur, non tenetur & patet ex inconuenienti, nam ſi valeret præſumptio fruſtraretur ſtatutum, & illuderetur Prælato in re grauiſſima, qualis eſt in ſuo Tribunali culpas ſubditorum repræhendere, & corrigere, nam quilibet poſſet præſumere licentiam, & tacitè habere illam, etiam inuito Prælato, & renitente.

Subditus in culpa reſponderenô debet Prælato, ſine licentia expreſſa.

Habita, dicit actualem poſſeſſionem.

Habere, Tenere, poſsidere

Reſpondeo tertio, Prælatus talem licentiam in nullo caſu, concedere tenetur, poteſt autem ex æquitate, & honeſtate. Ratio eſt, quia ſi teneretur, poſſet ſubditus tanquam ſibi debitam arrogare, etiam inuito Prælato, quia debitor appellatur *à quo inuito pecuniã peti poteſt l* 108. *ff. de verb. ſignif.* nam vt inquit *Cicero in Paradoxis nil quiſquam debet, niſi quod eſt turpe non reddere*, & *debet* neceſſitatem importat *l.* 1. *ff. de edend.* etiamſi aliquando denotet honeſtatem, *Io. Andr. in cap fin. de iure calculi ver. partẽ illam*, & notatur in *c. intelleximus verb. debet de Iudic.* Quare poteſt ſuperior concedere talem licentiam in aliquo caſu, vbi reſpõſio ad veritatis, & charitatis commendationẽ euaderet.

Prælatus non tenetur concedere liceñtiã reſpõdẽdi.

Debitor.

Reſpon-

Reſpondeo quarto, ſubditus poteſt petere licentiam reſpondendi. quia diſponente ſtatuto, quod reſpondere non poſſit, niſi habita licentia, & licentia haberi non ſoleat, niſi petatur, infertur, integrum eſſe ſubdito dictam licentiam petere. ex illo principio, conceſſo fine conceduntur media, & conceſſo principali conceditur acceſſorium *c. quod te de cler. coniug. c. ſi diligenti de for. compet. c. de prudentia de donat. inter virum, & uxor cap. inter dilectos de fide inſtrum. l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. l. quidam de re iudic. l. cum principale de regul. iur.* Eò vel maximè vbi acceſſorium ſine fine principali haberi non poteſt. vt fusè probat, *Damaſus vetuſtiſſimus author, regul. 23. relatus lib. 3. regularum iuris ciuilis, & pontificii in verb. conceſſo.*

Conceſſo fine, & principali conceduntur media, & acceſſoria

Sed quid ſi ſubditus petens reſpondere, & non obtinens, ſubmurmuret, & prohibitus reſpondere, dicat, *ego non reſpondeo*, & dicente Prælato, *Tace*, dicat, *ego taceo ſed loquar poſtea*, vel ſimilia alia verba irriſoria, an ſit reus ſtatuti.

Reſpondeo affirmatiuè, quia iam ſine licentia loquitur, & reſpondet, cum qualificatione pertinaciæ, irriſionis &c. non enim dicit ſtatutum, quod non reſpondeat ad ſibi obiecta formaliter, ſed *ne reſpondeat*, quidquid dicat, vel effutiat. fundatur quippe ſtatutum in religioſa maieſtate Prælati, in humili ſubiectione ſubditi, in diſciplinæ regularis obſeruantia. Quibus obuiant quæcumquè verba illa ſint. Ideo tali, vel quocumquè alio modo loquens, dum ſuam culpam dicit Prælato, eſt in formali diſpoſitione ſtatuti. in qua eſſet, etiamſi orationes interim recitaret voce intelligibili, quia hoc eſſet ſuperiorem ſpernere, & ipſius dictis non attendere.

Quæſtio XI. An ſub hac pœna compræhenderetur, qui alium incitaret, vel conſuleret reſpondere Prælato?

Reſpondeo affirmatiuè. ex claro textu. *l. Iniuriarum §. 8. ff. de iniuriis, feciſſe* (inquit) *conuicium non tantum is videtur, qui vociferatus eſt, verum is quoque, qui conuitauit ad vociferandum alios, vel qui ſubmiſit, qui vociferarentur. & c. ſi quis tam fœminam, de pœnit. diſt. 1. quæſt. 3.* vbi dicitur *Non ſolum is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt, qui percuſſit, verum ille, quoquè continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit, vt cui mala pugno percuteretur.* qui textus cum vnam contineant rationem ſcilicet cauſam iniuriæ, quæ poteſt eſſe principalis, & acceſſoria, inſtrumentalis, coadiuuans &c. & in effectum influens, debet etiam ſubiacere punitioni, ſicuti damno, & culpæ ſubiacuit.

Conſulēs alicui reſpondere in culpa puniri debet.

Quini-

Quinimo acrius puniendus eſſet, qui reſpondere conſuluit, & ſuaſit, quam qui reſpondit, quia iſte poteſt releuari ex repræhenſionis acrimonia, ille autem qui conſuluit, ſolam malitiæ maculam habet.

Sed quid ſi conſuluit quidẽ, attamen effectus ſequutus nõ fuit?

Reſpondeo ex eadem l. iniuriarum §. 10. *ſi curauerit fieri, non tamen factum eſt conuicium, non tenebitur*. In delictis namquè ordinarijs leges ciuiles conatum non puniunt. nos autem, qui peccata etiam venialia, & vitamus, & punimus, debemus extra ordinem ſtatutorum in hæc mala, & ſeditioſa conſilia animaduertere, per pœnam ſcilicet arbitrariam, delicto conformem.

Quæſtio XII. Actio iniuriarum, quantum temporis durat?

Actio iniuriarum an præſcribatur.

Reſpondeo in hoc opere *cap. 1. fine* multa tradidimus circa delictorum præſcriptionem. nunc autem de iniurijs agens, dico, hanc actionem extingui anno. Ita ut tranſacto anno iniuriatus in iniuriantem amplius agere non poſſit, eſt clara doctrina *Clari §. iniuria verſ. tollitur autem actio.* qui citat *gloſ. in l. ſi non conuicii C. de iniur. Ruinum, Plazam, & Baiardi eius Additionatoris, qui citat Capoll. Suarez, Boerium, Rotam Romanam, Baldum, Socinum*; ſed quia circa iniurias agi poteſt ciuiliter, pro intereſſe partis, & criminaliter, ad punitionem, diſtinguit, præſcribi anno actionem criminalẽ, non vero ciuilem. puta, ſi quis vulneratus fuiſſet, & intra annum non conquæritur de iniuria, poſt annum agere non poteſt, at pro damno illato, & expenſis factis etiam poſt annum agere poteſt, etiamſi de vulneratione ille punitus fuiſſet. Extendit tamen dictum *Baiardus* ad actionem ciuilem, dummodo intra annum lis conteſtata non fuiſſet, quia tunc præſcriptio non currit, idquè probat ex *l. ſi non conuicii Cod. de iniuriis*, & alijs, sãcta quidẽ cautio, ne lites perpetuẽtur. quod ſi hoc fit inter ſæculares multò, magis valere debet inter regulares.

Quod limito, niſi iniuriatus non habuerit commoditatem querelandi actorem, & expectauerit Prouincialem, aut Viſitatorem, idquè non faciat ex odio ſed ex zelo diſciplinæ, ne regularis obſeruantia peſſundetur, & iniurioſi compeſcantur, tunc puto recurrendum eſſe ad traditam in primo capitulo doctrinam de delictorum præſcriptione, ad quam in hoc caſu me remitto. Monens iniuriatos, vt imitentur manſuetudinem Chriſti Domini *& eiuſdem ſequantur veſtigia, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius qui cum malediceretur, non maledicebat, cũ pateretur nõ cõminabatur, tradebat autẽ iudicãti ſe iniuſte, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ &c.* 1. Petr. 2.

CAPI-

CAPITVLVM XIV.

De Pœnis Minantium, Percutientium, Vulnerantium, Occidentium.

A Verbis ad facta deſcendimus, quibus proximus iniuria afficitur, incipiamus à minoribus.

Quæſtio prima. Quid circa minas Statutorum ſit?

Reſpondeo in eodem *cap.* 7. §. 5. *numer.* 51. diſponitur. *Qui Fratri, vel alteri minabitur in perſona, probationis capucium per menſem deferat, & carceri mancipetur*. hic ſunt duæ præcipuæ difficultates, prima, an minas in abſentem intentare ſub hac pœna comprææhendatur, ſecunda. An carcer Minanti præſcriptus, debet extendi ad menſem.

Minæ ſūt metus incuſſiones. Pro prima ſciendum eſt ex *Bart. in l.* 1. § *quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur* Minas, ſeu comminationes eſſe metus incuſſiones, quæ per verba, aut ſi ſigna fiant, exemplum ponitur in *l.* 2. *C. tit* 20. *l. ſi donationis ibi, metu mortis, vel cruciatu corporis, vel capitales minas pertimeſcendo*. Quo loco capitales minas appellat, quæ in caput, & vitam intentantur, quæque iuſtum metum incutiunt, & contractus nullos efficiunt. Vide ſimilem titulum *in l*, 1. *decretalium tit.* 40. Porro Statutum in allegatis verbis agit de minis intentatis per verba, & per aliquem corporis motum, nam infra diſponit de eo, qui manum leuaſſet. Puta dicendo, ſi non receſſeris, aut dederis, aut dimiſeris, hæc faciam tibi, & hæc addam &c. vel ſubmurmurando, & toruo aſpectu inſpiciendo, aut corpore in alium inſurgendo rictu oris, vel fremitu inſiliendo, prout inſana cordis accenſio ſubminiſtrat. Hoc genus minarum prohibetur, & punitur hoc loco. Cum autem dicatur *Minabitur in perſona*, de illis minis tantum intelligitur, quę coram fiunt, non abſenti, nam ſermonem habet de iniuriis, quę præſentibus inferuntur. Quare ſi quis in abſentem comminaretur verbera, puniendus quidem eſſet pœna arbitraria, non Statutaria, quæ pacificam, & fraternā conuerſationem intendit. Ex maledictis enim, quæ in abſentes iaciuntur, non ſolent ſcandala oriri, ſed maximè ſi præſentes

Minæ capitales.

tes

tes iniurijs, & minis inceſſentur. tunc *ira impedit animum, ne poſſit cernere verum*, & coniuncti titiones ignem excitant, quem ſeparati fouere non poſſunt.

Pro ſecunda, licet arbitrio iudicis ſtet carcerationis extenſio, attamen attendi debet antecedens pœna, ſcilicet *capucium probationis*, id eſt, quo vtuntur Nouitij. Vt qui irreligiosè procedit, ſciat ſe adhuc eſſe moribus ſæcularem, qui probari, & in patientia erudiri oporteat. Iſta tamen pœna, & ſi profeſſis ſit conſiderabilis, attamen non eſt adeo grauis, vt carceri comparetur, quia vt ſuo loco diximus, carcer formam habitus detrahit, & priuationem, ac infamiam irrogat. Quod non facit probationis capucium, ſi igitur minor pœna ad menſem extenditur, maior non debet eandem extenſionem habere, cum pœna eſſentialis, (vt ita dicam) in comminantes, ſit capucium probationis. & altera ſit addita ad bene eſſe, vt ſuppleat prioris lenitatē nō quod libitū ſit Prælato, vnā, aut alterā irrogare quia nō eſt alternatiua, ſed copulatiua diſpoſitio, & *carceri mācipetur*. Sed quia datur optio Superiori plus, vel minus, agēdi pro qualitate minarū, ordinariè carcer nō debet eſſe mēſtruus, ſed aliquorū dierū, & fortaſſe ſi leuis fuerit comminatio, poterit remitti. Sicuti ſi grauiter comminatus fuiſſet, vel cum ſcandalo, vel ſæculari inſigni, vel Patri Ordinis, & graui, maximè ſi comminans eſſet infimæ plebis, & ſolitus delinquere, poſſet etiā Prælatus ad mensē, & vltra extendere carcerationē, habet enim arbitriū ex indiffinito modo loquēdi, ſed in his omnibus attēdi debēt perſonæ, loca, tēpora, occaſiones, quæ morales culpas augēt, minuuntquè & ſuper omnia reſecare naſcentes ſpinas in radice, quia ſi minantibus timor incutiatur, non erumpent verbera, vulnera, occiſiones. Zelus, iuſtitia, charitas Religionis, & fratris docebunt prudentiam.

Quæſtio ſecunda Dicente Statuto, *ſi manum leuauerit. vel aliquid ad percutiendum acceperit, probationis capucium, & carceris pœnam per tres menſes ſubeat*. Eſt quæſtio, an intelligatur de leuatione manus, ad percutiendum, an vero ad aliquod accipiendum?

Reſpondeo primo, Intelligitur de eleuatione ad percutiendum, quia iam ſubiungit, *aliquid ad percutiendum acceperit*. Ergo antecedens eleuatio, non ad accipiendū, ſed ad percutiēdum ſpectat. Veluti ſi quis ira percitus, in fratrem inſurgat. Leuare manū ad percutiēdum.

& ma-

& manum, aut pugnum extendat, veluti illum percuſſurus, etiamſi non percutiat, vel quia alter ſe ſubtrahit, vel quia ab aliquo detinetur. Nequè hic obijci poteſt, quod non puniatur conatus, vt de generali conſuetudine teſtatur *Clarus quaeſt. 92.* cum authoribus ab ipſo plena manu adductis, & confirmant eius additionatores. Quia punitur etiam, quando per ſtatutum, & legem cauetur. vt ijdem affirmant, *verſ. ego autem dico ſic*, & licet vniuerſaliter introductum ſit per omnes curias, quod conatus non puniatur, id intelligendum eſt, de pœna ordinaria: nam de extraordinaria certum eſt, quia cum ſit malum, & peccatum, emendari debet. Præterquam quod leuare manum ad percutiendum, in Religioſo, iam eſt delictum conſummatum contra modeſtiam, & compoſitionem, etiamſi non ſit conſumatum contra verberationem.

Conatus ad percutiendum an punibilis.

Reſpondeo ſecundo, id quod ad percutiendum accipitur debet eſſe proportionatum pulſationi, & percuſſioni, alias non induceret pœnas, quæ irrogantur ob percuſſionem, ſi enim acciperet aquam, vel lutum, aut atramentum, non incideret in pœnas ſtatuti, quia his non percutimus ſed fœdamus. ſcio differentiam inter *pulſare.* & *verberare*, non ſolum ex *l. 5. ff. de iniuriis* ſed etiam ex *Valla* nimirum *verberare* eſt cum flagello, & verbere cedere, *pulſare* ſit cum graui, & vehementi ictu, ſiue gladiis, ſiue lapidibus quis vſus ſit, ſiue ſcipione, ſiue pugnis, nullus autem dixit aliquem verberari, pulſari, cędi, percuti aqua, atramentoquè, ſed perfundi, nequé luto, ſed fœdari. niſi quis accipiat denſum lutum, ad modum lapidis, vel vas aqua, vel phialam atramento plenam, illaquè proijciat, quia in his caſibus eſſet legitimus percuſſionis, & pulſationis ſenſus. Cum hoc tamen ſtat. vt qui aquam, vel lutum, aut aliud liquidum in fratrem iaceret, ſine dubio eſſet excommunicatus, vt eſt ſententia omnium in *c. ſi quis ſuadente diabolo 14 quaeſt. 1.* & grauiter puniendus, tanquam grauem iniuriam irrogans, alia pœna, quæ ſuperaret has, quas in hac quęſtione examinamus.

Pulſare. Verberare.

Dices quid iuris, ſi acciperet Crucem, vel Crucifixum, aut reliquiam &c. illaſquè niteretur in alterum proijcere, vel illis percutere?

Reſpondeo eſſet puniendus, & tanquam percuſſor, & tanquam ſacrilegus, et in Deum, ac ſanctos impius. deberetque apud S. Inquiſitionis tribunal ſiſti, vt qui male ſentiat de reliquijs, & veneratione Sanctorum. Quia ſi ſpectant ad Inquiſitores

res conſpurcantes, & percutientes ſanctas imagines, vt ex mulris docet *Dian.p.tr.4.tractat.7.reſolut.9.* etiamſi id faciant ex iracundia. & qui ſpernerent campanas, vt idem dicit ibid. tract. 8. *reſol.* 103. & qui in perſonas deſeruientes Inquiſitioni iniurijs afficerent, *Ibid.reſolut.*90. multò magis, qui Cruce, aut Crucifixo alium percuteret. non enim poteſt hoc fieri ſine ſumma iniuria. Fœdare ſanctas imagines ad S.O. ſpectat.

Reſpondeo tertio; patere ex verbis ſtatuti ſuperioris dubii reſolutionem de extenſione carceris, nam hic leuans manus, & aliquid ad percutiendum accipiens condemnatur ad capucium nouitiatus, & ad carceres per tres menſes, ergo ſignum eſt, vbi talis reſtrictio non additur, remanere ad ſuperioris arbitrium.

Quæſtio III. dicit ſtatutum, *Qui leuiter percuſſerit, idem capucium per annum gerat, & carceretur ad libitum ſuperioris. ſi verò grauiter percuſſerit, vel ad grauiter percutiendum lapidem vel baculum acceperit, vel proiecerit &c.* ſuper quo dubitatur, quæ ſit leuis, quæ grauis percuſſio. Item quomodo cognoſci poſſit intentio ad grauiter percutiendum &c.

Reſpondeo primo, venanda eſt terminorum notitia ex iis, quæ diſputant Canoniſtæ in *c. ſi quis ſuadente diabolo*, vbi abſolutio percutientis clericum ſpectat ad Papam, niſi fuerit leuis, & hac occaſione examinant, quæ ſit percuſſio leuis, quæ mediocris, quæ grauis. refero doctrinam ex *Bonac. de excommunicationibus particul. diſp.2.quæſt.3.punct.6 ſect.5.a num.*8. & licet morale iſtud indicium prudentis viri diſcuſſioni remittatur, dicit tamen leuem percuſſionem illam iudicandam eſſe, quæ ſit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, lapide, quæ nullam maculam, vel ſigillationem carnium relinquit vel quæ ſit abſque abſciſſione membri, ſiue effractione dentis, ſine euulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. & citat *Nauar.* apud quem refertur extrauagans *Io.22. Molinam, Sairum, Philiartum, Filliuccium. Suarez, Reginaldum.* Niſi ex qualitate perſonæ euaderet grauis, vt eſſet alapa in faciem alicuius perſonæ impacta, quia tunc non eſſet leuis, ſed grauis percuſſio. Leuis percuſſio. Mediocrem autem dicit, quando dens extraheretur, capillorum copia euelleretur ſigillatio carnis relinqueretur, ſanguinis copia funderetur. & grauem, quæ ſit coniuncta cum graui læſione, vel graui iniuria, v.g. membri mutilatione, magna ſanguinis effuſione, quæ a naribus non proueniat, magno vulnere, aut ictu, etiamſi parum ſanguinis effundatur. Vel quæ fiat in ſuum Mediocris percuſſio. Grauis percuſſio

Supe-

Digitized by Google

Superiorem, vel Prælatum in dignitate conſtitutum, vt Epiſcopum, Abbatem, Priorem, ſiue Prouincialem, Commiſſarium, Guardianum, Diffinitorem, Procuratorem ordinis. niſi extenuaretur ex paruitate percuſſionis. Vel quando percutitur in publico, in clauſtro, in Eccleſia, coram ſæcularibus, Prælato, Iudice, vel alia perſona in Eccleſiaſtica dignitate conſtituta, vel ſacerdos, aut diaconus &c indutus ſacris veſtibus. Vel quando alapa in faciem grauis perſonæ impingitur. Addo

Atrox iniuria. verba *l. Prætor edixit* §.7.*&* 8.*ff. de iniuriis*. *Atrocem iniuriam quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam, aut perſona, aut tempore, aut re ipſa fieri, Labeo ait. Perſona atrocior iniuria fit, vt cum magiſtratui, cum parenti, patrono fiat. Tempore, ſi ludis, & in conſpectu: nam Prætoris in conſpectu, aut in ſolitudine iniuria facta ſit, multum intereſſe ait, quia atrocior eſt, quæ in conſpectu fiat, re atrocem iniuriam haberi, vt puta ſi vulnus illatum, vel os alicui percuſſum, & l. ſequenti*, quæ eſt *octaua*, dicitur *Vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percuſſo*: Quod dixerat *Iuſtinianus inſtit. de iniurijs* §. *atrox iniuria*. Vniuerſaliter enim *atrox* ſignificat quid magnum, & excedens, vt

Atrox. atrox conſilium, atroces fures, atrociter verberandi ius habere, atrox perſona, atrox ſententia, atrox ius, atrox iniuria, vt apud *Io. Caluin. in lexico Iuridico*, vt ſciamus quomodo metiri oporteat atrocem percuſſionem, vulnus, iniuriam &c. & *leue* ſumitur

Leue. pro paruo, & mediocri, vt *quod leuiter pulſauerit, vel emendauerit* dicta *l. Prætor* §. *præterea ff. de iniurijs*, ex quo intelligitur vis

Leuiſſima. verbi *leuiſſima* quæ importat minus paruo, *vt leuiſſima libertatis conditio, leuiſſima ſcriptura*, apud eundem. qua ſcilicet minor, moraliter, nihil eſſet. Debent autem iſti gradus offenſionis, & percuſſionis accipi relatiuè ad alterum, vt leuiſſima ſit reſpectu leuis, & leuis reſpectu grauis, & grauis reſpectu atrocis &c. quia (vt aduertit *Bonaccina loco citato*) non appellatur leuis, & leuiſſima quaſi ſit peccatum veniale, quia ſupponimus omnem percuſſionem promanare ex odio, contemptu, & iniuriandi animo, non caſu, non ioco, non inaduertentia. quia ſi percuſſio non ſit peccatum mortale, nec excommunicationem, nec punitionem importabit. & cum puniantur pœna carceris, quæ infamiã irrogat, vanum eſſet putare, quod leges ferantur de peccatis venialibus, vel de non peccatis. lege circa percuſſionem grauem, & leuem *Rod. tom.* 2.*q.*33.*art.*2. qui in ſuo Bullario *fol.* 100. refert

extra-

Extrauag. *Io.* 22. quam edidit ad petitionem Frattum Minorum. *& Portel. verſ. manus violenta. in Add. numer. primo. ſecundo & tertio.*

Reſpondeo II. animus,& inténtio ad grauiter percutiendum cognoſci debet ex actu, motu, geſtu, iracundia, & ex inſtrumento,quod aſſumitur ad percutiendum,vt exemplificat ſtatutum, *Vel lapidem, vel baculum acceperit, & proiecerit*. His enim inſtrumentis leuiter percuti non ſolet. Et animus,qui ſoli Deo cognitus eſt,per coniecturas cognoſci debet, vt ex ſcribentibus multis firmat *Clarus §. homicidium. Verſu ex propoſito dicitur committi homicidium.* Animus ad grauiter percutiẽdũ vnde cognoſci poſſit.

Si inſtes; poteſt accidere, vt qui aſſumpſit lapidem, vel baculum ad percutiendum, interim pœniteat, & minetur ſolum, non tamen percutiat, vel leuiter percutiat, ergo talia indicia reſolutum animum grauiter percutiendi non indicant. Cuiuſmodi firmat caſum *Clarus* loco mox citato *verſ. dicitur etiam culpoſum*. Quod ſi quis habens enſem, percutiat pomo enſis, vel ſi habet Roncã percutiat cum haſta, non dicitur habuiſſe animum occidendi, ita etiam apparebit in prima facie animus grauiter percutiendi, qui talis non eſſe poterit.

Reſpõdeo,Statutum punit grauem percuſſionem, & actionẽ illam exteriorem ad grauiter percutiendum directam,v.g. lapidis,vel baculi aſſumptionem, & iactum,etiamſi non ſolum leuiter percutiat,ſed nec percutiat quidem, puta quia alter ſe defendit, vel iræ locum ceſſit. Nec noſtrum eſt timari profunda cordis. Quando autem leuiter percuteret, non propterea fit, vt indicia non ſint grauiter percutere volentis. Conſulerem autem, ex poſita *Clari* ſententia, & ipſum Commentantibus, mitius agendum eſſe, cum taliter percutiente, quia ſi indicia aperiunt animum, multo magis aperiet effectus, qui fuerit leuis.

Inſtabis vlterius, ſi percutere indiciatus, id non fecit vt percuteret,ſed vt alium in fugam ex timore injiceret,quid iuris?

Reſpondeo puniendum eſſe tanquam grauiter percutere volentem. Caſus eſt expreſſus *l.* 10. *ff. de iniuriis*; & canonizatus *cap. ſiquis. de pœnit. diſt.* 1. *q.* 1. in hęc verba. *Si quis pulſatus quidem non eſt, verum manus aduerſus eum leuata, & ſepè territur eſt quaſi vapulatus, non tamen percuſſit, vtili iniuriarum actione tenebitur*. metus ehim ille,pulſationis ſpecie incuſſus, pulſationi æquivalet, & iniuriam irrogat. Alium in fugam vrgens tãquam percuſſor habendus.

f Inſta-

Inſtabis III. cum leuis percuſſio ſit, quę manu, pugno, pede &c. fit, an qui diu alterum pugnis impetiuerit, eiuſquè ventrē, & præcordia contuderit abſque ruptura, liuore, macula. Sit de leui, an de graui puniendus? Item ſi pede alium percuſſerit, ſed ligneo ſocco calceatus, vel manu ita fortiter in tempora pugnum adegerit, vt ſemimortuus percuſſus ceciderit, vel manu armata aliquo duro inſtrumento, vt annulo, vel lignea groſſiori corona, an tales percuſſiones inter leues, an graues cenſeri debeant?

Percutere manu quando inter graues percuſſiones numerandum.

Reſpondeo inter graues, quia non eſt leuis, quę fit pede, vel manu armata, vel ita validè inferatur, vt vltra leuitatem noceat. Ponit enim caſus aliquot *Baiardus ad Clarum* §. *homicidium num.*8. nimirum ſi quis pugno aliquem interfecerit manu vacua, punitur, ac ſi gladio occidiſſet. *l. ſi qua actione* §.1 *ff. ad l. Aquiliam.* & licet minus puniatur percutiens manu vacua, quam armata, tamen ſi idem effectus ex vtraquè proueniat, eodē modo puniendus eſt, quia in offenſionibus æſtimatur effectus, qui commutatiuam iuſtitiam reſpicit.

Percutiētes ſe inuicem vt puniendi.

Inſtabis IV. duo contendent, & ſeipſos inuicem pugnis, vel baculis contundent, neſcitur autem quis eorum rixam cœperit, vterquè tamen ſe prouocatum, & inuaſum dicet, & ad defenſionem feciſſe profitebitur, quis puniendus? an vterquè? an nullu?

Reſpondeo, rixa eſt duorum, vt plurium vi contentio. *l. fin. ff. Rixa de bon. rapt.* & notatur in *l fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* quæ ex improuiſo procedit, nō data opera *l.* 1. §. *Diuus ff. de eod. & l.* 3 *ff. de vi priuato.* Author autem rixæ ille cenſetur, qui fecit, dixit, aut facere tentauit aliquod illicitum, ex quo veriſimiliter ſequi poſſet delictum ſubſequutum. *Bart in l. Diuus. ff. ad leg. Cornel, de Sicar.* Nam delictum incipit, qui delinquentem ad iram prouocat. *Bald. conſ.*43. Quod ſi aliquis rixæ cauſam dedit, & in illa ſequutum eſt homicidium, præter ſuam intentionem, non debet puniri pœna ordinaria mortis, ſed extraordinaria arbitrio Iudicis, quia ipſe verè non commiſit homicidiū, & ſibi omnino fuit inuoluntarium. *Deciſ. Pedemontana* 104. *per totam.* In caſu autem, quod nō conſtet, quis fuerit aggreſſor, ac rixæ author, diſputant *Alciatus in tract. de præſumpt. regul* 3. *præſumpt.* 39. *Decius conſ.* 459. *Boer. dec.* 237. *Grauet. conſ.* 151 *Cepolla conſ.* 29. *Gram. voto* 22. *& conſ.* 62. *Menoch. de arbitr. caſu* 363. *& præſumpt.* 39. *lib.* 5. *Vulpella conſ.* 118. In dubio

bio (inquit Crauetta præſumitur contra occidentem, quod fuerit aggreſſor,& dolo fecerit,& in paritate rationis,præſumeretur incœpiſſe ri am, qui alium magis malè tractauiſſet. Sed poſito, quod non reperiatur exceſſus, condemnare vtrumque ad pœnam ordinariam (inquit *Baiardus ad Clarum* §.*homicidiũ num*, 142.) eſſet condemnare innocentem,& addere afflictionẽ afflicto. Vnde ſentit neutrum teneri ad pœnam conuentionalem de non offendendo,ſi cautionem dediſſent. Verum placet contraria opinio, quæ fauet bono publico, nimirum, quod puniantur ambo pœna ordinaria, ne delicta impunita remaneant. Et ſcandaloſum eſſet, ac peſſimi exempli, ſi duo reperirentur Vulnerati, vel ad inuicem percuſſi, & nullus puniretur, cum conſtet vnum ex illis rixæ authorem, & procuratorem extitiſſe. Et contra vtrumquè adeſt indicium percuſſionis vtrimquè illatæ. Vnde vterquè reus cenſetur, & non innocens, & ſic vterquè puniendus. Sed antequam puniat, debet Iudex conſiderare circumſtantias, puta complexiones, conſuetudinem, deuotionis propenſionem, ſimultates, verba in aliis temporibus dicta, ætatem &c. Plus enim præſumitur de iuuene, impatiente, indeuoto, loquaci, inſolente, quam de ſene ſtudioſo, deuoto, patiente, ſolitudinis, & ſilentij amatore, non prouocatiuo &c. & quando caſus accideret, quod tormentis vti oporteret pro eruenda veritate, incipiendum eſſet à plus indiciato,& à deformi, vt ſuo loco dicetur.

Reſpondeo IIII. verbum percutere difformiter ſumitur in hoc Statuto; nam aliquando ſumitur pro percuſſione leui, dum dicitur *aliquid ad percutiendum acceperit*; & *qui leuiter percuſſerit*, aliquando pro percuſſione cum vulnere, & effuſione ſanguinis, vt ibi, *qui grauiter percuſſerit*. Et ſubiungit de ictu lapidis, & gladii eductione. Et clarius *qui pugione quempiam percuſſerit*. id eſt, vulnerauerit. aliquando pro percuſſione enormi, & mortali, ibi, *qui Prælatum localem gladio percuſſerit, & mors ſequuta fuerit*. Quare eſt veluti generica dictio, quæ contrahitur ad diuerſas ſpecies. Percutere

Inſtabis an in pœnas grauis percuſſionis incidat, qui aliquid ad percutiendum accepit, & niſus eſt iacere, non tamen iecit, impeditus, vel penitentia ductus?

Reſpondeo negatiuè ex Statuto dicente ſi vero grauiter *percuſſerit, vel ad percutiendum grauiter lapidem, vel baculum ac-*

ceperit, & proiecerit. Vbi acceptio, & proiectio copulatiuè ſe habent.

Contra. In ſequentibus verbis ſtatuti habetur. *Vel gladium, aut cuiuſuis alterius materiei Inſtrumentum eduxerit.* (& non ſubiungit. *& iecerit*. *ſemeſtri carceri mancipetur.* Ergo punitur ſola eductio.

Reſpondeo, de gladio, vel inſtrumēto ad feriendum parato, & apto verum eſt, de aliis ad hunc vſum non ordinatis, nequaquam. Quia lapis, & baculus ſępè in manibus accipiuntur, non animo offendendi, ſed gladius non educitur, niſi ex malo animo in rixas, ideo in illis punitur iactus, in iſtis eductio.

Quęſtio IV. ſubiungit idem Statutum, *qui arma offenſiua portauerit, vel in Calla. vel alibi tenuerit. ſemeſtri carceri mancipetur*. ſuper quo dubitatur, quæ ſint arma offenſiua, & defenſiua. Si liceat defenſiua portare, ſi offenſiua in aliquo caſu, ſi portauerit ſemel, an puniendus? ſi non portauerit ad offenſam, ſed ad vanitatem, ſolatium, animi gratia? ſi in cella retinuerit ad paruum temporis? Si non erant ad ſuum vſum, ſed ab amico ibi depoſita ad conſeruationē, & ne à Birruariis cum illis caperetur? Si repoſuerit alibi in Domo amici, ne à Viſitatore in cella reperirentur, cum intentione tamen illis nunquam vtendi, ſed debito modo diſtrahendi? ſi in domo conſanguinei non ſua arma, ſed illius ad ſuum vſum teneat, dicendo, *hæc piſtola*, ſeu *ſclopettum ſit pro meo vſu*?

Arma vnde dicta, & quę.

Reſpondeo primo Arma, quæ ab arcendis hoſtibus, vel ab armis, ſiue humeris dicuntur, ſunt omnia tela, fuſtes, lapides, gladii, haſtæ, frameę, rompheę, ſcuta, galeę, pugiones, enſes, ſicæ, vt *Spiegell. ex Vlpiano, Gaio, Feſto, & Paulo collegit*, clarè ſe cenſet *Iuſtin. Nouell.* 85. *c.* 4. *collat.* 7. *tit.* 15. vbi prohibet fieri, & vtendi arma, præter à deputatis. *Bonac. de Bull. cœna d.* 1. *quæſtion.* 8. *part. ſecunda numero* 2. 3. apud quem multi, *Theſaur. verb. Arma cap. ſecundo* fine, apud quem alij. *Practic. Papienſis fol.* 245. *colum. prima.* Armorum genera duo offenſiua,

Armorū genera.

& defenſiua. Licet *Angelus* impropriè arma dici putet, quæ offenſiua non fuerint. Quod à veritate, & communi conceptione, ac citata Nouella nimium diſtat. Offenſiua ſunt quibus alius vſus non eſt, niſi offendere, licet etiam ex accidenti defendant, vt cum pulſatus hoſtis abſcedit cuiuſmodi ſunt haſtæ, gladii, ſclopeti, bombardæ, baliſtæ, tela &c. Defenſiua autem, quorum principalis vſus eſt in defendendo, vt loricę, galeæ,

galeæ,ſcuta. *l.armorũ.ff. de verb.ſignif.l.3.§.armis.ff. de vi,& vi armata.* Panorm.*in cap.Clerici. de vita.& honeſt. Cler. Nauar. not.5.num.12.& 15.* Cultellus autem ad ſcindendum panem, & ad calamos aptandos,artiumquè inſtrumenta, nomine armorum non veniunt, quia communiter arma non appellantur, etiamſi cum aliquo ipſorum facillimè fieri poſſet, quod per arma offenſiua fieret. Eſt communis apud *Bonaccin. citatum numer.3.& 4.* apud quem multi Doctores citantur. Excipe, niſi gladius fuerit longior nimium ordinarijs, quo caſu ſub nomine armorum veniret. Cuiuſmodi ſolet in Prætorum edictis prohiberi. Et licet hæc ſit doctrina communis. Vnum tamen aduertere opus eſt, quod licet inſtrumenta artium, arma non ſint, id tamen intelligendum eſt, apud eoſdem artifices remanētia, quia ſi reperirentur apud alium, eius artis inexpertem, puta ſecuris lignarij in Cælla Clerici, acus prælonga acuminata, & manicata ſarctorum in cubiculo Sacerdotis, & alia huiuſmodi, nec docerent ad quem vſum illa retinerent, eſſent ſuſpecti de retentione armorum in Cælla. Quia quoad ipſorum delationem non dubito, quin pœnis plecti poſſint: Quia illa non deferuntur, niſi ad offendendum. Et ſi quis aliquod dictorum inſtrumentorum educeret, vt aſciam, dolabram, malleum &c. in rixa contra Fratrem, ſine difficultate puniendus eſſet, quia ſunt inſtrumenta apta ad nocendum, vulnerandum, & occidendum.

Reſpondeo ſecundo, etiam ſi Statutum de offenſiuis armis loquatur, & in rigoroſa acceptione in puncto iuris, puniri non poſſet, qui cum defenſiuis armis reperiretur, vel illa in cælla aſſeruaret, quia vt notauit *Baiard. ad Clar. quæſt. 82. num. 66.* Statutum prohibens portare, aut retinere arma, intelligitur de offenſiuis, non defenſiuis. Et qui ſtante hoc ſtatuto portaret arma ligata, non eſſet ſub pœna, quia non habet animum offendendi. Et hoc multò fortius tenendum eſt, cum Statutum regulare expreſsè dicat, *Qui arma offenſiua portauerit &c.* Hoc tamen non obſtante, puniendum cenſeo Religioſum noſtrum, qui arma defenſiua portaret, aut retineret, ſaltem extraordinariè. tum quia id maximè indignum Franciſcano foret, & ſcandalis plenum, tum quia arma in genere Clericis prohibentur. *capit. Clerici de vita, & honeſt. Cleric. capit. quicumquè.& cap. Clerici vigeſimatertia quæſtion, vltim.* etiam ad Eccleſiæ defenſionem, aut Patriæ. *capit, Fortitudo, & cap. vt pudem. 23. quæ-*

Religioſus tenéť in cælla arma defenſiua, an puniri debeat

Arma Clericis vetita

ſtion. 3 vbi Io. Andr. etiamſi tantum in Minoribus Ordinibus conſtituti ſint. *Ioan. Andr. in cap. petitio. de homic. numer. ſexto. cum Ioan. de Anania*, qui aiunt peccare mortaliter Clericos arma portantes, quia ſecus excommunicari non poſſent, & deponi, vt dicitur *dicto cap. Clerici. per Gloſſ.* & contra Monachos tenẽtes arma in Monaſteriis, eſt excommunicatio latæ ſententiæ in *Clem. ne in agro §. quia vero. de ſtat. Monachor.* quæ tamen non ligat alios Regulares, ſed tantum Monacos, & ſecundum aliquos, ſolos Monachos nigros, communior tamen habet ligari etiam albos. *Theſaurus verb. Arma capitul. 2.* apud quem alii. Et in Ducatu Mediolanenſi vetitum eſt omnibus Regularibus, ſub pœna excommunicationis, & priuationis, & inhabilitatis ipſo facto, ne in eorum Eccleſiis, & monaſteriis retineant arma prohibita, idquè à Sacra Congregatione Regularium. Sed ligat tantum in illo ſtatu. Neſcio autem, ſi nunc in viridi obſeruantia ſit. Hæc dixerim ad declarandam mentem Sacrorum Canonum, & Summorum Pontificum, circa Regulares arma portantes, & retinentes. Pugnat enim cum honeſtate ſtatus regularis, cuius arma eſſe debent orationes, & lachrymę 23. *queſtion. 8. capit. de Epiſcopis. & capitul. ſequenti.* Et Franciſcani, qui ob votum paupertatis ſolam tunicam cum capucio, & aliam ſine capucio pro indumentis habere poteſt.

Clericorum arma orationes.

Reſpondeo tertio cum *Clem. ne in agro. de ſtat. Monach.* vetans portare arma Monachis ſub cenſuris &c. non intelligatur in caſu, quo Abbas perſequeretur Monachos odio capitali, vel eſſet talis, cuius conſortium eſſet intolerabile, vt quia cogit ad peccandum, vel iniungit intolerabilia. *Sayr. deciſion. aur. libr. tertio. capitul. ſexto. numer. octauo par. ſecunda* etiam ſine licentia, ſi aliis modis ſuccurri non poteſt 11. *queſt. tertia cap. Iulianus & cap. quanto de diuor. cap. de Priore. de appell. cap. ſignificaſti, de homicidio* Vrget enim tunc temporis naturalis ratio. Pari ratione, dico poſſe Religioſum tenere arma offenſiua in hiſce caſibus, qui licet Metaphiſici videantur, poſſibiles tamen ſunt.

Monaci quando arma tenere poſſint.

Reſpondeo quarto, paucitas materię in horum armorum delatione, & retentione excuſat. Puta ſi teneret per horas, & non animo retinendi. *Sayr.* ſupra vbi ait, non eſſe excommunicatũ Monachum, qui cum armis de foris veniret ad Clauſtrum, non habens animum illa retinendi, quia *tenere* intelligendum eſt

Tenere.

cum

cum eſſe &u,& denotat temporis continuitatem. *l. nomen. §. ha-bere.ff.de verb.ſignif.* & citat Zabb. ſic intelligentem in *Clem.dicta.§.præfatæ*. Modica enim in conſideratione non ſunt. *l. ſcio. ff. de in integrum reſtitution. Peirinis in Addit. ad* Conſtit. *Clem. VIII. cap.9.num.77 contra Riecium in 1.par.prax.deciſ. 691.* & benè quidem, quia non eſt mens legis præcipere in caſibus præciſis, vt ſi aliquem ſequerentur ſatellites, & ille arma daret Religioſo, vel Monaco, qui in Monaſterium cuſtodienda, & abſcondenda deferret. Hic nulla contra legem culpa. Si autem ad multum temporis conſeruarentur hæc arma in cælla, relicta ab amico, ſentio retinentem illa eſſe ſub rigore ſtatuti, niſi cum licentia ſuperioris id faceret, prout de monachis in dicta *Clem.* decernitur. Tunc enim non tenentur arma, vt arma formaliter, ſed vt depoſitum. Et vniuerſaliter eſt doctrina *Burſat. conſ. 141 à num. 16. & conſ. 331. num. 37. ac Bertazzoli conſ. 217. & 219.* qui per modicū tempus habuit, vel tenuit arma in loco prohibito, vel portauit per modicam moram, non debet puniri. Quid autem ſit modicū tempus, vel mora, remittitur Iudicis arbitrio, nam in iure diuerſo modo accipitur modicum, vt de numero, modica Summa accipitur pro duobus aureis, pro quarta parte, pro ſexta. Aliquando ſumitur relatiuè vt modicum dicatur reſpectu diuitis, qui erit multum reſpectu pauperis. Aliquando ſignificat modicum inter paruum, & nimium. Aliquando pro ſpacio, quod non potuit adimere cogitationem in ſtipulando. Et pro tempore, accipitur pro 10. diebus, 4. menſibus, tribus, aut 5. diebus, vno die. Vide locos citatos ex *Pratalo, Spiegel. Comano, Gellio apud Io. Caluinum in lexico*, quæ omnes acceptiones impertinentes ſunt ad noſtrum inſtitutum, quod cenſerem non excedere debere horas.

Modica non conſideratur.

Modicum

Reſpondeo quinto, portare arma ad vanitatem, niſi ioco faceret, vel in cælla retinere, eſt culpa contra Statutum, quia non ſemper arma deferuntur ad offendendum, ſed multoties ad oſtentationem, & vanitatem, vt multi iuuenes facere ſolent. Debet tamen iſta leuitas puniri pœna extraordinaria. Verum tamē eſt, quod Rei erit probare modicum tempus, ſolatium, vanitatē, amici mandatum, quia alias præſumptio erit contra eum, & puniri poterit pœna ordinaria, tamquam ſtatuti tranſgreſſor.

Deferre arma ad vanitatē,

Dices, aliquis detulit, & tenuit arma in Cella, quæ tamē apud ipſum inuenta non fuerunt, numquid poterit contra illum procedi per accuſationem, aut inquiſitionem

Reſpondeo ex *Claro*, ſi ſtatutum diceret, qui fuerit inuentus portare arma, vel cui arma in cælla reperta fuerint, puniatur, tūc niſi repertus eſſet in fragranti, puniri nō poſſet. *q.82. ſtat, 6. §. ſed quid ſi ſtatutum.* attamen cum noſtrum ſtatutum, non vtatur tali verbo, ſed abſolutè diſponat, *qui portauerit, qui tenuerit.* dicendum eſt oppoſitum cum *Gloſ. in l.1. in verb. deprabenſus C. vbi Senato vel Clariſſi. Ripa tract. de peſte in rubrica de ſeruanda vbertate n.105.* qui de communi teſtantur apud eundem *Clarū* etiam in caſu, quo ſtatutum diceret, qui fuerit repertus, fortaſſe, quod eadem ſit ratio reperti, & conuicti per Teſtes. Nam licet deprąhendere eſt, capere in facto, vt in adulterio. *l. palam §. qua in adulterio ff. de ritu nuptiarum* in ipſo latrocinio *l. 7. C. de defenſ. Ciuit.* in demoliendis ſepulchris *l.2. C. de ſepulch. violat.* Vnde mulier illa modo deprąhenſa in adulterio apud Euangeliū *Io. 8.* tamen repertum ſignificat etiam, probatum, & compertum per Teſtes, vt repertum crimen, adulterium, falſum, idem eſt, ac in palam deductum, & compertum in dicto *Lexico Io. Caluini.* & eſt communis hominum conceptio, vt de delicto, quoquomodo diſcooperto, dicatur reperta, ſeu diſcooperta eſt proditio, fraus &c. in libris Mercatorum, in negotio, in Ciuitate &c.

Depręhendere.

Reſpondeo VI. ſi in domo ſecularis, vel alibi arma repoſuerit, ne à Superiore inuenirentur, erit puniendus pœna in præſenti ſtatuto fulminata, & contra proprietarios ſancita, quia habet arma contra votum paupertatis, & Prælato abſcondit, in quo vera proprietas conſiſtit, & violat ſtatutum, quod declaramus quod currit in eo, qui arma reponeret, & abſconderet tanquam ſua, quia ſi ſibi ab amico accommodata fuiſſent, non eſſet proprietarius, eſt tamen armorum detentor, in quo delicto, non refert, quod ſua, vel aliena ſint. cum etiam alienis armis vti poſſimus. Si autem ſupponamus arma depoſita fuiſſe in domo amici, cum intentione illis numquam amplius vtendi, ſed debito modo, opportuno tempore diſtrahendi, vel diſtrahere faciendi, adhuc in ius dictorum Statutorum puniri debet proprietarius, quia de non ſuo diſponit, & vt retinens arma, quia verè in alio loco, arma retinet; quod poſtea non intendat illis vti, parum facit ad præſens delictum, quia non omnes, qui arma tenent, habent intentionem illis vtendi, id eſt, defendendi, cum iis feriendi &c. quid ſi faber armarius teneat, & venalia exponat, an non dicetur, habere arma?

Arma tenens in aliena domo.

Re-

Reſpondeo ſeptimo, ſi quis habeat conſanguineum, aut amicum, qui offerat Religioſo arma, quoties ille voluerit, hic autem deſignet illa, quibus vti velit, non tamen dono accipiat, vel ſaltem eorundem vſum adſciſcat, ſed merè ciuiliter, vt dici ſolet, hæc ſunt ad ſuum ſeruitium. Secundum hoc ſtatutum puniri non poterit, quia quæ alieni iuris ſunt, etiamſi cum fiducia illa habendi, quando libitum fuerit, non dicuntur haberi, teneri, reponi &c. verba ſiquidem iſta dominium ſignificant, & ius ſaltem facti. *Vlpian. in l. ſtipulatio iſta habere licere §. habere ff. de verb. oblig. & l. 118. ff. de verb ſignif.* nam & eum habere dicimus, qui rei Dominus eſt, vel tenet. Tenere autem merum factum ſignificat, & ad poſſeſſionem corporalem refertur, *l. 9. ff. de reuendic.* differt autem à poſſidere, quia poteſt quis tenere, qui non poſſideat, vt ſerui, *l. 18. ff. de acceptilationibus, & l. 38. ff. de verb. ſignif.* Vnde tenere, facti eſt, poſsidere iuris. Tenere eſt naturalis poſseſsionis, poſſidere ciuilis. Quæ plerumquè in multis ſubiunguntur. *Cuiaccius* ad dictam *leg. 38. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* Ex quibus concludo fratrem Minorem dici poſſe tenere arma, etiamſi ſua non fuerint. Habere, Tenere,

Quæſtio V. Adeſt tale ſtatutum num. 52. *Quicumque gladio, baculo, vel pugione, fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit; carceris vnius anni pœnam luat, & præterea omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò priuetur, & per menſem ter in hebdomada in communitate fratrum genuflexus comedat, illiſmet inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus*. ſuper quo eſt, Pœnæ in fratres percutiētes.

Prima difficultas, an ſi percutiat alio inſtrumento, præter dicta, vt ſclopetto, haſta, malleo &c. comprehendatur in pœna ſtatuti?

Reſpondeo affirmatiuè, quia ad offenſæ effectum, perinde eſt vnum, ac alterum inſtrumentum. Illa autem poſita ſunt, vt vſitatiora, ſub quibus alia compræhenduntur. cuiuſmodi dictum eſt ſupra *q. 3. in reſponſ. ad 3. inſtant. & q. 4.* nam ſi pugno feriret, aut occideret, puniretur non minus ac ſi id gladio perpetraſſet, & ſic ſiue nomine gladij accipiatur enſis, ſiue ſica, ſiue cultellus paruus ad ſcindendum panem, dummodo eumdem effectum faciat, perinde eſt. ſic etiam ſiue ſit baculus, ſiue malleus, ſiue haſta, ſiue quodlibet aliud inſtrumentum, & ſub nomine lapidis, ſiue ſit lapis in ſignificatione, ſiue plumbum, ſiue ferrum, &c. non facit ad rem, quin percutiens puniri debeat.

Secun-

Digitized by Google

Secunda difficultas. Illud *percuſſerit*, an idem ſit ac *vulnerauerit?*

Reſpondeo, eſt commune ad vtrumquè, quia infra dicitur, *quibus percutere, aut ferire auſus eſt*. non quod ſi tantũpercuſſerit, puniri nõ debeat, quia ſi grauiter percuſſerit (prout accipitur percuſſio hoc loco) etiam hac pœna macerandus eſt, quia manet in ſola percuſſione rigoroſa vocabuli proprietas. porrò

Percutere pro occidere.

percutere, pro occidere aliquando in iure accipitur, *vtl. ſi quis percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit, non vt homicida tenetur* C. *ad leg. Cornel. de ſicarijs & l. etſi percuſſor ff. de Senatus conſul. Silaniano* vbi dicitur, *& ſi percuſſor certus ſit, tamen habenda quæſtio eſt, vt cædis mandator inueniatur.*

Tertia difficultas, An ſicut infra diſtinguit ſtatutum de pœnis percutientium fratrem, ſi is fuerit, Guardianus, Prouincialis, aut Generalis, ita dicendo, ſi quis fratrem, aut ſæcularem percuſſerit, facienda eſt diſtinctio inter ſæculares, ſuperiores, vel ſubditos, & inter ſuperiores, an habenda ſit ratio maioris, vel minoris gradus, dignitatis, officij &c.

Reſpondeo affirmatiuè, quia aliter non eſſet accomodata pœnarum diſtributio ad grauitatem delictorum. nam cum pœna ſit coercitio delictorum *l. aliud eſt fraus ff. de verb. ſignif.* ſi dantur delicta ſumma, mediocria, minima, dari etiam debent ſupplicia ſumma, mediocria, & minima. Summa ſunt *crux, crematio, decollatio*. mediocria, *metallum, ludus, deportatio*. minima, *relegatio, opus publicum, vincula*. vt differit *Paulus lib. 5 ſenten. c. 17.* hinc *ſine culpa non eſt aliquis puniendus de regul. iur. in 6.* & eſt maxima Doctorum apud *Bartol.* citatum *à Claro lib. 5. §. 1. ver. ſunt etiam delictorum, ex qualitate pœnæ, quæ delicto imponitur, cognoſcitur qualitas, & quantitas delicti. Iuxta enim menſuram delicti erit & plagarum modus.* Apoc. 18. quidquid in contrarium dicat *Baiard ad Clar. ſupra n. 13.* Nam licet in diſputatione poſitum ſit, an vnum delictum, v.g. furtum, pro quo pœna mortis imponitur, ſit æquale, vel maius homicidio, cui ſimilis pœna iniungitur. Attamen, ſi in eodem genere culpæ v.g. percuſſionis, vulnerationis &c. dari poteſt gradus maioritatis, & minoritatis, quis prudens dubitabit, an pœna eadem diuerſis imponatur delictis? maximè ſi exceſſus qualitatis accipiant, ex loco, ex gradu, ex officio, ex perſona, & alijs huiuſmodi qualitatibus. Expono doctrinam verbis legis a nobis ſupra *q. 3. reſponſ. 1* relatis. *Prætor edixit §. atrocem ff. de iniur. Atrocem iniuriam*

Pœna delictorum coercitio & quæ ſũ ma, mediocris & leuis.

quaſi

quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipimus. Atrocem iniuriam aut perſona, aut tempore, aut re ipſa fieri. Perſona atrocior iniuria fit, vt cum magiſtratui, cum parenti, cum patrono fiat. tempore ſi ludis, & in conſpectu Prætoris, tunc enim atrocior eſt. Re, ſi vulnus illatum, vel os alicui percuſſum. Vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percuſſo. Vide dicta a nobis *cap.13 quæſt. 3.* ſuper quibus verbis *Pomponius* quærit, An etiam dicetur atrox iniuria, ſi non inferatur corpori per pulſationem, ſed veſtimentis ſciſſis, abducto comite, conuicio dicto, & reſpondet affirmatiuè, quia atrocitatem non facit ſola pulſatio, ſed multò magis perſona, & locus, vnde infert, eſſe atrocem percuſſionem, & vulnerationem, ſi fiat in theatro, vel in foro, etiamſi ex ſuo genere non ſit percuſſio, et vulneratio atrox, nec atrociter inflicta.

Sed quia hæc eſt materia, quæ non tantum ſæculares, ſed etiam regulares tangit, an nimirum, ſi quis percuſſerit, grauiter, & grauiſſimè ſæcularem, aut fratrem, cum augmento criminis iuxta ſupra dicta, debeat, vel poſſit Iudex regularis ſolam pœnam ſtatutariam, carceris, priuationis, & ieiunij imponere, an autem augere pœnam, pro grauitate pœnatum? &

Reſpondeo ſecundo, grauius puniri debet, qui grauius deliquerit, etiam in eodem genere, puta graui, grauiore, & grauiſſimo, vbi pœnæ acceſſio ſit poſſibilis. Declaro dictum, rememorando tradita *quæſt. 3. reſponſ.* 1. quæ eſt etiam doctrina *cap. cum illorum de ſent. excomm.* ibi, *Niſi exceſſus illorum fuerit difficilis, & enormis, vtpotè ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in Epiſcopum, aut Abbatem, violenta manus iniecta.* Leuis percuſſio eſt, quæ fit pugno, palma &c. ſed vt grauis, mediocris eſt, dum dens extrahitur, copia capillorum euellitur, ſigillatio carnis relinquitur. at ſi plures vel omnes dentes extraherentur, omnes capilli euellerentur, per multas partes corporis ſigillationes apparerent, tunc in genere mediocris percuſſionis debet fieri exceſſus in pœna, vt in culpa, & fortaſſe fieret tranſitus, è mediocri ad grauem. grauis eſt, dum membrum mutilatur, dum vulnus infligitur. at ſi plura membra mutilarentur, plura, & grauia vulnera inferrentur, pœna hæc grauis augeri debet ad arbitrium Iudicis conſiderantis qualitatem, & quantitatem culpæ, quæ cum maxime accreſcat ex perſona, in quam committitur, prout etiam ſtatutum diſponit, ſi committatur in ſæcularem Villicum, vel in Clericum, aut Sacerdotem

Grauius puniĉdus eſt, qui grauiter in eodem genere deliquit.

dotem ſęcularem, aut Parochum, legum Doctorem, Iudicem in illa ciuitate, perſonam ex magiſtratu &c. debet puniri grauius, & grauius, pro qualitate perſonæ offenſæ, ſcandalique dati. nequè hoc eſt nouas leges condere, & ſtatuta non obſeruare, quia in noſtra praxi criminali *tit. de applicatione pœnarum in fine fol.*14. dicitur, *& licet pænas has Iudex alterare non poſſit, tamen, vt in aliquo caſu mutatis circumſtantiis, & qualitatibus delictorum cum conſilio Patrum, poterit, vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pænarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, item locus perſona &c. ſuaſerint* & citantur in margine *Innoc. in cap. qualiter & quando de accuſat. Tiraquellus tract. de pænis num.* 16. *Clarus quæſt.*85. *verſu Vlterius. Menoch. de arbitr. lib.*1. *quæſt.*96. *Salſedo ad Diaz. cap.*144. *Couar. lib.*2. *var. cap.*9. *num.*8. *Clauis Regia tract. de pænis. Alphonſ de Caſtro lib.*1. *de poteſt. legis pænalis c.*6. *Miranda ordin. iudic. Surd. quæſtion.*28 *art.*7. Quibus addo *Farinac. quæſtio* 22. *criminali num.*12. quem citat *Baiardus ad Clarum ſupra num.*24. dicentem, ſi ſtatutum imponat pœnam vulneranti, grauiorem pœnam imponendam eſſe illi, qui plura vulnera intulit, quia non eſt credendum, quod ſtatuentes voluerint eamdem pœnam imponere pro pluribus delictis, quam impoſuerunt pro vnico tantum, quia pœnæ ſemper ſunt commenſurandæ delictis & ſic obſeruari in practica, laudatus *Io. Baptiſta Baiardus* teſtatur. *& Bartolum à Claro* citatum *verſ. ſcias tamen.* aſſerentem pœnam multiplicandam eſſe pro numero vulnerum. Lege quæ ſcripſimus in hoc opere *c.*2. *q.*10. *&* 11.

Religioſi percutiẽtes ſæculares.

Reſpondeo tertio Iudex regularis poteſt arbitrium ſuum, in puniendo percuſſore ſæcularis extendere ad analogiam percuſſoris fratris. Nimirum, ſicuti creſcit pœna, ſi percuſſio facta fuerit in perſonam Prelati localis, Prouincialis, vel Generalis, ita augeatur ſi fiat in perſonam Parochi, Archipresbyteri; Vicarij Generalis, aut Epiſcopi, vel Iudicis loci, Gubernatoris, Præſidis &c. quo pertinet relatum à nobis in noſtris Comment. cap. 1. *Statut.*6 *fol.*31. *ex Rodrig.* Guardianos eſſe apud nos veluti Archipresbyteros, Parochos, & Curatos, vt *ſtat.*4. *§.*9. Prouinciales veluti Epiſcopos, & Generalem veluti Primatem, & Patriarcham, vt ibid. *fol.* 20. Vnde non eſt mirum commutare pœnas, ſi cõmutantur qualitates, eò vel maximè cum in ſæcularibus ſint per proprietatem, in Regularibus per ſimilitudinem. Sic Monachi diuerſæ Religionis, ſe ad inuicem percutientes, abſoluuntur

tur

tur ab vtrorumque Prælatis *c.cum illorum de ſent.excomm.* quod apertè loquitur de monaſterijs diuerſæ Religionis, nam ſubiungit de religioſo percutiente Clericum ſæcularem, qui a Papa abſolui debet, poteſt tamen ab Epiſcopo etiam ex *c. Religioſo de ſent.excomm.* vt cenſuit *Toletus lib.1.c.31.nu.2.* & ex priuilegiis Religionum, de quibus nos in Commentariis *c.2. ſtat.14* fusè, ſicut igitur vtrinquè puniuntur percutientes exteros, poſſunt & Religioſi proprij ad ſimilitudinem illorum puniri, ſi exteros percutiant. Vnde infero, percutientes Parochum puniendum eſſe, ſicuti percutientes Guardianum, percutientes Epiſcopum, puniendos, vt percutientes Archiepiſcopum, vt Generalem, & ſic etiam ducta ſimilitudine de magiſtratibus, Rectoribus, & Dominis laicis habita ratione loci, temporis, ſcandali, percuſsionis & cætera.

Quæſtio VI. Subnectit ſtatutum *ſi mors ſequuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò condemnetur. Quibus pænis etiam ſubiaceat, qui aliquem enormiter vulnerauerit, vel alicui venenum dederit, & qui hæc, aut ſimilia per alium fieri procurauerit, vel ab eo machinaſſe conuictus fuerit.* ad cuius examen ſit. Mutilantes, & occidentes

Difficultas prima, ſi mors ſequuta fuerit, non vi vulneris, ſed curæ vitio, an etiam erit ad triremes mittendus.

Reſpondeo pœna homicidij de iure ciuili eſt mors, vt retuli *c.4 quæſt.2.§.circa 19ax l.1.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.* & de iure canonico Laicus excommunicatur, & Clericus deponitur, & priuatur beneficiis *c.cum noſtris de conceſſ.Præb.* in cuius locum apud nos ſuccedit pœna Triremium. Quæ eſt ordinaria in hoc genere, & infligenda iis, qui mortis cauſa extiterunt. Eſt autem communis ſententia apud *Clarum §.homicidium verſ.quandoque etiam ſolet.* quod ſi mors ſequatur, & non ex vulnere, ſed ex incuria vulnerati, vel ignorantia medici, tunc non ſit imponenda pœna ordinaria, nam tunc vulnerans non eſt cauſa mortis. Verum, quia res iſta clarè digerenda eſt, pono tres caſus. Primus eſt, quando vulnus illatum, certum eſt, fuiſſe mortale (quod conſtare debet iudicio, & teſtimonio medicorum, & peritorum, ſaltem duorum, ſi aderunt, ſecus vnius) qui iurare tenentur de qualitate vulneris, & de credulitate, & iudicio ſuo, quod tale vulnus fuerit lætale, adducẽdo rationes ſui iudicij, & credulilatis, & tũc ſi vulneratus moriatur Pœna homicidii de iure ciuili & canonico.

etiam

Inſligens vulnus lętale, homicida eſt etiam ſi vulneratus ex incuria moriatur.

etiãſi medicus adhibitus nõ fuerit, etiamſi infirmus deordinate vixerit, & mors accelerata fuerit, vulnerans tenetur de homicidio, & de pœna ordinaria. Secundus eſt, ſi certum ſit, vulnus non fuiſſe mortale, & conſtat infirmum deordinaſſe in cura, tunc non eſt reus mortis. Tertius eſt, ſi erat in dubio, an vulnus fuerit, vel non fuerit mortale; & tunc ſi non conſtat de negligentia, aut culpa infirmi, vel medici, & vulneratus moriatur, vulnerans eſt reus homicidij, ſi conſtat, minimè, & puniri debet extraordinariè, & hæc eſt doctrina communis, & in praxim deducta. Attamen in vim ſtatuti, in caſu mortis, quem vulneratio præceſſerit, dico condemnandum eſſe vulnerantem in pœnam triremium, quia etiamſi probetur vulnus non fuiſſe letale, & infirmum deceſſiſſe ex ſua culpa, nullus negabit tale vulnus inflictum non fuiſſe enorme, iuxta citatum, *c. cum illorum de ſent. excom.* & dicta *l. Prætor edixit ff. de iniur.* quibus locis vulnus dicitur atrox, & enorme, non quod ſit mortale, ſed quod ſit magnum, vel, in facie, aut oculo, vel cum effuſione ſanguinis, & ſuppono vulnus, ex quo per accidens ſequatur mors, fuiſſe magnum, & cum effuſione ſanguinis, ergo erit enorme, & atrox. Si ſic, ergo puniendum pœna triremium, quia dicit ſtatutum, *Quibus pœnis ſubiaceat, qui aliquem enormiter vulnerauerit.*

Difficultas ſecunda. An talis pœna imponi debeat pro quocumquè homicidio.

Homicidium duplex.

Reſpondeo, reſcribo ex eodem *Claro dicto §. homicidium initio,* diſtinctionem homicidij. Nam vel eſt ſimplex, id eſt patratum ex neceſſitate, ex caſu, ex culpa, ex dolo. vel deliberatum id eſt ex propoſito, ex inſidijs, ex proditione, ex aſſaſſinio. Neceſſitate committitur ad ſui neceſſariam defenſionem, & in hoc nulla pœna intercedit, quia nulla culpa adeſt, cum de iure naturæ, quilibet poſſit vim vi repellere, & currit communiſſima hæc ſententia in vtroquè foro. Alij addunt, valere etiam ad defenſionem bonorum, & famæ, ſed hoc eſt ad Religioſos impertinens, quorum bonum eſt paupertas, & honor humilitas. maximè cum non deſint in iure modi recuperandi res, & famã, ſine patratione homicidij. Alij addunt valere ad defenſionem coniunctorum, & innocentis Reipublicæ, dummodo fiat cum moderatione inculpatæ tutelæ, quo caſu nequè incurritur irregularitas, maximè ſi fiat ex obligatione legis diuinæ, aut naturalis, cum ſcilicet quis ad innocentis defenſionem teneatur, &

Occidens ad defenſionem non eſt reus homicidij.

Nec irregularis.

etiamſi

etiamſi non teneatur, vt *Leſſio, Sayro, Toleto, Syluestro, Couar. Molina, Auila*, Genuenſi, *Layman, Nauarr. Reginaldo, Coninch, Suarez* citatis, tenet *Theſaur. verb. homicidium cap.* 1. quid. quid dicant aliqui, contrahi irregularitatem ex defectu lenitatis, quod tamen alij apud eundem negant, aſſerentes illam contrahi, ſi fiat authoritate publica, vt Iudex, carnifex &c. non ad defenſionem ſui, & ſuorum. & ex hac doctrina infertur, fratrem, qui alium occideret, ſe volentem occidere, idquè probaret, quia eius inuaſor veniebat armata manu contra ipſum, & minabatur illum percutere (non enim expectare tenetur, quouſque percutiatur, non eſſe puniendum pœna homicidij. Quod ſi excederet moderamen inculpatæ tutelæ, vt ſi percuſſus cum baculo, percuteret cum enſe, ſi aliter ſe defendere poterat: ſi percuſſus, poſt interuallum redderet, & percuteret percuſſorem, quia tunc non ſeruat modum, nec tempus, nec cauſam, quæ faciunt inculpatam tutelam, puniendus eſſet, non quidem pœna ordinaria homicidæ, ſed extraordinaria, quia peccauit in modo, non in ſubſtantia. Præuenire eum, quem ſciret ibi inſidias parantem, illumquè occidere; quod communiter concedunt Doctores apud eundem *Clarum verſ. poteſt etiam*. non admitto in Religione, quia poteſt hic fugere in alium Conuentum, non exire è cella, dicere ſuperiori &c. & ſic vitare periculum, quare eſſet tutela culpata, & non excuſandus a pœna legis. Præuenire occiſorem an liceat

Caſuale homicidium eſt, quod ſine culpa, & ſine intentione, ſed aliud agendo committitur, vt cum quis incidit arborem, ſub qua nullus erat, & alius impenſatè adueniens ex ictu, vel ruina occiditur. Ex quo homicidio nulla culpa contrahitur, nec pœna ciuilis, aut canonica. *Farin. q.* 126. *par.* 1. *n.* 57. quia hoc nullo modo eſt voluntarium. Appellatur etiam caſuale, quod eſt quidem præter intentionem, ſed oritur ex aliqua culpa ſiue morali, ſiue legali, vt cum Clericus cauſat mortem arte Chyrurgiç vel mandat percuti, non tamen occidi *c. vltimo de homicid. in 6.* vel colludens cum grauida, illam per cingulum trahendo, ſequitur abortus animatus *c. ſicut.* 20. *de homicid.* vel dum dat operam rei illicitæ, adhibita, vel non adhibita diligentia, vt cum explodit ſclopetum, etiamſi diligentiam adhibuerit, aliquem occidit, vel verſus turbam lapidem proijcit, vel volendo occidere vnum, occidit alterum, vel intendendo tantum percutere, interemit. Vel ſi duo rixentur, & tertius intromiſſus ad dirimendam contentionem, occideretur. Vel volens Homicidium caſuale.

lens ſe à cane defendere, proiiciens lapidem, tranſeuntem interimat. Hæc omnia ſunt homicidia caſualia, prouenientia ex culpa lata, leui, & leuiſſima, in quas, culpa legalis ſolet diuidi, replico dicta ex *c.2.q.8.* vbi hos terminos declarauimus, latã enim dicũt, quãdo nulla adhiberetur diligẽtia, quã omnes adhibent *l. latæ culpæ ff. de verb. ſignifi. 223. Abb. in c. vni. de commod.* Vt cum accommodatur liber, & ille relinquitur in banco ante domum. Quod nullus eius profeſſionis feciſſet, & hæc æquiparatur dolo *l.1.§.non alias ff. ſi is, qui teſtamento* liber iuſſus erit. Vbi dicitur *ſed culpa dolo proxima, dolum repræſentat.* Vt ſi lapides iaceret è tecto, archibuggium exploderet &c. abſque vlla præuia diligentia, quis enim non videt, quod iſte voluerit voluntariè aliquem occidere, ſaltem virtualiter? Leuem aiunt, quando non adhibetur diligentia, quam adhibent diligentes quiquè, vt cum aduertuntur tranſeuntes, de ruina, iactu &c. *Abb. ibidem,* & leuiſſima eſt, quando non adhibetur diligẽtia, quam adhibent diligentiores, & diligentiſſimi, & accidit malum, quod diligentiſſimi, præcauere ſciuiſſent. *cap. ſi culpa de iniur. vbi Abb. num. 1. & dicto cap. vnico de commod.*

Culpa lata, leuis, leuiſſima.

Addunt etiam Iuris periti culpam latiſſimam, quam dolum verum appellant, quia eſt negligentia ad decipiendum, & fallẽdum adhibita. *l.1. ff. de dolo, Gloſſ. in cap. ſcienti de regul. iur. in 6. Abb. in dicto c. vnico. de commod.* Addunt, & latiorem, qui eſt dolus præſumptus. ita *Bart. in l. quod Nerua. ff. depoſiti.* Sed iuuat ſiſtere in trimembri, & receptiſſima diſtinctione, latæ, leuis, leuiſſimę. quia latior, & latiſſima coincidunt cum lata. legendi ſunt quicumquè de iuſtitia, & de reſtitutione ſcripſerũt. *Nauar. cap. 17. numer. 177. Molina tract. 2. diſp. 293. Azor. tom. 3. lib. 6. c. 4. lib. 2. c. 7. Rebellus 1. par. lib. 1. de contract. Reginald. lib. 10. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. Silueſter. verb. culpa, vbi* Roſella, *Angelus, & alij* communiter.

Culpa latiſſima eſt dolus.

Culpa latior eſt dolus præſumptus.

Ex quibus patet, quodnam ſit homicidium commiſſum ex culpa legali, & quibus pœnis ſubiaceat. Nam primo commiſſum ex nulla culpa, ſed merè caſualiter, non eſt punibile, vt dictum eſt. ſecundo commiſſum ex culpa lata, non debet puniri pœna ordinaria, quia licet æquiparetur dolo, non tamen eſt dolus. ſimilia enim non ſunt eadem. & eſt ſententia *Abb. in c. quæſitum num. 2. de pœnit. & remiſſ.* culpam latam non æquiparari dolo in pœnalibus, quia in hac materia non attenditur ſimilitudo, ſed identitas. Quinimo in multis aliis caſibus, quos videre eſt apud

Homicidium merè caſuale nõ eſt punibile.

Similia non ſunt eadem.

Cor-

Corraſium lib.4.c.2. Miſcellan. culpa lata non ęquiparatur dolo. Nam propter culpam, id eſt negligentiam, non datur actio de dolo, neque iuramentum in litem, neque remotus à tutela incurrit infamiam. Et vniuerſaliter in criminibus culpa ſeparatur à dolo, vt notauit *Goueanus ad l. ſi menſor ff. ſi menſ. falſ. mod.* & hæc eſt communis ſententia apud *Clarum dicto.§. homicidium verb. culpa dicitur.* apud quem *Boſſius. Menchiaca, Crauetta.* & apud eius *Additionatorem Carrer. Cæpolla, Menoch.* puniri igitur debet pœna extraordinaria. Tertiò multò minus in pœnam ordinariam condemnandus eſt, qui ex leui, & leuiſſima negligentia aliquem occideret. Quia in his omnibus caſibus non fuit animus occidendi. Verum tamen eſt, quod arbitrum Iudicis regulari debet per exceſſum negligentiæ, & culpę. Vt puniat carcere, exilio, & aliis pœnis longioribus, prout viderit exaſperari malitiam delicti. Quinimò *Clar.* ſentit, poſſe occiſionem ex culpa damnari ad triremes, quæ pœna & ſi apud laicos ſit extraordinaria reſpectu homicidii, & apud Religioſos ſit ordinaria, tamen poterit conſiſtere arbitrium in breuiori tempore, nec cenſeo à ratione alienum Talem negligentem, ſi qualitas facti ſuadeat, per triremium laborem ad diligentiam, & prudentiam erudiri. lege eumdem *Clarum q. 84. ver. reperio tamen aliquos* Quarto ab omnibus caſibus culpæ ſupra recenſitis exulare debet pœna ordinaria, iuxta communiter ſcribentes, & ob rationem infra ſubiiciendam.

Doloſum homicidium eſt illud, quod committitur animo deliberato occidendi, & ex propoſito. Siue id fiat per inſidias, v.g. dum quis expectat tranſeuntem, & imparatum, & nihil tale ſuſpicantem occidit. ſiue fiat proditoriè, v.g. ſub ſpecie amicitiæ, in menſa, in itinere, dum vnà ſimul tamquam ſocii, & amici gradiuntur. Siue per Aſſaſſinos, erogata pecunia, vel per mādatarios, aut dando conſilium, auxilium, fauorem. Vel propinando venenum, vel poculum amatorium, vel ſterilitatis, & abortus, vel dirigendo per viam, in qua ſciebat occultari inimicos, vt occideretur, vel deponendo falſum in cauſa mortis, vel condemnando innocentem ad mortem, vel indebitè, & immoderatè torquendo reum, vnde moriatur, vel dando malum medicamentum infirmo, vt vitā intercideret, vel incidendo mēbrum doloſè, vel quibuſcunq aliis modis, quibus vel per ſe, vel per alios quis fuerit cauſa influens in alterius necem, dolo, ac mala voluntate. Siue etiam fiat in rixa, & in calore iracundiæ, vel poſtea efferueſcente ſanguine, totum hoc dicitur fieri dolo. (Homicidiū doloſum quot modis cō mitti poſſit)

& qui doloſè occi derit, puniendus eſt pœna ordinaria homicidii. Quinimò affirmat *Clarus dicto ver. Culpa autem*. quod quando Statutum imponit decapitationem homicidę, debet intelligi de homicidio, dolo commiſſo, non per culpam. Niſi enim dolus interueniat, Capitali pœna quis puniri non poteſt. vt idem *Clarus citans ſeipſum q.* 84. *initio* probat, vbi declarat per multos Doctores, quomodo in Criminalibus, cum agitur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis mēbri, lata culpa non æquiparatur dolo. *Gloſ. in l. actionibus ff. de in litem iur. l.* 1. §. *ſi quis adeo iuncto principio ff. de vi rapt. bon. Gloſ. in l. magna negligentia. ff. de verb. ſignifi.*

Lata culpa in cauſa mortis non æquiparatur dolo.

Quomodo autem probetur dolus, legendi ſunt *Ludouicus de Pavia, Maſcardus, Decianus, Menoch.* & alii, quos citat *Baiar. ad q.*84. *Clari a n.*3. inter cæteros modo recenſentur, ſi aliquod commodum occidens recepturus eſt, ſi adſit cauſa delinquendi, quia nullus præſumitur ſine cauſa delinquere. *Si* probata fuerit violentia, nam ea probata dicitur probatus dolus & dum committitur aliquid de genere prohibitorum, præſumitur dolus. *l. ſi non conuitij* C. *de iniur.* Niſi veriſimilitudo tolleret præſumptionem, quia ſi Pater percutit filiū, Frater fratrē, ſocius ſociū in dubio non præſumitur feciſſe dolo, & vt occideret. Conſideratur etiam genus armorum, quibus percuſſit, ſi baculo, ſi cultello, ſi enſe, ſi ligone &c. *Gloſ. in l.* 1. *ff. de ſicarijs*. adde quod notatur. *in c.*1. *de præſūpt.* & ibi per *Innocent. & c. quodait* 22.*q.*2.

Dolus quomodo probetur.

Difficultas tertia dum dicitur *Ad triremes omninò damnetur.* tempus pœnæ quantum erit?

Reſpondeo ex dictis *cap.* 2. *quæſtion.* 5. *reſponſ.* 4. colligi poſſet debere eſſe perpetuum, quia crimen eſt capitale.

Contra, in his Statutis diſponitur, *Qui Prælatum localem gladio percuſſerit, & mors ſequuta fuerit ad triremes mittatur Superiorum arbitrio.* & infra *Qui Prouincialem, quouis modo etiam leuiter percuſſerit, Generalis arbitrio ad triremes mittatur.* & infra *ſiue mors ſequuta fuerit &c. ad triremes perpetuò damnetur.* & de Generali *Quod ſi Generalem ipſum etiam leuiſſimè percutere auſus fuerit, is perpetuò ad triremes mittatur*. & apparet diuerſus modus loquendi, *ad triremes damnetur. ad triremes &c. arbitrio Superiorū. Arbitrio Generalis perpetuò, dānetur omninò dānetur,* cū ergo Religio declaret perpetuitate vbi eam intendit, & arbitrium, vel Generalis, vel Superiorum, vbi illud affectat, ergò dum nihil dicit, & indeffinitę loquitur, ſignum eſt, non intēdere perpetuitatem. Exceptio enim firmat regulam in contrariū

Pœna triremium in homicidas quāta.

l. quæ

l.quæſitum.§.deniquè ff. de fundo inſtructo, Gloſ. in rubr. de re-gul.iur.in 6. vbi Dinus, *Decius. & alii.*

Exceptio firmat regulam in contrarium.

Reſponderi poſſet propter eandem rationem, neque debet eſſe temporalem pœnam,quia in recenſitis Statutis agitur etiam de pœna perpetua. Sed hoc relicta affirmari poſſet diuerſitas, quod vbi perpetua decernitur Iudex aliud facere non poteſt, nec remanet Generali facultas illam moderandi, & condemnatum è triremibus liberandi, vbi autem arbitraria decernitur, iã remanet in arbitrio Diffinitorii illam extendere, vel reſtringere, vt dixi in *dicto c.2.q.5.reſponſ.6.* vbi de arbitrariis pœnis fusè,vbi autem indefinitè dicitur *ad triremes condẽnetur*,remanet optio, remittendi condemnato pœnam,ſed probabilius dici poteſt,etiã illam pœnam eſſe arbitrariam quoad tempus, quia non eſt præſumendum debere eſſe perpetuam, ob necem illatam fratri ordinario,cum ſit arbitraria, quæ datur ob necem *S*uperioris localis.

Quæres, An arbitrium extendi poſſit ad perpetuas triremes?

Reſpondeo,poſſe,quia cum pœna triremium apud nos ſtet pro pœna capitali, & hæc homicidio debeatur ex iure, ſequitur poſſe diffinitorium arbitrari ad pœnam triremium in perpetuum. Hæc eſt opinio *Clar. q.83.verſ. ſed quæro.* vbi poſtquam recenſuit ſententiam *Gloſ.*quam multi, vt communem amplexi ſunt, quod arbitrium Iudicis in pęnalibus ad mortẽ extendi poſſit,dixeritquè ex ſua ſententia, ſibi oppoſitam opinionem placere, quam numquam in iudicando deſereret, vt tutiorem, & mitiorem, ſubiungit, opinionem *Gloſſæ* veram eſſe in caſu, quando *qualitas delicti, & circumſtantiarum ſit talis. quod de iure communi, vel conſuetudine eſſet pœna mortis imponenda, alias ſecus.* & hanc ex *Alex. Afflicto,* Decio, *Grauetta, Grammatico, Antonio di Padiglia,* dicit eſſe communem, de qua diſputant fusè *Pariſ.de Syndicatu,verſ.an ſi Statutũ relinquit pœnas arbitrio etc. Paulus de Caſtro in l.certo genere.ff.de ſeruit.ruſtic præd. Mazzol. conſ.18.nu.67 Baſſan.de conſuetud. Burgund.fol.*170 *Soccin. in rubr.de* Pœnis. *à n.*21. qui dicit, quod ſi Iudex haberet arbitrium imponendi omnem pœnam, non poſſet imponere pœnam perpetui Carceris(adde tu & triremiũ) quia Statutum inteligi debet,de pœna,quæ non ſit à lege, vel à conſuetudine prohibita,niſi in caſu,quo de iure ciuili veniret imponẽda aliqua pœna qua quis pœnæ ſeruus efficeretur,vt dãnatio ad metallũ, cuius loco poteſt Iudex imponere pœnã perpetui carceris. Adde *Farinacc.q.17.Crimin.à n.37. Marant.diſp.3.per totum Io. de Imo-*

Arbitriũ extendi poſſit ad perpetuas triremes

la in c. vt inquiſitionis. de haret. in 6. B*aldum in l. 1. C. qui latron. vel alios Crim. reos occult.* Quibus ſuperadiũgere licet ſenſũ omniũ ſcribẽtiũ, nimirũ hãc quæſtionẽ eſſe difficillimã, itaut *Clar. cum Marant.* Imperialẽ deciſionẽ ſuper illa deſiderẽt, & B*aiard.* affirmet nõ eſſe ita fatuũ Iudicẽ, qui incõſulto Principe ad rigoroſã ſentẽtiã deſcẽdet. Quare conſulo in caſu hoc arbitrario, exquirendũ eſſe Generalis conſilium, ſi cômodè haberi poterit.

Quæres II. illis verbis S*uperiorum arbitrio,* qui horum Superiorum nomine veniant?.

Reſpõdeo Prouincialis, & Diffinitorium. Quia dum de nece Prouincialis agitur, remittitur arbitrio Generalis, & cum alii Superiores ordinarii non ſint, remanet diffinitorium Prouinciæ, aut delegatus aliquis Iudex à Prouinciali, vel Generali.

Queſtio III. Quid ſibi velint illa verba, *ad triremes omninò damnetur.*

Omnino. Reſpondeo ex B*arboſa dict.* 240. quod in omni caſu, nullo penitus excepto abſolutè, libere, totaliter, ſine diſpẽſatione, abſq. ſpe gratię, & miſericordiæ, & cũ præciſa obligatione exequẽdi, ac præciſa neceſſitate Debeat ad triremes cõdemnari, adeout Diffinitoriũ ſẽtẽtiãs alio modo puniri poſſit, tãquã ſtatuti trãſgreſſor. Vnde cũ de occiſione, vel de vulneratione Prouincialis diſponatur, *ad triremes omninò, & perpetuo damnetur.* ita arctat Diffinitorium, vt aliud facere non poſſit.

Quod ſi dicas, ergo in aliis caſibus, poterit aliud facere; niſi dicamus, dictionem *omninò*, inconſideratè appoſitam fuiſſe, quod dici non debet.

Reſpõdeo poſſet ex citata praxi criminali *hoc c. q. 5. dif 3. reſp. 2*

Quæſtio 7. cũ dicat ſtatutũ, *qui alicui venenũ dederit.* quæritur quid de aptãtibus, propinãtibus, mãdãtibus venena ſẽtiẽdũ ſit?

Reſpõdeo I. ſermo eſt de veneno malo, nã datur etiã venenũ

Venenũ bonum, & malum. bonũ, cõmuni ad vtrũq. nomine à Græcis appellatũ, pharmacũ, medicamẽta enim venena ſũt, quippè quæ naturã immutãt *l 236 ff. de verb. ſignif. & l. 3. ad leg. Corn. de Sycar.* Vnde ad diſtinctionẽ addi ſolet, malũ venenũ propter quod *l. 4 ff. ad leg. Aquil. & l. 35*

De propinatione veneni puniri nõ poteſt, niſi conſtet uiſſe maſlum. *§. veneni mali ff. de cõtrahẽda ẽpt.* & aliis legibus de malo veneno fit mentio, & de ipſis agit. *Gedeus ad l.* 236. *ff. de verb. ſignif.* in qua dicitur *Qui venenũ dicit, adiicere debet, vtrũ malũ, an bonũ, nã & medicamenta venena ſunt &c.* Vnde in *Conſil.* 99. *diuerſ. crimin.* quod eſt *Ludouici Cati n.* 11. cauetur, non poſſe puniri de propinato veneno aliquis, niſi per peritos conſtet fuiſſe malum uenenũ, & quod in proceſſu ſit deducta qualitas ueneni, & quod

illa

illa quantitas ſit apta ad interficiendum, nec ſine hac clara cognitione afficeret quempiam propria confeſſio, vel Teſtium depoſitio, quia iudicare de hac qualitate non ſpectat ad teſtes, & principalem ſed ad peritos. Licet ex vulgari conſuetudine loquendi, nomine veneni veniat malum, & mortiferum, vt per *Pelin. in c. ſuper his n.20. de adcuſ.& Alciat.in l. qui venenum ff. de verb. ſignif.*

Reſpondeo II. Pœna propinantis alteri venenum in iure ciuili eſt decapitationis, & mortis. *l. capitalium.§. Venenarij.ff.de pœnis l.1.& 3.ff.ad leg.Cornel.de Sycar.* de iure autē Canonico, vltra pœnā homicidii, in quā incidit, depoſitionis & detruſionis lōgioris, quia *plus eſt hominē extinguere veneno, quam occidere gladio. l.1. C.de maleficiis, & mathemat.* quia qui veneno occidit, etiam proditionem committit. *Io. de Anan. in c. 1. de homicid.* referens *Butrium, & Baldum in l.nemo C.de ſum Trinit. & fid. Cathol.* & alij communiter. Et ideo *Gloſ.* dicit, *plus*, id eſt, *atrocius*. Quia venenare contingit per manus eorum, Quibus confiditur, & ſic per manus amicorum. & cum pauciores reperiantur in parando, & dando veneno, quam in ſimplici homicidio, nam fit clam, & ſub ſpecie amicitiæ, & proditoriè, vnde non eſt mirum, ſi hoc delictum atrocius puniatur. Quibus pœnis correſpondet in noſtro Satuto pœna triremium. Pœna propinantis venenum in iure ciuili, & canonico

Reſpondeo tertio, licet multi, & communiter teneant, quod pœna hęc ordinaria non debeat infligi, niſi ex veneno ſequuta ſit mors, nō autem pro attentato etiam in actu proximo, puta, quia ille noluit haurire poculum, edere cibum veneno infectū, vel quia aſſumpto veneno, vomitu excuſſit, & anthidotis ſuccurrit, vnde, etiam ſi venenum ſumpſerit, non tamen mortuus eſt. Et eò minus qui parauit, qui commiſit, qui propinare voluit, tamen non potuit. vel etiam pœnituit. *Grammat.conſ.36.n. 12.deciſ.2.n.33. Menoch.de arbitr. caſu 360.n.45. Fab. Montel.in praxi arbitr. par.4.nu.687. fin. Bertazzol.conſ.57. lit. D.* etiamſi vendiderit venenum malum punitur pœna capitis, ſequuta tamen morte. *Colleg. Bonon. conſ.41. inter Criminalia diuerſorum volum.1. Menoch.ſupra caſu 359. Carr.in pract.crimin.§. homicidii. nu.97.* & ſi adeſſet Statutum, quod pœna mortis mulctetur, qui aliquem venenare voluerit, debet intelligi, ſequuta morte. *Gem. ſingulari 49. Cornel.conſ.202. numer.1. Capella conſ. vlt. Carrer. ſupra* ... licet (inquam) hæc ſit communis opinio, dicendum tamen eſt, cum non probabiliſſima contraria Attentatio veneni vt punienda.

ſententia, tum in vim Statuti puniendum eſſe pœna triremium, non tantum qui veneno aliquem occidit, ſed qui venenum dedit, dare tentauit, ſiue per ſe, ſiue per alium, ac venenum parauit, emit, vendidit, tenuit apud ſe ad effectum aliquem occidendi. Quod autem ſit probabilis opinio;. Patet ex ſupradictis negantibus, qui limitant, dummodo attendatur qualitas perſonarum, quia ſi hoc crimen attentatum eſſet in Principem, in Patrem, in Filium, in Dominum, nos poſſumus dicere in Generalem, Prouincialem, in Patrem ſpiritualem, in Guardianum, quem S. P. Franciſcus Dominum appellabat. *Et nihil volo facere contra Voluntatem ſuam, quia Dominus meus eſt.* vt in ſuo teſtamento, & in regul. *cap. 6.* dicit *Si mater nutrit, & diligit Filium ſuum carnalem, quanto plus debemus diligere Fratrem Spiritualem?* cum maior ſanctior ſit copula mentium, quam corporum. vt ait *S. Auguſtinus.* Etiamſi non ſequatur mors, pœna capitali emendandum eſt. *Fab. Montel. Bertazzol. ciſati. Burſattus conſ. 147. Bartol. in l. 1. ff. de parric. Car. ſupra n. 151. Gomeſ. de delict. c. 3. num. 7.* & de actu proximo affirmant. *Couar. in Clem. ſi furioſus 2. par. relect. nu. 11. Diaz. in prax. c. 98.* apud quem *Bartol. in l. 1. ff. ad l. pomp. de parric. Io. de Anan.* & alii. Et ſi qui negent de conatu, vt *Baldus, Angel. Pariſ. Creme. Gramm.* quos citat, & ſequitur *Additionator* Diaz. declarandi ſunt de conatu remoto, non autem proximo. Sed quidquid ſit de maiori, ac maiori probabilitate, adeſt Statutum clarum ſanciens *Quibus pœnis* (ideſt triremium) *ſubiaceat, qui alicui venenum dederit, & qui hac, aut ſimilia per alium fieri procurauerit, vel ab eo facienda, machinaſſe conuictus fuerit.* ſub quo agentes, conſentientes, adiuuantes, & machinantes comprehenduntur, ergo etiam conatus, quia vt dixi in Comm. *ad c. 7. ſtat. v. caſu*

Machinatio. *reſer. 18. fol. 545.* Machinatio eſt imaginatio, ſeu cogitatio ad faciendum malum *l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo.* Et machinari eſt ordiri, dirigere, texere dolum aliquem. Itaque qui conuictus eſſet de machinatione ad dandum uenenum, eadem pœna punitur, ac qui dediſſet. Clarè enim ponitur differentia inter dare venenum, procurare vt detur per alium, & machinari, quod detur, & omnia eadem pœna triremium puniuntur. Equidem in hoc ſcelere puniendo cupio quidem Iudices regulares iuſtos, non tamen clementes, quia non *eſt crudelitas* (inquit *Bernardus Diaz ſupra citatus n. 2.*) *quia tanta huius ſceleris nequitia, vt ſatis ſit hominibus mortem ipſam formidare inter tot armorum gene-*

genera, abſq. eo quod in ipſo cibo, & potu (ſine quibus viuere impoſſibile eſt) mortis timor immiſceatur, quid enim miſerabilius eſt, quam vno, eodemq. tempore, cum ſpe viuendi, & timore moriendi cibum ſumere? Vnde vt tantum ſcelus ex mentibus hominũ euellatur, nulla pœna iniuſtè poteſt ſtatui &c. Adde tu charitatem, fraternitatem, ſimplicitatem, regularibus debitas, & oppone proditorium occidendi genus.

Reſpondeo IV. non ſolum hoc intelligitur de veneno dato ad necem, ſed etiam ad faciendũ abortum animatum, quia verè homicidiũ eſt, & veneno procuratum. Concluſionem dictauerat *Sixtus V.* in ſua Conſtit. *effrenatam*, excommunicans, priuans, inhabilitans, ac brachio ſæculari tradendos Clericos mandans, qui abortus, ſiue animatos, ſiue non animatos, & ſterilitatem per venena, & quocumquè alio modo procurantes, ſeruata Sedi Apoſtolicæ abſolutione. Quam conſtitutionem, licet ad terminos iuris communis, & *Sac.* Canonum, ac Concilii Tridentini, *Greg. XIII.* in Conſtit. *Sedes Apoſtolica.* reduxerit, tamen in legibus ciuilibus pœna mortis punitur, procurans abortum animatum, *Clar. q.68.n.1.* cum legibus, & authoritatibus ab ipſo allegatis. *Menoch. de arbitr. lib.2.centur.4.c.257. Carrer. pag.223.n.207. Farinac. q.97.caſu 8, n.150. & Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ fol.56.* ait. In Statuto diſponente, quod occidens hominem, puniatur pœna mortis, compræhenditur etiam, qui dedit operam ad occidendum partum animatum in vtero. Quia verè homo viuus erat ille, & ſicuti ſuccedit ad bona patris partus poſthumus, ita in & qualitatibus vitæ, & mortis, quidquid dicat *Menoch.* & illum citans *Batard. ad Clarum* ſupra citatum, putans non eſſe hominem, quia nondum natus ſit. Hoc enim eſt nimis craſſum, quia homo eſſentialiter, & realiter eſt, qui ex Anima, & corpore conſiſtit, ſiue ſit in vtero clauſus, ſiue extra illum extruſus.

Albertus per venenum.

CAPITVLVM XV.

De Pœnis in Simoniacos, ac ſubornatores latis.

VT ſciamus in quos vltionis gladius diſtringatur, prælibanda eſt quam breuiſſimè materia Simoniæ, iuxta communiter ſcribentes.

Quæſtio prima, Quid ſit Simonia ſecundum nomen, & eſſentiam & qualis?

Simoniæ nomē data ſura.

Reſpondeo primo, Simonia ſecun dum nomen dicta eſt à Simone illo mago *Act.* 7. qui videns dari Spiritum Sanctum credentibus, obtulit pecuniam Apoſtolis dicens: *Date mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum*: hinc à Simone dicta eſt *Simonia*. *cap. quoties, de Simonia. cap. presbiter. cap. quiſquis. c. quicunque c. refertur a Petrus* 1. *q.* 1.

Simoniæ diffinitio

Diffiniri autem poteſt ſimonia in hunc modum. *Simonia eſt deliberata voluntas pretio contractandi ſpirituale, vel ſpirituali adnexum.* ita *Gloſ. in rub.* 1. *q.* 1. vbi omnes Canoniſtę, & Summiſtæ in verbo *Simonia*, & alii communiter. declaro diſtinctionem per partes. *Deliberata voluntas*, quia ſine deliberato actu voluntatis nullum eſt peccatum mortale. Vnde ex hocſolo capite, non autem ob paruitatem materiæ ſimoniam poſſe eſſe peccatum veniale, nimirum ob imperfectionem actus putat *Nauarr. lib.* 5. *conſil.* 52. *num.* 3. quia huius ſceleris malitia in qualibet etiam parua materia reperitur, cum ita ſit inuendibilis res ſpiritualis in magna, ſicuti & in parua materia: quinimo ſi ex parte pretii ſumatur paruitas maior inuritur iniuria rei in vendibili, cum tam vili vendatur. Itaque ex parte formæ indiuiſibilis, & ex pretii vilitate deducitur non dari peccatum veniale in Simonia. Verum licet hæc opinio graues, ac non paucos nacta ſit Doctores, qui videri poſſunt apud *Paſqualigum deciſ.* 478. *numero ſecundo*. quos ipſe ſequitur, placet tamen contraria ſententia, quæ ab eodem Authore *num.* 1. refer-

Paruitas materiæ an ſimoniam a mortali excludat.

fertur. Non enim video, cur paruitas materiæ in ſola hac materia & in quacunque quantitate culpam non extenuet, quia cum in rebus ſpiritualibus detur gradus entitatis, ſicuti in materialibus, non quod eas quantitatiuè, ſed tantū entitatiuè extendamus, non apparet ratio, cur deducta in parum conſiderabilem entitatem re ſpirituali, non deducatur etiam & culpa re corporali, quæ ſunt materia Simoniæ caſualiter, vel per analogiam ad ſpiritualia, vt Sacramenta, Sacramentalia, reliquias, quia hæc pati poſſunt ſenſibilem diuiſionem, plus enim erogabit fortaſſe aliquis pro reliquia inſigni, capite, crure, corpore, quā pro fragmento tenui, & vix ſenſibili, deducta proportione ab extimatione, quā faciet magis de illa, quā de iſta non reſpectu S. cui aliquando adhæſit.; pluris emet ampullam ſanguinis, quam guttam, ſicuti Eccleſia maiorem cultū exhibet inſignioribus reliquijs, quā minimis iſtis, vt in decreto Sac. Congreg. Rituū, quod Breuiario Romano præfigitur, continetur. Mitto in quā hæc, in quibus gradatio diminutionis ſenſibiliter apparet, ex quo deducere poſſumus gradationem culpæ, ſed ſiſto in re purè ſpirituali, vt gratia, quæ deduci poteſt ad gradum non primo æſtimabilē. Quod ſi cum adducta ratione inſiſtus, hic infimus gradus eſt ſpiritualis, ergo improportionatus cuicunque pretio, ergo formalitas integra ita conſiſtit in minimo, ſicuti & in maximo, Reſponderi poſſet, concedendo aſſumptū, negando tamen illationē intentā, quia licet ſit inuendibilis ſub quacūq. entitate, non inſert culpā mortalem ſub quacunque entitate, ſicuti accipere rem alterius furtum eſt, quod lucet tam in re magna, quā parua: attamē licet parua hęc materia ſit eſſentialiter, (vt ita dicā) alterius, tamē, quia eſt minimæ entitatis, venialem culpā inducit, quare, in quo cōſiſtit peccatū furti formaliter non infert eādē culpā formaliter, ita eſſe ſpirituale, & inuēdibile, in quo conſiſtit vitium Simoniæ & ſi in minima quantitate reperiatur, nō propterea eamdē culpam inuret in maiori, & in minori entitate. Itaque ſi datur diminutio in materia ſpirituali, vt ad gradum infimum deueniatur, puto dari poſſe culpam entitati correſpondentē. At inquit Paſqualigus. Gratia Dei excedit omne pretium, ſit iniuria Deo, & quidem notabilis, & grauis, peruertitur notabiliter modus adminiſtrandi gratias diuinas, hoc autem contingit in quacunque parua materia, quia in quacunq; parua materia reperitur integra deformitas. Verum conceſſo antecedente de inuendibilitate materiæ, & de iniuria Dei, ac de-

deformitate, neganda eſt conſequentia, quia hinc non reſultat grauis deordinatio, ſed poteſt conſurgere venialis, ſicut enim grauior conſurgeret ex venditione maioris entitatis, & grauiſſima in venditione entitatis maximæ (nec enim puto poſſe negari, hãc gradationẽ, quia neq. ad minimã deſcẽdere poſſumus, & ſic vana eſſet quæſtio) ſic leuis, & exigua ex leui, & exigua materia; ſupponere autẽ, quod ſimonia ſemper importet integrã diſformitatem, eſt in quæſtione, & ſecundum hanc opinionem negandum eſt. Hinc remanet confutata alia deciſio, quæ eſt 479. quod neque detur venialis ſimonia in ea, quæ eſt de Iure poſitiuo, quia ſi de quo magis, ergo & de quo minus. Vnum tamen in hoc Authore adnotauerim, *deciſ. enim* 481. *num*. 1. examinans, an parutitas materiæ excuſet a ſimonia in foro interiori, ſubiungit: Non quidem ex paruitate materiæ, nam ſaltem peccaſſet venialiter, & interueniret ſimonia, licet leuis; & in reſponſione *num*. 2 ait: Paruitatem materiæ excuſare a ſimonia etiam quo ad forum conſcientiæ. Nam licet diſputet de re parua data, vt accipiat ſpirituale ſine pacto, & inferat quæ ſupra retuli, non video, quo tendat inquiſitio; nam ſi ſupponamus rem paruam datam ſine pacto, & conuentione, dubio procul nulla adeſſe poterit ſimonia, etiam ſi rem magnam dediſſet, quicquid ſit de præſumptione fori externi certè a foro conſcientiæ ſimoniæ labes omnino exulabit. Sed quicquid ſit, noto illud, *peccaret venialiter ſaltem, & interueniret leuis ſimonia*: ſi leuis, cur id negauerat prius, ſi venialiter, cur ſemper mortaliter? ſed in quæſtione non ſupponitur ſimonia, ſed cur de illa & in foro conſcientiæ diſputatur.

Contractatio in ſimonia quid, & quotuplex ſit pretium

Sed ad alias definitionis partes properemus, *Contrectandi*, in quo includit, vendendi, emendi, paciſcendi, & alio quocunque innominato contractu negotiandi. *Pretio*, & in hoc ſimoniæ formalitas conſiſtit, vt ſcilicet detur, vel accipiatur tanquam pretium formaliter, non ob liberalitatem, gratitudinem, amicitiam, laboris mercedem &c. *Act: num* 8. vnde ſimoniæ nomen, & vitium in Eccleſiam promanauit, Simon ille magus voluit donum ibi emere, cui dictum fuit a Petro: *pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere; Putabat* (inquit Auguſtinus tract. 10. in Io.) *Apoſtolos mercatores eſſe, quales Dominus de Templo flagello eiecit; talis enim ipſe erat, & quod venderet, emere volebat*: & Hieronym. in illud Matth. 19. *Gratis accepiſtis, gratis date*, inquit, *Ego magiſter, & dominus abſque pretio hoc vobis tribui, & vos ſine pretio date*,

ne

ne Euangelij gratia corrumpatur: quæ eſt ſententia, *cap. vlt. de pactis*. *Spirituale* ſiue ſit ſupernaturale per eſſentiam, vt gratia, & virtutes ſupernaturales, ſiue cauſaliter, vt ſacramenta, ſiue effectualiter, vt effectus ſacramentorum, & actuum ſupernaturalium: ſiue ſit naturale, modo ſit ordinatum ad Deum, & diuinum cultum, vt excludamus purum naturale, nullum ordinem ad ſpiritualia continens. Hinc ſubiungitur: *ſpirituali adnexū*: vt vaſa, & ornamenta ſacra, templa, ſacramentalia, labor, qui inuenitur in adminiſtratione ſacramentorum, officiorum Eccleſiæ, beneficia eccleſiaſtica iuſpatronatus, penſiones &c. omnia enim hæc vel antecedenter, vel concomitanter, vel conſequenter ſpiritualibus adiuncta ſunt: Et hæc quidem circa diffinitionis declarationem, ad quam conſequenter multa deducuntur. Spirituale quotuplex.

Et primo circa particulam *ſpirituale*.

Actus intellectus, & voluntatis ſiue ſpeculatiui, ſiue practici, & quæ ab ipſis dependent, ſi in ſolo genere naturali ſiſtant, & ad ſupernaturalia non ordinentur, non ſunt materia Simoniæ, quia ad religionem non pertinent, non ſunt gratis data, ſunt hominis propria, & naturæ debita. *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 4. *& quæſt.* 100. *art* 3. & ſic illos vendere neque eſt ſimonia. vendere doctrinam, & veritatem etiam vt veritas eſt, non eſt ſimonia ob eaſdem rationes, *Suar. tom.* 1. *de relig. lib* 4. *c.* 8 *num.* 12. Actus ſpirituales an materie ſimoniæ.

Plus exigere ex doctrina Theologiæ, quam Philoſophiæ, quia nobilior eſt, etiamſi ſit cœlitus infuſa, non eſt ſimonia, quia iam facta eſt naturalis, & conſideratur vt habitus, ſicuti videret naturaliter qui oculos per miraculum obtinuiſſet, & magiſter conductus ad docendum in Eccleſia, ſi plus exigat ab aliquibus non eſt ſimoniacus, licet ſit iniuſtus, *Panor. c.* 1. *de magiſtr.* An doctrina.

Si magiſter nollet vacare à lectura in feſto, niſi accepto pretio, non eſſet ſimoniacus, quia docere in feſto ex pretio non eſt ſimonia, *Suar. ſup. n.* 8. *ex S. Thom. q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. *cit.*

Accipere pretium pro licentia docendi, ſi hæc licentia non pendet a poteſtate ſpirituali tanquam actus, ſed aliunde, puta ab officio temporali, non eſt ſimonia, nec ſtricto, nec largo modo contra *gloſ. in c.* 1. *de magiſtr.*

Vendere conſilium etiam circa conſcientiam, dummodo ſiſtatur in genere moris, boni amplectendi, mali vitandi, & non tendat vltra ad genus ſupernaturale cuiuſmodi faciunt quotidie Iuriſperiti, Medici &c, non eſt ſimonia, 14. *q.* 5 *c. vlt. &* 11. *q.* 3. *c.* An conſilium.

non

Digitized by Google

non licet, S.Thom.dicta quæſt.71. art.4. Sotus, & alij apud Suar. ſupra num.21.

An exortatio.. Accipere pretium, vt pretium formaliter pro exhortatione ad virtutem, vt faceret philoſophus moralis, ethnicus, non eſt ſimonia, quia ſumus in naturalibus.

An boni omiſſio. Dare pecuniam alicui, vt opus bonum omittat, dummodo ſit morale, & non ordinatum ad religionem, non eſt ſimonia, & in his, alijſque ſimilibus vnica ratio eſt, quia ſiſtimus in natura, & religionem non tangimus.

Secundo, ex declaratione particulæ *Pretio*, deducuntur ſequentia.

Commutare ſpiritualia inter ſe. Miſſam pro miſſa, reliquias pro reliquijs commutare, audire confeſſionem alicuius, vt is tuam viciſſim audiat, & vniuerſaliter commutare ſpirituale cum ſpirituali, non eſt ſimonia, quia hic non intercedit pretium, cum ſpirituale pretium nō ſit etiamſi iſta fiant ex pacto *c. ſtatuimus c. ſuper eo de tranſact. c. ad quæſtiones de rer. permut.*

Accipere pretium pro celebratione. Accipere aliquid in celebratione miſſæ non vt pretium, & ex pacto ſed per modum eleemoſynæ, & ſtipendij, non eſt ſimonia, *Caiet. ver. ſimonia, Sot. lib. 4 de iuſt. quæſtio.6. art.2. Sanch. lib.2. moral. c.43. num.22.*

Pro abſolutione a cenſuris. Pro abſolutione excommunicationis, interdicti, ſuſpenſionis poteſt accipi aliquid in ſacramento pœnitentiæ, non vt pretium, ſed in pœnam, & eadem ratione poteſt commutari votum, & redimi iuramentum mediante pecunia ſine vitio ſimoniæ, quia hic nulla eſt venditio, ſed punitio.

Pro prędicatione. Concionator poteſt recipere temporalia in ſubſtentationem, etiam ſi hoc deducat in pactum, dicendo, ſi tu me non ſubſtentaueris, non concionabor hinc 1. *cor.* 9. dicitur: *quis militat ſuis ſtipendijs? S.Thom. dict. q.100. art.2. in corp. & quodlib.6. art.10.*

Pro longitinere in miniſtratione Euchariſtiæ. Poteſt Parochus, dum in longum vadit pro ſubleuatione itineris etiam ſi ſacramenta miniſtraturus pergat, accipere aliquid ſine labe ſimoniæ, quia iſte labor non eſt neceſſario coniunctus cum miniſtratione ſacramenti, & conſequenter pretio æſtimabilis independenter à ſacramento. Illa tamen adiecta cautela, vt non excuſetur, ſi paræciam acceptauit cum ſuis redditibus, quam ſciebat longè lateque diffuſam, & talem laborem ex inſtitutione beneficij neceſſario coniunctum eſſe cum adminiſtratione, quia ſi vniuerſaliter concluſionem extendamus, inferre poſſemus, ob quemlibet labore poſſe Parochum aliquid accipe-

re

re, quod eſt falſum, quia etiam in ipſa Eccleſia laboratur in miniſtratione ſacrorum; ſi tamen daretur pro eleemoſyna, non eſſemus in caſu.

Aulicus ſeruiens Epiſcopo cum ſpe fundata ſuper gratitudine, & liberalitate illius, quod debeat illi conferre beneficium, ſimoniam non committit, quia ſeruitus illa non eſt applicata, vt pretium. Pro ſerui tio impẽſo Epiſco po.

Iniuſtè impeditus ad capiendam poſſeſſionem beneficij iam collati, poteſt abſque timore ſimoniæ aliquid dare ad redimendam vexationem, quinimo (inquit *Caiet. tom. 2. opuſc. tract. 9. quaſt. 3. & Sot. lib 9 de iuſt. quaſt. 6. ar 1. ad. 5.*) poteſt aliquis dare pecuniam patrono, ne præſentet hæreticum, ſciſmaticum, aut iniquum. Dare item pecuniam, ne Eccleſia Iuris patronatus remaneat in manu tyranni, vel pagani ab ipſo vſurpata. Item vt præſentetur, vel eligatur dignus, etiam ſi ſit vnus, dummodo non determinetur ad illum vnum ſed indefinitè ex hoc præcipuè in electione ſummi Pontificis. Iniuſtè vexatus poteſt redimere vexationem.

Non eſt ſimonia donare aliquid temporale, vel ante, vel poſt, ei qui exhibet aliquod ſpirituale etiam cum intentione, quod donatarius moueatur ad dandum ſpirituale ex gratitudine, & è cõtra, dare ſpirituale cum intentione, quod recipiens ex virtute gratitudinis donet poſtea temporale. & ratio eſt, quia donum opponitur pretio, & elicitur ex *c. ſicut Epiſcopum 1. q. 2. cap. & ſi quaſtiones, c. dilectus 2. fine, c. tua de ſimon.* docet *Sot. dict. lib. 9. de iuſt. q. 7. ar. 3. Suar. ſup. lib. 4. c. 45. n. 4.* contra *Innoc. in c. tuam, de atat. & qualit.* Duo tamen hic adnotauerim, alterum qui hoc faceret in foro exteriori, præſumeretur ſimoniacus, alterum quod difficile eſſet in his formalitatibus ſub præciſa doni ratione conſiſtere, impoſſibile tamen non eſt. Ex dono, & gratitudine.

Neque ſimonia eſſet, ſi Epiſcopus daret beneficium Eccleſiaſticum alicui cum intentione, & proteſtatione, vt hac via exoneret ſe obligatione gratitudinis, & quod recipiens beneficium teneatur illum renunciare, dummodo non importat nouam obligationem vltra illam, qua tenebatur ante collationem beneficij, *Couar. lib. 1. variar. c. 20. n. 4. Nauar. c. 23. nu 106. ver. ad 4. Suar. ſup. c. 45. n. 68.* Quæ doctrina ſeruanda eſt in mutuo, vt firma generali proteſtatione remunerationis nõ imponatur mutuatario obligatio noua, quæ ſi tacitè, vel expreſsè quoquo modo imponeretur, & ſimoniam, & vſuram conſtitueret. Renũciare beneficium.

Si pater promiſit filio munus, vt ſacramenta frequentet, chri-

ſtianus

Munus pro ſrequẽtatione ſacramenti. ſtianus donet hæbreo nummos, vt baptiſmum ſuſcipiat; Princeps decretum mortis remittat, ſi hæreticus fidelis euadat, puellæ aliquid promittatur dummodo religionem aſſumat, in his caſibus abſcedit ſimonia, *gloſ. in cap. debet* 23. *q.* 4. *Andrian. quod lib.* 9. *ar.* 3. *reſponſ. ad* 3. *princ. Nau. in c. inter verba* 11. *q.* 4. *concl.* 5. *n.* 7. *Sanch. lib.* 1. *de matrim. diſp.* 39 *concl.* 3. *Molin. tom.* 1. *trac.* 2. *diſp.* 93 *Suar. de ſimon. c.* 16. *n.* 12. *Io Malder.* 2. 2. *tract.* 9. *c.* 3. *dub.* 7. contra *Abb* S. *Anton. Medin. Syluester. Angel. S. Thomas* citatos à *Layman tract.* 10. *cap. vlt.* §. 2. *nu.* 11. Ratio eſt, quia in his caſibus non eſt contractus reciprocus, & onerosſus, ſed liberalis donatio in gratiam non dantis, ſed recipientis, & eſt donatio ſub conditione, quæ non imponit donatario obligationem ſimpliciter, ſed ſolum, ſi vult donum accipere, præſtare debet hoc, aut illud. Dantur enim conditiones obligantes, vt do tibi annulum, vt ſuſcipias in te debitum docendi, & non obligantes, vt ſi pater mortuus ſit, do tibi centum. Modo caſus iſti excludunt omnem obligationem, & donationem obligantem, & currunt tantum ſub conditione relinquente donatarium in ſua libertate. Hinc de facto inſtituta videmus collegia pro iuuenibus, in quibus aluntur, dummodo poſtea fiant Clerici, quod non implentes, tenentur ſumptus reſtituere.

Suſtentatio Miniſtrorum Eccleſiæ. Miniſtri Eccleſiæ poſſunt per modum ſtipendij, & debitæ ſuſtentationis percipere aliquid temporale pro ſpirituali, quia nõ datur propter operationem, quatenus ſpiritualis eſt, & ordinata ad ſalutem animæ, ſed quatenus ſeruitium eſt, & opus in alterius gratiam ſuſceptum. Hinc ipſimet miniſtri tenentur ex iuſtitia opus ſpirituale præſtare, ſi ſtipendium acceperunt, & in hoc ſenſu non datur vt mera eleemoſyna ex miſericordia, ſed vt ſtipendium ex iuſtitia, *c. vlt.* 1. *q.* 2. *ex Conc. Agatens.* vbi dicitur, *Clerici omnes, qui Eccleſiæ fideliter deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitij ſui meritum per ordinationem canonum a ſacerdotibus conſequantur*. Et conſonat Iuri diuino quo deſtinatos ſacerdotibus prouentus in Leuitico legimus, itaut dixerit *Malachias propheta capit.* 1. *Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuito?* Ex hoc deducitur poſſe ſacerdotes ſine ſcrupulo ſimoniæ de tali ſtipendio paciſci, quia illi debitum eſt ex iuſtitia, *gloſ. in capit. ſignificatum, cum Abb. de preben. Rodoan. par.* 2. *de ſimonia capit.* 27. *Caietan.* 2. 2. *quaſtion.* 100. *artic.* 3. *Sot. lib.* 9. *quaſt.* 6. *ar.* 1. *Binsfeldius de ſimon. c.* 42. *q.* 1. *conſ.* 1. *Leſſius lib.* 2. *c.* 35. *n.* 49. *Suar. ſup. c.* 49. *nu* 4.

con-

Digitized by Google

contra *Alenſ. Ricard. Anton: Siueſt. S. Th.* citatos à *Layman. ſup. num.* 15. Debent tamen Miniſtri abſtinere à turpi exactione ne auaritiæ, & Simoniæ ſuſpicionem ingerant, puta ſi nollent celebrare, niſi ſit pecunia numerata, niſi detur pignus; *Caiet. in ſum. uerb. ſimonia* §. 4. *nota* Nec accipere ſtipendium, ſi congruam ſuſtentationem habeant ab Eccleſia ex decimis, vel aliis prouentibus, ob quos teneantur de iuſtitia miniſtrare, *Gloſ. & Abb. in c. ſuã, de ſimon.* Niſi vbi fuerit conſuetudo introducta ex tacito cõſenſu, & laudabili origine, ſaltẽ ab initio, & per decenniũ ſaltẽ, à qua tamen abeſſe debent exactiones turpes, & Simoniacæ, & in his ſtandum eſt determinationi Epiſcopi iuxta *S. Conc. Trid. ſeſ.* 24. *c.* 14. *de Refor.* dicentis. *Illis tamẽ conſuetudinibus, quas vt laudabiles Epiſcopi probauerint exceptis, reliquas, vt ſcandaloſas, & prauas reiiciant, & aboleãt*, vide *c. ad Apoſtol. de ſimon.* Dixi ſi cõgruam ſuſtentationem habent, quia ſecus non haberet iuſtum titulum petendi, vel exigendi aliud; nam dato, quod ob laborẽ habeat iuſtum ſtipendium, ſi vltra illud exigatur aliud reputabitur ratione ſpiritualis ſeruitii, & præſumetur Simoniacum.

Si parochus nollet dare baptiſmũ, vel abſolutionẽ paruulo, vel adulto in mortis articulo cõſtitutis, & hoc ſciatur ſimoniacè facere, poſſet ſine nota ſimoniæ aliquis dare pecuniã ad extorquendum Sacramenta *Alber. in* 4. *diſt.* 5. *an. Adrian. quodl.* 9. *art.* 3. *ad* 2. *Maior. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 5. *Binfeldius c.* 9 *de Simon. q.* 3. *Valent. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 16. *puncto* 3. *q.* 3. *Suar. de ſimon. c.* 12. *n.* 13. *Leſſius lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 7. *Henriq. lib.* 2. *c.* 23. *contra S. Th. Silueſt. Arago.* citatos à d. *Layman. num.* 21. Et ratio eſt, quia hoc fit ad redimendam vexationem, & remouendum prohibens, non ad emendum Sacramentum, & ſi poſſumus precibus mollire animũ miniſtri, cur non pecunia? etiam beneficium datur propter officium, non vt pretium operis ſpiritualis, ſed vt ſtipendium ad ſuſtentationem vitæ. Nec refert peccatũ Miniſtri, quia vrgẽte tali neceſſitate permitti poteſt, & ſolũ eſſet cooperatio materialis nõ formalis. Hac ratione poſſumus dare pecuniã infideli, qui captiuã retineret ſanctiſſimam Euchariſtiam, vel reliquias, vt de cruce Domini actum fuit cum Coſdroe, & de lancea cum Baiazetto tyrannis; hæc non eſt emptio, ſed vindicatio ab iniuria, pari ratione non emo vitam dum latroni pecuniam dono ſed redimo; ne me interimat *Suar. ſup. n.* 20.

Si Parochus nollet dare baptiſmũ morituro

Dare pecunias volenti me detinere, vel iniuſtè infamare, ne

benefi-

Digitized by Google

Si quis ali quem infamare vellet. beneficium obtineam, vel agenti apud Epiſcopum minis, precibus, pretio, ne mihi conferat beneficium, non eſt ſimonia, *Sot.* citat. *ar.1. Leſſius dub.18.n.19.Valent.q.16.p.3.q.3. concl.2. circum.2. Suar ſup.c.5.n.23.* Quia hoc non eſt dare, vt dent, vel proſint, ſed ne obſint, ne vexent. Atque hæc de definitione, & emergentibus.

Simonia eſt ſacrilegium, & grauiſsimum. Reſpondetur ſecundo, ſimonia eſt ſacrilegium, quia eſt peccatum contra religionem, itaut a *Suarez tom.1.de relig.lib.4.tract.2.de ſimon.c.1.n.7.* ponatur tanquam genus in definitione ſimoniaci, & iure quidem, nam irreligioſè cõtrectantur ſpiritualia, dum venditioni ſubijciuntur cum inuendibilia ſint, extimantur enim res viles, quæ pretio emi poſſunt teſte, *Hormiſda Pontifice epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ.* Hinc fit, eſſe in ſuo genere grauiſſimum peccatum, quod Apoſtolus Petrus vocat *fel amaritudinis, & obligationem iniquitatis Act.8.* & *c.reperiuntur 1. quæſt.1.* dicitur execrabile flagitium, *& ſi quis Epiſcopus*, vocatur turpiſſimum lucrum, & *c.ſane 15.q.3.* appellatur inſtar publici criminis, & leſæ maieſtatis puniendum, & *c. ſicut 1. de ſimonia* appellatur ſimoniaca peſtis, quæ ſui magnitudine cæteros morbos ſuperat. Hinc etiam reperitur omni iure prohibita. Naturali, quia natura dictat, non debere vendi quod inuendibile eſt, ſpiritualia autem ſuperant omnia corporalia, & cum dominum non habeant, niſi Deum, *lib.2.inſtit.de rer.diuiſ.tit.1 §.8.9.& 10.* conſequens eſt, vt vendi non poſſint, niſi contra iuſtitiam, & contra ius naturæ peccetur. Diuino, *Matt. 19.Gratis accepiſtis, gratis date 1.Petr.4. Vnuſquiſque prout accepit gratiam illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei* Eccleſiaſt. vt patet in multis canonibus, & titulis de ſimonia. Hinc tertio deducitur ſimoniam de iure diuino, & naturali vetitam, indiſpenſabilem eſſe, ſecus de inducta per ius poſitiuum, quia Papa ſuper ius diuinum, & naturæ authoritatem non habet, ſicuti habet ſuper ius poſitiuum; Deus autem ſpiritualiũ Dominus potuiſſet, & poſſet decernere, vt ſpiritualia vendi poſſent.

Omni iure prohibita.

Simonia an diſpenſabilis.

Quæſtio II. Quotuplex ſit ſimonia.

Simonia quotuplex. Reſpondeo primo, ſimonia conſiderari poteſt vel ſecundum actus, vel ſecundum obiectum, vel ſecundum pretium. Hinc conſurgit multiplex illius diſtinctio. *Secundum actum*, vel eſt mentalis, vel realis, vel conuentionalis. Secundum *obiectum*, vel eſt mere ſpiritualium, vt dictum eſt ſupra, vel ſpiritualium

per

per analogiam; & ſic alia committitur in adminiſtratione Sacramentorum, alia in collatione ordinum. alia in præſtandis diuinis officijs, alia in conferendis, commutandis, reſignandis, diuidendis, vniendis beneficijs, & penſionibus, quæ omnia ampliſſimam diſputationum meſſem inſtruunt; ſed quia inſtituti noſtri non eſt agere de ſimonia in ſe, ſed in quantum punibilis, ſufficiat aliqua adnotare currente calamo, quæ in decidendis noſtris concluſionibus poſtea non deſiderentur.

Reſpondeo ſecundo, Simonia mentalis eſt, quæ concipitur mente in actum tamen exteriorem non exit, erogando pretiũ, & agendo de venditione, & emptione ſpiritualium, *cap. tua nos & c. vlt. de ſimon.* ſic ſi manum mulieris tangimus cum animo laſciuo concupiſcimus quidem, ſed non declaramus impuram intentionem. Mens autem ferri debet ad temporale, vt pretiũ, vel principaliter, vel minus principaliter, vt exempli gratia, cum Miles principaliter militat pro patria, minus principaliter pro ſtipendio; aliquis ſeruit infirmis principaliter pro charitate, minus principaliter pro pretio, ſic in ſimonia ſiue conferatur beneficium principaliter pro pretio, ſiue minus principaliter, parũ refert, quia in vtroque caſu committitur ſimonia mentalis, eſt concluſio contra *Gloſ. in c. vnico. de Cleric. non reſid. in 6.* Nauar. *in c. Fratres. diſt. 5. nu. 56. de pœnit. Couar. variar. c. 20. nu. 2. & 5. Caiet. ver. ſimonia verſ. circa tertium;* dicẽtes nõ eſſe ſimoniã, niſi principaliter intendatur pretium, ſed firmatur à *Sot. lib. 9. q. 2. Valent. & Victor. apud Suar. ſupra cap. 42 num. 8.* Et ratio eſt, quia quod minus principaliter intẽditur, eſt pretium, & ſic ſumus in formalitate Simoniæ Cum hoc tamen ſtat, vt ſi pretium non intendatur nulla ſit mentalis ſimonia, nam ſine actu voluntatis (hoc enim mentale dicimus) non eſt peccatum, & ſi pretium nolumus, ſimoniam non committimus, vt patet ex definitione illius. Vnde Sacerdos in peccato celebrans, & honorem Dei non intendens, Prædicator vanam gloriã occupans, & animarum profectum negligens, ſi vterque ſtipẽdium recipiat, non propterea dicendi erunt ſimoniaci, quia non intendunt pretiũ, ſed mercedem. Patet manifeſte quia niſi ſit verſa ad pretium ſtudioſa voluntas, nuſquam erit ſimonia. Simonia mentalis.

Reſpondeo tertio, ſimonia realis, quę mente concipitur, & externo actu completur, vt do tibi ordinem, & tu das mihi pecuniam, & ſic eſt completa ex parte dantis, & accipientis, continetque Simonia realis.

tinetque totum virus ſimoniacum, imperiturque ab omnibus Sacris Canonibus.

Simonia conuentionalis. Reſpondeo IV. *Simonia* conuentionalis, eſt cum paciſcitur, de hac nundinatione, non tamen complent ex vtraque parte, vt Epiſcopus dedit beneficium, beneficiarius tamen promiſſam pecuniam non dedit, *cap. tua nos, c. cum eſſent de* Simon. *cap. cum pridem. de pact.* iam ibat ad realem ſimoniam do, vt des, facio, vt facias, do vt facias, facio, vt des; impedita tamen fuit, ex alalterutra partium. Ex quo deducimus, ſi quis fictè promiſiſſet pecuniam pro beneficio, ſi obtento beneficio, pecuniam non præſter, neque conuentionalis ſimoniacus dici poterit, quia deficit actus voluntatis, ſine quo ſimonia conſiſtere nequit; fictio enim conſenſum excludit, *Caiet. Sot. Valent. citati a Layman ſupra n. 67.* contra *Nauar. in Manuali c. 23. n. 106.*

Reſpondeo V. circa venditionem Sacramentorum, & Officiorum ſequentes caſus accipi poterunt.

Vẽdere Euchariſtiam. Vendere Euchariſtiam in vſus magicos, vel accipere pro eroganda illa pretium, ſacrilegium maximum, & horrendum ſcelus eſt, igne expiandum Iudæ proditione peius. Communis eſt.

Alia Sacraméta. Vẽdere alia Sacramenta, prout ſunt quid conſtans ex materia, & forma ſimonia eſt, quia ſunt dona ſupernaturalia, & diuina *cap. cum in Eccleſia, de Simon. Suar. ſupra c. 10. numero quinto.* cõparatur Giezi 4. *Reg.* 5. qui ob ſanationẽ lepræ accepit dona, & ſi Mercator iſte peſſimus miniſtrat Sacramenta ex officio peccat contra iuſtitiam, ſi ſcandalizat proximum contra charitatem, quia arcet fideles à frequentia ſacramentorum *cap. baptizandis 1. q. 1. Gloſ in c. relatum 10. q. 3. Abb. in c. cum ſit de ſimon. Peior filijs Heli. 1. Reg. 2.*

Matrimonium. Vendere matrimonium vt eſt Sacramentum, eſt ſimonia, quia in eo datur gratia *Trid. ſeſſ. 7. & ſeſſ 24. can. 1.* contra *glo. in cap. cum Eccleſia, de ſimon. Hoſtienſ. Alenſ. Durand.* ſed hoc nũc eſt erroneum, Vendere autem vt contractum naturalem, minimè. Hinc datur dos, inæqualitas inter ſponſos ſuppletur pretio.

Materiã proximã Sacramẽti. Vendere materiam proximam *S*acramenti, vt ablutionem in baptiſmo, vnctionem in confirmatione, & extrema vnctione; prolationem verborũ in abſolutione, & vno verbo, actionem illam, qua confertur Sacramentum, eſt Simonia *c. baptizandis, 1. q. 1. c. cum in Eccleſia, de ſimon.* Ratio eſt, quia ſunt actiones miniſterii ſupernaturalis, ac poteſtatis diuinę nullum humanum commodum habentes, quatenus Sacramentorum ſunt; *S. Th.*

dicta

dicta q. 100. *ar.* 2 & alij communiter apud *Suar. ſup. c.* 11. *num.* 3. Poteſt tamen vendi materia remota, vt panis, vinum, oleum, corpora contrahentium, quia ſunt res naturales, & venales.

Vendere ſacramentalia, vt ſunt benedictiones aquæ, ſalis, nuptiarum, exorciſmi, cathechiſmi, & ipſas res benedictas. vt aquã benedictam, Oleum Sanctum, Calicem conſecratum, quatenus benedictiones ſunt, & res Sacræ, & reduplicatiuè vt benedictę, Simonia eſt. *c. cũ in Eccleſia, de ſimon. c. ſi quis obiecerit* 1. *quæſt.* 1. Ratio eſt, quia ſunt actus ordinis actiones procedentes à poteſtate ſpirituali, & res ordinatæ ad finem ſupernaturalem. Poſſunt tamen vendi ratione materiæ, non augendo pretium, quia ſunt benedictæ, vel conſecratæ, quia Oleum, aqua, aurum, ſepultura, Eccleſia, cera, & alia huiuſmodi ſunt res naturales, & conſequẽter venales, & parum refert, quod, materia v. g. Olei ſancti, ſit parua, vel non pretioſa, quia qua materia eſt naturalis, vendi poteſt. Si adducas *cap. ſi quis obiecerit* 1. *q.* 3. in quo dicitur *ſi quis obiecerit non conſecrationes emi, ſed res ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitus deſipere probatur, quia quiſquis horum aliquid vendit, ſine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum dereliquit.* & eſt decretum Paſqualis Papæ, Reſpondeo cum gloſa non agi de rebus corporalibus, ſed de iure ſpirituali, cui cohæret officium, vel de iure percipiendi res ratione beneficii, vel de rebus ipſis officio cohærentibus. Contra, etiam iſta ſunt naturalia. Reſpondeo, cum actiones conſecratiuæ non ſint ante formalitatem conſecrationis ſeparari non poſſunt, & ideo non poſſunt vendi. Contra *c. cum in Eccleſia, de Simon.* prohibetur vendi ſepultura, neq. ſub ratione ſoli materialis, & *c. ſi quis obiecerit* cit. prohibetur vendi Eccleſia, & *c. dictum eſt* 1. *q.* 1. interdicitur venditio chriſmatis. Reſpondeo, non poteſt vendi ſepultura iam benedicta, & ad vſum fidelium deſtinata alicui particulari, *c. abolẽdæ de ſepult.* & in hoc sẽſu eſſet ſimonia prohibita iure Eccleſiaſt. nõ naturali, nec Clerici poſſunt eã vẽdere poſſit tamẽ illã vendere dominus, quãtũ eſt de iure naturę, nõ tamẽ poſitiuo, & ſic eſſet ſimonia. Vendere autem terram ad vſum ſepulturę, non eſt Simonia, quia Abraham emit ſpeluncam duplicẽ pro ſepelienda vxore *Gen.* 23. Vniuerſaliter vendere Eccleſiam, & ſepulturam, habito reſpectu ad benedictionem ſicut & criſma eſt ſimonia, idque non ex rei natura, ſecundum quod currit noſtra concluſio, ſed ex prohibitione Eccleſiæ.

Vendere reliquias Sanctorum ſimonia eſt, *c. vlt. de relig. & venerat*

Sacramẽtalia. Conſecrata. Sepultura. Reliquias.

nerat Sanct. Quia ſacræ, ſũt, & in illis non eſt diſtinguere ſacrũ à non ſacro. Neq. poſſunt locare, vel illas exponere ad quęſtus; poſſent tamen vendi reliquiaria ratione materiæ.

Vſum ſacrarum veſtium. Vendere vſus ſacrarum veſtium, quæ vſu conſumuntur, vt planetæ albæ &c. non eſt ſimoniacum, ſecus calicis, quia non ita conſumitur. Sacriſta autem, qui exigeret aliquid pro preſtatione veſtium pretioſarum, vel melioris calicis, niſi illorum vſus eſſet conſumptiuus, ſimoniam committeret.

Actus Ordinum. Vẽdere actus ordinum procedentes à poteſtate ſpirituali ſimonia eſt, quia ad ſalutem ordinantur & ſpirituales ſunt, *cap. ad noſtram. c. cum in Eccleſia, c. ſuam de ſimon.* hinc in Sacerdote & Epiſcopo abſoluere, conſecrare, ordinare, benedicere, diſpẽſare, baptizare nuptias, Agnus Dei, chriſma, altaria, templa, candelas, cinerem, palmas benedicere; In Diacono, ſubdiacono, minoribus miniſtris, quæ ſuorum Ordinum ſunt propria, venalia facere, ſimoniacum eſt.

Proceſſiones, recitationes horarum, exequias, ſuffragia. Vendere publica officia, vt proceſſiones, recitationes horarũ, exequias mortuorum, ſuffragia &c. ſimoniacum eſt, quia ſunt ordinata ad diuinum cultum, & ſupernaturalia auxilia requirũt fidem, & gratiam, vt congrue fiant, ſunt inſtituta ab Eccleſia ad ſignificandum, & operandum ſpiritualia, ergo ſunt ſimonię materia. Et licet hæc à laicis fieri poſſint, & à perſonis, ordines non habentibus; tamen adhuc ſunt materia ſimoniæ, quia eumdem finem, & originem habent. Quod dicendum eſt etiam de priuatis orationibus, & ſuffragiis, quę fiunt pro mortuis, vel viuis, quia ordinantur ad impetrandam diuinam gratiam, & auxilia ſupernaturalia. Excipe delationem cadaueris, illius depoſitionem in ſepulchro, ornamenta, & iuſta funeris, quia ſunt actiones merè humanæ, pro quibus Polynctores poſſunt aliquid accipere tanquam pretium, pro aliis autem iam dictis nihil niſi per modum eleemoſinę, lege *capitul. ad noſtram. cap. cum in Eccleſia cap. cum non ſatis, cap. ad Apoſtolicam, c. ſuam de ſimon.*

Statum, & ingreſſum religionis. Vendere ſtatum, & ingreſſum religionis eſt ſimonia, quia eſt opus ſpirituale, & à S. Spiritu procedens, etiã ſi quis malo ſpiritu ductus ad religionẽ cõuolaret, quia ſtatus religionis ſupernaturalis, & diuinus eſt. Excluditur recipere aliquid pro ſubſtẽtatione, ingrediẽtis, vt fit in monialibus, & in matrimonio, quibus aſſignantur dotes, etiam ſi Monaſterium non indigeret, quia in hoc caſu committeretur iniuſtitia, non ſimonia, & ſecundũ Me

do.

doctrinam declarandi ſunt canones, *c. tua nos, c. quoniam de Simon. Extrauag.* 1. *de Simon. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de regul.*

Vendere prædicationem verbi Dei ordinati ad ſalutem eſt ſimonia, quia eſt quid ſpirituale, & ordinatum à Chriſto, non eſſet ſi ob ſubſtentationē, & eleæmoſinam aliquid reciperetur, vt dictum eſt. Prædicationem.

Vendere actum ſpiritualis iuriſdictionis interioris, vt auſcultādi confeſſionem, impartienda abſolutione, imponendi leuiorem pœnitentiam, abſoluendi à reſeruatis, delegandi facultatem de eligendo Confeſſario, concedendi indulgentias, laborādi in dic feſto, comedendi carnes in diebus vetitis, aſſiſtendi matrimonio, eſt Simonia, quia ſunt quid ſpirituale ordinatum ad ſalutem *c. nemo de Simon.* Actum Spiritualis iuriſdictionis interioris.

Vendere actum iuriſdictionis exterioris ſpiritualis, vt conſtituendi Vicarium generalem, ius eligendi ad beneficia, diſpenſandi in votis, irregularitate, iuramēto, legibus eccleſiaſticis, viſitandi Eccleſiam, ſententiam proferendi, ligandi ſub cenſura, & vniuerſaliter in omni, quod à iuriſdictione, & poteſtate ſpirituali dependet, eſt ſimonia, ex dicta ratione, quia à ſpirituali authoritate dependent, & ad ſupernaturalem diriguntur effectum. Faciunt *c. Matthæus, c. ad noſtram, c. contulere, c. nemo præsbyterorum, c. cùm ab omni, c. vendentes, de ſimon. cap.* 1. *et* 2. *de cenſib.* 6 *Tridentin. ſeſſion.* 24. *c.* 3. Si ōbijcias, Romæ vendūtur, Auditoratus Cameræ, & Clericatus, ſoluitur pecunia pro diſpenſationibus matrimonialibus. Reſpondeo, illa vendun tur non quatenus important ſpiritualem authoritatem, ſed emolumentum, quæ cum ſint connexa de iure Eccleſiaſtico, poteſt illa Summus Pontifex diſiungere, etiam ſi de iure communi aliis ſit vetitum; In diſpenſationibus autem non accipitur pecunia pro diſpenſationibus præciſè, & formaliter, ſed vel ad diſpenſātis, & Officialium ſubſtentationem, vel ad deterrendos homines, ne illas petant tanquam oneroſas, vel in pœnā vel vt commutationes, vt fit in votis; Minores Prælati hoc facere non poſſunt, poteſt Sūmus Pontifex, quia eſt ſupra ius poſitiuum, & approbatur à *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 5. Ex hac concluſione excipiuntur neceſſaria ad ſubſtentationē, vt Epiſcopo dum viſitat, Et quæ dependent à Prælatis, quatenus ſunt domini temporales, & in cauſis merè temporalibus, vt eſt licentia docendi, ſtudendi, legitimare ad honores temporales, iudicia in materia ciuili, & de rebus temporalibus etiam inter clericos *Suar. ſupra c.* 20. *nu.* 19. Actum iuriſdictionis exterioris. Auditoratum, & Clericatus Cameræ, ac diſpenſationes matrimoniales.

h 3 iHnc

Hinc ſportulæ Iudicibus ſoluuntur, etiam Eccleſiaſticis.

Laborem coniunctum cũ adminiſtratione Sacramẽtorum.

Vendere laborem, qui neceſſariò eſt coniunctus cum adminiſtratione Sacramentorum, & rerum ſpiritualium, eſt Simonia, non item ſi ſit accidentariè coniunctus. Ratio eſt, quia iſte labor non eſt æſtimabilis, niſi ex ipſo opere, & impoſſibile eſt ſeparari, & qui horum alterum vendiderit ſine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit, vt citauimus in *cap. ſi quis obiecerit* 1.*q*.3. Si autem neceſſe eſſet ſacerdoti expectare duas horas pro celebratione, ambulare vnam leucam pro abſolutione, poſſet pro hoc extraordinario labore aliquid recipere, vt ſupra diximus, quia iſte non eſt neceſſarius pro Sacramento, *Suar. ſup. n.* 15.

Omiſſionẽ actus ſpiritualis.

Vẽdere omiſſionem actus ſpiritualis, iuriſdictionis, vel ordinis, vt ne abſoluat debitè confeſſum humiliter petentem abſolutionem à cenſura, eſt Simonia, ita in *c. nemo de ſimon.* vbi dicitur poſſe eſſe ſimoniam cõmittendo, & omittendo, S. *Th. d.q.* 100.*ar*.3.*ad* 3.*Palud. Gabriel. Silu. Fabren. Anton. apud Suar. cit. c.* 22.*n*.4. Et ratio eſt, quia actus clauium eſt & ligare, & ſoluere, talis priuatio ad ſuam formam reducitur, ſic qui negat defenſionem ei, occidendus eſſet, ſi tenetur ex officio, homicida eſt. Dare autem pecuniam, ne actus ſpiritualis iniuſtè fiat, non eſt ſimonia, neq eſt, ſi non ſit actus iuriſdictionis, vel ordinis, vt ne celebret, ne ordinet, quia iſta omiſſio eſt exercitium libertatis, non actus poteſtatis. Hinc non eſt Simoniacus Parochus ſi non celebrat, non denunciat blaſphemum, quia ad hoc non tenetur ex ordine, aut officio. Niſi hoc faceret intuitu alicuius boni ſpiritualis, vt ſi Parochus ob pecuniam neget licentiam confitendi, vel Epiſcopus ob pecuniam non inquirat, & puniat delictũ & examinatores non approbent dignos, ſunt enim iſta debita prouenientia ex iuriſdictione, & res ſpirituales vendi non poſſunt, nõ ſolũ vt materia proxima, ſed etiã, vt ab altero pretio extimentur. In vniuerſum omiſſio actuum ſpiritualium eſt ſimonia, ſi ſumatur vt actus ſpiritualis poteſtatis, vel ſub reſpectu ſpirituali, ſecus minimè.

Simonia in beneficiis vt vetita.

Reſpõdeo 6. Simonia in beneficiis eſt vetita iure diuino, & Eccleſiaſt. Quia licet ius percipiendi redditus (in quo beneficiĩ natura conſiſtit) ſit pretio æſtimabile, tamen quia percipiũtur ob officiũ ſpirituale, ſuppoſita ordinatione diuina. & naturali de fundatione beneficiorum (apud *Nauar. de redditib. q.*1. *Moneo* 19. *& infra* præcipuè *Moneo* 21. cũ quo ſunt omnes Doctores qui

qui illum præceſſerunt,licet multi moderni ab ipſo diſcordent) quod dominiũ redditũ Eccleſiaſticorum ſit de iure diuino, & naturali,de quo non eſt locus hic diſputare,ſequitur quod ſimonia,quæ circa illa cõmittitur ſit vetita vtroq.iure. Si enim talis ius venditur,venditur etiã quod ipſi eſt annexũ,ius exercẽdi officiũ ſpirituale,ex ratione,quã adduximus ex *c. ſi quis obiecerit. de ſimon.* & ſic firmant *Durand.Paludan.Caietan.Victor.Valent. & alii apud Layman.ſup.§.5.de ſimõ.n.44.*cõtra *gloſ.in c. ex part. I.de ſimon.Nauar.c.23.n.*108.*Seſſ.*35.*Garz.de benef.*1.*p.c.*2.*n.*9 *vide c.Saluator.c.ex multis,de ſimon.* Concluſio eſt vera,permanente ordinatione Eccleſię, ſed ſi Pontifex ſepararet redditus ab officio ſpirituali, poſſent vendi *Suar. ſup. capitul. vigeſimoquarto. num.*20.

Ex hac concluſione reſoluuntur ſequentes caſus.

Reſeruans ſibi partem fructuum in collatione beneficiorum ſimoniam committit,poteſt tamen Summus Pontifex ſubtrahere aliquã partẽ fructuũ,& applicare illam ad pium vſum etiam proprium,vt cõtingit in impoſitione annatæ &c. eſt tamẽ contra ius cõmune *c.vnio vt benef.ſine diminut.tradant.Trid.ſeſſ.24 c.*14.Verum non vbiq.eſt receptum Concilium,& antiquitus ſolebant Epiſcopi reſeruare ſibi primos fructus. Reſeruare ſibi partem fructuum.

Penſiones ſpirituales nec emi,nec vendi, nec redimi poſſunt ſine ſimonia,poſſunt tamen temporales. *Victor.par.*1. *num.* 52. *Sot.lib.*9.*q.*7. *art.*2. *Tolet.lib.*5. *cap.*92. *Leſſ.c.*35. *dub.*21. *aſſer.*2. *Suar.c.*26.*n.*5. & alii. Ratio eſt,quia illæ ſunt ſpiritualibus adnexæ,iſtæ non. Suppono diſtinctionem notam, alia enim eſt penſio clericalis, quæ datur ad exercitium, vel ſubſtentationem ſtatus clericalis, alia laicalis, quæ datur ob temporale ſeruitiũ exhibitum Eccleſię,vel exhibendum,vt ad ornandam Eccleſiam, tergenda marmora, pulſandas campanas,fores pandendas, canes eiiciendos; hæc eſt merè temporalis, illa ſpiritualis, quia eſt adnexa clericatui, datur ob recitationem officij Beatæ Virginis, poſt conſtitutiones *Pij*, & *Sixti V.* ideo circa illam ſimonia committi poteſt. Poſſunt tamen redimi, ideſt qui tenetur ſoluere penſionem,poteſt conuenire cum penſionario de danda tanta ſumma pecuniarum vnica vice ad vitam; debet autem remanere in penſionario obligatio recitandi illud officium, quia ſi hęc extingueretur venderetur ſpirituale, tunc enim non vendit ſpirituale, ſed redimit obligationem ſoluendi. Emere,& vendere penſiones ſpirituales,vel tẽporales.

Beneficia permutari non poſſunt ſine licentia *c.quaſitum c.ex*

Permutare beneficia. *Vniuerſorum, de rer. permutat.* & eſt ſimonia, cum licentia autem minimè, etiam ſi non ſit obtenta, ſed habeatur relatio ad illam, & obtineatur ante permutationem, quia permutatur ſpirituale cum ſpirituali. *cap. ad quæſtiones, cum Clement. vnica eod. capitul. quæſitum capitul. quam pio 1. q 2. c. quam pridem. c. vlt. de pact.*

Paciſci ſe electurum Titium, ſi ipſe conferat beneficiũ, vel reſignet, eſt Simonia. *c. de hoc c. cũ eſſent de Simon. vbi Abb.* Ad tollẽdam ſuſpicionem, ne beneficia commutentur ob quęſtum *c. quã pridem. c. vlt. de pact. c. ex parte 1. de offic. deleg.*

Paciſci de expenſis faciendis ab vna ſola parte commutare volentium eſt ſimonia, niſi ille alias teneretur ſolus facere expenſas, *Suar. d. c. 35. n. 4.*

Redditus pinguiores vnius beneficii non poſſunt commutari pecunia cum tenuiori ſine licentia Papæ. Quia iſti redditus ſunt adnexi titulo ſpirituali, & nõ poſſunt emi redditus, quin ematur titulus, Ideo eſt Simonia, *Abb. Adrian. Nauar. Arag. Couarr. Vaſquez. Suar. apud Layman. citatum n. 94.* Si obiicias *c. ad quæſtiones, de rer. permut.* ſanxit Clem. 3. commutari poſſe Eccleſias, ita tamen, vt pecunia compenſetur exceſſus redditnum. Reſpondet *Couar*, agi de duabus Eccleſiis vnitis duabus Eccleſiis conuentualibus, quarum vna non erat vnita in titulum, ſed in proprietatem religioſorum ob ſubſtentationem, & tales redditus merè temporales poterant commutari pecunia.

Vendere ius patronatus, quia ſpirituali adnexum eſt ſimoniã facit, *c. præterea, de tranſact. c. quia Clerici c. de iure, de iure patron. & quidem Abb. Rocc. Selu. Brinsfeld.* putant eſſe de iure Eccleſiaſtico, *Gloſſ. Nauar. Suar* apud *Laiman. in 6.* de iure naturali, & diuino, quia intrinſecè, & de ſua natura eſt ſpirituale, tum quia eſt a poteſtate Eccleſiaſtica ſpirituali, tum quia ipſe actus præſentandi eſt ſpiritualis, quo acquirit præſentatus ius ad ſpirituale, & tandem quia ordinatur ad obiectum ſpirituale, ideſt ad officium Eccleſiaſticum;

Papa quid poteſt in beneficiis. Papa poteſt ſine ſimonia ſeparare penſionem ab officio ſpirituali, & vendere illam, poteſt extinguere officium ſpirituale, & vnire præbendam officio temporali. v. g. lectioni Grammaticæ, quam laicus legeret, & ſic defineret eſſe ſpirituale, poteſt ſibi reſeruare, uel alteri partem fructuum beneficii, quia eſt ſupremus ſacrorum arbiter, hoc autem non poteſt Epiſcopus ſine ſimonia, *c. prohibemus, de cenſib.*

Ven-

Vendere præſtimonia ſimonia eſt, quia Pius V. obligat ad officium canonicum. Item commendas clericales, quia in his continetur ſpiritualis facultas, ſiue ſint perpetuæ, ſiue ad tempus, ſiue dentur in fauorem commendatarij, ſiue non, ſecus de commendis temporalibus, quia iſtæ dantur militibus, & laicis. Dices: commendatarij tenentur recitare aliquas preces. Reſpondeo ſed hæ non ſunt officium. Dices: aliquando habent ius præſentandi. Reſpondeo veluti Ius patronaaus, quod reſidet in laico. Item coadiutorias quia exercent ſpiritualem iuriſdictionem, & officium, & dant ius miniſtrandi ſpiritualia, *Suar. ſupra cap.27. num.5.* Præſtimonia.

Hoſpitalia auctoritate Epiſcopi erecta, & quæ ſunt beneficia eccleſiaſtica, vel habentia Rectorem cum ſpirituali adminiſtratione etiam ſine titulo, & amouibilia *c. Saluator 2. quæſt. 3.* vbi prohibetur vendi officium Procuratoris, ideſt cuiuslibet Adminiſtratoris rerum eccleſiaſticarum, ſunt materia ſimoniæ. Hoſpitalia.

Sacriſtæ, ſindici, œconomi temporalia officia, & actus non ſunt materia ſimoniæ, licet prohibitum ſit vendi, *c. ſi quis Epiſcopus 8. 1. q. 1. c. Saluator dict. 2. q. 3.* quia non ſunt ſpiritualia, nec ſpiritualibus adnexa, etiam ſi cum Simone percellantur vendentes, & ementes, *cap. conſulere de ſimon.* vnde illa ad ſimoniam reuocat. *Suar. cap. 29. num. 5.* ſub his comprehenduntur Diſpenſator, Procurator, *dicto cap. Saluator*, Defenſor, ſeu Aduocatus, *dicto cap. ſi quis Epiſcopus* Iudex *dicto cap. Saluator*, & Manſionarius, ideſt ille, qui eſt Præfectus Clericorum ad diſtribuendas manſiones. Sacriſtæ, ſindici æconomi.

Paciſci de ſtipendio miſſæ, dummodo non ſit pretium non eſt ſimonia. Vnde qui tenetur dare ſtipendium pro celebratione miſſarum, non committit ſimoniam ſi dat illud ſacerdoti, a quo pretium accipiat. Stipẽdiũ miſſæ.

Reſpondeo ſeptimo, nomine pretij in ſimonia intelligimus, cum datur temporale pro ſpirituali, *cap. placuit cap. non ſatis 1. quæſt. 1. cap. cum in Eccleſia de ſimon.* cum intentione vel actuali, vel virtuali commutandi vnum pro alio, *cap. tua nos de ſimon.* & hæc intentio præſumitur, cum non adeſt honeſtum motiuum dandi temporale pro ſpirituali, ſcilicet gratitudo, ſubſtentatio, eleemoſyna. In foro autem exteriori probaretur ſimoniaca intentio, ſi daretur temporale ob ingreſſum Religionis, intercedente pacto ſine cauſa probabili honeſtante, vti ſi temporale exigeretur, modis rigoroſis peteretur. *extrauag. 1. de ſimon.* quibus Pretium in ſimonia quid ſit;

def-

deficientibus ſpectanda eſt perſona dantis, qualitas recipientis, quantitas muneris, occaſio largitionis *capitulo, & ſi quæſtiones de ſimon.*

Quotuplex. Diuidunt tripliciter pretium, in *Munus* à *manu*, à *Lingua*, ab *obſequio*. *A' manu*, vt pecunia etiam promiſſa, *c. a nobis, c. tua nos c ad hoc, de ſimon.* quæuis res temporalis pretio extimabilis, ſiuè mobilia, ſiuè immobilia, ſiuè ſemouentia, ſiuè corporalia, ſiue incorporalia, vt iura, *c. totum 1. quæſt. 1. cap. & ſi quæſtiones, cap. tua nos, eodem*. Remiſſio debiti, *c. veniens cap. penult. c. talia eod.* Mutuatio pecuniæ exhibitæ, vel exhibendæ. Penſionis reſeruatio, & omne donum iure poſitiuo prohibitum dari pro re ſpirituali, vt ex citatis iuribus conſtat. *A' lingua* vt preces, ſupplicationes, quæ in Collatoris, vel ſuorum vtilitatem cedunt, cum pacto tamen, vel promiſſione, ſecus non eſſet ſimonia, quia iſta non ſunt pretio extimabilia, *dicto cap. tua nos, de ſimon.* & ſi pro ſe, vel indigno ſupplicaret, eſſet ambitio, & ſacrilegium, non ſimonia, etiamſi preces adhiberentur apud Principem, vt is Papam rogaret, dummodo preces non ſint pretio conductæ, vel Collator non intenderet ſe rogari obligare beneficiarium, vt ipſe eum rogaret, quia tunc eſſet ſimonia. Item interceſſiones, Item laudes cum pacto tamen, & conuentione. *Ab obſequio*. niſi ſit iuſtum, & honeſtum, & moueatur ob obſequium ad præſtandum gratis. Simoniæ ſignum eſt, ſi Aulicus pro ſeruitio, alioquin pretio extimabili nihil accipiat, ſi tamen reciperet, (vt vocant partem quotidie ceſſante pacto tacito, vel expreſſo, & intentione obtinendi beneficium mediante obſequio, non eſſet ſimonia, etiamſi iſte ſperaret ſe remunerandum ob gratitudinem, quia iſta eſt obligatio antidoralis, ideſt reddendi doni.

Imponere nouũ onus celebrandi, vel recitãdi. Hinc conferre Iuſpatronatus cum onere celebrandi tot miſſas, vel recitandi roſarium, quod onus non erat antea beneficio impoſitum, eſt ſimonia, quia ſpiritualia danda ſunt ſine modo, & obligatione perſonali, *Gloſ. in dict. cap. tua nos de ſimon. Abb. in cap. ſignificatum, de præbendis. Victoria, Nauar. Suar. Filliuccius tract. 45. cap. 5. num. 29.* Niſi tale onus prius impoſitum fuiſſet, vel a fundatione, vel in vacatione beneficij, quod fieri poteſt à Papa in tota Eccleſia, & ab Epiſcopo in ſua diœceſi. Dare autem fundum, vel cenſum, vt fiat Eccleſia, vt tot miſſæ celebrentur, ſecus ij redditus dentur pauperibus, non eſt ſimonia, quia non emitur ſpirituale per temporale, ſed datur temporale tanquam ſtipendium, *cap. olim, de reſtitut. ſpol. capitulo verum, de co*

rondit. appoſ. capitulo vltimo, de teſtament. capitulo ex parte 3. de rerum ſignif.

Reſpondeo octauo, confidentia beneficialis ſub grauiſſimis pœnis vetita reperitur. Eſt confidentia in genere certa ſpes de re aliqua, quod ita fuit, eſt, vel erit. *Nau.cap.23.num.*109. vnde *Cicero 4. Tuſculan.* ait, *fidentia eſt firma animi confiſio*. eſt licita, cum quis ordinatè confidit, ideſt in meritis. *Pariſius de confidentijs quaeſt.* 1.*num.*19. eſt illicita, cum quis inordinatè confidit, & hæc non ſemper eſt ſimoniaca, vt cum confidit ſine meritis, non tamen ex pacto. Simóniaca eſt, cum quis confidit, quod Collator conferet beneficium mediante pacto, pretio, conuentione, modo, vel conditione tacita, vel expreſſa. *Nau ſupra* vel quod alter acceptans beneficium, ſibi poſtea, vel alteri conferat. *Maſcard. de probat.colum.*1306.*num.*2. Hinc patet confidentiam eſſe certam ſimoniæ ſpeciem, ideſt conuentionalem, ideo omnis confidentiarius eſt ſimoniacus, non è contra. Item non eſſe prohibitam Iure diuino, ſed poſitiuo, quia eſt inter ſpiritualia. *Paris ſupra quaeſt. 3.num.*1. *Nau. ſupra* hinc ante Pium V. de quo mox non erat prohibita, *Paris ſupra quaeſt.*5.*num.*31. Equidem *Pius IV. anno* 1568. *& V. anno* 1569. vetuerunt dari beneficia cum confidentia accipiendi reſignationem, penſionem, fructus, ſiuè fiat cum pacto, ſiuè ex alia cauſa, & occaſione, ſiuè confidat vt amico, ſiuè vt conſanguineo, ſiuè vt familiari'. idque ſub pœna vacationis a die impetrati beneficij cuiuſcunque modi, & tituli, & ſub pœna reſtitutionis fructuum, & ſi ſint Cardinales, vel Epiſcopi peccant mortaliter contra præceptum obedientiæ, & ſunt ipſo facto interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, alij ipſo facto excommunicati reſeruata Papæ abſolutione. Hæc Pius IV. Pius autem V. aduocat ad ſedem Apoſtolicam cauſas confidentiales, quod in alia bulla poſtmodum reliquit Epiſcopis quo ad inquiſitionem, non quo ad ſententiam, & ponit ſequentes caſus.

Confidentia beneficialis.

Quomodo vetita, & punita.

Primum, ſi recipitur beneficium dimiſſum etiam cum ſola intentione dimittentis, vt deinde detur dimittenti penſio, vel pars fructuum, aut ipſum beneficium.

Caſus cõfidentiales,

Secundum, ſi collator beneficij intendat in collatione illius habere penſionem, fructus, vel beneficium ſibi, vel alteri.

Tertium, idem ſancit de Patrono, Præſentatore, Electore.

Quartum, ſi Clericus Cameræ, Cardinalis, vel alius exem-

ptus

ptus retroceſſerit acceptum beneficium per reſignationem, vel ceſſionem in eumdem reſignantem, in ſpatio duorum, vel trium menſium cum penſione, vel parte fructuum, acceſſu, regreſſu, ingreſſu.

Quintum, diſpenſatus ab irregularitate, vel abſolutus a crimine, ſi recipit idem beneficium, quod ob cauſas prædictas dimiſerat. Has autem confidentias vult intelligi, etiamſi crimen cōfidentiæ ab vna tantū parte ſit commiſsū, eoſque excommunicat, & inhabilitat in perpetuū ad omnia officia, beneficia, adminiſtrationes. Iſtæ autem confidentiæ vetitæ ſunt etiam in foro animæ ſub peccato mortali, non tamen obligant ad pœnas, niſi ſint aliquo ſigno externo manifeſtatæ, quia per dicta in cap. de pœnis, peccatis mentalibus pœnæ non imponuntur, & ad pœnas ſufficit datum eſſe beneficium, & acceptos fructus, licet intentio foris publicata non ſit, ſed retineatur in ſola mente dimittentis, vt inquit citatus Pontifex.

Confidentia pactionalis Confidentia pactionalis, ideſt ex vna tantum parte conſumata, quia ſcilicet ſit traditum beneficium, & non retroceſſi fructus inducit omnes ſuperiores pœnas, vnde maior eſt ſimonia pactionali, ſeu conuentionali, quia hæc non infert pœnas, vt illa. *Nau. dict cap 23. num. 110 & conſil. 40 & 41.* Item maior ſimonia reali, quia hæc non priuat beneficijs antea obtentis. Item fructus confidentiæ debentur Cameræ, ſimoniæ Eccleſiæ. Verum tamen eſt, quod confidentia neutra ex parte conſumata, nō infligit pœnas, neque ſi quis anticipatè ſoluat fructus ante receptionem beneficij, quia damnatur illa, qua datur beneficium, & poſtea recipitur fructus, & pœnæ non ſunt ampliandæ. & multo minus pœnas inurit confidentia mentalis, ſi beneficium non accipiatur ſicuti non incurritur, ſi quis reſignet beneficium cum animo reſeruandi ſibi penſionem, quia hoc non facit contemplatione alterius, vt dicit Pius V. ſed ſui, Vel iuuandi parentes, quia hoc non facit intuitu familiaritatis, ſed pietatis, & miſericordiæ. Has pœnas non incurrunt Mediatores, Collatores, Præſentantes, Patroni, ſed tantum recipientes, & retinentes beneficium, vel ex beneficio penſionem recipientes, aut ingreſſum, acceſſum, regreſſum. Tandem confidentia in penſionibus, & alijs Iuribus puta acceſſus, regreſſus, ingreſſus, Iuriſpatronatus, licet ſit mala, non eſt tamen comprehenſa in citatis bullis.

Reſpondeo nono, Pœnæ in ſimoniacos ſunt ſequentes.

Primo, ſimoniaci reales, ideſt quod non ſint mentales, vel con-

cõuentionales in ordine,beneficio,& ingreſſu religionis ſiuè publici ſiuè occulti sũt ipſo facto excõmunicati, & abſolutio Papæ reſeruatur. *Paul. 2. cum deteſtabile extrauag. 1. de ſimon. c. tua nos cap. ſicut de ſimon. cap. erubeſcant d. 32. cap. ſi omnia 6. quaſt. 1. c. chriſtiana 32. quaſt. 5.* Excluditur ſimonia mentalis, quia de occultis non iudicat Eccleſia, vt patet ex citatis capitulis. Excluditur conuentionalis, quia Iura puniunt dationes, & receptiones ſecutas ex conuentionibus. *Extrauag. 2. de ſimon.* in qua dicitur. *Qui ſimoniacè ordinati fuerint, qui quomodolibet dando, & recipiendo ſimoniam commiſerint.* Ita & *in cap. presbyteri cap. reperiantur, cap. ſi quis Epiſcopus 1. quaſt. 1. cap. ſaluator cap. ex multis 1. quaſt. 3.* Non enim incurritur legis pœna, niſi ſecuto actu prohibito, & pœnæ ſunt reſtringendæ *cap. odia, de regul. iur. in ſexto*, & licet pura conuentionalis puniri poſſit ab Eccleſia, tamen contra ipſam non eſt ſancitum. Quod ampliandum eſt, vbi datum ſit pretium, ſed nondum beneficium, quia adhuc conuentionalis eſt, non realis.

Simoniaci reales ſunt ipſo facto excõmunicati.

Non mentales, nec conditionales.

Secundo, ſimoniacè ordinati, & ordinantes, & capitulum conferens beneficium, vel eligens, incurrunt ſuſpenſionem ab exercitio, & collatione Ordinum, ab adminiſtratione Eccleſiaſtica, & omni actu iuriſdictionis capitularis, non ab officio, aut beneficio. *extrauag. 1. de ſimon. Sixtus V. in bulla contra male promotos*, quæ non eſt reducta ad terminos Iuris communis à Clemente VIII. quoad pœnas contra ſimoniacos.

Simoniaci in ordine, vt puniantur.

Tertio, ſimoniacè obtinentes beneficia, illis ſunt ipſo iure priuati, & inhabiles ad illa, & alia. *Pius V. ſupra* requirit tamen *Nau. conſ. 39. & 91. de ſimon.* Iudicis condemnationem, vel ſaltem declarationem criminis *conſ. 92.* cuius oppoſitum tenent *Vgolin. Suar. Azor. Filiuc. ſupra cum praxi 5. pœnitentiariæ.* ſed ſententia Nauarri eſt tenenda.

Simoniaci ſunt ipſo iure priuati beneficijs, & inhabiles.

Quarto, ſimoniacus tenetur dimittere beneficium, & reſtituere fructus perceptos, & ſua culpa non perceptos, ſponte, & ante omnem ſententiam, & in conſcientia, deductis expenſis, & melioramentis cum diſtributionibus quotidianis, niſi impenſus labor illas mercatur. Quod eſt verum etiam in ſimonia occulta, & hoc debet facere non ſe prodendo, ſed ſub alio colore. Ratio eſt, quia illa poſſidet ſine titulo, & retinet contra iuſtitiam, atquè adeo eſt fur, & latro tam beneficii, quàm fructuum, & cum hoc preceptum, *Non furtum facies*, ſit negatiuũ obligat ſemper, & ad ſemper, & hoc currit, non ſolum vbi adſit ſcien-

Tenẽtur dimittere beneficia.

ſcientia ſimoniæ realis, ſed vbi accedat tractu temporis, ideſt ſi reperiatur habere beneficium, neſciat autem acquiſitum fuiſſe ſimoniacè ab altero taliter procurante, immo in ſua conſcientia abhorreat tale ſcelus, ſi poſtea ſciat interceſſiſſe pretium datum ab amico, conſanguineo &c. tenetur dimittere illud, quia acquiſitio fuit nulla à principio, & tractu temporis non conualuit, & ceſſante bona fide efficitur malæ fidei poſſeſſor, *Nauarr. conſ.95. de ſimon. num.3. Suar. ſup. nu.35.*

Actus ſacri à ſimoniacoquādo ſūt validi.

Quinto, Actus ſacri per ſimoniam ſi ſacri ſint, & non iterabiles, vel irritati per legem ſunt validi, quia ſimonia illas non irritat, ſicut nec faciunt alia peccata, vt Collatio ordinum, ſacramentorum miniſtratio, Euchariſtiæ conſecratio, religionis profeſſio, calicis conſecratio, eiuſdem, & reliquiarum emptio, Penſionis etiam clericalis, Iuriſpatronatus, officij eccleſiaſtici mere temporalis, vt Procuratoris, Æconomi, Aduocati, Defenſoris, Nundinatio, ita etiam auditoratus, & clericatus cameræ, Inquiſitoris. Nulla enim hic ſimonia, quia beneficia non ſunt, ſi tamen ſunt iterabiles, vt Collatio, præſentatio, inſtitutio beneficij ſunt ipſo iure nulli, ſi realis ſimonia interceſſerit. *extrauag. de ſimon. bulla Pij V. cap. Matthæus cap. vltimo de ſimon.*

Electio ſimoniaca, eſt nulla.

Sexto. Omnis electio ſimoniaca, præcipuè Papæ, eſt nulla. *Iul. 2. cum tam diuino* etiamſi *in c. vbi periculum, de elect. in 6.* contra electionem Papæ canonicè factam, nulla admittatur exceptio, quod videtur confirmatum per bullam 85. *Pij IV.*

Simoniacus nō tenetur ante ſententiā reſignare beneficia ante obtēta.

Septimo, Simoniacus non tenetur ante ſententiam reſignare beneficia obtenta ante ſimoniam, quia lex, quæ priuat poſſeſſione bonorum ritè acquiſitorum, non ſolet cum tanto rigore ferri, & nulla talis lex reperitur, excepta ſimonia confidentiali, & commiſſa ab examinatoribus ſynodalibus, qui priuantur beneficiis ante obtentis. *Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. Suar. ſup. cap. 58. n. 4.* Ante latam verò ſententiam poteſt ſimoniacus in conſcientia retinere beneficia obtenta ante ſimoniam, ac fructus. *Vgolin. de ſimon. tabul. 4. cap. 6. §. 6. Henriquez cap. 37. num. 5. Auila par. 3. diſp. 5. in fine: Layman. lib. 4. tit. 10. cap. vlt. num. 74.* Valent. tem actiones legitimè factæ ante ſimoniam, vt electio, præſentatio, &c. ſi enim Epiſcopus in inſtitutione aliquid reciperet, non vitiaretur bona præſentatio.

Reſpondeo decimo, Vendens rem ſacram contra iuſtitiam tenetur de iure naturæ reſtituere pretium, quia vendit inuendibile,

dibile, & non ſuum, & conſequenter ex principijs reſtitutionis non facit rem ſuam; retinet alienum; & iniuſtè acquiſitum. ſic etiam qui accipit pecuniam ob ceſſationem à vexatione, quia illa datur inuoluntariè. Reſtituendum quidem eſſe danti quia iniuſtè ablatum reſtituendum eſt domino, non pauperibus, & ante omnem ſententiam. *S. Thom. diſt. quaeſt.* 100. *ar.* 6. *Syluest. ver. ſimon. quaeſt.* 20. *Nau. in manual. cap.* 17. *num.* 32. *Suar. c.* 60. *num.* 3. adeſtque *cap. de hoc de ſimon.* in quo dicitur. *Non poſſe retineri ſic acceptum ſine graui ſalutis periculo, ſed reſtitutio eſt facienda Eccleſia, cui facta eſt iniuria. ex dicto cap. ad hoc.* Alij dicunt poſſe dari pauperibus illius Eccleſiæ. Poteſt fieri compoſitio cum S. Pœnitentiaria, vel Dataria, vel dari Prælato, qui illud in pios vſus diſtribuat, & hoc quidem pro venditione beneficij, vel præſentatione &c. Acceptum autem pro ingreſſu religionis, & collatione ordinum niſi ſit contra iuſtitiam, non eſt reſtituendum ante ſententiam, quia id nullo iure cauetur. *Si* arguas *in cap. vltimo, de ſimon.* dicitur non teneri ob ſimoniam mentalem, ergo tenebitur de omni reali. Reſpondeo concedendo de aliqua, non de omni, quia pœnæ ſunt reſtringendæ. Si inſtes *ex capit. audiuimus, eod.* ibi enim præcipitur, vt Epiſcopi vendentes ſacra duplicatè reſtituant. Reſpondeo, ſed non ante ſententiam.

Vendens rē faciam tenetur reſtitue pretium, & cui.

Acceptū pro collatione ordinum, & ingreſſu religionis quando, & cui reſtituendū

Reſpondeo vndecimo, Diſpenſare in ſimonia quoad culpam ſi ſit iure diuino, & naturali vetita, ſolus Deus poteſt, ſolus enim poteſt facere, vt vendi poſſint inuendibilia, & tollere legem. In ſimonia de iure poſitiuo poteſt Papa, & quidem quoad pœnas, & in exercitio ordinis ſimoniacè accepti, *extrauag.* 2. *& capit. penult. de ſimon.* ſicut etiam acceptorum ante hanc culpam, circa quos ſimoniacus remanet ſuſpenſus per bullam *Sixti V. contra malè promotos,* quæ vt dictum eſt, reuocata non fuit a *Clemente VIII.* quoad ſimoniacos, idquè in pœnam ſceleris. de iure namque communi, vt habetur in *c. penultimo cit. de ſimon.* ſuſpenſio erat reſeruata ad triennium tantum, nunc in perpetuum, ex prędictis *extrauaganti, & bulla.*

Quis poſſit in ſimonia diſpenſare.

Diſpenſare cum conuentu regulari ſuper ſimonia contracta pro acceptatione ad Religionem, ſolus Papa poteſt. cum ſimoniaco autem ingreſſo, & ſuper expulſione ab illo conuentu, ſi ſit poſt ſententiam ſolus item Papa poteſt, non autem ante ſententiam, de quo vide diſputata à nobis *in commentarijs ad ſtatuta cap.* 2. *ſtatut.* 14. *quaeſt.* 5. vbi de hac materia tractauimus. ſimiliter

ad

ad Papam reſeruatur diſpenſatio ſuper interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ lato in Epiſcopos male ordinantes, vt ſupra, Vel recipientes beneficia in confidentia. Pariter in collatione, & obtentione beneficij, inhabilitate ad illud, & alia ob ſimoniam ad ſolum Papam ſpectat diſpenſatio. Ex. *Pio V. ſupra declarationem Congreg.* C*oncilij praxi Pœnitentiariæ apud Suar. & Filliuc. tract.* 45.*cap.*13.*num.*38.

Si dicas. Epiſcopus diſpenſat ſuper irregularitatibus occultis ex Tridentino *ſeſſ.*24.*cap.*3. Reſpondeo, at hæc eſt ſpecialiter reſeruata per *Sixtum V.*

Si petas. Quid ſi Papa ſciens ſimoniacum, conſerat illi beneficium? Reſpondeo, in eo caſu cenſetur cum illo diſpenſare, & ſi cum Papa ſimoniam committeret, tunc pœnas non incurreret, & ſi eſſet contra ius diuinum peccaret ſolum, & nulla eſſet collatio, quia Papa non poteſt validare quod eſt contra ius diuinum, & naturale.

Si tandem quæras, an poſſit induci conſuetudo circa ſimoniã. Reſpondeo, poſſet circa illam, quæ eſſet de iure poſitiuo, non de iure diuino, & naturæ. Atquè hæc carptim circa ſimoniæ eſſentiam, diuiſiones, qualitates, nunc ad alia.

Simonia conſuetudine non conualeſcit.

Quæſtio III. Quid decreuerit Ordo pro eliminanda peſte Simoniæ.

Reſpondeo per ſequens ſtatutum *cap.*7.*S.*5.*num.*39. *ſubornatores declaramus, qui donis, & promiſſis, comminationibus, aut obſecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falſis aliquem inducere conantur, vt ſibi vel alteri ſuffragium in electionibus ferat, aut non ferat. Quinè colligationes, aut inductiones fecerint. Qui in electionibus, vel ante per ſex menſes pro ſe, vel pro alio, per ſe vel per alios ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, Miniſtro, aut* Commiſſario *Generali reſeruatam, qui ſi in eadẽ damnatione fuerint, a ſolo ſummo Pontifice abſolui poſſint. Inſuper ſubornatores actibus legitimis ipſo facto priuamus*. Sacris Canonibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus conforme ſtatutum. Canones ſunt omnes illi, qui vetant ſimoniam in beneficiis, & officiis, Conſtitutiones ſunt Pii V. *Paſtoralis* vna, altera Gregor. XIII. *Conſueuit Clement. VIII. de refor. regular.* S. 25. vt omnes officiorum ſubornatores imperit, quod idem eſt, ac ſimoniacos. Nam ſubornatores ſunt, qui vel teſtem, vel delatorem ſubmittut, atque precibus, donis, & muneribus corrumpunt, vt falſum dicant. *l. alii propter, ff. de*

Subornatores in Religione quomodo puniantur.

Subornatores qui ſint.

de accuſat.l. 1.*& l.Diuus ff. de iure patr.l.*1.*§.incidit ff.ad Turpill. clem.de teſtib.in fine.& nos ſupra cap.*11.*q.*2.*Nau.lib.*5.*conſ.*21. ait, *ſubornare eſt clam ornare, & inſtruere*, & ſubornatio eſt ſuaſio, boni vel mali ad bonum, vel malū finē, & citat Cardin.in *clem.*2.*de teſtib.not.*2. & cum agatur de electione ad ſpiritualem iurisdictionem, mediantibus donis, promiſſis, obſecrationibus, vituperationibus &c. nulli dubium eſt, quod ſit diſpoſitio contra formales Simoniacos ex ſupra diſputatis de natura Simoniæ cum adæquata pretii ratione ſcilicet à lingua, à manu, ab obſequio. Vnde *Bart.l.*1.*ff. ad l.iuliam,de ambitu* ait, *Simoniam apud Canoniſtas idem eſſe, ac ambitum apud legiſtas*. Et cum de donis, & promiſſis non ſit difficultas, declarandæ ſunt aliæ particulæ ſtatuti; Ideo ſit.

Quæſtio IV. Quid ſint Obſecrationes importunæ, & ſi in vim ſtatuti prohibeantur, ſi liberè ſine importunitate ingerantur.

Reſpondeo, Obſecrationes ſunt preces, ſupplicationeſque, quas Sacerdos offerre ſolet in publicis precationibus ad opem à Deo impetrandam. Vnde cōmuniter ſacræ ſcripturæ Interpretes illas accipiunt pro ſanctioribus precibus, quæ in ſacrificio offerri ſolent. 1.*ad Timoth.*2.*obſecro igitur, primum omnium fieri obſecrationes, orationes poſtulationes &c.ad Eph.*6.*per omnem orationem, & obſecrationem*, vbi apparet non eſſe idem obſecrare, orare, & poſtulare, vt aliqui Iuris canonici Interpretes dixerunt, ſed obſecratio connotat rem ſacram, per quam petitur, vt in hunc poſteriorem Pauli Lotuni dixit Cyrarius. *obſecrationem* (inquit) *quæ eſt cum expreſſione rei ſacræ, per quam petitio ſit exaudibilis, vt cum dicitur. Per paſſionem tuam libera nos*; quę eſt *gloſſa* mens, in priorem Apoſtoli ſententiam, ex *Auguſtin. epiſt.* 59.*q.*5. & alibi, & ſic docet *Turnebus lib.*22.*c.*35. & licet in ſtatuto ſumantur obſecrationes pro precibus, & inſtantiis, quæ ſiunt apud vocales: attamen denotant preces efficaciſſimas, veluti quas apud Deum fundimus, vt ſint ferè ſpecies quædam cultus, & latriæ. Quibus ſi addamus verbum Importunis vehementiam poſtulationis intelligemus. Importunum enim eſt, quod loci, temporis, & perſonarum rationem non ſeruat; opponitur ſiquidem opportuno, quod omnia iſta importat. *Oltradus in tit. de tempor. vſur. initio. Io Andr.c.cum ex eo, de elect. Arcbid.c.ſi quem de procur.in 6.Gaddæus ad l.*233.*init.de verb. ſignif.nu.*1. Significat igitur vehementem, & effrontem violentiam precum aptam ad extorquendum ſuffragium pro ſe, aut amico. Ex quo,

Obſecratio quid ſit.

Quid ſignificat Importunum.

Subornare ad bonum finē in electione eſt malum.

Reſpondeo ſecundo licet principaliter citata Iura intendant exterminare malam ambitionem,ac indignam Officialiū promotionem, includunt etiam ambitionem, & ſubornationem, quæ ad bonum finem ordinatæ ſint, puta vt eligatur dignus, vel pro tali exiſtimatus,eſt concluſio contra *Rod.tom.2.q.56.art.1. Cordub.lib.1.q.35.& 36. initio. Soto de iuſtit.q.6.ar.6 part.66.col.1. lib.1. Nauar.c.27.n.12. Portel.v.officia ordinis,à n 1.& v.ſubornatio n.2.3.4. Suar. de legib.lib.5.c.9. à n. 2. apud Hieron. Roder. reſolut.*58.*num* 45. *Paſqualig. deciſ.*255. apud quem *Naldus in ſumma, verbo, religio, num* 42. *Cardin.in clement. de teſtib.* tenentes,illam tantum ſuffragiorum procurationem prohiberi, quę ordinatur ad malum finem, & ambitioſa eſt, non autē quæ eſt iuſta, & reſpicit bonum religionis; conſtitutiones enim, & Iura ſuam mentem declarant in proemio, vt ſcilicet non eligantur perſonæ indignę.

Verum ex hoc eodem fundamento probo concluſionē,quia in Conſtitutionibus Apoſtolicis prohibetur ambitus, & ſubornatio, quæcunque illa ſit.non diſtinguendo de dignitate, vel indignitate eligendi, ergo ſimpliciter, & abſolutè intelligendæ ſunt: Antecedens probatur primo ex decreto reformationis regularium, *Clement. VIII. cit.* ait enim, *vt omnis officiorum ambitus occaſio praecludatur, caueant omnes a directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione &c.* vbi nec verbum quidem dicitur de perſonis &c. *Pius Quintus in Bulla ad extirpandos,* lata pro Fratribus Minoribus Conuentualibus,quam citat *Rodrig. loco ſuperius adducto*. Nec verbum quidem in in proemio, vel diſpoſitio reperitur de mala,vel bona electione, ſed in proemio dicitur. *Ad frangendam peſſimam corruptelam, quæ de adminiſtrationibus, & officijs huius Ordinis per gratiam, & ſordes conſequendis, perperam inoleuit; & infra* mediū. *Cæterum præcipimus, atquè interdicimus omnibus, & ſingulis, ne pro magiſtratibus, & officiis prædictis ambitus fiant vlli aut pecunia etiam pro confirmationibus, ſigillo, vel ſcriptura, aut quæcunque alia re, vel cauſa ſoluantur, aliauè pactiones, ſiuè promiſſiones intercedant &c. ſub priuatione, inhabilitate, infamia, furto &c.* Et ſic nulla mentio fit de perſonis eligendis, ſed de ſola ſubornatione. Hanc adduxi, quia allegata fuerat, licet obſeruantes non tangat, niſi ob paritatem rationis, & culpæ; *Gregorius XIII. in Bulla Conſueuit Romanus Pontifex*, in qua declarat alteram *Pij V.* latam de modo, in electionibus

Ambitus ſub quibus pœnis Franciſcanis Cōuentualibus interdictus.

nibus Prælatorum Ordinis ſeruando, & de ablegando ambitu ex ordine Fratrum Minorum procurato præcipuè per ſæculariũ fauores, ſiſtens in mero ambitu non loquitur de dignitate, aut indignitate perſonarum; itaquè ex proemio, & narratiua, ac diſpoſitione Apoſtolicarum Conſtitutionum deducitur, prohiberi ſubornationes omnes, ſiuè in bonum, ſiue in malum finem ordinatas: quare firma remanet ſtatuti diſpoſitio, puniendos eſſe illos, qui alias ſubornant in electionibus.

Probatur deinde concluſio ratione, quia licet à crimine ambitionis videatur alienus, qui ſe virtutum merito dignum honoribus eſſe cognoſcit. argumento à contrario. c. *miramur, diſt. 61. & l. Barbarius ff. de offic. Pratoris l. eos ff. de decurionib.* quia ſine peccato honorem ſibi concedi poſtulat, ſi eſt dignus. *c. in ſcripturis 8. q. 1. Io. Andr. in clem. de magiſt. c. 1.* iuxta quod etiã *Caſſiodorus libr. nono. Nauar. epiſt. 8.* vt refert *Lucas de Penna ad lib. 12. Codicis l. prima fine,* *Priſcorum.* inquit, *dogmatibus eruditi opinionis gratia* delectentur *augeri: nam quanto ſe vnuſquiſquè melioribus agnoſcit actibus ſtuduiſſe, tanto amplius grandiora præſumit appetere. Et Auguſtinus in ſermone de die ſuæ conſecrationis* dixit: *laudari à malè viuentibus nolo, & deteſtor. laudari autem à benè viuentibus, ſi dicam nolo, mentior; ſi dicam volo, timeo, ne ſim humanitatis appetitor, quàm ſoliditatis, quid ergo dicam? nec plenè nolo, nec volo. Nec plenè nolo in laude humana periclitari, nec planè volo, ne ingrati ſint, quibus prædico.* Et quod magis vrget, Apoſtolus ambitionem approbat; dũ 1. *ad Tim. 3. ait Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Equidem ambitionem in voluntate conſiſtere, ambitum vero in actu externo;* docet *Io. Caluinus in lexico, verbo ambitus, ex Feſto lib. primo. & Varron. lib. quarto de latin.* Et licet laborem; non honorem deſiderandum putet *S. Hieronymus ad Oceanum*: tamen vrgente neceſſitate charitatis, acceptandum eſſe Epiſcopatum docet; & doctrina communis fit apud S. *Anton. par. 2. tit. 3. cap. 5. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 131. art. primo & ſecundo vbi & Caiet. Nau. de finib. humanor. actuum numero 56. & 59. Viguer. de inſtit. Theol. cap. 6. §. 4. Lett. libr. tertio cap. ſecundo dub. 3. Tolet. libro quinto, cap. 3. de Epiſc. Layman. libro 3. ſect. 3. num. 11. Peirin. de Prælato quæſt. 2. cap. 3. §. 19. numero 186.* apud quem alii. Quod Ambitio ex ſuo genere non ſit veniale, nec mortale, ſed vtrumque euadit ex obiecto, ex modo, ex medijs. Mortale eſt

Argumẽtum à contrario ſenſu eſt efficax.

Merita honoranda.

Honoris deſideriũ

cum ſine meritis currit, quia cum honor ſit reuerentia virtuti debita, ex *Ariſt.* 4. *Ethic. cap.* 3. contra naturam immerenti tribuitur. Vel cum honor procuratur merenti per media inordinata, vt ſunt bona, pecunia, obſequia, & preces, affectata vehementia, exorbitantia, vel illa, quæ per leges ciuiles, canonicas, municipales prohibentur, vel quando merita (præcipuè propria) non ſunt ita clara, vt affectus decipere poſſit. Hinc dixit *Bernard. in epiſt. eſt ſobria quadam, & quodammodo oculata ambitio moliens, ſaltem cautè, ſi non caſtè, ſi valet proficere clam ſua negotia curat: ſin verò manet in ſe, & pudoris umbram non deſerit.* Et quia Ambitio eſt vicina virtuti, quia tam bonus, quam malus æquè ſibi honorem optant, & ideo eſt difficile, & periculoſum inter Ambitionem bonam, & malam diſcernere, & cum in noſtris affectibus æqui Iudices, vt plurimum eſſe non poſſimus, periculoſum eſt ſe ambitioni committere, & quia dum peccandi periculo exponimur, peccamus; hinc deducitur, Ambitionem honorum, officiorum, & munerũ Religionis eſſe peccatum graue, & ſine dubio eſſe peccatum mortale, ſi ambitus fiat contra tenorem ſtatuti, quod cõmentamus; & cum tàm in iure communi *in cap. per noſtras de elect.* & ibi *Directorium*, quod citat, & ſequitur *Nau. lib.* 1. *Conſil.* 6. *de elect. num.* 3. quam etiam per ſtatuta *ordinis capit.* ..... vetitum ſit, aliquem eligere ſe ipſum, non video quomodo poſſit procurare, vt eligatur. Quia licet, inquam, in aliquo particulari caſu hoc verum ſit; tamen cùm in vniuerſum non verificetur, imo in vniuerſum fallat, & per accidens eſt, quod vnus de millibus ſit dignè ambitioſus, ſequitur Legem, quæ fertur pro ijs actibus, qui vel ſemper, vel vt in plurimum accidunt, ſatis rationabiliter ſub culpa, & ſub pœna vetuere ambitionem. Ambitio ſiquidem in malam partem vniuerſaliter accipitur, & venit ab Ambitu, ideſt circuitu, quem Candidati officiorum adhibebant, rogando, & ſupplicando Patres, vel Iudices, vt ſibi officium, vel fauorabilem ſententiam conferrent, & captabant populi ſuffragia, *Vt Varro, & Feſtus*, ac Rauand. *lib.* 5. *Var. c* 6. affirmant. & adeo in malam partem accipitur, vt nondũ per leges canonicas, apud quos Ambitio rerum ſacrarum uocatur ſimonia in ſenſu, de quo loquimur, ſed etiam per leges ciuiles apud ipſos Ethnicos, qui ſolo Iuris naturalis lumine ducebãtur, ãbitus crimẽ ſit adſectati honoris, & extãt tituli apud *ff. et C. de Ambitu* cũ legibus latis à *Iulio Cæſare, & Caio Calphur. Piſo-*

ne,

ne, imo antiquiores ante Auguſti tempora, vt colligitur *ex Cicerone pro Murena. & Plutarcho in vita Catonis*, & quidem per *l.Iuliam Ambitus relicta* pœna corporali, quo puniebantur ambitioſi de ambitu officiorum, antequam officia, & magiſtratus ad principis curam, & non ad populi ſuffragia prouidebãtur, ſeruata eſt pœna centum aureorum in ijs, vbi adhuc magiſtratus, & ſacerdotia per Senatus Conſultum petebantur. *& libr. 9. Cod.tit.26.* deportatione puniuntur *l.ſi quis 38.fin.ff. de pœnit.*, ac pœna pecuniaria, qui defunctum magiſtratum repetere cõuictus fuerit. Permittebant etiam illis temporibus aliqualem ambitum, mediante blanda aliqua ratione petitionum, vt docet *Alex.ab Alex.* & legitur apud *Ciceronem lib.ad M.Fratrem de petitione conſulatus* ſed omnino aduerſati ſunt eos, qui per pecuniam, & malas artes magiſtratus inuaderent, vnde definitio ambitus eſt *Suffragiorum, data pecunia, corruptio*. Vnde *S.Hieron.ad Oceanum* declarans citata verba Pauli ait. *Locus ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, & ſi teneatur, & adminiſtretur, vt decet, indecenter appetitur. Ideo in ocio cogitanda eſt vtilitas proximi, in actione requirenda eſt contemplatio Dei, ociũ ſanctum quærit charitas veritatis, negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit vacandum eſt veritati, ſi imponitur, ſuſcipienda eſt propter neceſſitatem charitatis*. Et Gregor. relatus *1.q.6. c.ſicut is, qui* ait *Sicut is, qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admouendus; ſic qui vltro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus*; & loquitur de ambitu per importunitatem, & pretiũ procurato. *S*, item Leo Pontifex ad Aphricanos Epiſcopos relatus *c.miramur d.61*. ſcribit *Principatus autem, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus, atquè actibus non offendit, ipſius tamen initiis ſui eſt pernicioſus exemplo, & difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ mala ſunt incboata principio*: Et licet agat de ambitu per ſordes corrupto, tangit tamen rationem formalem ambitionis. Bonifac.VIII. in *capit. quorundam. de elect, in 6.* vocat ambitionis vitium *peſtem, quæ oculos mentis excæcat. S*. Ambroſ. *lib. 3. in Lucam* eam vocat *Eruginem mentis, quæ animum, mentemq. perturbat. Bernard. de conſiderat. lib. 3.* illam appellat *Crucem ambientium, quæ omnes torquet: & in ſermone quodam quadrageſimali* vocat illam *ſubtile malum, virus, peſtem occultam, doli artificem, matrem hypocriſis, liuoris parentem, vitiorum originem, tineam ſanctita-*

tis, excæcatricem cordium, creantem ex remediis morbum, & ex medicina languorem generantem. Petrus Chriſolog. in ſermone nominat Ambitionem *Simiam charitatis; charitas enim patiens eſt pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis; charitas benigna eſt pauperibus, ambitio diuitibus; charitas omnia ſuffert pro charitate, ambitio pro vanitate. Et his relictis*.

Reſpondeo tertio, qui humaniter, & blandè modo quodam ciuili ſine importunitate, & ſordidis inſtantijs ſibi, vel alteri in electione ſuffragia procuraret, non incideret in pœnas ſtatuti; patet ex tenore verborum, & ex exceptione firmante regulam in contrarium; ſi enim punit procurantem laudibus, & precibus importunis, ergo qui iſta non agit, ſicuti in ſtatutum non peccat, ita in pœnas non incidit. Faciunt omnia, quæ ſuperius ſunt adducta hanc culpam excuſantia.

Quæſtio V. Quæ ſint laudes, & vituperationes falſæ in ordine ad extorquenda ſuffragia, & quid ſi ageretur ad hunc effectū per veras vituperationes.

Munus à lingua. Reſpondeo I. laudes, & vituperationes ſunt munus à lingua, dum tanquam pretium inſeruiunt ad obtinendas, vel impediendas dignitates, & officia, de quo ſupra *q. 2. reſp. 7* & de laudibus, ſi veræ ſint, & pro digno adhibentur, nulla eſt ſimonia, vel ſubornationis ſuſpicio: Si autem importunę, aut falſę ſint, & adhibentur ad corrumpendum animum, vt captus cadat in manus ambientium, ſimoniam, & ſubornationem inducunt, de quo *Syluest. verſ. ſimonia q. 1.* vbi diſtinguit de laudibus, & precibus

Adulatorē. fuſis pro ſe, vel alio. Digno, vel indigno, quod ad rē noſtram attinet, illæ laudes dicuntur inſtrumenta ambitionis, quæ falſæ fuerint, & adulatoriæ ſint, quia vbi exceditur in laudibus, adulationis vitium committitur & peccatur. S. *Th.* 2. 2 *q.* 115. & vt ex illo, & Ariſt. notat *Sylu. verbo adulatio n. 1.* quia adulator eſt, qui gratia lucri aliis placere intendit, & hoc peccatum committitur, dum laudamus ea, quæ non ſunt laudanda, vel quia ſunt mala, vel quia ſunt bona incerta, & in ſpecie dū laudamus aliquē de bonis, quæ non habet, vel augemus bona, quę habet, vel dū dicimus malū bonū, & bonū malū Et ſi adulatio ſit laudādo peccata, vel cum intentione fraudolenta nocendi corporaliter, vel ſpiritualiter, aut præbendo occaſionem alteri peccandi, ſemper erit peccatum mortale, et ſi per talem adulationem aliquis beneficium conſequatur, eſt ſimoniacus, & illud reſignare tenetur, hæc omnia ex citato *Sylu. ver. adulatio*, apud quē aliis; laus igitur

falſa,

falſa, de qua loquitur ſtatutum, erit adulatio ſupra declarata. In qua notandum inſuper eſt, quod potentior adulatio requireretur ad expugnandum animum magis fortem, & ſapientem, quã ad captiuandum hominem leuem, ſtultum & nebulonem. Et mẽſurari debet vis adulationis ex effectu ſecuto, nimirum, quia intentum obtinuit ſubornator.

Vitupera tiones.

Vituperationes deinde ſunt iniuriæ, improperia ſigillationes verbis expreſſa. Dum aliquis de re, quæ vt mala concipitur, redarguitur, obijciẽdo crimina, vel publica, vel occulta ob quæ inducitur quis ad faciendũ, vel deferendũ aliquid. Hũc ſenſũ habent loci aliquot *S*. ſcripturæ. 2. cor. 6. *Vt non vituperetur miniſterium noſtrum. & c.* 8. *Ne quis nos vituperet in hac plenitudine qua miniſtratur à nobis Pſal.* 30. *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* & ſenſus eſt. vt exponunt doctores apud *Gloſ. ordin.* Ne nobis dicatur aliquid cõtra id, quod profitemur. Ne arguamur ex ipſis noſtris operibus dũ vnũ prædicamus & aliud operamur. Itaq. *falſæ vituperationes* ſunt improperia nobis dicta contra noſtrã profeſſionẽ. Vt ſi incõtinẽtiæ, cõtumaciæ, proprietatis argueremur, cõtra vota. Vel ſacrilegii, hipocriſis, & id genus aliis cõtra ſacerdotiũ, ſãctitatẽ, religionem. Caſus eſſe poterit. *ſi tu non ergas mihi ſuffragium ad prouincialatũ. publicabo te eſſe furẽ fornicariũ, fedifragũ* quorũ formidine moueretur ille ad ſuffragandũ, in os illud prauũ incidat. Et tunc ſcimus in caſu ſtatuti, quia verè ille mouetur ob timorẽ iniuriarũ. Huc recurrit doctrina inculcata à nobis in hoc capit. *q.* 1 *fine reſp.* 2. de volente aliquẽ iniuſtè infamare, ad impediendam conſecutionem beneficii, cui, ſi datur pecunia, vt taceat, nõ eſt ſimonia. Nõ eſt quidẽ ex parte redimẽtis vexationẽ, ſed eſt graue peccatũ ex parte infamare volentis. Et ſi quis per falſas vituperationes beneficiũ cõſequeretur. ſi vituperationũ redẽptio eſſet pretio extimabilis, cõmitteret ſimoniã. ſicuti committeret Epiſcopus, qui daret beneficiũ ex illo præciſè, quia ſecus poſſet offendi in rebus, fama, perſona. omnia enim hæc ſunt pretio extimabilia, & nullus debet committere contra ius diuinũ, & naturale, eoquod timet iacturã, etiã vitę. Debemus ſiquidẽ amare Deũ ſuper omnia, & non eſt cõparatio præceptorũ naturaliũ inter ſe, quæ admittunt exceſſũ, & defectũ, ſed rerum naturaliũ, & poſitiuarũ cũ iure diuino. *Nã qualibet mala potius tolerare vir fortis debet, quã in peccatũ conſentire.* etiã veniale. *S. Auguſt.* 1. *de ciuit. dei c.* 1. relatus in *c. Ita ne.* 32. *q.* 5. & ſuper Pſal. 5. relatus *c. ne quis.* 22. *q.* 2. quo loco ait. Nõ licere mẽtiri,

Simonia eſt, dare officium, ne infameris.

i 4 neque

neq. pro tuẽda vita. & replicat in libris de *Mendacio, & contra mend. ad Conſenſium.*

Ius poſitiuum quando non obligat.

Hoc dixerim ad differẽtiã ſimoniç, quæ eſſet iuris merè poſitiui, quia in eo caſu præferenda eſſet vita, vel grauis fortunarum iactura, trãſgreſſioni poſitiui præcepti, quod regulariter cũ tãto incõmodo nõ obligat. & metus amiſſionis bonorum æquiparatur metui mortis. *Bald. in l. ſi ob turpẽ. ff. de condic. ob turpẽ. cau. c. 2. quod metus cauſa. l. propter litẽ. de excuſ. tutel.*

Amiſſio bonorum & vitæ, idem.

Si quæras, an metiẽda ſit vituperatio iſta cũ regula timoris, ita ut ſicuti nõ admittitur timor ad excuſãda peccata, niſi ſit cadens in cõſtãtẽ virũ, ita etiã nõ cẽſeãtur vituperationes falſæ ad incutiendas pœnas ſtatuti, niſi eius ponderis fuerint, quæ moueant virum conſtantem.

Vituperationes quando timendæ.

Reſp. affirmatiuè. Quia inquantũ minç, & damna mouent voluntatẽ ad operãdũ, inquãtũ timẽtur. timẽtur autẽ, ſi apprẹhẽdãtur vt grauiter offenſiuæ. faciũt muta capitula tituli. *De his, quæ vi, metuſue.* præcipue *c. Abbas.* in quo declaratur nulla electio facta per metũ. *c. ad aures.* facta ob terrorẽ *c. ad audiẽtiã.* excuſatur ab excõmunicatione, qui ob timorẽ cõmunicauerat cũ excõmunicato. *c. ſacris canonib. c. cũ dilectus filius.* declaratur, nõ ſubueniri metũ paſſo, niſi fuerit cadẽs in cõſtãtẽ virũ. Et exemplificat de metu mortis, & cruciatuũ corporis, qui in cõſtantes viros cadit.

Metus quando excuſat.

Quando iuſtus.

Contra. metus iuſtus ex factis, non ex verbis naſcitur. *l. metũ & ibi Bald. ff. quod metus cauſa.*

Minæ.

Reſp. Antecedẽs eſt verũ, quãdo minæ exeãt ab homine, qui nõ ſolet in actũ deſcendere, ſecus, falsũ eſt. Quinimo minæ metũ incutiũt. *c. accedens. de conuer. coniugat. vbi Innoc, Bartol. & Angel. in l. ad inuidiã. C. quod metus cauſa. Doctor. in c. cauſam matrim. de offic. deleg. Bart. in l. famoſi* § *1. ff. ad l. Iuliam maieſtatis. et in l. 4. ff. quod metus cauſa l. minæ. eod. Gloſ. in c. dilect. eod. Bald. et dd. in l. metũ. C. eod.* Hinc maxima legalis, & canonica *Minæ nõ affectatæ, et arma metũ incutiũt.* id eſt, quotieſcumq. is, qui minatur dãnũ inferre poſsit, & ſolitus ſit. *Gloſ. in c. fuerũt. d. 7.* Ex qua cõmuni doctrina infero, illũ tãtũ mereri pœnas ſtatuti, qui eſſet, mala lingua, & decoctæ cõſciẽtiç, quiq. aptus eſſet exire de facto in vituperationes cõminatas: ſiue quia conſueuit peſſimè de proximo effutire: ſiue quia ex vita, & moribus exiſtimaretur aptus ad aliquẽ vituperãdũ. Quia metus nõ cõcipitur, niſi ex re, quæ veriſimiliter ad hũc finẽ tẽdit. *Bart. in d. l. metũ. & l. rectẽ. C. quod metus.* & ſufficit incuſſus, etiã ſi nõ ſequatur effectus. *Gloſ. & Bart. in l. habitatores. § fin. ff. quod metus, & c. ad audiẽtiã. eod.* Si enim

Et arma metum inferunt.

Metus vnde concipiatur.

ſola

ſola cõſuetudo infamãdi attẽdẽda eſſet,nõ deberemus cõcipere timorẽ ex primo actu cõminationi, cũ tamẽ conſuetudo ſine actibus nõ cõſurgat. ſufficit coniectura rationabilis, quod vituperator exibit in actũ. *Io. Andr.boni de appel.Bald.cõſ.264.vol.3.*

Reſpondeo ſecundo, Vituperationes falſæ, non tantum dicendæ ſunt, cum notoriam falſitatem important; ſed etiam ſi is verum diceret, ſecretum tamen, puta quia nouit vnum ex vocalibus adulterium commiſiſſe, quod tamen occultum eſſet. Ratio eſt, quia maior metus ex veritate, quam ex falſitate incuritur, cum plus infament verà, quam falſa crimina recolendicta à nobis *in cap. de infamatoribus*. Quia iniuriam infert, qui alium in fama lædit, etiam ſi vera dicat. *Oldradus conſ. 55. Roman.conſ. 86. Io. de Anan.conſ.44. Grauet. conſ. 168.n.3.volum.1 Bart. in leg. eum qui nocentem. ff. de iniur. Imola in l. turpia ff. de legat. Abb.in c. cum te de re iudicata, Io. Andr.in addit.ad ſpecul. de iniur. initio*, ea potiſſimum ratione, quia delictum occultum habetur in ordine ad notitiam aliorum, ac ſi non eſſet. Falſo infamat qui verũ, ſed ſecretum delictum propalat.

Reſpondeo tertio, etiam ſi ſtatutum dicat *Vituperationes falſas*, aſſero eum, qui per veras vituperationes extorqueret ſuffragium, eſſe ſubornatorem. Quia licet verum ſit, non debere procedi contra eum, actione iniuriarum, qui verum diceret, id tamen ſupra allegati DD. concedunt, quando illius reuelatio reipublicæ intereſſet. At in caſu noſtro non ſolum non intereſt reipublicæ, quod quis infametur, vt in electionem concurrat, quinimò maximum reipublicæ damnum creat, vtendo tali medio, cum mens religionis, & eccleſiæ ſit, quod electiones ſine ſubornatione fiant, & libertatis integritas conſeruetur. Subornatur etiam per veras vituperationes.

Quæſtio VI. Qualis ſubornatio ſit, quæ comminationibus extorquetur.

Reſpondeo, abſoluta, & maxime, quando fiunt ab homine peſtilente vel a ſuperiore, qui non ſit ſolitus multa dicere, & pauca facere. *Bart. & Bal. in l.4. ff ex quibus cauſis mal. vel a perſona veroſimiliter timenda, & ibi gloſ & in l. metum ff. quod metus cauſa*, quia, vt idem *Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ fin. ff. quarum rerum actio non datur.* comminationes ſunt metus incuſſiones, quæ non rarò faciunt iuſtum metum. Declarat autem *Toletus lib.7.cap.8.num 2.* quis ſit metus iuſtus cadens in virum conſtantem, dicens eſſe cum malum quod committit minus eſt malo, quod timet. quo caſu natura dictante, eligit minus malum, vt maius vitet. Vt metus propriæ mortis, aut filiorum, amiſſio bonorum, timor verberum, carceris, & ſimilia maius malum Comminatio quãdo ſubornat. Metus cadens in virum conſtantem.

Google

malum ſunt, quam vxorem ducere, addo, vel ſuffragari indigno, cum autem minus eſt malum quod timetur, malo, quod per timorem committitur, non dicitur cadens in conſtantem virum, nec contractus dirimit, nec a pœnis liberat, & citat *cap. cum locum. cap. veniens 1. de ſponſal. capitul. ſignificauit. de eo qui duxit uxorem, quam polluit.* quibus locis declaratur nullum matrimonium contractum per iuſtum timorem, & cadentem in conſtantem virum. quem *Vlpianus in l. 1. ff. de eo quod metus*, definit *Inſtantis vel futuri periculi cauſa, mentis trepidationem*, ad vani timoris differentiam, qui in virum inconſtantem, & meticuloſum cadit. quod docuit *S. Thom. in 4. d. 29. q. vnic. ar. 2. Sotus ibid. Syluest. v. metus quæſt. 1. Couar. 4. decret. 1. par. cap. 4. §. 1. nu. 16. & par. 2. cap. 3. §. 4. num. 6.* Licet autem iuſtus metus declaretur per mortis timorem, bonorum amiſſionem, carceris diuturnitatem &c. multa tamen alia ſub his veniunt, vt timor reuerentialis, quo filius timet patrem offendere, vxor maritum, pupillus tutorem, ſubditus abbatem, clericus Epiſcopum, maximè ſi incutiatur cum aſperitate vultus, & verborum, cum aſſiduitate petentis, importunitate, reſoluta expreſſione obtinendi quod poſtulat, vt docet *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 17. dub. 6. nu. 35.* vbi tredecim huiuſmodi timores enumerat. *Suar. 3. tom de relig. lib. 6. cap. 4 nu. 17. Azor. tom. 1 lib. 12. cap. 5. quæſt. 9. Rodrig. in ſum par. 2. cap. 8. num. 10. Nau. lib. 3. de regul. conſ. 89. num. 2.* & deducendo ad rem noſtram communem hanc doctrinam.

Timores vitiantes electiones.

Certum eſt primo, eſſe ſubornatorem, qui comminaretur verbera, & atroces iniurias, & de executione timeretur, cadit enim in conſtantem virum.

Secundo, Viſitator ſubornaret, & multò magis Prouincialis, & ſuper omnes Generalis, ſi rogaret ſuffragium, comminando expulſionem è prouincia, vel conuentu, aut impedimentum a conſecutione iuſti honoris, ſi ſuam offenſionem, animo conceptam oſtenderet, ſi toruis oculis, trucique vultu comminaretur, maximè ſi tales perſonæ ad iram præcipites eſſent, iuſtitię leges non ſeruarent, de facto, & cum imperio procederent. *Angelus, & Salycetus in l. 1. C. ſi qui Imperat. maledixerit Bellamera decis. 626. Pariſ. conſ. 66. num. 10. volum. 4. Bald. in l. 1. in prin. C. ſi quacunque præditus poteſtate verſ. 72.* ait, minas officialis inducere iuſtum metum. Ratio eſt, quia in Regularibus non attenditur filiorum occiſio, bonorum expilatio, & his ſimilia, ſed quies mentis, pax cellæ, ſalutis conſeruatio, gradus, per ordi-

ordinata media conſecutio, perſecutionum vitatio, non demereri iram, & indignationem *Prælatorum*, qui per fas, & nefas poſſunt ſubditos varijs tribulationibus exercere, eoſque inuiſos omnibus reddere. & magni ponderis eſt, ſuperiorem habere inimicum, & apud religioſos diuulgari, quod talis ſubditus non ſit in libro viuentium. Experientia docuit, quanti ponderis iſta ſint in Religioſo, qui ſibi viuere velit. Equidem eſſent iſta vberrima patientiæ leges, dum perſecutionem pro iuſtitia pateretur. attamen non omnes capiuntur dum ingenua, ac forti virtute armati reperiuntur. Itaque & ſubditos, & ſuperiores pœnis in ſubornatores latis dignos iudico, qui his artibus electiones arietarent, lege *Farin.* 1 *par. deciſ. Rot. deciſ.* 979. *num.* 10. vbi addit, Ad annullandam profeſſionem, ſufficere minas iunctas cum reuerentia paternali, ac etiam metum reuerentialem, coniunctum cum timore incurrendæ grauis, & diuturnæ offenſionis paternæ, cum aſperitate vultus, verborumque. *Sanch. lib.* 4. *de matrim. diſput.* 6. *numer.* 14. & 37. *Laym. lib.* 4. *de ſtatu relig. cap.* 5. *numer.* 6. *Leſſius lib.* 2. *cap.* 17 *num.* 35. *Coninck. diſput.* 28. *de matrim. nu.* 35. *Tannerus tom.* 4 *diſp.* 8. *dub.* 2. *num.* 31. Et licet minus requiratur ad incutiendum timorem mulieri, attamen metus incuſſus per reuerentiam, & auſteritatem ſuperioris, eiuſdem rationis eſt.

Timor reuerentialis quãdo vitiat profeſſioně.

Tertio, in has pœnas incidere etiam illos, quibus ſubornatores vterentur, tanquam mediatoribus, ex regula canonica, *qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur*, & eſt caſus expreſsè deciſus in ſtatuto relato quæſt. 3. huius capituli.

Quæſtio VII. Dicente ſtatuto, *Inducere conantur, vt ſibi, vel alteri ſuffragium ferat:* & ſupra, de violentia precum, comminationum, & vituperationum actum ſit, an etiam in has pœnas incideret, qui rogaret vocalem, vt ſibi, aut alteri ſuffragium ferret, & ille libere conſentiret.

Reſpondeo, Inducere aliquem, vt eligat, vel non eligat dignum, aut indignum per rationes, & ſuaſiones licitas, conſuetas, & honeſtas, non eſt ſubornare. Ideo cauit ſtatutum, *Non autem illi qui conferendo, vel conſulendo. talem dignum, aut indignum ad officium dixerint &c.* Equidě de iure eſt, vt ante electionem conſultetur, & diſcurratur. *Panor. in cap. cum in veteri de elect. nu.* 11. *Nau. lib.* 5. *conſ.* 21. vbi explicat conſtit. Pij V. in qua prohibetur fratribus Minoribus, ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & carceris, ne per fauores ſæcularium officia procurent, docetque non prohiberi ſubornationem bonam:

Non ſubornat, qui licitè rogat.

Digitized by Google

Subornatio bona.

nam: ideſt inſtruere teſtes, vt verum fateantur, ſuadere electoribus veras virtutes, quas ſequantur, & vitia vera, quæ fugiant itaut tractatus ad bonum religionis dirigatur. *argum. cap nihil de elect.* quia intereſt reipublicæ, vt digniores ad officia aſſumantur. *dict. cap. nihil. & cap final eod. in 6.* idem notauit *Azor. tom. 2. lib. 2. cap. 21. quæſt. 4. Boſſius de Ambitioſis. Petrin. tom. 2. quæſtion. 2 cap. 2. Rodr. tom. 2. quæſt. 56. ar 1.* & eſt in iure fundatum *cap. ingeneſi. cap. cum in veteri, cap. cum inter c. in cauſis vbi Butr. de elect cap. in nomine domini. d. 33.* vnde vigilanti verbo vſum eſt ſtatutum, *conferendo, & conſulendo.*

Cōferre.

Conferre enim inter alia ſignificat, ad cauſam propius accedere, vnde paræmiæ *conferre pedem* apud *Tullium pro Planco*, ideſt punctum cauſæ venire. Nam cum agatur de electione ſuperiorum, qui meliores eſſe debent, oculati electores de dignitate, & indignitate perſonarum diſcurrere tenentur, quod ſignificat dictio *Conſulendo*

Cōſulere

quia conſulere eſt, frequenti opera conſilium inire, apud *Prateium*, & cauſam in varias partes expendere, vt quod optimum eſt, appareat, noſtræque inconſtantiæ, & cæcitati ſuccurratur. Vnde ex vi verborum, non dicetur, conſultò procedere, ſi vna pars abſolueretur, & altera difficultatibus remaneret implicita, ſed ad plenū debet expendi, elicitur ex *Nouella, vt ſi plures filij nō ſint §. quod ſi minus agat. conſtit. 18. apud Oldrad. & Prateiū.*

Cōſultus per veras rationes, ſi aliquid accipiat ſubornatur.

Si tamen is, cui ſuadetur vt talem, vel talem eligat, aliquid libens, & volens acciperet, vel promiſſionibus gratiarum, & honorum moueretur ad ſuffragandum, dubio procul eſſet in formalitate ſubornationis. quia hæc non conſiſtit tantum in modo ſubornandi, ſed multò magis in effectu. Moueor ob rationem, quam adducit *Nauar. in cit. conſ. 21. à num. 2.* liberando quendā religioſum à pœnis d. conſtit. Pij V. eò quod, licet literas impetraſſet, illis tamen poſtea vſus non fuerat. Etiam ſi contrarium teneat *Rodrig. in ſum. tom. 4. cap. 141.* corrigens ſe de oppoſio, quod ſenſerat *tom. 2. quæſt. 56. ar. 2.* dicens incurrere, etiamſi literæ in manus electorum non perueniant, quia actio illa, eſt conſumata tranſgreſſio legis. lege *Hier. Roder. reſolut. 59. fine.*

Si cōmēdatitiæ in electorū manus nō peruenerint, de ābitu puniri nō poterit.

lex enim vltra mentem legiſlatoris non afficit, iſta autem ambitionis extirpationem intendit. Ergo ſi talis effectus non comparuit, lex in ſua diſpoſitione quieſcit, nam ceſſante cauſa ceſſat effectus. *cap. cum ceſſante de appel.* & non debemus ita attendere verbis legis, vt illius mentem relinquamus. *de regul. iur. in 6.* & verba, præcipuè in odioſis, cum effectu ſunt intelligenda. Vnde qui voluit ſtatuere, & ſtatuit, ſed ſtatutum non habuit effectum

non

non incurrit in pœnam edicti. & verba legis humanæ prolata contra facientem aliquid, non habere locum, niſi perficiatur illud, & non dicitur fauiſſe, qui voluit fauere, & non fauit. ſicuti non dicitur percutere Clericum, qui mandauit percuti, ſed non fuit percuſſus, & ſic concluditur, illum ſolum in hoc ſtatutum peccare, qui de facto electores ſubornat, & ſuum effectum obtinet, quo ſic ſtante in caſu noſtro reperitur effectus ſubornationis, per blanda verba, per munera &c. ergo adeſt ſubornatio, ergo & pœna.

Huc intrat alterius difficultatis examen; An ſubornator ſit, qui fecit quantũ potuit, rogãdo, promittendo, comminando, ſuum tamen intentum non obtinuit, & pro affirmatiua facit ſtatutum dicens, *Aliquem inducere conatur, vt ſibi, vel alteri ſuffragium ferat &c.* ergo ſolus conatus ſufficit.

Reſpondeo tamen negatiuè, quia ſolus conatus in pœnalibus non ſufficit, & cum conatus iſte dirigatur ad captandum ſuffragium, eo non ſecuto, legis diſpoſitio ceſſat, conſule capitulum de pœnis in hoc opere. Solus conatus in ſubornatione nõ ſufficit.

Alia difficultas, An admittente aliquo ſubornare vocales, cum aliquibus voti compos fiat, electio tamen, ob pluralitatem votorum in contrariam partem inclinantium, non ſuccedat iuxta ſubornatoris mentem, an puniendus veniat.

Reſpondeo affirmatiuè, ex oppoſita ratione ſuperioris quæſiti, quia iam habemus ſubornationis effectum, ideſt ſuffragationem, licet non habeamus effectum electionis pro ſubornante, ita ſtatutum *ſibi vel alteri ſuffragium in electionibus ferat*, non diſponit de electione ſecuta, ſed de ſuffragatione, quæ cum de facto contingat, intrant etiam & pœnæ. Subornãs etiam ſi non eligatur, eſt puniendus.

Contra, non eſt ſimoniacus ſi quis in beneficio electiuo, vel Iuriſpatronatus vbi ſunt multi patroni, corrumpit aliquem, qui de facto ſuffragatur, ſed beneficium non obtinet. Quinimò in ſimonia conuentionali, quę vtrinquè non completur, pœnæ non cõtrahuntur. ergo multò minus non cõtrahentur in eo, qui aliquos vocales cum effectu corrumpit, non tamen fit voti compos ex poſita ratione.

Nego paritatẽ quia effect. ſubornationis duplex eſt, primus, vt electores ſuffragẽtur ad mentẽ ſubornãtis. ſecũdus, vt omnes vel maior pars ſecundum ſuam voluntatem ſuffragentur, hic eſt vltimatus, & totalis, ille eſt partialis, & mediatus. Nulli dubium eſt, in conſecutione totalis effectus adeſſe ſubornationẽ, tamen in aſſecutione effectus mediati, & partialis etiã eſt ſubor-

natio,

natio, quę iuxta ſtatutum plecti debet. Inquit enim, *Aliquem inducere conantur, vt ſibi vel alteri ſuffragium ferat.* nõ ait, omnes, vel maiorem partem, vel conantur ſuperiores euadere. ſtat igitur ſtricta ſtatuti interpraetatio, ſi vnum tantum ſubornent, & Ratio eſt, quia intereſt religioni, compeſcere iſtas ſubornationes, ſiue ſint completæ, ſiue non. vt ſcilicet remota incompleta, non deueniatur ad completam, & ad euertendam rempublicam. & cum ſimus in clara diſpoſitione ſtatuti, non eſt, cur recurramus ad materiam ſimoniæ, de qua eſt alia diſpoſitio, ſicuti de beneficiali confidentia diſpoſitum eſt, infligere pœnas, etiamſi ab vna tantum parte ſit commiſſa, vt ſupra *q.1. reſponſ.8.§. quintum diſpenſatus.*

Difficultas tertia. An puniendi ſint conatus, etiam non ſecutis ſupradictis effectibus, puta egit quantum potuit pro ſubornando aliquo electore, multos conuenit, multos tentauit, voti tamen compos non euaſit, an iſte puniri debeat.

Conatus irriti in ſubornatione sũt puniendi.

Reſpondeo, puniri debet pœna extraordinaria, vt in ſimili ſentit *Menoch. de arbitris caſu 243. num.16.* de eo, qui tentauit corrumpere iudicem, licet iudex non conſenſerit, vnde maxima illa, *Non punitur affectus, niſi ſequatur effectus*. intelligitur de pœna ordinaria, non de extraordinaria. *Couar. in Clem. ſi furioſus. init. par.2. num.6. ver. eſt omnino conſiderandum. & idem Menoch. caſu 360. num.92. apud quem multi, & Tiraquel. de pœnis, cauſa 39. & 58. num.1.* & Ratio eſt, quia ſubornatio attentata eſt peccatum, omnimode ſe ſe opponens humilitati, iuſtitiæ, meritis, & reipub. ſcandalorum, & perturbationibus plenum, ergo eſt de ſua natura punibile, ſaltem ad arbitrium ſuperioris, & quidem grauiſſimè, vt cæteri timorem habeant, ſicuti quælibet alia attentatio homicidij, adulterij, furti, maximè inter religioſos, quorum pax, in virtutum exercitio conſiſtit.

Scio examinari in iure ciuili, an omne, quod male, aut dictũ, aut factum apparet, illicitumuè, aut contra bonos mores exiſtit delictum cenſeri debeat, & pœna dignum, vt in terminis diſputat *Petrus Caballus caſu 1. cent.1.* negatiuè reſpondetur, idquè

An omne male factum ſit punibile.

multis legibus comprobans, & doctoribus vſquè ad *nu.16.* Vbi aduertit, peccantem contra præceptum legis puniendum eſſe pœna arbitraria, & citat *Gloſ. & Bart. in l. nemo martyres. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. legis virtus ff. de legib.* & alia, ſentitquè etiam ſi nulla imponeretur pœna, ipſam culpam eſſe peccati pœnam. *ex l. ſanctio legum ff. de pœnis.* *Quamquam vbicumquè nullis legibus punita ſunt crimina, natura ipſa ſumit pœnas, & crudelius* *autho-*

authores vexat, & punit, quam ſi latis legibus pœna inflicta fuiſſent, & ſæpe ipſa conſcientia in leuiſſimis etiam peccatis, tormento continuo ſupplicium facti infert. ex *Iodoco in pract.crimin.cap. vlt.* Verum, quidquid ſit de iure ciuili, conſtat ex iure canonico, omne peccatum puniri debere *c.iuſtum eſt.* 23.*quæſt.* 2.*cap. ſi is, qui prælatus* 23. *quæſt.*4. licet in tota hac *quæſt.*4.*dict.cauſa* 23. reperiantur patrum ſententiæ pro vtraquè parte, prout occaſio, neceſſitaſquè ſuaſerint, illud certum eſt, culpam omnem ſicuti eſt Dei offenſa, & rationis peruerſio, ita, pro emendatione, & aliorum exemplo punienda eſt.

Quæſtio VIII. In quibus caſibus particularibus ſubornatio in electionibus committatur.

Reſpondeo primo, ſubornatio, & ſimonia eſt, conuenire inter electores, vt ille ſuffragetur mihi in vna electione, & ego illi in altera, *Nau. Angelus, Syluest. Rodrig. Reginal.apud Peirinum tom.*1.*quæſt* 1.*cap.*3 1.*§.*9.*dicto* 2. *Petrus Nauar. Armilla, Tabiena Lopez, Riccard. Diana, Villalouos, Portel*, apud *Zachariam Paſqualigum deciſ.*226.*numer.*3. Quia paciſcitur de re ſpirituali, quod eſt ſimonia, *cap.quam pio.*1.*quæſt.*2.*cap.cum pridem. capit. pactiones de pactis. cap.præterea* 1.*de tranſaction.cap.tua nos.cap. de hoc autem de ſimon.* Nec iuuat, quod detur res ſpiritualis pro re ſpirituali, quia hoc etiam eſt prohibitum *cap. quæſitum de rerum permut.* (margin: Repedere ſuffragia in electione eſt ſimonia.)

Dices, poſſet paciſci, de electione, per quam datur ius ad ſpiritualia, ſed de commodo illius, quod eſt quid temporale, puta quia electus eſt meus amicus, mihi fauebit, vt ſpeculatur *dic. Paſqualigus deciſ.*224.*num* 4.5.6.7. *licet num.*8. dicat, poſſe fieri quando commodum ab electione ſeparari poteſt, quod iudicat impoſſibile, & in deciſ. 225. repetens hanc materiam commodi dicit, non poſſe fieri ſi commodum electionis deducatur in pactum, quia tunc tolleretur libertas, quæ eſt electionis eſſentia, poſſe, ſi tantum proponatur mutuum commodum ſuaſoriè, veluti ſi oſtendatur voluntas eligendi aliquem, ſi alius tamen prius eligatur, & tunc eſt mera ſuaſio, qua electores mouentur ad eligendum aliquem, oblata ſpe commodi, & perſonæ alias ſint dignæ.

Reſpondeo, cum Villal. tom. 2.tract.37.diffic.24. Dian.4 par. tract.4 miſcell. reſolut.150. Cæleſtinus in compendio Theolog. moralis art.7.cap.4. ab eodem Paſqual. citatis num. 2.deciſ.225 eſſe ſubornationem, & ſimoniam, licet hoc vltimum, aliqui ex (margin: Paciſci de reciproca electione eſt ſimonia.)

ſupra-

ſupradictis non affirment, ſed vtriuſque ratio eſt, quia datur ſpirituale pro temporali, tanquam motiuum, & idem eſt, ac dicere Emo in beneficio, non ius ſpirituale, ſed commodum redditum, vel moueor a commodo, non a ſpiritualitate, qua ſpeculatione ſtrueretur ſolemnis illuſio ſacris canonibus, ſi per metaphyſicam abſtractionem poſſet commodum à beneficio, & prælatura ſeparari, & pacta intercederent inter commoda temporalia, non inter iura ſpiritualia, ob quæ talia commoda conferuntur, vide dicta *quæſtio* 2. *reſp.* 5. de venditione materiæ ſacramentorum,

Simonia eſt ſuffragari pro officio.

Reſpondeo ſecundo, ſubornatio, & ſimonia eſt, ſi promittitur officium pro ſuffragio ferendo v. g. ſuffragare pro Petro, & eris definitor. *cap. de hoc de ſimonia Azor. tom.* 3. *lib.* 12. *capit.* 7. *quæſt.* 1. *apud Peirinum cit.* §. *dico* 4. & omnes alij ſupracitati. Quia intercedit pactum, emptio, & venditio.

Negare ſuffragiũ ob tẽporale eſt ſubornatio.

Reſpondeo tertio, Dans pecuniam, vel munus à lingua, aut obſequio, ne accuſeris tamquam verè ſpurius, excommunicatus, inhabilis &c. & propterea ab electione excludaris, eſt ſimonia, & ſubornatio. *cap. nemo de ſimon. vbi Panor. num.* 1. *& Gloſ. Graſſius* 1. *par. deciſ. lib.* 2. *cap.* 96. citati a Peirino ſupra §. dico 6. Gloſ. in cap. Matthæus, Panorm. *in cap. dilectus* 1. *cum Innoc. Abb. Felin. de ſimon. Redoan. Nau. Suarez, Azor. Laym. Bonac. Palao, Reginal. citati à Paſqualigo deciſ.* 236. *num.* 2. Quia ſimonia eſt, non ſolum dare ſpirituale pro temporali ſed etiam omittere ſpirituale debitum ex officio, pro temporali.

Iniuſta vexatio redimi poteſt;

Excipiunt tamen, ſi vexatio eſſet iniuſta, ſiue illa ſit actualis ſiue apertè futura, vel imminens, parum enim intereſt inter malum actuale, & malum futurum. *Regin. lib.* 23 *for. pœnit. nu.* 126. *Fernandez part.* 3. *ex iminis Theolog. mor. cap.* 14. §. 1. *nu.* 28. contra *Sotum de iuſt. lib.* 9. *quæſt.* 6. *art.* 1. *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 1. *de ſimon. quæſt.* 6. *punct.* 5. *num.* 11. Quia de iure naturæ quilibet tenetur eximere ſe a malis, iniuſtè illatis, vel inferendis, & hoc non facit, vt adquirat ius ſpirituale, quod non habet, ſed ad tuendũ ius, quod poſſidet, & a quo deturbari ſe videt per malas artes.

Etiam iuſta iniuſte intentata.

Sunt qui addunt, non ſolum poſſe, quando vexatio eſſet iniuſta, ſed etiam quando eſſet iuſta, iniuſtè tamen intentata, vt ſi me vellet infamare de adulterio, illegitimis natalibus, de excommunicatione, qui defectus verè in me reperiuntur, ille tamen moueretur, non zelo, ſed odio, & vindicta: ſiue, vt impedito me a conſecutione dignitatis, promoueatur amicus ſuus. Verum

in

in hoc vltimo non bene diſcurrunt; quia in electionibus non attenditur animus, ſed meritum. Quid refert, quoad ſubſtantiam electionis, quod ego non ſuffrager indigno ex Zelo, aut ex odio, cum ſufficiat, illum indignum cognoſcere? & quid refert, quod digno votum denegem, vel quia illum odio, vel ex alio capite peccatum odii impertinens eſt ad electionem; ſicuti impertinens eſſet ad reſtitutionem. Nam ſi non reſtituo, quia ſum inimicus, vel reſtituo, Quia amicus, nihil facit ad debitum reſtitutionis, quæ ſolam iuſtitiam reſpicit. Ita in electione digni, vel indigni attendenda ſunt merita, non affectus. Illud præcipuè eſt animaduerſione dignum, quod poſſim dare pecuniam ad remouendum aliquem, ne me impediat à paſſiua electione, eo quod alius procurat illam pro ſuo amico. Hoc enim nullo modo fieri poſſe exiſtimo, quia hoc eſſet, electionem ſibi indirectè emere. Et cum hoc ſit familiare in tractatu electionis, dum nimirum excluditur vnus, vt intrudatur alius, ſi licitè poſſum dare pecuniam volenti me accuſare de veris defectibus, vt ſuum amicum promoueat, tota œconomia electionis ſimoniacis ſordibus exponeretur. Quando autem iniuſtitia caderet, non ſuper affectu, ſed ſuper obiecto; nimirum ſi vellet me diffamare contra ordinem iuris de impedimento occulto, & adhuc ad notitiam aliorum non expoſito; quia tunc me iniuſtè vexat, poſſum redimere hanc vexationem pretio, quia in hoc caſu ius meum tueor. Et hic cadit exemplum de eo, qui ſine culpa poteſt alium occidere volentem ſe occidere iniuſto modo, quia tunc aggreſſor occidendi poteſtatem non habet. Sic non habens poteſtatem à iure publicandi meum peccatum; Niſi contra iuſtitiam, ſi id facit, vexat me iniuſtè, & dat mihi ius redimendi meam vexationem. Extra hanc iniuſtitiam, omnis alia redemptio eſt ſimoniaca, quia non iure debita. Nam ſi impediens me, vt ſuum amicum ad dignitatem euehat, poteſt pecunia molliri, poſſet etiam Epiſcopus, qui volens dare beneficium ſuo amico, vel nolens dare mihi ex odio in meam perſonam, me excludat. Cum non magis liberè poſſit Epiſcopus dare ex amore, vel negare ex odio beneficium, quam ipſe ſim in parando contra te impedimento, & dirigendo electionem ad meum amicum. Æquè enim poſſum, & tibi, & illi ſuffragari mediantibus iuſtis cauſis, quidquid ſit de affectu. Ergo ſi ille alter

Dare pecuniam ne impediar ab electione non licet.

k habet

habet ius, vt ab amico ſuo adiuuetur, tu non habes ius illud impediendi, per ſimoniacas corruptiones, quod enim vni conceditur indiuiſibiliter, alteri negatur.

Si dicas, Titius non tenetur opponere electioni, quia illud ex officio non habet, & ſic liberum eſt illi ab oppoſitione deſiſtere, Si is velit opponere iuſtè, poſſum impedire oppoſitionem pretio. Tunc non venditur electio, ſed exercitium libertatis, ita nonnullus.

Omnium electorũ intereſt opponere contra indignos.

At malè. Quia ius, & debitum opponendi habent omnes electores, non hic, aut alter. Quia omnes debitum canonicæ electionis tangit, quam violant crimina, & exceptiones eligendorum. Vnde ſi eligant indignum, eligendi iure priuantur, electio nulla declaratur, & ad ſuperiorem deuoluitur. *capitulo graue nimis. de præbendis. Tridentin. ſeſſion. vigeſimaquarta de reformation. capit. primo. capit. qualiter poſt obitum. capitulo innotuit. capitulo cum Vintonienſis capitul. per inquiſitionem. de elect.* Nec in electionibus reperitur fiſcalis promotor, ſicuti in cauſis criminalibus. Quare velle opponere eſt obligationis in quolibet vocali ſciente, & appræhendente defectus eligendi, ſi per negationem ſui ſuffragij illum impedire non valeat. Nam non eſt maior ratio, cur teneatur opponere potius iſte, quam ille, cum omnes ſint æquales in iure eligendi, loquendi, tractandi. Non eſt igitur liberum huic, aut illi vocali ab oppoſitione deſiſtere. Ergo iuxta opinantis diſcurſum, committitur ſimonia. Qua ratione poterit corrumpere omnes vocales. Quia iuxta hunc diſcurſum, nullus habet debitum opponendi, & ſic poterit omnes pretio corrumpere. Quod, quam ſit ſordidum, & periculoſum, omnes vident.

Dices, quæ opponi poſſunt, reddunt quidem non dignum beneficio electionis, & eſt quædam pœna, potius debita malis moribus perſonæ eligendæ: Non autem reddunt indignum, & inhabilem. In hoc ſecundo caſu non poſſet redimi vexatio per pretium; in primo autem poſſet, quia electores tenentur impedire indignos, non autem non dignos.

Vana diſtinctio de indigno & nõ digno.

Reſpondeo, ſubtilis quidem ſpeculatio, ſed electioni nimis præiudicialis, & periculoſa, cum vix poſſit intelligi quid interſit inter indignum, & non dignum. Et electores vix diſcernere poſſint inter peccata, quæ reddunt indignum, & non dignum.

quæ

quæ enim demerita aſſignari poſſint extra electionis intentum, quæ eligendum impediant, vt poſſint tuta conſcientia pecunia redimi? An quia hilaris, quia ſubtriſtis, quia non liberalis, quia rigidus, quia farmacis ſumendis, quia calicibus epotandis vacat? neſcio equidem indagare peccata hæc, quæ faciant non dignum, cum ſciam quæ reddant indignos. Nam vt ad immediata deſcendam) iſta peccata, quę faciunt non dignum, vel intrant rationem Electionis, & illam de iure impediunt, vel non: ſi non, impertinens eſt de illis diſputare. Si ſic, ergo ſunt materia ſimoniæ, nec debemus per ſophiſticas diſtinctiones præbere materiam ſimoniam comittendi.

Reſpondeo quarto, Accipere, vel dare munera, ne quis electioni de perſona digna ſuffragetur, eſt ſimonia. *Gloſſa in c. Nemo de Simon.* Ratio eſt, quia etiam ſimonia eſt, dum ſpirituale mittitur pro aliquo temporali. Dixi, ſi ſit digna, quia ſi eſſet indigna, non eſſet ſimonia. Sicut enim licet redimere iniuſtam vexationem perſonæ particularis, multò plus licet redimere vexationem Eccleſiæ, Prouinciæ, Religionis. Indignus non habet ius ad electionem paſſiuam (ſecus ſi eſſet dignus) ergo qui illum impedit, iniuriam illi non facit, iure procedit, & ab obiecti honeſtate mouetur, & conſequenter non eſt ſimoniacus. Imo ſi reſpicit bonum publicum, eſt dignus laude, & prœmio. Quia non tantum verbis, ſed etiam factis, pro reipublicæ conſeruatione pugnat authores, in vtramque partem vide apud *Paſqualigum deciſion. 227. per totum.* Accipere dona, ne dignus eligatur, eſt ſimonia.

Reſpondeo quinto, ſubornare, vt eligatur dignus, vel dignior ſiue ille ſit vnus ex multis dignis, ſiue ſit ſolus inter dignos, eſt ſimonia. Quia ſit pactus pro electione, & re ſpirituali, determinando perſonam. Secus eſſet, ſi ad dignum indeterminatè ferretur intentio. Quia hoc eſt promouere ius commune, quod mandat eligi dignos. Subornare vt eligatur dignus quãdo ſit ſimonia.

Dices poſſet dari pecunia, non vt electores eligant, ſed vt animi eorum concilientur ad fauorem determinatæ perſonæ. Quod autem poſtea eligant, vel non eligant, remanet in libertate eligentium. Procurare autem reconciliationem naturalem non eſt materia ſimoniæ. Quia eſt obiectum moraliter bonum. Et ſi inde ſequatur electio, per accidens eſt. Neque enim ſit pactum, vt Titius eligatur, ſed vt de-

Digitized by Google

ponat malum animum contra illum. Et conſequenter conciliata beneuolentia per pecuniam. Poſſet deinde procurari debitis modis electio talis perſonæ dignæ.

Reſpondeo, hac etiam ratione poſſet emi beneuolentia Epiſcopi, vt conſequenter det illi beneficium. Negari enim non poteſt, quod talis emptor hoc non faciat intuitu electionis cōſequendæ, alias non eſſemus in caſu. Et hic eſt finis vltimus talis conciliationis, ſinè quo Simon iſte beneuolentiam non emeret. Ergo primariò emitur electio, quia emitur illud, ſine quo electio non eſſet. Vnde non eſt per accidens, quia primò & per ſe intenditur. Patet, quia primum eſt illud, ad quod media diriguntur, ideſt finis vltimus. Sine cuius motione quieſcunt media. Quod ſi addas procurationem poſtea indiuidualem, vanum eſt circumuallare illam *debitis modis*. Quia iam emptum eſt principium electionis. Quia ſimonia non conſiſtit in ſolo munere., ſed in eo dato cum intentione ordinata, ſiuè immediatè, ſiue mediatè ad electionem, vel beneficium. Si enim hæc intentio deſit, non erit ſtudioſa voluntas, nec ſimonia. Ergo ſi emo beneuolentiam, vt illa poſtea ad eligendum inclinet electorem, ſimonia eſt. Omnis autem alia abſtractio eſt directiua ſubornationis. Vide dicta *hic q.1. §. iniuſtè impeditus*.

Non licet offerre pecuniam electori corrupto. Hanc ſolutionem habet caſus alter, Non licere corrumpere pecunia electorem, quem noui a meo competitore corruptum. Poteſt (inquit *Hurtado ſecunda ſecunda. diſput. 173. ſection. decimaſeptima. paragrapho 243. apud Paſqualigum deciſione 233. numero primo.*) indicare animum ſuum electori, quem ſcit eſſe corruptum pecunia, & oſtendere ſe paratum ad dandas pecunias, ſi illas velit elector. Hoc inquam eſt clauum clauo trudere, & nundinari in materia Simoniæ. Nam finis dandi tales pecunias reſpicit amotionem impedimenti in aduerſario, & ſortitionem electionis in perſona propria, vel amicorum. Nec alius finis aſſignari poteſt. Qua ratione emendabitur ſimoniaca emptio per aliam ſimoniam? Ille ſubornauit, tu ſubornas. Ille electionem emit, quam tu affectas. Ergo in paritate delicti, pares pœnæ irrogandæ ſunt. An quia corruptus expoſitus eſt ad ſimoniam, poſſum ego eundem Simoniacè ſollicitare? ſed hoc modo poſſemus

poſſemus peccare impune cum meretrice expoſita. Legatur idem *Paſqualigus deciſ.* 251. qui contra Villalobum non nihil pro nobis ſentit. Et contra ſe ipſum loco ſupra citato.

Reſpondeo ſexto. Dare pecuniam ad depellendam vexatio-nē, quā quis pateretur in cōfirmatione electionis iā factæ in perſo-nā ipſius: ſiuè iuſtè ſiuè iniuſtè fiat, ſiue ab eo, ad quem per-tinet de electione, ſiue ab alio, ſimoniacum eſt. Ratio eſt, quia per confirmationem completur electio, & datur ius in actu primo completo ad illam. Non enim poteſt officium exercere, niſi confirmetur. Ergo dirigitur pecunia ad id, quod eſt principalius in electione, & ſine hoc intento pecunia non daretur vllo pacto. Simonia eſt remoue-re pretio vexatio-nem pro confirma tione.

Neque refert quod vexetur iniuſtè ab eo, ad quem de ele-ctione non pertinet, quia ſimoniaca ſunt omnia media, quæ aſ-ſumuntur pretio ad obtinendam electionem. Sic committe-retur ſimonia, ſi corrumperetur famulus Epiſcopi, vt median-te opera ſua poſitiua, vel ceſſatione à ſiniſtra informatione, quā facere poterat, vel faciebat apud Epiſcopum, beneficium nan-ciſceretur. dixi *ſup. quaeſt.* 1. *fin. reſp.* 1. non eſſe ſimoniam, quando remouetur iniuſta vexatio, & quod poſitiuè non con-curratur, nec intendatur adquiſitio iuris ſpiritualis per pecu-niam. Quia ſi cum his mediis ſatagitur remotio impedimen-torum, vt paretur aditus ad electionem, ſimoniacum eſt. Vi-de *Peirin. d. q.* 1, *cap.* 31. §. 9. *Dico V*, apud quem alii præcipuè *Dico* 13. Vbi docet de perſona, quę poteſt prodeſſe, vel obeſſe electioni. Si enim poteſt, & corrumpitur, eſt ſimonia. ſi non poteſt, nequaquam. Verum de hoc potente, non placet ad ſo-los electores referre, ſed etiam ad alium, qui etiamſi non ſit ele-ctor, poteſt tamen electionem promouere, vt experientia te-ſtatur. Nam ſufficit eſſe cauſam, per quam talis effectus pro-ducatur, modo ſit in Capitulo, modo extra parum refert. Hinc.

Reſpondeo VII. Simoniacam dico electionem, quæ para-tur, & diſponitur per impreſſionem brachii ſecularis Princi-pum, Magnatumquè. Qui vel vocales impedirent, ne ad lo-cum electionis accederent. Vel imperio, vi, metu, ſuaſioni-bus, & aliis malis artibus procurarent, capitulares ad talem electionem deſcendere. Ratio vniuerſalis eſt, quia omnia hæc libertatem tollunt. Et ſi ſubornare verbis, vel obſequiis in-ter ipſos religioſos eſt malum, quanto peius erit, id facere Brachij ſecularis impreſſio electionē vitiat.

Impreſſio.

per ſæculares? *Impreſſionis* vocabulum violentiam denotat. *l. ſi per impreſſionem. C. de ijs, quæ vi metuſue*. de eſt. n. liber conſenſus. *Gloſ. in cap. bonæ.* 1. *de elect.* facit textus in *capit. dilectiſſimi.* 8. *quæſt.* 2. *& cap. in nomine domini d.* 24. *& cap. vbi periculum.* §. *cæterum. de elect. in* 6.] in quo dicitur. *Ceſſat electio, vbi adimitur libertas eligendi.* cum *Gloſ. & Abb. in* §. *quiſquis. de elect.* Et quod electio nulla ſit, patet ex *cap. Sancta. eod. c. ſi quis deinceps.* 16. *quæſt.* 7. *cap. quiſquis. eod.* Et prouiſus interdicitur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec locum, per ambitionem obtentum deſerat. Legitur in *cap. ſi quis deinceps.* 16. *quæſt.* 7. & eſt excommunicandus. *cap. quoniam. d.* 16. *quæſt.* 7. *vbi Turrecrem. & cap. Clericus. cap ſi quis Epiſcopus. eod. c. præterea de iur. patron.* Imo excommunicatus *dd. cc. quoniam & clericus.* & inhabilis ad alia. *cap. quiſquis. de elect. & cap. relatum de iure patron.* Verum tamen eſt, quod aliqua ex allegatis capitulis loquuntur de beneficiis, & electionibus obtentis per Abuſum laicæ poteſtatis, qui tunc committitur, cum laicus intruditur per propriam authoritatem, ſiue facultate Papę in electionibus; & prouiſionibus. *Gloſ. in d. cap. quiſquis. de elect. V. abuſum. & Abb. num.* 4. Equidem iniuſte vexantes perſonas Eccleſiaſticas, eo quod noluerint eligere aliquem ad ipſorum inſtantiam, ſunt ipſo facto excommunicati. *cap. ſciant cuncti. de elect. in* 6. & idem ſentiendum eſſe, ſi fiat ob denegatam nominationem, præſentationem, poſtulationem, inſtitutionem, confirmationem, probat *Theſaurus parte* 2. *V. electio. cap.* 7. *ex multis.*

Abuſus laicæ poteſtatis.

Dices. Poteſt accidere, vt ſęculares tantum agant cum Magnate, vel Aulico primario, vt declaret ſuam voluntatem de tali promouendo: religioſus autem precibus, fauoribus, vel pecunia egerit apud ſæculares aliquot, vt tali modo electionē dirigeret, & de facto ſequatur electio iuxta ambientis intētum. An hęc dici poſſit impreſſio brachii ſæcularis, vel abuſus laicæ poteſtatis, ſubornatio, & ſimonia.

Reſpondeo de abuſu iam dixi. De ſubornatione. & ſimonia affirmo. Quia tota hæc machina adhibetur ad inuadendam dignitatem eccleſiaſticam. & eo periculoſius proceditur, quo inſigniores fuerint perſonæ, quæ ad conſequendum ambitum applicantur.

Simoniacè eligitur per fauores ſæculariũ

Quod ſi Princeps vel Rex ille motus, & perſuaſus fuerit à corruptis Aulicis, vt ſuam mentem aperiat Zelo maioris boni, adeo

adeo vt iſte putet, ſe obſequium præſtare Deo, ſit tamen efficaciſſimum medium ad ex aturandam ambitionem. Non cogat quidem, ſed tantum ſuam mentem aperiat apud illos, qui ſunt capita capituli, cæteroſq. vocales ducant.

Reſpondeo, poteſt dari caſus, vt non omnes mediatores peccaminosè procedant, quippe qui blandis & perſuaſibilibus verbis ducuntur ad commendandum ambitioſum prætenſorem, tamquam officio dignum, ſed non propterea fit, vt qui ijs vtuntur non peccent, quia eos adhibent tamquam media ambitus, quinimò peccant grauius, quia ſeruire faciunt in ſuis peccatis perſonas tam conſpicuas, & religioni addictas. Preces enim Principis, qui ſolitus ſit malè tractare ſuis precibus non adquieſcentes, inducunt iuſtum metum. *Panorm. in c. cum inter R. de elect. n.* 8. qui citat *Gloſ. in l.* . . . *§. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. non dat. Alex. conſ. decimoſexto. lib. tertio, Ioan. de Pla. in §. quadru Inſtit. de action.* vbi dicit, quod ſi ſubditus alias non conſentiens, contrahat rogatu principis, præſumitur metu feciſſe. Nam rogamina ſuperiorum, mandata ſunt. *Gloſ. in Clement. n. Verbor. extorsimur. de teſtib. Innoc. in cap. petitio. de iureiur. Panormitanus sit in capit. cum dilectus numer. octauo. de his quæ vi, metus.* Commendat gloſ. penultimam, quod quandoque ſola verba comminatoria, vel ſola potentia hominis inducunt iuſtum timorem, illius inquam, qui ſolebat male tractare homines non adquieſcentes precibus ſuis. Vnde tunc ſolæ preces inducunt iuſtum timorem. & in cap. Abbas. eod. numer. quarto. ait, *Iſtud fallit in Tyranno, qui ſolitus eſt ſæuire in eos, qui ſuis precibus non parent. Tunc enim rogamina habentur pro præcepto, & inferunt iuſtum timorem.* & inferet *Idem dic de Epiſcopo, vel alio Prelato potente, qui ſolet ſæuire in Clericos, ſuis votiſ non obtemperantes.* ex qua doctrina.

Preces iuſtum metum inducientes.

Reſpondeo VIII. ſi Prouincialis, Viſitator, aut Generalis precibus, vel comminationibus inſtet, vt eligatur talis ſuperior localis, talis definitor &c. vel coram præſidendo electionibus ſuam intentionem aperiat, deſtinando ſuos amicos, vel capita factionum, vel oſtendendo ſchedulam, in qua ſint adnotata nomina eligendorum, vt ipſos nominant &c. committitur ſubornatio, & incurruntur pœnæ. Quia hæc eſt formalis tranſgreſſio ſtatuti, & contra iſtos, tamquam contra potentiores præcipuè

Electiones nullæ ex ſuperiorum imperio.

ſunt ſancitæ leges . Libertatem enim tollunt, ex timore incuſſo, qui in conſtantes viros cadit, vt dictum eſt ſupra q. 5. & 6.

Condonans delictum, vt eligat, ſubornat.

Reſp. IX. Simoniacus eſt Prouincialis, qui ſuperiori locali, reperto in aliquo peccato, priuatione digno, contra quem etiã ad ſpecialẽ inquiſitionem deſcendit, dicat, Poſſum te priuare, ſed nõ faciam, ſi promittis in capitulo ad meã intentionem ſuffragari, & ſic de facto exequatur. Ratio eſt, quia timorem grauem in illum incutit, per quem ad ſuffragandum mouetur. Et hæc eſt grauis comminatio, emitque ſuffragium illius, mediante offenſa iuſtitiæ punitiuæ. Et non ſolum peccat vt ſubornator, & ſimoniacus. *cap. nemo præsbyterorum de ſimon.* ſed etiam tamquam malus iudex, & ſui muneris peſſimus proditor. Vide dicta *ſupra reſp.* 3.

Date pro capienda poſſeſſione, eſt ſimonia.

Reſpondeo X. Dare aliquid pro capienda poſſeſſione beneficij, aut officij, a qua per aduerſarium impediretur, eſt ſimonia. Quia poſſeſſio eſt iuris ſpiritualis complementum, ſine qua ſpirituale ius exerceri non poteſt. Ita quam plurimi apud P*aſqualigum deciſ.* 243. *n.* 1. Licet ipſe cum multis aliis in partem contrariam deflectat, ea potiſſimum ratione, quia poſſeſſio non ſit quid ſpirituale, ſed accedit ad completum, & adquiſitum ius ſpirituale. Sicut in iure, poſſeſſio domus non eſt domus, ſed quid conſequens. Beneficium enim eſt ius ſpirituale, & in hoc eius eſſentia ſita eſt, omne autem quod eſt extra totam eſſentiam beneficii, & officii ſpiritualis, eſt temporale, quare dum redimitur vexatio circa poſſeſsionem, non emitur ſpirituale, ſed temporale. Quod ſi obiicias, Saltem eſt adnexa ſpirituali. Reſpondet non eſſe adnexam poſſeſſionem beneficio, & adminiſtrationem, vt conſequens illam, ſed vt conditio ſine qua non, quia ſine poſſeſſione ius adquiſitum exerceri non poteſt.

Verum tamen hæc ſententia non ſubſiſtit in iure. nam *c. dilectus filius de ſimonia.* condemnatur ad reſtitutionem pecuniæ acceptæ ab eo, qui grauabatur ſuperfluis beneficiis Archidiaconus Eboracenſis. Et reponitur in titulo de ſimonia. Et ita declarat *Abb. & capit. ad noſtram. eod.* dicitur *Mandamus quatenus pro eccleſiaſtico miniſterio exercendo nullatenus pecuniam exigatis* .. ecce quomodo condemnatur acceptio pecuniæ pro exercitio rei ſpiritualis. & *capit. conſulere. eod. Quicumque Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem per pecuniam obtinere voluerint cum Simone percellantur*. & negari non poteſt, quod in caſu noſtro non ematur adminiſtratio. Ratio autẽ

in

in contrarium vera non eſt, quia poſſeſſio, & adminiſtratio rei ſpiritualis, ità neceſſariò ſunt illi adnexæ, vt ius adquiſitum per electionem nullum ſit ſine hoc actu ſecundo, & ſicuti in naturalibus fruſtra eſt calceus, cuius nulla eſt calceatio, iuxta *Philoſophum*, ita vanum eſt beneficium, cuius nullus eſt vſus, ſeu adminiſtratio, illud ergò quod vltimò complet beneficium, & officium, eſt actus ſecundus illius, adeout, ſi poſſet haberi adminiſtratio ſine iure adminiſtrandi, nemo de hoc iure curaret, & ſicut collatio beneficij tribuit actum primum, ita poſſeſſio, & adminiſtratio tribuit actum ſecundum, & omnes actus antecedentes, concomitantes, & conſequentes beneficium ordinantur ad vſum, & adminiſtrationem, vnde colligitur eſſe neceſſariò ordinata ad ſpiritualia, ergo negari non poteſt eſſe materiam ſimoniæ. Confirmo hoc a poſteriori. Simonia eſt, adminiſtrare ſacramenta ordines, & officia mediante pretio, vt conſtat ex totis titulis de ſimonia, & ex cauſa prima per quinque diſtinctiones, ergo ſi iſte actus remotus, & vltimus beneficij, & iuris ſpiritualis eſt ſimoniacus, ſi vendatur: multò magis erit ſimoniaca adquiſitio poſſeſsionis, & emptio iuris ſpiritualis, nam ſunt ad ſibi inuicem ordinata. Et ſicut remouens prohibens eſt cauſa homicidij, ſi lapis, ſuæ grauitati relictus, aliquem occidat, & tamen eſt ſola cauſa ſine qua non; ita & poſſeſſio, quæ eſt cauſa ſine qua non, per opinantem, erit materia ſimoniæ. Nec abeſt *extrauag. 2. de ſimon. cum deteſtabile.* dum dicit *Per electiones, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contingit labe fieri.* inter quas comprehenditur etiam procuratio poſſeſſionis, quia nil aliud remanet poſt electionem, poſtulationem, & confirmationem, niſi poſſeſſio, & quæ ad poſſeſsionem ordinantur.

Quæſtio IX. Dicente ſtatuto quod ſit ſubornator, qui procurat, vt aliquis ſuffragium ſibi, vel alteri *ferat, vel non ferat*, quæritur, an in iſtis actibus negatiuis ſubornatio, & ſimonia committi poſſit.

Reſpondeo, ſparſim de hac materia in ſuperioribus actum eſt. *vt quæſt. 1. in fine declarationis particulæ pretio §. dare pecuniam alicui.* & in fine *reſp. 5. ibid. §. vendere omiſſionem,* & *quæſt. 8. reſpon. 4.* & concluſum affirmatiuè ex c. nemo de ſimon. ibi. *Nemo presbyterorum xenium, vel emolumentum quodlibet temporale, imò ſpirituale detrimentum à quocumquè publicè peccant, accipiat, vt Epiſcopo, vel miniſtris eius peccatum illius celet.* & in fine.

Procurare negatione ſuffragii, vt eſt ſimonia.

ne. *Vel quotunque liuore dignè pœnitentem a reconciliatione remoueat, quia ſimoniacum eſt vtrunque.* vbi *Panor.num.*2. ait, ſimoniam committi impendendo ſpirituale pro temporali, ſed etiam omittendo ſpirituale, quod tenebatur impendere, & ſic cõmittitur ſimonia, quandocumque ſpirituale datur, vel omittitur pro commodo temporali, in quem ſenſum ſubſcribũt *Gloſ. & Hoſtienſ. lib.*5.*de ſimon.num.*7.§.*quid ſi iudex V. eodem modo*. & alij, quos in prælibatis locis citauimus. adiungo tantum particulares aliquos caſus.

Primus eſt, ſi quis corrumpat electorem, ne cum tali concurrat, ſubornatio eſt, ſiue id faciat ex odio, ſiue ex zelo, niſi adſit notoria indignitas, quia emit impedimentum liberæ, & ſpiritualis poteſtatis.

Secundus, ſi aliquis vocalis eſſet inquiſitus, cuius cauſa terminari deberet, per menſem ante electionem, & per ſententiam non veniret priuandus, vel ſuſpendendus, ſed abſoluendus, quo caſu haberet ius ſuffragandi in capitulo, & alius, ne talis reperiatur in capitulo, per malas artes ageret cum iudice, ne ad cauſæ deciſionem veniret, ſubornationem committeret. Quia iſte impedit lationem ſuffragij, quod eſt expreſsè contra ſtatutum.

Tertius, qui retineri faceret per ſæculares vnum aut plures vocales, vt ſine ipſis capitulum celebraretur, etiam ſi per ſpecioſum prætextum peſtis, aut rationis ſtatus ſubornator eſſet, quia impediret illos, ne eligerent, & ſi non deſint, qui cenſeant, eſſe etiam excommunicatum in canone, *ſi quis ſuadente diabolo*, quia clericos detinere facit, ne ire poſſint, etiam ſi ipſos non tangat. *Sayrus lib.*3.*de cenſur cap.*26. *num.*413. *Daard. in bull. cœna lib.* 2. *can.*10. *quæſt.* 1. *Abb. & Innoc. in cap. nuper. de ſent. excomm.* Multò magis culpabiles erunt, qui detineri facerent, ad effectum electionis impediendæ.

Quartus, Præſes capituli volens hunc, & non illum eligi, videns capitulum inclinare in aliquem, vt illum excludat, agit cum illo, vt à concurſu deſiſtat, & miſcet precibus minas, aliaſque artes adhibet, quæ poſſunt animum religioſi à concurſu deterrere, idque obtinet, ſubornator eſt. *Vgolin. de ſimon. tabula* 1 *cap.*48.§.3. *tab.*4. *cap.*50. §.9. *Barboſ. de pot. epiſ. par.*3. *alleg.*60. *num.*56. *apud Paſqualig. deciſ.*250. Nec valet dicere, quod excluſo illo per metum ſequatur electio alterius per accidens, & cum non ſit effectus pecuniæ, non erit ſimonia. Quia ſuppono eſſe in poteſtate Præſidis vertere electionem quo voluerit, ex-

excluſo

clusò illo ad quem vocales ſua vota dirigebant, & hac ratione electio ſequitur per ſe, & non per accidens. Neque ſubſiſtit, ſi dicatur, tunc eſſe ſimoniam, quando pretium commutatur cum re ſpirituali, vel directè, vel indirectè, cuiuſmodi non videtur eſſe caſus noſter, quia non datur pecunia, vel incutitur metus, vt ſequatur electio, ſed vt ille à prætenſione deſiſtat, hæc autem deſiſtentia non eſt res ſpiritualis. Nam reſpondeo, ſi deſiſtentia non eſt ſpiritualis, dirigitur tamen certitudine quadam morali ad electionem, quæ eſt ſpiritualis, & in his terminis difficultatem examinamus, ſed quidquid ſit de ſimonia, negari non poteſt, non eſſe ſubornationem, cum magna iniuria, & violentia coniunctam experientia multa docuit, quæ luctuoſas electiones reddiderunt.

Quæſtio X. Quid ſit facere *Colligationes, & inductiones*, in electionibus.

Reſpondeo primo, Colligare eſt ſimul ligare, vnde colligatio eſt multarum rerum in vnum ligatio, vt fieri ſolet, cum multa ligna in vnam machinam colligantur. *l. ſicut certo loco §. ſed interdum ſin. ff. commodati vel contra.* ibi *ſi ſeruus lapidario commodatus ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit.* & hic eſt ſenſus grammaticalis vt ità dicam, phyſicus. Moraliter autem ſumitur pro colligatione multorum hominum. (& in caſu noſtro) Vocalium, ſimul in vnam factionem, ad concludendam electionem pro vno, vel contra alium, & apud *Iſaiam cap.* 38. habemus, *ſolue colligationes impietatis* vbi 70. *omnem ſcripturam iniquam conſcinde, & Gloſa* impium eſſe ait, exigere debitum ab eo, qui non eſt ſoluendo, & *Liranus* has colligationes pro cauillationibus accipit ad inuoluendos ſimplices adinuentis. Quem ſenſum habet etiam verbum Inductiones, nam relictis alijs ſignificatis ad rem noſtram impertinentibus, Inducere ſignificat illicere, & impellere. *l. 64. §. penult. ff. de iure dot.* ibi *ſi generum ſpecie futuræ dotis induxit*. & ſic induci pro impelli, & illici Briſsion. accipit, eſtque in ſenſu ſtatuti, dum artificio illiciuntur animi vocalium in ſententiam vnius, & veluti impelluntur ad factiones.

Colligatio.

Inductio.

Primum peccatum contra hoc ſtatutum eſt, dum aliquis, independenter à zelo publicæ vtilitatis, ſed motus libidine diſponendi de electione ad ſuum arbitrium, & commodum, multos ex vocalibus alloquitur, illiſque ſuadet, vt ſecum permaneant, ad effectum eligendi hunc, aut illum, varijs artificijs cum illis

agit,

agit, ne cum aduerſæ partis capitibus conueniant. rationes ſtatus, commodi, timoris, proponit, conſulit, inſtat. ac (vt ſemel dicam) capitulum in factiones, & partitas ſcindit, vnde electio vel violentatur, vel difficilis euadit, atque in libertate vel corruit, vel titubat.

Electionẽ tractatus precedit. Dixi independenter a zelo publicæ vtilitatis, quia tractare, vt electio in digniorem cadat, vel non in indignum, in quem aliqua pars vocalium ignorantium, non zelantium, corruptorum inclinat, non eſt facere colligationes, & factiones, nam propterea electioni tractatus præmittitur. *cap. in geneſi cap. cum in veteri, vbi gloſ. in V. tractatu cap. cum inter, vbi Butrius & cap. in cauſis de elect.* quia cum electio ſit actus voluntatis, & inter multa eligibilia cõſiſtat. *Ariſt. lib. 3. & hic l. Gallus § & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth. l. quod in hæredem § eligere ff. de tribut. leg. plerumque § fin. ff. de iure dot.* eſt enim electio, idoneæ perſonæ ad dignitatem eccleſiæ vacantem ſolemnis euocatio. *cap. cum in cunctis init. de elect. cap. 1. & 2. de conceſ. præb. cap. Hoſius § fin. l. 61.* Hinc electio per inſpirationem a ſcrutinio diſtinguitur, quia hanc præcedit tractatus, illam minimè. *cap. ſtatuimus diſt. 61. cap. quia propter de elect.* Vnde tam ad cognoſcendam hanc digniorem perſonam, quam ad ſuadendam ipſius electionem, neceſſaria eſt collatio, diſcurſus, & tractatus, quibus remotis, electio rationabilis ſuccedere non poteſt, ſed erit caſualis, & electores taliter procedentes mortaliter peccabunt, quia in incognitum voluntate feruntur, etiam ſi in meliorem collimarent. Niſi de dignitate eligendi perſuaſum haberent, ex inſinuatione aliorum, quibus credunt, vel credere tenentur, quoſque veridicos in conſilio, probatoſque habeant. *Petrus Gregor. de inſtitut. iur. canon. lib. 1. tract. 29. cap. 5. Dian. reſolut. 37. miſcellan. 2. tom. 2. gloſ. in cap. in nomine domini diſt. 25. V. tractantes Abb. in cap. bona de elect. num 12.* Secluſa hac conſideratione, quæ eſt via regia omnis alius tractatus, & vnio vocalium eſt colligatio inductio, ac factio vetitæ per ſtatutum. Ratio clara. Electio eſt actus liber voluntatis, tollitur, & turbatur per iſtas factiones, quo nil peſtilentius in electionibus. *Boſſ. in praxi crimin. tit. de ambitioſis*, qui citat *l. 1. ad l. iuliam de ambit. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 2. S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. ar. 1. Imola in cap. per inquiſitionem num. 4. Abb. numer. 5. de elect.* & licet in alijs non colligatis remaneat libertas eligendi, attamen quia non eſt coniuncta cum viribus iam per factionarios diſcectis nihili fit, &

Electio quid.

hoc

hoc eſt illud, quod in hac materia eliminare intendit religio. an autem voti compos fiat bonorum deſideria, piorumque gemitus teſtantur. cum publico piratario vires obuiandi non ſuppetant, quibus accedit probationis difficultas, & præſidium ſopitus niſi ſit oculatus neglectus.

Quilibet poteſt accuſare ſubornatores.

Ad cuius peſtiferi delicti punitionem poteſt agere, non tantum vocalis, ſed quilibet de populo, quia eſt publicum, & religionis deſtructiuum. Vnde in noſtra *practica criminali tit. inquiſitio. fol.* 23. initio, ſubornatio in electionibus inter exceptuata reponitur. *primo ſi ſint delicta exceptuata, vt læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, homicidij perſonæ eminentis, ſubornatio in electionibus, ſimonia, Sodomia, &c.* & *Bonacoſſa lib. 1, communis opin. crimin. V. accuſare pag.* 2. adnumerat ambitum inter crimina publica, quæ à quolibet accuſari poſſunt. *Clar. lib. 5. §. ſimonia V. ſciat autem quod ſimonia.* probat ſimoniam eſſe delictũ publicum, & æquiparari hæreſi, & crimini læſæ maieſtatis, probat *Baiard. in addit. ad eit. Clarum.* Hinc ad accuſandum contra ſimoniacos admittuntur ſerui, infames, meretrices, & criminoſi, *cap. tanta vbi Abb. & alii de ſim.* ſic etiam contra ſubornationes, & colligationes ſimoniacas quilibet frater inſurgere poteſt. Item ſufficiunt coniecturæ, & ſigna, & non ſunt neceſſariæ probationes, luce meridiana clariores, quæ in criminalibus requiruntur. *Glar. ſup. V. Item ſcias.* Nam occulte committitur & eſt tex. in *cap. ſicut. de ſimon.* dummodo ſigna ſint euidentia, & rerum conuincentia, *cap. inſinuatum eod. cum gloſ. i. n.* ſufficiunt quidem leuiores probationes. *Crauetta conſ.* 122. *nume.*8. *Menoch de præſump. lib.* 5. *præſump.*8, *Maſcard. de probat. concluſio.* 1304. *&* 1305. vbi de coniecturis, ad ſimoniam detegendam, tradit. Et eſt doctrina communis, quod in delictis, quæ ſunt difficilis probationis, ſufficiunt probationes per coniecturas. *Bertach. in repert. V. probatio per coniecturas, vbi Alex. Feder. de ſenis Fran. Aret. & alii*, qui inter hæc delicta numerant ambitum, & in *V. ſimonia fol.* 70. ait ſufficere leuiores probationes ad probandam ſimoniam, quia clam committitur, idque multis probat. conſonat *Panor. in cap. venerabilis. de teſtib. numer.* 2. *Nota* (inquit) *quod in defectum probationum, cum ſcilicet ex negotii, ſeu criminis natura non poteſt haberi probatio legitima, admittitur probatio minus legitima, & alias inſufficiens*, & citat *cap. cum dilectus de elect. vbi gloſ. & cap. præterea de teſt.* & agitur in illo capitulo de coniur. contra Epiſcopum, quæ valde ſimilis eſt

Sufficiũt coniecturæ.

Vt in delictis difficilis probationis.

colli-

colligationi contra electionem. equidem in *dict. cap. cum dilectus filius*. committitur examinandum, & probandum negotium electionis Epiſcopi, de qua ambigebatur, per iuramentum trium compromiſſariorum, & tamen probatio per iuramentum non eſt propriè probatio, ſed quaſi probatio. *Bertach. ſup.* ſaltem eſt infima, & debillima probationis ſpecies, quæ tantum adhiberi ſolet, dum aliæ non ſuppetunt. & eſt celebre dictum iuriſperitorum, & canoniſtarum apud *Gabriellium lib. 1. de teſtib concl 7.* Quod quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes alias minus idonei fidem faciunt, quam concluſionem multis probat, maxime quando qualitas negotij, per alios ſciri non poſſit, vt eſt in cauſis coniurationis, conſpirationis, proditionis, tractantur etenim iſta quam ſecretiſſimè, & veritas haberi non poteſt, niſi per ſocios criminis, & per exteriores coniecturas. & ideo dicta ipſorum concludunt ad punitionem, & ſufficiunt teſtes ſingulares, quia ille, qui colligationes tractat nunc agit cum vno, nunc cum alio, vt ad probandum vſurarium, qui nunc dat ad vſuram vni, nunc alij, teſtes ſingulares ſufficiunt, vt idem *Gabriellius* probat *concluſ. 2. de teſt. num. 28.* & præcipuè cum agitur, ſic ad probandum aliquem hæreticum ſufficiunt teſtes ſingulares, vt idem probat *num.* 40. ſic ad probandam ſocietatem *num.* 43. eò vel maximè quando cum teſtibus ſingularibus coniecturæ concurrunt *num. 76.* puta quia eſſet inquietus, honorum appetens, ſolitus partes colere in conuentu nunc cum vno vocali, nunc cum alio ſecretò, ſedulòquè tractare, illos in ſuum cubiculum ſucceſſiuè acerſire, & ſufficit, ſi probetur aliquem ſollicitaſſe ad talem collectionem, etiamſi conſenſum non extorſerit, quia cum ſola attentatione, iam eſt colligationis promotor, & ſeductor.

Teſtes ſingulares in vſurario, hæretico, &c.

Sufficit attentaſſe.

Si quæras, an delatum, quod ſit ſubornator, vel colligationes faciat, in ipſo die, vel actu, vel vigilia electionis, poſſit Præſes è capitulo eijcere, & ſine ipſo ad electionem deuenire.

Reſpondeo, ſi euidenter ſibi conſtiterit in ſummario iudicio, quod talia molitus ſit, vel moliatur, poterit illum è capitulo expellere. Pro quo ſuppono doctrinam communem, quam tradit *Panormit. in cap. omnipotens, de accuſat. cum Innoc. & Hoſtien.* quod inquiſitus, pendente accuſatione, ſeu inquiſitione, promoueri non debet ad aliquod beneficium, aut officium, dicit enim textus citati capituli. *Valde graue eſt, quod vir de quo tanta, & talia nunciantur, cum antea requiri, & diſcuti debeant, hono-*

Subornatorie capitulo eſt expellendus.

honoretur. concordat *cap. finale de teſt. & atteſt.* in quo teſtificari, & ordinari vetantur, qui accuſati fuerint, pendente accuſatione, & Ratio eſt, quia accuſati fama grauatur, cum ante denunciationem, & accuſationem præcedere debeat infamia. Nam contra non infamatum non proceditur per inquiſitionem, & denunciationem, accuſatio autem his omnibus maior eſt. itaquè accuſati ſtatus non eſt integer, & ideo a teſtimonio ferendo, & a ſuſceptione ordinis repellitur, ac etiam à conſecutione honoris, vt ſunt beneficia, & officia, quia *infamibus dignitatum portæ non patent*. de regul. iur. in 6. quia accuſati grauatur opinio, nam plus eſt, quod aliquis habeat accuſatorem, quia talione ſe obligat ad probandum crimen de accuſato, quã quod in vicinia male audiat, ex quibus concludit *Panor. in cap. fin. de teſt. & atteſt.* quod accuſatio repellit, vbi ſtatus integritas requiratur, cuiuſmodi requiritur in electione, nam eligendus debet eſſe omni exceptione maior, idem docent *Innoc. Abb. & Io. And.* ab eodem citati, & eſt textus in *cap. quoties de ſimon.* in quo dicitur *Peruenit ad nos quod per ſimoniacam hæreſim fueris ordinatus, propterea neceſſe habemus te prohibere, ne miſſarum ſolemnia celebrare debuiſſes, donec quid ſit verius diſcerneremus*. Vbi Gloſa. *Nota* (inquit) *quod dicitur hic, quod ſi per aliquod ſignum conſtiterit aliquem fore ſimoniacum, iudex debet illum punire*, vide *Diaz in practica crimin. cap.* 44. vbi eius additionator ait, ſigna debere eſſe euidentia, & rerum conuincentia, ſecundum Gloſ. in cap. in ſinuatum de ſimon. quam DD. ſequũtur. *Alex. de Neuo. conſ.* 64. *numer.* 2. & 3. *Clar. in* §. *ſimonia in fine*.

Si autem opponas, aperiri aditum malitis, nam quilibet poſſet accuſare dignum, vt illum ab honoris conſecutione repellat.

Reſpondet *Io. And.* Non præſumi malitiam, & eſto præſumatur, adeſt remedium iuris, *cap. frequens de reſtit. ſpoliat.* præfigendo ſcilicet terminum, intra quem accuſatio comprobetur. Ideoque cautum eſt in ſtatutis generalibus, *cap.* 8. §. 33. *num.* 4. cauſas omnes criminales terminari debere per menſem ante capitulum, vt grauatorum fama vel eleuetur, & ſic ad capitulum accedant: vel deprimatur, & ſic excludantur. *Cauſæ terminentur per menſem ante capit.*

Sed hic eſt duplex difficultas examinanda. Prima, An ſi citato capitulo occurret caſus, quo alicuius vocalis fama grauetur, & non ſit tempus ſufficiens ad diſcutiendam accuſationem, & iuris ordine terminandam; an interim accuſatus excludi debeat, *Grauis difficultas*

beat,

beat, vel ſub aliqua proteſtatione admitti. Secunda eſt, an hoc ſit dicendum tam de voto actiuo, quam paſſiuo, quia non ſtatim infertur, accuſatus non poteſt eligi in ſuperiorem, ergo neque poterit dare ſuffragium, nam habere votum actiuum non eſt dignitas, aut honor, quia aliquando etiam laici, qui ſunt eccleſiaſticæ dignitatis incapaces, vt diſcreti ſuffragium tulerunt, quod eſt quærere, an vocalis accuſatus, ex eo ſolo quod eſt accuſatus debeat è capitulo eiici.

Poteſt procedi etiam poſt menſem. Reſpondeo ad primam, etiamſi ſtatutum aſſignet terminum, intra quem cauſę examinari debeant, non propterea prohibet procedi in cauſa, quæ de nouo emergeret, quia diſpoſitio tangit caſus iam emerſos ante citationem capituli, non de iis, qui poſt illam emergerent, ſi enim rigoroſe tenendum eſſet ſtatutum, non bene prouiſum eſſet caſibus incidentibus, poteſt enim accidere, vt in dicto capitulo aliquis vocalium graue delictum committeret, vulnerationis, homicidij, ſacrilegij, fornicationis & nulli dubium eſt, contra talem procedi poſſe, et debere, ſiue per infamiam, ſiue per clamoroſam inſinuationem, ſiue per accuſationem delictum ad ſuperioris aures perueniat, & quidem, ſi agatur de electione paſſiua, iſte ex recenſita doctrina, ad capitulum pendente cauſa ius non habet.

Officiali delinquēti ſuſpenditur officium. Scio diſputari inter iuris conſultos, an pendente proceſſu criminali poſſit quis promoueri ad officia, & honores ciuitatis, & ſecundum opinionem communem reſpondetur negatiuè, *Bart. in l. vnica C. de reis poſtulatis, & l. reus delatus ff. de muneribus, & honor.* vbi *Lucas de penna col.* 1. & 2. *V. honores l. iudices C. de dignitatibus, Bartol. in l. quod ergo in fin. ff. de his qui notãt. infam.* & alii, quos citat, & ſequitur *Petr. Caballus centur.* 1. *deciſ. crim. caſu* 121. cum reflexione, quod eò magis ſit repellendus, quò proceſſus reſpiceret malam adminiſtrationem alterius officij, in quo malè ſe geſſiſſet, v. g. ſi male geſſit in officio Guardianatus, non poterit eligi ad ſimile, vel maius.

Scio etiam diſcuſſum, An officiali delinquenti in officio pēdente lite, ſit illi adminiſtratio adimenda, quod eſſet in materiis regularibus. An Guardiano vel Prouinciali delinquente, debeat ſuſpendi iuriſdictio, & reſponſio eſt affirmatiua, per *l. quod ſi forte §. ſunt quidam ff. de ſolut. & l. eum quem C. de ſuſpect. tutor.* vbi *Bart.* & alii cum *Io. Fab. Luca de penna, Paris de put. Afflicto Vincen. de franchis, & alijs* quos citat & ſequitur d. *Petrus Caballus caſ.* 76. qui addit, tunc officialem officio ſuſpendendum,

cum

cum pœna criminis illum officio deſtitueret, ſecus,non.& quādo de tali accuſatione captæ ſunt informationes,& quod incipit conſtare de mala adminiſtratione,& non aliter. Quia per ſolam accuſationem non debet officialis ſuſpendi, ſed capi debet informatio,per quam conſtare incipiat aliquid ſubſtantiale,& tūc ſuſpēdi poterit ab adminiſtratione,& impedire,ne vlterius promoueatur. Rationes allegat *Francus deciſ. Neapol. 8. n. 3.* Tum quia adeſt infamia commiſſi criminis. Tum quia ſi officium exerceretur,teſtes non examinarentur ob timorem. Nec examē cauſæ differri debet vſque ad Syndicatum, quia hoc eſſet præiudiciale reipublicæ ac murmurationibus plenum. Maximè ſi imponatur pœna priuationis, quæ vana eſſet, ſi finem expectaremus officii. Ex qua ſolida doctrina habemus I. quod eſt in praxi ordinis,in ſuperiores actuales inquiri, dum de illorum priuatione agitur, eoſquè ab officio ſuſpendi. Secundo quod ſtante ſuſpenſione,ad officium aliud promoueri non poſſunt. Tertio quod ad hanc inquiſitionem deueniri poteſt, etiam citato capitulo, dummodo de induſtria,& ex fraude non fuerit dilata inquiſitio ad illas temporis anguſtias. do aphoriſmum noſtræ *practicæ criminalis tit. de exceptione fol. 25. init. Contra eligendam in ipſo electionis die exceptio debet admitti, niſi tam in promptu eſſet probatio, vt breuiſſimo tempore expediri poſſet exceptio*. Sermo eſt de exceptione ciuili, quia de criminali immediatè ſubiūgitur, *Criminalis vero nullo modo audienda eſt, ſed ſuis dilationibus agitari debet, vt & exceptor probare, & reus ſe tueri valeat.* Vocales Quomodo in capitulo puniri poſſint. Ex quorum verborum contextu elicitur diuerſitas modi procedendi in vtraq. exceptione. Nam ex eo quod prohibetur admitti criminalis (quia cum ordinetur ad pœnam corporalem, vltra remotionem à capitulo, reus legitime ſe tueri debet) infertur,quod in exceptione ciuili, ordinata ſolum ad legitimam electionem, non eſt vſquequaquè talis ordo ſeruandus ſed ſufficit ſummaria,& compendioſa proceſſio, quæ inquam *expediri poſſet breuiſſimo tempore*. qualis eſſet ex. g. ſi in eodem capitulo deferrentur literæ ipſius rei, vel miſſę à Fratribus & ſuperiore conuentus, ſignificantes dilapidationem,vel furtum, ſubſcriptę, & ſigellatę à communitate Fratrum,vel à diſcretis cōuentus, qui notabiliter famam Rei grauarent. aut in promptu eſſet probatio per duos Fratres præſentes, Quod Statutum aliquod apoſtolicum non ſeruaſſet,vt eſt publicatio decretorum de largitione munerum, de electis, de S. officio Vel querela

I alicuius

alicuius communitatis ſæcularium, quæ aliquod ſcandalum, ab ipſo datum denunciaret. Neq. nouum eſt hoc in Religione, quia multę cauſæ vocalium in ipſo capitulo ante electionem diſcutiuntur, & ſi culpabiles reperti fuerint, eiiciuntur. In primis fit Syndicatus Miniſtri generalis, qui ſi reus repertus fuerit, & officium renunciare noluerit, eiicitur, & ſi ne ipſo ad electionem alterius deuenitur. Vt ſtatutum fuerat eo tempore, quo generales erant perpetui. *Stat. Alexandr. cap.* 8. *tit. de celeb. cap. gen. fol.* 150. Vbi de accuſationibus contra generales, & modo procedendi diſponitur. Moderatum poſtea in *Statutis Salamaticenſibus c.* 8. *Valliſol.* 1593. *c.* 8. *Vltramontanis cap.* 7. quod recipiantur quidem Syndicationes, non tamen *vt Miniſter, & Cõmiſſarius generales priuentur officio, neque ſuſpendantur, neque graui aliqua pœnitentia imponatur eiſdem, donec renunciauerint officia, quod fieri debet ante electionem futuram.* Vt ex his omnibus comportatum eſt in ſtatuta generalia compilata. *an.* 1642. *cap.* 8. §. 11. *n.* 4. & cum exceptio firmet regulam in contrarium, quod explicitur in generalibus, conceditur in aliis vocalibus. Et de Cuſtodibus praxis eſt, paſſim reiici, ſi literis communibus fulti non veniant. *d. c.* 8. §. 11. *nu.* 5, & de Guardianis, & diſcretis localibus in Valliſol. cit. diſponitur, puniri poſſe, & eiici, ad arbitrium Præſidis, ſi comitati non veniant cum aliquibus, quæ in capitulo oſtendere debent, ſenſus igitur religionis eſt, Vocales poſſe iudicari in ipſo capitulo. Et quod generalibus diſpoſitum eſt, puto ad ſuperiores regulas iudicandum eſſe, quod ſcilicet, ſi ipſi in aliquo notoriè delinquerent, percutiendo, occidendo, vulnerando, vel aliquod enorme delictum committerẽt, notorietate facti intergiuerſabile, quod tunc non obſtante ſtatuto, poſſent ante electionem ſuſpendi, & deponi. Ratio eſt, quia ſtatutum non diſponit de his caſibus inſolentibus, & qui non acciderunt, nec poſſint frequenter euenire, ſed de his, quæ ad Syndicatum deferuntur, quique commiſſi ſupponuntur in officio, & ante citationem capituli, vt patet ex ipſa notione Syndicatus, qui indicebatur iudicibus officio functis, per quinquaginta dies, in quibus de culpis, & fraudibus in officio commiſſis conuenirentur, ac rationem redderent, ſeu cauſam dicerent. *l.* 1. *C. vt omn. iudi. tam ciuiles, & milit.* & certum eſt, delinquentem iudicem in Syndicationis tempore poſſe criminaliter puniri.

Dices, per ſtatutum præſcribi poteſt terminus ad accuſandũ,

quo elapſo non daretur actio nec actori, nec iudici ad inquirẽdum,& procedendum ex officio. Vt per *Didacum Canterium, Farinaccium, Socinum*, *Bald. & alios* multos probat,cit. *Cabal-lus caſu* 5. quia vbi eſt præciſa via ad agendum, ſublata intelligitur iudici ad inquirendũ ex officio cum officiũ iudicis ſuccedat in locum actoris.etiãſi elapſo termino reus confiteretur delictũ. Cum ergo ex ſtatuto non competat actio, neque competet inquiſitio. Nam in hoc caſu iudici deeſt iuriſdictio, quæ limitatè illi conceſſa cenſetur. Ergo cum determinatum ſit, de non admittenda exceptione in ipſo die electionis, nullo modo poterit in vocales congregatos animaduerti. Præciſa vi ad accuſandũ cenſetur præciſa ad inquirendum

Reſpondeo etiam ſi contra allatam doctrinam non deſint qui ſentiant apud *Roman. conſ.* 214. *Abb.Felin. Canterium à d. Caballo num.* 5. citatos, qui omnia ex *Marſilio in practica. §. conſtare. à num.* 79. exſcribit, tamen valere diſtinctionem allatam à *Nello in tractatu bannitorum in* 2. *parte primi temporis*, quam refert citatus *Marſilius n* 89. non poſſe iudicem procedere ex iure, poſſe virtute reſtitutionis in integrum, quæ conceditur ob iuſtam ignorantiam. vt dicitur in *l. cum Filius.ff. de verb. obligat.* quæ eſt 49. *§. in hac ſtipulatione. ibi per hæredem videtur fieri, quamuis abſit, & ignoret. & l.* 1. *ff. quibus cauſis. maiores* 25. *annis. in integrum reſtit ibi quò primum de ea re experienda facultas erit*. & nos ſupra diximus, ſtatutum loqui de cauſis iam cognitis, mortis,& actitatis, vel quæ in Viſitatione moueri poſſunt. Non autem de ignoratis, & ex accidenti inopinato emergentibus. & non ſumus in caſu præſentis doctrinæ, quæ procedit, quãdo ſtatutum extat; non eſſe procedendum, neque per inquiſitionem, neque per accuſationem. Noſtrum autem ſtatutum non prohibet, niſi vbi *breuiſſimo tempore* expediri non poſſit.

Tandem dico, pro complemento reſponſionis ad primam queſtionem, poſſe ſuſpendi vocalem, & à capitulo excludi, quãdo illius fama nimis grauaretur per accuſationem, & per ſemiplenam ſaltem probationem, cum diffamatione coniunctã. Nec valet opponere, quod puniatur ante ſentẽtiã, eo quod priuetur iure eligendi, antequam plenè probetur, & perfectè audiatur. Quia cum maius ſit bonum electionis integræ, quæ ſine hoc voto particulari poteſt conſiſtere, non eſt mirum, quod hæc pars indiuidua cedat, & referuetur completa punitio poſt electionem. Naturali enim iure cogimur, partem perdere, vt totum Grauatus in fama, ſuſpendi poteſt.

Maior mi nori præualet.

ſeruemus. *capit. bonæ memoriæ. 1. de poſtul. præl.* ibi *præſentem ſpeciali vtilitati communem, & minori maiorem.* & ibi *Gloſſa*, & ſic cum electio differri non poſſit, & iſte infamatus conuenire non debeat, conſequens eſt, vt in hoc caſu cedat.

An autem cum proteſtatione admitti poſſit, vt fit cum eo, de quo dubitatur, an ſit excommunicatus, vel aliud patiatur impedimentum, affirmant *Miranda tomo primo quæſtione 23. artic. vndecimo. Peirin. tomo primo. quæſt. 1. capit. 31.* quia in dubiis ius manet pro poſſeſſore, & vtile per inutile vitiari non debet.

Reſpondeo, poſſet etiam Præſes capituli accuſationem non acceptare, vel differre poſt electionem. Quando autem procedere voluerit, poterit vocalem è capitulo pellere, niſi tam euidens, & paucis exponatur exceptio, quod illam diſſimulare non poſſit, ſine offenſione iuſtitiæ, & communitatis, quia tunc teneretur inquirere, & procedere *Clar. q. 4. num. 2.* cui concordat noſtræ practicæ Crim. aphoriſmus. tit. Accuſ. fol. 17. *Legitimo accuſatore comparente, non poteſt iudex accuſationem reſpuere.*

Excommunicatus vitiat electionē

Quod autem adducebatur de excommunicato &c. certum eſt, quod ſi cognitus fuiſſet excommunicatus, & hoc non obſtante admiſſus, electio eſſet nulla. *Abb. in cap. cum Vintoienſis. & c. illa quotidiana. de elect. Nauar. lib. 1. conſ. primo & habetur in cap. final. de procur.* Admiſſus autem cum proteſtatione facit, vt declarent quidem illum non habere ius ad electionem, ſed quia dubitatur, admittitur, ſi & in quantum, id eſt, caſu quo nō haberet ius; electio non annullaretur propter præſentiam illius. Vnde non nocet electioni alias legitimæ, quod non habens vocem fuerit admiſſus cum aliis, *Panorm. in c. Cumana. de elect. apud Syluest. V. electio num. 17.* & hoc quia aliud fieri non potuit ſine ſcandalo. & facit regula *Vtile per inutile non vitiatur. Innoc. in d. c. illa quotidiana. Abb. in d. c. Cumana. & c. cum Vintonienſis. de elect. Roſella. Syl. Miranda. apud Peirin. cit. §. Dico ſecundo.* Quod noſtro caſui applicari non poteſt, quia qui accuſatur, iam infamia conſpergitur, & indignus honoribus declaratur, ergo non poteſt ad electionem admitti, tamquam non integer. Quod etiam de excommunicato ſub dubio, & permiſſo, affirmo, quando ſine ſcandalo eiici non poſſit. Nam non eſt minor ratio, quod quis de ambitu, vel de cenſura excipiatur, nam vt.

Admiſſus cum proteſtatione.

Ad

Ad ſecundã quęſtionem reſpondeam,dico infamatum per accuſationem vt dictum eſt, eſſe incapacem ſuffragij, tam actiui, quam paſſiui. tum quia omnes, qui ſunt in capitulo, capaces ſunt tam paſſiuæ, quam actiuæ electionis, ex ratione quâ vocales ſunt, licet poſſint retardari ratione ætatis, vel non defunctorum munerum, cuiuſmodi prouinciales non poſſunt eſſe Diffinitores &c. & ſic patet excluſum ab vno, excluſum eſſe etiam ab alio. Nec poteſt opponi declaratio in cauſa hac particulari cum id ſit inſolentiſſimum in ordine. Tum etiam ex ratione Generali, quod omnes illi ab electione excluduntur, qui ſunt priuati, vel priuandi poteſtate eligendi. Quia licet ante electionem non ſit diſcuſſum, ſufficit poſſe conuinci poſt electionē. *Sylue. V. electio. 1. numero 3. apud quem Gloſ. Panor. & Innoc.* Nam etiam ſi dicat, quod quoad priuandos electio ad alios nõ deuoluatur, antequam priuentur; cum tamen ſubiungat, ſufficere, quod conuinci poſſint, quod fuiſſent priuati, idem poteſt dici, ſufficere quod conuinci poſſint, quod erant priuandi.

Infamatus eſt electionis incapax.

Et vt huic neceſſariæ digreſſioni finem imponamus, Authores harum colligationum, & ſubornationum, è capitulo ſunt expellendi, vt cæteri timeant, & electio ſuæ libertati reſtituatur.

Secundum peccatum, quod in his colligationibus committitur, eſt, quod ſuperiores, dum in capitulis prælatos locales cõſtituunt, illos promouent, quos ſuæ factionis eſſe ſciunt, vel futuros norunt, vel etiam, antequam eligant, monent, vt ſecum colligati permaneant in futuro capitulo, quos ad hunc finem promouent. Vnde capita partium, & tyranni capitulorum euadunt. Nam licet non cõprahendi in hac ſanctione putem eos, qui ſuos amicos promouent, vel quos aptos norunt, vel ob gratitudinem, amicitiam, vel aliud quodpiam motiuum, futuram electionem non reſpiciens, conſiderate tamen has promotiones vt ordinatas ad faciendum agmen, & factionem in futura electione, nõ video quomodo à rigore ſtatuti liberari poſſint. Nam hæc eſt potentior colligatio illa, quæ ſolis verbis fit. Nam iſta fit opere. Et nullus negabit ex allegatis de ſimonia, & ſubornatione, quod ſit ipſiſſima ſimonia, inſtituere aliquem vocalem, vt is poſtea ſuffragetur ad ſuum arbitrium. Emit enim per collatam dignitatem ſuffragii illius exercitium. Modo ſi hoc faciat cum multis, dicetur colligatio ſimoniaca, peior

Guardianos facere, vt poſtea ſuffragētur &c. eſt ſubornatio.

ea, quæ verbis committitur.

Si replicetur, ſtatutum loqui de colligatione, quę fit in ipſo actu capituli, nō de ea, quæ fieret per annū, & annos antea.

Reſp. negando antecedens, quia vbi ſtatutum voluit menſuram temporis, id expreſsè declarauit. Do verba ſtatuti: *Qui colligationes, aut inductiones fecerint. Qui in electionibus, vel ante per ſex menſes, pro ſe, vel pro alio, per ſe, vel per alios. ſubornauerit, excommunicationis &c.* Vbi apertè conſtat, tempus non eſſe adiectum colligationibus, ſed ſubornationibus. Equidem ratio legis, vel ſtatuti, ſi vna reddi tantum poſſit, ſi expreſſa non ſit, pro expreſſa haberi debet. Ex communi apud Bonacoſſam *prima parte. V. Ratio*, qui citat *Suarez, Curtium.* Ratio autem ſtatuti illa vnica eſt, vt electiones liberè, & canonicè fiant; & nō turbentur, ſiue in ipſa electione, ſiue antea, parum refert, dummodo idem vtrobique ſequatur effectus.

Ratio legis pro expreſſa haberi debet.

Qua occaſione iuuat aliam partem ſtatuti hic examinare. *Qui in electionibus, vel ante per ſex menſes &c.* An ſcilicet rigorosè tenenda ſit, itaut ſi ſubornaret per ſex menſes, & dies, vel ſeptem menſes non incidat in excommunicationem & pro affirmatiua facit doctrina communis, quod ſtatuta ſint ſtricti iuris, & ideo ſtrictè intelligenda. *Roland. à Valle conſ. 24. numero 9. in 3, Vol. Caſtr. in l. quidquid adſtringendæ. ff de verb. obligat. Hieron. de Monte. in qq. q. 29. num. vigèſimoſeptimo. Curtius Iun. conſ. 276. num. 45. Vol. 3.* & alia quæ diximus in *c. de pœnis*, ergo qualificatio illa ſex menſium, niſi ſtrictè teneatur, pœnas non infert.

Statuta ſunt ſtricti iuris.

Reſpondeo tamen negatiuè. Quia ſtatuta diſponentia idem quod ius commune, addentia, vel minuentia reſtrictiones, vel pœnas, non tollunt ius commune. *Panor. in c. de cauſis. de off. deleg. Henrik Bobitb de Synodo in 3. p. art. 1. num. 236. Io. Bap. Vezinus in ærario comm. opin. V. Statutum.* Et lex habet locum, vbi ratio legis habet locum. *Bald. in l. fin. C. de hared. inſtit.* & extenditur ad omnes caſus, quibus ratio legis adaptatur. Licet lex in materia diſpoſitiua ſtrictè loquatur. *gloſ. in cap. frequenter. §. porro. vt lite non conteſt. in cap. cupientes. §. deniq. de elect.* Vide *Bertacb. V. lex num. 69.* Nam ratio iuris communis, naturalis, & diuini Vbicunque reponatur, ſemper erit eadem, & inuariabilis. Cum ergo ſubornatio ſit mala omni iure, non debet reſtringi ad tempus determinatum, ſi quis enim ſubornet intra ſex menſes, contra ius diuinum, & commune peccabit. & ſi vltra ſex,

De ratione legis axiomata.

ſex,non minus peccabit. Quia ſimonia,& ſubornatio eſt in præcepto negatiuo,quod obligat ſemper, & ad ſemper, ergo quocunq.tempore. & ſic ſi conſtiterit aliquem per annum ante electionem ſubornaſſe,non minus puniendus erit,quam is, qui id comitteret per ſex menſes. Quia eadem culpa, & eadem pœna, ſtatuta ſiquidem diſponentia quacunq. præciſa reſtrictione recipiunt interpretationem à lege *Bonacoſ.p.2.com.opin.crim.*

Si autem quæras,quare in ſtatuto appoſita fuit reſtrictio illa ſex menſium.

Reſp. quia id accidit,vt in plurimum, & pro hoc leges feruntur. *l.nam ad ea.ff.de leg.* & paucæ reperiuntur de iis, quæ raro accidunt. *Clem.quia contingit init.& ibi Cardin.de relig. domi.l. antiqui.ff.ſi pars hared.petat.& per Alex.in d.l.nam ad ea.* Vniuerſaliter autem non fiunt de his,quę rarò accidunt. *l.ex his.ff de leg. gloſ.in c.literas.de ſponſal impub.* & ideo cum rarò vel numquam accidat ſubornari ante ſex menſes, ſtatutũ ad hanc ſpecialitatem non reſpexit, ſed ad illud, quod practicari poteſt in anno capitulari,in quo per quatuor, aut ſex menſes ad ſummũ ante electionem deſtinantur Viſitatores in Prouinciis & celebrantur capitula. Leges de iis quæ vt plurimum accidunt.

Quæſt.XI. An in crimine ambitus, & ſubornationis comprehendantur etiam agentes,conſentientes,ſcientes, & mediantes.

Reſpondeo 1. Simoniacos in beneficiis ſcientes, reuelare tenentur Papæ,per ſe,vel per alios,& niſi reuelauerint,abſolui non poſſunt. *Extrau.cum deteſtabile de ſimon.* quapropter *Sylu.* V. *ex com.7.caſu* 43. tenet iſtos ſcientes eſſe excommunicatos, & abſolutione indigere. Idem tenet *Couar. in regul.peccatum par. 2.n.7. Verb.cæterum.* etiam ſi non deſint,qui ſentiant,non incurri excummunicationem,ſed eſſe peccatum mortale, reſeruatũ, Alii qui nullum peccatum agnoſcant,eo quod illa *Extrauagans* non ſit in vſu. *Theſaur.V.ſimonia c.3.n.10.init.* Scientes Simoniacos reuelare tenẽtur.

Reſp.II. Mediatores ſimoniæ ſunt excommunicati cum reſeruatione Pontificia. *d extr.2.de ſimon Sanch lib.2.opuſ. moral. c.3.dub.104.n.6.Bonac.de ſimon.q.7.n.11.Leyman.eod,lib.4.n.79. Filliuc.tract.41.c.11.n.16.Silu V.ſimon.q.18.* Mediatores excõmunicati.

Reſp.III. ſubornatores ſimoniaci eiſdem pœnis inuoluũtur. Ex ſuperiori ratione,& ea quam adfert *Sylu.cit.* Quod acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis. *de reg.iur.in 6.* etiã ſi in pœnis talis regula nõ currat,quia in materia cẽſurarũ, vbi excommunicãtur facientes,nõ includũtur mediatores,cõſultores &c. Subornatores.

vt citatus *Săcb.* in materia Simoniæ aduertit. Vnde ſi mediatores nominati non eſſent, nõ includerentur in excõmunicatione. In noſtro autem caſu expreſsè comprǽhẽſi ſunt, dicit etenim. *Qui in electionibus &c. pro, ſe, vel alio, per ſe, vel per alios ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat*. *V*erum dicet aliquis, excommunicari ſubornantem principalẽ, ſiue id faciat per ſe, ſiue per mediatores, nõ autẽ ipſos mediatores, Attamen etiã iſtos comprǽhendi, ratio ipſa ſuadet, quia iſti verè ſubornant, non quidem pro ipſis, ſed pro alijs, & ſumus in completo ſenſu ſtatuti, *pro ſe, vel pro alio ſubornauerit.* nam licet ſint mediatores reſpectu aliorum, ſunt principales quoad ſe, in rigore ſtatuti, quod excommunicat eos, qui pro aliis, ideſt tanquam mediatores ſubornauerint, & quoad iſtos proxenetas ãbitionis pleniſſimè extẽduntur omnes pœnæ latæ contra ſubornatores, quia iſti ſunt cauſę tractatus, & concludunt colligationes, & factiones. Nam ſi tales non eſſent, partium capita non reperirẽtur, quia ſunt mẽbra iſtius miſtici & diabolici corporis, Accedit decretum *Clem. VIII. cit. q. 3.* quod tale eſt, *Vt omnis offitiorum ambitus occaſio precludatur, Caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quam pro aliis &c. quicunq. ſecus fecerint, præter alias pœnas, & cenſuras contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent eo ipſo incidant, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur. Super quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum grauius etiam puniantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas ad cõplices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus.* Quo Decreto nil clarius.

Quæſtio XII. Quæ pœnæ in ſubornatores latæ ſint.

Subornatores excommunicati. Reſpondeo I. ſubornatores ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione reſeruata Papæ, ſi fuerit electio Generalis, & Generali, ſi fuerit ſuperiorum inferiorum, & ligat ſine alia declaratione, quia eſt lata per Apoſtolicas conſtitutiones, quas citatus Clem. VIII. confirmat.

Dices Clem. VIII. reſeruat ſedi Apoſtol. cenſuras, ergo ſtatutum eſt contra Decretum Apoſtolicum.

Reſp. reſeruat ſibi alias pœnas, non cenſuras *ſuper quo diſpenſari a nemine poſſit &c.* nomine diſpenſationis non venit abſolutio à cenſuris.

Re-

Reſpondeo ſecundo, ſubornatores ipſo facto priuari, & inhabilitari debentur. Patet ex pœnis ſimoniacorum, & ex ſupradictis, ait enim ſtatutum, *ſubornatores actibus legitimis perpetuò priuamus*. in priuatione autem actuum legitimorum includitur priuatio officiorum, & inhabilitas ad illa, vt ſuo loco dictum eſt. Priuari. & inhabiles.

Reſpondeo tertio, iſtæ pœnæ ſunt perpetuæ, & in religione indiſpenſabiles, patet ex qualitate *perpetui*, in ſtatuto poſiti, quod tollit Generali facultatem diſpenſandi juxta ſtatutum, *capituli gen. Romani an.* 1639. de quo nos in comment. ad ſtatuta *cap.* 12. *ſtat.* 12. *fol.* 917. patet etiam ex decreto Clem. 8. diſpenſationem ſedi apoſtolicæ reſeruanti. Perpetuò

Reſpondeo quarto, Generales, ſi in hac damnatione fuerint, per priuilegia ordinis abſolui non poſſunt. Quia cenſetur ſublata in hac parte, quando eorum abſolutio ſedi apoſtolicæ reſeruatur, & ordo, cuius intereſt priuilegiis, vel in totum, vel in partem renunciare, ita declarauit, reſeruatum ſcilicet eſſe hunc caſū ſedi apoſtolicæ, ſecus nullus metus Generalib' incuteretur.

Legendus eſt Remigius Schroſa, ordinis Prædicatorum de prioratu procurato per ſordes, & de nullitate executionis, de cenſuris, pœnis, aduenientibus. probatione huius criminis aliiſque copioſe, & ſolidè. atque hæc ſufficiant.

CAPITVLVM XVI.

De Pœnis in Prælatos uel ſubditos conſpirantium.

ADVERSVS hos criminoſos in hunc modum ſanciuit Minoricum ſodalitium *cap.* 7. *§.* 5. *nu.* 54. *Qui per malitioſam concordiam, ſeu conſpirationem, aduerſus alium maximè ſuperiorem inſurrexerit, omnibus ordinis officiis priuetur, quouſque per condignam ſatisfactionem à Generali, vel Prouinciali releuetur. Conſpiratio autem non eſt dicenda, quando ſubditi aliquid intimare, aut ſignificare ſuperioribus voluerint*. Ad cuius ſtatuti declarationem ſit.

Quæſtio I. Quid conſpirationis, & malitioſæ concordię vocabulis cenſendum ſit.

Re-

Conſpiratio bona, & mala. Reſpondeo, conſpiratio duplex eſt, bona, & mala. *cap. petitio veſtra de iur. iur.* vbi *Honorius III.* abſoluit a iuramento quoſdam canonicos qui promiſerant, ſe non conſpiraturos contra Principem Antiochenum, ſuadens ipſis, vt pro viribus eccleſię ſtent contra principem, non tamen machinentur contra perſonam ipſius, ex quo *Panor num. 2.* infert, conſpirationem aliquando eſſe licitam, & citat Innocentium in *capit. cum l. & A. de ſent. & re iudi.* & manifeſtè apparet in ſtatuto, vnam conſpirationem condemnante, & alteram approbante, recolenda ſunt *cap. ſane 16 quæſt. 7. cap. ſi quis deſpicit d. 42.*

Mala. Porrò conſpiratio mala eſt fraudulenta confæderatio facta in præiudicium alicuius perſonæ, vel dignitatis, ex *Abb. in d. cap. petitio veſtra*. vnde vt plurimum doloſa cenſetur, & in malam partem accipitur, vt *Oldradus, & Prataius adnotarunt ex leg. diuus ff. de re iudic.* in qua Adrianus Imperator vindicandam ſancit conſpirationem factam in Iulium Tarentinum, corruptis pecunia teſtibus.

Vnde dicatur. Dicitur autem conſpiratio quaſi ſimul ſpiratio, quia ſimul ſpirant, & tendunt contra aliquem, cui ſi additur iuramentum inter conſpirantes, dicitur coniuratio. *Panor. in cap. venerabilis de teſt. cogen. num. 1.* & videre eſt in *cap. coniurationum, & conſpir. cap. coniurationum crimina cap. ſi qui clerici c. ſi clerici, aut monachi 11. quæſt. 1. cap. conſpiratores 3. quæſt. 4. c. denique 7. q. 1.* ideo in ſtatuto pro eodem ſumitur *malitioſa concordia*, & *conſpiratio*, quia concordant contra aliquem.

Verum ſi abſit malitia, & fraudulentia ſtatuto locus non erit. quare ſi aliqui putantes ſe bene agere, & ex zelo moueri, conſpirauerint in aliquem, non veniunt iuxta hoc ſtatutum puniendi, quia ad punitionem debet conſtare de malitia, dolo, ac fraudulentia, nam quoties non probaretur, eſſemus in conſpiratione bona. *Clar. quæſt. 84. §. vbi agitur de imponenda*, debent enim verificari omnes qualitates ſtatuti, cum ibi allegatis, eò

Qualitas ſtatuti probanda. vel maxime cum illa qualitas augeret pœnam. *Capic. decis. 121 num. 22. & decis. 155. Decius conſ. 167. Plotus in l. ſi quando §. 8. num. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. conſ. 263. num. 20* & nulli dubium eſt, quod malitia in ſtatuto ne dum auget pœnam, ſed illa ſola pœnam inducit, quia niſi ſit malitioſa concordia,

Conſpiratio mala, non ſine dolo. non erit conſpiratio punibilis. Non enim ſumus in caſu, quo malitia eſſet de natura delicti, cuiuſmodi eſt falſitas, rebellio, &c. quia tunc non eſſet neceſſe probare qualitatem, & dolum,

quia

quia probato delicto, conſequenter cenſetur probatus dolus. *Crauetta conſ.* 150. *init. Felin. in c. examinata de iudic. Maſcard. de probat. concluſ.* 1298. *vol.* 3. ſed ſumus in re, quæ poteſt benè & malè fieri, vnde non probata qualitate vitiante actum, non eſſet probatum delictum punibile per ſtatutum.

Si autem quæras, An agitante aliquo per malitiam multos fratres bonæ mentis, eoſque ad conſpirationem mouente contra prælatum, appellanda ſit conſpiratio mala, & punienda,

Dico puniendum eſſe eum, qui machinam agitaret, non autem ignorantes. Quia ſicuti puniri debet ſciens, & deliberate operans per malitiam, ita non debent puniri ignoranter agentes. Cum grano tamen ſalis accipienda eſt doctrina, vt immunes cenſeantur, qui bono zelo moti aliquod verum prælato denunciant; at ſi deportarent falſum, quod tamen primus conſpirator ſuggeſſiſſet ſocijs, vt verum, & iſti credidiſſent, nec vlterius veritatem indagare curauiſſent, tunc dico, puniendos eſſe, vt conſpiratores, quia ignorantia craſſa, & ſupina in ijs, quæ ſcire tenemur, æquiparatur dolo, & ſcientiæ. *Gand. tit. de pœnis reor. num.* 6 *fin & titulo de rebus non portandis contra diuetum num.* 7. *Cabalius* 2. *centur. caſu* 129. *num.* 11. Nemo autem ambigit, quod deportans ſuum ſuperiorem ad Prælatum maiorem, ſcire tenetur, quid faciat. Niſi dicamus, hunc eſſe adeo ſimplicem, rudem, & beſtialem, vt titulo (vt ita dicam) irrationalis excuſari debeat iuxta congeſta à DD. de credulitate fatua, & beſtiali, quæ excuſat a dolo. *Suarez V. doli num.* 113. *Brun. in conſ. feudali V. dolus Iaſon. conſ.* 137. *in* 1. *volum.* & alij apud *Bonacoſ. p. p. V. dolus pag* 59. apud quem alij multi dicunt excuſari a dolo, qui credit bono, & honeſto viro, maximè ſi credens ſit homo ſimplex, & rudis, cuiuſmodi multi ſunt apud nos, fratres laici. Maximè vbi ſtatutum præſumptionem importaret, quæ ſupponit ſcientiam. Verum tamen eſt, quod talis doctrina non iuuaret peccantem in materia, quæ eſſet vetita iure diuino, naturali, vel communi, quia vt inquit *Clar. quæſt.* 60. *numer.* 13. ſi delictum, quod per conſtitutionem punitur, eſt vetitum iure communi, non excuſat ignorantia ſtatuti, & vniuerſaliter in eo, qui tenetur ſcire quod facit, vt eſt iudex, ego addo accuſatorem, delatorem, denunciatorem, ſi ignorantia excuſat à tanto, numquam tamen excuſat à toto, pro qua doctrina multos allegat, eiuſque poſtillatores adducunt. Dico igitur, tales puniendos eſſe pœna arbitraria, ne aſſueſcant, tam iniquè & beſtialiter

Author conſpirationis puniendus.

Credulitas fatua excuſat.

Ignorantia quàdo excuſat.

in

in ſuos ſuperiores inſurgere.

Secundum quam doctrinam interpretanda ſunt extrema verba ſtatuti. *Conſpiratio non eſt dicenda, quando ſubditi aliquid ſignificare ſuperioribus voluerint.* nimirum quæ vera ſint, & conuenti, aut religioni præiudicialia, nam ſi falſa eſſent, daretur locus ſtatuto, punienti conſpiratores, & calumniatores.

Quæſtio II. Quid ſit, in alium inſurgere, & ſi hoc de quolibet ſubdito, vel etiam ſæculari intelligi poſſit.

Inſurgere. Reſpondeo primo, *Inſurgere* eſt in alium ſurgere, & ſumitur in malam partem act. 18. *Inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum &c.* Eſter. 2. *Voluerunt inſurgere in regem iniqui, & occidere eum.* Pſal. 21. *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui.* quibus locis apparet inſurrectionem eſſe malam, violentam manu, armis, impetu. ad cuius ſimilitudinem dicitur quis inſurgere linguis, calamis, quod idem eſt, ac conſpirare. & coniurare, & omnia idem important, ex dictis.

Reſpondeo ſecundo, ſtatutum intelligitur de quolibet ſubdito, tam actiuè quam paſſiuè, id eſt, ſi conſpiratur contra aliquem fratrem, & ſi quilibet frater conſpiret, patet ex dictionibus *qui*, & *alium* quæ ſunt vniuerſalia, & neminem excipiunt, vbi ratio exceptionis non apparet, amplitudinemque ſuſcipit à ſubiecta materia. *Barboſ. dict. 26. & 322.* Ratio eſt, quia quilibet frater poteſt eſſe materia huius ſtatuti, inſurgendo ſcilicet in alium, ergo pro omnibus caueri debuit, ad bonum reipublicæ gubernium. Itaque quilibet ſubditus, ſiue clericus, ſiue laicus conſpirans in alium fratrem erit reus ſtatuti, & quilibet ſuperior, qui tale ſcelus in ſubditum patraret, pari ratione puniendus eſſet.

Si quæras, an idem dicendum ſit, ſi contra nouitium, vel tertiarium.

Reſpondeo affirmatiuè, quia iſti, & ſi fratres non ſint, dummodo tamen in conuentu degunt, ſunt de corpore communitatis, & fratrum priuilegijs gaudent, vt ſi quis illos percuteret, eſſet reus *cap. ſi quis ſuadente 14. quaſt.* 1. & deberet puniri pœnis percutientium, ita pariter pœnis conſpirantium.

Conſpiratio in ſæculares. Reſpondeo tertio, conſpiratio facta in ſæculares per aliquem fratrem, puta ſi commoueret nobiles, vel viciniam contra aliquẽ parochum, clericum, vel alium quempiam, non eſſet puniendus iuxta ſtatutum. Quia verba illa *Aduerſus alium*, reſpicit fratres, de quibus eſt ſermo, non alios, *Alius* enim ad ſimilem

Alius. refer

refertur. *Barb. dict.* 16. Importat ſiquidem ſimilitudinem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis, atque identitatem in ſubſtãtia. Vt *alius* in humanitate, non eſt equus. *alijs* in locatione, dum de ſubditis agitur, non intelligitur de iis, qui conueniri non poſſunt. Et ſi quis promitit dare loco primę cautionis *aliam* intelligitur de ſimili. Cum igitur ſtatutum agat de conſpiratione mota aduerſus Fratres, non poteſt extendi ad ſæculares. Patet clarius, ex dictione *Maxime Superiorem*, quæ importat rationes in ſpecie compræhenſos, ſed illam, quæ eam exprimit, ſpecialiori ratione, & potentius. *Barboſa dict.* 197. *num.* 6. *&* 7. Maximè.

Sed quid indemnis abibit conſpirans in ſæcularem?

Reſp. grauiori pœna puniendum dico, quia culpæ addit ſcandalum. Omnis enim conſpiratio, præcipuè contra Clericos, & quoslibet religioſos, damnabilis eſt. Et ideo Clerici, & Monachi conſpirantes deponi debent. *c. coniurationum*, 11. *q.* 1. quia omnis conſpiratio pręſumitur mala. *l.* 3. *ff. de collect. illici.* & notauit *Archid. in c. illud d.* 23. vbi alia multa de mala conſpiratione deſcribit. *& cap. ſi quis vero non obediat* 11. *q.* 1. *& c. ſi quis per ſuperbiam. eod.* & eſt adeo grauis hæc culpa, vt conſpiratores audiendi non ſint *cap. conſpirationes* 3. *q.* 3. vt potè infames. *d. cap. coniurationum* 11. *quaeſt.* 1. Nec ad ordines licentiari poſſunt. *cap. ſeditionarios dic.* 46. & eis conſentientes excommunicari debent. *d. cap. coniurationum* Ideo aggrauanda eſt pœna, pro grauitate perſonæ, contra quam itur, & pro qualitate conſpirationis. Hinc *Gloſ. in cap. venerabilis de teſtib. cogen.* quærẽs qua pœna plectendi ſint coniurantes contra Epiſcopum, reſpondet, deponendos eſſe, & brachio ſæculari tradendos, ſi clerici ſint, quod mitigat Panor. ibid. numer. 4. ſi fuerint incorrigibiles, excommunicandos vero, ſi laici. Conſpiratores deponendi. Nõ audiẽdi infames Tradendi brachio ſęculari.

Equidem in iure ciuili, ſi quis tumultum contra aliquem fecerit, aut ſeditioſas voces emiſerit, capitali pœna mulctatur, *lege denunciamus Cod. de his qui ad Eccleſiam confugerint*, *lege* 1. *&* 2, *Cod. de ſeditioſ. & lege aut facta ff. de pœnis*, *& lege conuenticulam*, *& lege qui catu digeſtis de vi publ.* quibus prohibetur congregari turba, vel cætus in quo conſiſtit conſpiratio, & coniuratio. Addo *canonem vndecimum bullæ cœnæ*, in quo excommunicantur hoſtiliter inſequentes Cardinales, prælatos, & alios prout ibi, & nõ video, quę hoſtilior perſecutio fieri poſſit in Capite plectendi.

hac ce

haſce perſonas eccleſiaſticas, quam in ipſos coniurare, & conſpirare, vt multos Prælatos, vel vitam in amaritudine ducentes, in ſuis diœceſibus, vel extra vagantes, vidimus ob aliquorum conſpirationem.

Sed vt aliqua practicabilia tangamus, examinandi ſunt aliquot conſpirationum articuli, vt liquidò conſtet, quando quis dicatur inſurgere, conſpirare, & coniurare.

Primus eſt, An talis cenſeri debeat, qui defectus quidem prælati ſocijs proponit, & apud illos exagerat, eoſque ad conſpirationem adornat, ille tamen, vel illi mouentur ex odio, & vindicta, non ad bonum zelum, an iſta ſit conſpiratio mala.

Conſpiratio ex odio punibilis.

Reſpondeo, in foro exteriori mala non eſt, nec punibilis, quia Eccleſia non iudicat de occultis, ſed Deus. Verum ſi tale odium probari poſſet, ſine dubio vt conſpirator puniri deberet. Tum quia odium ex ſe graue peccatum eſt, & eò grauius, qui zelo veſtitur, quod religio punire debet. Tum quia ex iure communi prohibentur recipi accuſationes ex odio, quia diuina lex habet pro obiecto charitatem, non debet alieni odii eſſe executrix, ſed punitrix. Tum quia ſi talis aditus panditur, nunquam deerunt pallÿata iſta odia, & coruinæ voces palumbinos cantus effingent. Tum denique, quia ſtatutum abſolute prohibet conſpirationes, nec de veris, aut falſis diſtinguit, ſed ait, *qui per malitioſam concordiam aduerſus aliquem inſurrexerit.* modo vera, modo falſa delicta deferat, dummodo malitia in concordia reperiatur, vnde malæ conſpirationis rationem imbibat, habemus intentum, pro punitione illius. Malitioſa etenim concordia poteſt iniri etiam ſuper rebus veris, nam *malitia* peruerſitatem ſonat, & dolum includit, vnde peruerſorum, & callidorum eſt, & iuxta *Ciceronem lib. 3. de nat. deor.* verſutam & fallacem nocendi rationem includit, cui opponitur ſimplicitas, *l. 1. ff. de dolo.* Intendit quidem religio defectuum emendationem, ſed non permittit clauum clauo trudi, & malum fragilitatis malo odii emendari. Chriſtus veræ adulteræ accuſatores reiiecit, quia non ex zelo, ſed ex liuore mouebantur, hinc, *qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat*, itaque apud religioſos non exiſtimatur correptio, quæ cum tanto diſpendio fiat. Poſſet tamen malus iſte animus, ac liuor probari, ſi coniurator dixiſſet, *Nunciemus hæc Prælato, quia illum officio deſtituemus. De hoc noſtro inimico vindicabimur. Nunc certe vltionis tempus aduenit.* & ſimilia.

Malitia.

Se-

Secundus articulus, ſi quis ſcriptam querelam ad hunc, vel illum religioſum deferret, eiſque perſuaderet, ſe ſubſcribere, veris falſa admiſcens, rem ſupra merita apud illos exagerans, eo tantum fine, vt ſuperior localis male audiat, vel corripiatur. Literas falſas ſcribere faciens.

Tertius, ſi quis volens ſuperiorem ſubditis odibilem reddere illius mores, verba &c. apud conſocios deportat, vim, & enargiam illorum exagerando, & in malam partem interpretando; itaut ex vi talis officii, ſubditi à ſuperiore ſe ſubtrahant, vel duri, & intractabiles euadant, qui eſt germanus ſtatuti ſenſus *In ſuperiorem inſurrexerint*. Actiones in malam partē accipiendæ.

Quartus, ſi exiſtens aliquis Theologus, Concionator, Confeſſarius, vel operarius ab aliquo quæratur à tali conuentu expelli, atque adeo contra illum conueniant ſuſcitantes machinationem iniquam, & inuentiones fraudulentas, v. g. quod non benè ſuo muneri adſiſtat, quod cum ſæcularibus multum conueniat, quod munuſcula captet, quod inſanas amicitias affectet. Tota autem ſtatuti ratio in pace, & concordia Monaſterij fundatur, quæ ab hiſce diaboli miniſtris, quibus *datum eſt ſumere pacem de terra*, peſſumdatur. Seditioſo enim homine nil peſtilentius terra ſuſtinet, quia cum ſeditio ſit quietis publicæ perturbatio. *l. 1. C. de ſeditioſis*, iure optimo ait Modeſtinus in l. conſtitutiones ff. de appell. & relat. *Damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, & duces factionum.* & hæc eſt formalis definitio conſpirationis, quia ex eodem *Cicer. 6. de repub.* ſeditio dicta ex eo, quod multi diſſentiant, & ſeorſum eant, alij in aliud vt notauit *Spiegiellius*. Vnde *Clar. quæſt. 68. ver. ſeditionis.* authorem ſeditionis pœna mortis puniendum affirmat, ſi tractatus præceſſit, quia moueri, non accidentaliter, ſed data opera, & ex malo animo, oſtendit animum turbandi ciuitatem, rempublicam, vel conuentum, contra quem omnium manus armari debent, tamquam publicum hoſtem. lege quæ *Clari* gloſatores circa hanc materiam aduertunt. Seditioſi qui odibiles. Seditioſi pœna.

Quæſtio III. Cum dicat ſtatutum *Omnibus ordinis officijs priuetur, quouſque per condignam ſatisfactionem a generali, vel prouinciali releuetur*, quæritur, quæ ſit condigna ſatisfactio, quantum temporis manere debeat ſub priuatione, ſiue, an ſtatim releuari poſt ſententiam poſſit, ſi dari poſſit locus præuentioni inter generalē, & prouincialem, ſi ſit abſolutio totalis ab hac priuatione, & danda arbitrariè, non ſeruato iuris ordine.

Re-

Digitized by Google

Conſpiratio eſt cõtra iuſtitiam. Reſpondeo primo, omnis conſpiratio eſt contra iuſtitiam, quia ius alterius violatur, vel per falſitatis expreſſionem, vel per iuris ordinis peruerſionem. ideo per iuſtitiam emendari debet. *cap ſi illic 23.quæſt 4.l.ſed ſi vnius §.ait prætor ff de iniur.*& eſt communis apud ſcribentes de iuſtitia. Condigna autem erit ſatisfactio, ſi fuerit iniuriæ commenſurata, vel in exhibitione exterioris officij erga perſonam offenſam, vel in remiſſione partis, vt ſi quis in aliquem inſurrexit, petat ab illo veniam de offenſa, confitendo peccatum coram multis, aut ſuperiore, & emendam promittendo, vel obtinendo ab offenſo condonationem iniuriæ. *Clar quæſt.57.V.quarto modo.* Remiſſio enim offenſæ liberat ab vlteriori exhibitione ſatisfactionis, quia quilibet ſuo iuri renunciare poteſt. Verum tamen eſt, quod hæc remiſſio fieri debet in vtroque foro, & conſcientiæ, deponendo rancorem, & exteriori, remittendo debitum, iſta n. non ſe mutuò inferunt. *Clar.ſup. V.ſed in propoſito*, quia cum proſecutio iniuriæ ad punitionem, ſi ex odio non fiat, ſed ex zelo publicæ vtilitatis, ſit actus iuſtitiæ, poteſt quis amare fratrem ſuum,& de illo vindictam expetere, & verbo Apoſtoli 1. *Cor.6. Tradere huiuſmodi ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.* ſic chirurgus amat filium, cuius tamen vlcus ad ſanitatem incidit. ſi tamen offenſus completè dimittit offenſam, cenſetur dimiſiſſe etiam damna,& iniuriarum actionem. *Baiardus ad Clar.ſupra num 67.* apud quem alij.

Vindicta cum charitate poteſt eſſe coniũcta.

Quia tamen Religioſi non vſque adeo tales remiſſiones affectant, vt per ſæcularium praxim incedere teneantur, cò vel maximè, cum tota ferè ratio punitiuę iuſtitię apud Prælatos reſideat,in quorum manibus ſubditi ſuas voluntates depoſuerunt, vnde ipſis curæ eſt, iuſtitię violationem emendare,etiam non petentibus offenſis:quibus non eſt ablatum quidem ius reclamandi, & ſuum ius apud iudices promouendi, ſed ex ſeueriori profeſſione remittunt ſuperioribus ſuarum iniuriarum vltionem, qui poſſunt pœnas dimittere etiam non remiſſis offenſis, vt de Principe teſtatur *Clar.quæſt.59.V.adde quod pro bono.* vbi de communi affirmat, quod ſi verum eſt de ſæcularibus, multo magis verificabitur de regularibus. Igitur (etiam tacente fratre, in quem conſpiratum eſt) ſpectat ad prælatum iudicare de hac condigna ſatisfactione. ideo

Reſpondeo ſecundo, condigna ſatisfactio non videtur, ſi cõſpirator priuetur officiis ordinis, & ſtatim poſt ſententiam releuetur,

uetur. Quia eſſet illuſio iuſtitiæ,& poteſtatis abuſus. Cum ea vti teneantur ſuperiores in ædificationem,non in deſtructionem. Et cum ſola priuatio talium officiorum (niſi incidẽte caſu,quo talis priuatio cognoſcatur vt pæna, cum nimirum promoueri deberet,& ob priuationem impeditur)ſit nimis leuis punitio talis delicti, niſi adiuuetur tempore, ſentio, non poſſe de iure Prælatos illam tollere. Vtor doctrina *Grammatici Vot.* 35. *num.*8. aſſerentis, peccare mortaliter Principem, qui facit gratiam ſine remiſſione partis. Quod tunc verum eſt, quando remiſſio tendit in graue damnum reipublicæ. ita *S. Thom.*2.2. *quæſt.*67.*artic.*4. quam refert,& ſequitur *Gomeſius de delictis. c.*13. *num.* 38. Nec in dubium verti poteſt Cedere in graue damnũ religionis,quod conſpiratores,& peruerſores pacis impuniti remaneant,& quod peius eſt) authore Prætore. Quamobrem replico, condignam ſatisfactionem, non ſolum conſiſtere debere reſpectu partis offenſæ,ſed etiam reſpectu pœnæ,& durationis illius, itaut condignè ſatisfeciſſe cenſeatur,qui per multum temporis,arbitrio ſuperiorum, manſerit ſub priuatione.

Peccat princeps remitten do pœnã ſine remiſſione partis.

Reſp. tertio, de authoritate collata pluribus ſucceſſoribus ſucceſſiuè,& indefinitè,an cenſeatur collata primo in dignitate, vel in recenſitione, aut detur locus præuẽtioni, pluries à nobis actum eſt, tum in *c.*2. *de pœnis q.* 10. *reſp.* 2. tum in commentariis ad Statuta. Hoc tantum addo, quod conſpiratio facta contra Prouincialem, ſicuti iudicari debet à Generali, ita & puniri, & aggratiari ab illo. Facta autem contra Generalem ab ipſo ſolo, ſeu à delegatis ab ipſo. Sed facta cõtra ſuperiorẽ localem inſignem, ſeu de menſa generalis, ſupra quem Generalis ſpecialem reſpectum haberet, etiam ab ipſo generali cognoſci debet ratione congruentiæ. Non tamen attentatum dicerem, ſi Prouincialis ſuper eo procederet, dummodo cauſa à Generali non eſſet affecta,ſatis faceret opportunitas, abſẽtia, vel præſentia, vt ſcilicet Generalis non conſulatur, etiam in vrgentiſſima cauſa,ſi nimium abſens fuerit,& Prouincialis ſuo iure vtatur.

Conſpiratio in Prouincialẽ à quo puniendá.

Reſpondeo IV. releuari poterit conſpirator poſt punitionem à tota pœna, ſi id benè viſum fuerit Prælato. Quia datur facultas, non coactio vnde poterit, vel totam,vel partem pœnæ dimittere, iuxta ſatisfactionis, & emendationis modum. *quouſque releuetur*. importat abſolutam libertatem in eleuante, qui ad releuandum cogi non poterit. Quinimo ſupponit ſa-

tiſdactionem condignam. Hinc poterit conſpiratorem condemnatum habilitare ad Guardianatum, non ad Diffinitoratum, Generalatum. Et ſic in partem, & non in totum.

Reſpondeo Quinto, hæc reuelatio non eſt merè arbitraria, & nullis legibus alligata, ſed debet habere iuris ordinem, & cōditionum, in ſtatuto poſitarum obſeruantiam. iuxta ſancitum in capitulo generali Romano an. 1639. in quo vetitum fuit Generali diſpenſare, non ſeruatis conditionibus ſtatutariis, vt examinauimus in *Comm. ad ſtatuta cap.* 12. *ſtat.* 12. Vnde adimitur facultas Generalibus, & multo magis Prouincialibus releuandi conſpiratorem, niſi de condigna ſatisfactione conſtet. Qua non apparente fas erit cuiquè Fratrum reclamandi, quia agitur de delicto publico, & grauiſſimo, contra quod quilibet de populo reclamare poteſt.

Prælatus an debeat releuare conſpirantem.

Sed quomodo conſtabit de ſatisfactione condigna?

Emenda qualis.

Reſp. ex actis examinando teſtes, quod parti ſatisfecerit, quod per bonam conuerſationem infamiam abſterſerit. Et præcipuè quod in conuentibus pacificè vixerit, quod conuenticula, & turbas non concitauerit quod ſecretas practicas vitauerit. Cum circumſtantia temporis, intra quod emendationem præſtiterit. Hæc enim eſt neceſſaria conſideratio emendæ, quia emendatum nemo dicet, niſi intra tempus proportionatum præſtetur. Quo non conſtito, gratia erit nulla. *Gramm. Voto* 35. & *Conſ.* 34. *de compoſitionibus, & gratijs, quæ fiunt in regno Neapolitano.* non ſeruata ſcilicet forma conſtitutionum, rituum, & pragmaticarum. Equidem de forma huius releuationis eſt, vt eā condigna ſatisfactio præcedat. Ex communi ſiquidem axiomate, non ſeruata forma, actus eſt nullus. Sciri autem non poteſt adimpletio, niſi ex actis, quæ præſentibus, & futuris fidē faciunt. Nec Prælato aſſerenti in literis releuatoriis, conſpiratorem ſatisfeciſſe, credendum eſt. Quia ſoli iudici atteſtantino creditur. Quia tunc eſſet iudex, & teſtis. Vide allegata in *Repert. Bertach. V. Iudici creditur de actis. & V. ſcriptura num. vigeſimo octauo.* Quidquid ſit, ſi Iudex eſſet Notarius, quia tūc crederetur ipſi, vt Notario, non actis coram ſe factis, niſi vbi eſſet cōſuetudo. Vt apud citatum Authorem. Nos autem habemus ſtatutum *practica noſtra Criminalis. tit. Inquiſitio. fin.* in quo nullus declaratur proceſſus, niſi formatus manu Notarii, accecedit doctrina *Petri Caballi caſ.* 133. vbi declaratur nulla adnotatio quædā facta manu Iudicis in calce cuiuſdam proceſſus a con-

Prælato aſſerenti quando non creditur.

continens, quod proceſſus fuerat expeditus, & reus condemnatus in certa quantitate pecuniæ. ſententia tamen manu notarii exarata reperta non fuerat. Ea præſertim ratione, Quia de ſententia conſtare debebat per notarium. Quo loco multa, ad rem facientia congerit. Et addo, non ſolum conſtare legitimæ releuationi, ſi ea reperiatur adnotata manu ſolius iudicis, ſed etiam ſi per notarium extenſa in actis reperirietur. Quia per duos ſaltem teſtes conſtare debet, conſpiratorem condignam ſatisfactionem exhibuiſſe, ad verificandam formam ſtatuti. Nam ſi reuocetur in dubium, poteſt cauſa à ſucceſſore reuideri, & ſententia nulla declarari. *Carauit. Ritu* 273. *Lucas Poller. in pragmat.* 4. *num.* 117. *Paris. de Syndicatu. V. an ſi delinquens, in fine*. quia facta contra leges pro infectis habentur, & ipſo iure ſunt nulla. *Fabius de monteleone in praxi arbitr. par.* 5. *Ver. facta compoſitione. num.*4. *V ant. in tract. de nullit. Titulo de nullitate ex defectu proceſſus. nume.* 118. Quinimò poſſet etiam Prelatus inferior de hac nullitate cognoſcere, dummodo ſit ordinarius, nimirum prouincialis, ſi fuiſſet releuatus à generali, inſiſtente parte tamquam de nullitate gratię. ita communiter *dd. in cap. cum veniſſent. de iudic quo loco Felin. num*.1. *Decius. num*.5. *& Ferrant. Garzias conſil*.125. *num*. 17. *inter criminal. diuerſ. tom*.1. Do ſtatutum cap.7.§.4. num.vlt. *Et quia* (inquit) *interdum accidit, vt per factas cauſas nonnulli gratias extorqueant, propter quas pæna inflictæ minuantur, aut remittantur; ſtatuimus, vt prouincialis de ſubreptione gratiæ, quam ſuper abſolutione alicuius delicti, de quo ipſe inquirere caperat; aut remiſſione pæna, ad quam reus condemnatus fuerat, falſis precibus impetrauit, per ſe ipſum ſummariè recognoſcat, & ipſamgratiam, per falſam narrationem obtentam ſuſpendat. quouſque ſuperiore ad monito, ab eo fuerit prouiſum.* conſonat iuri in *c. ex parte conuentienſis. c. ſuper literis, quæ ab aliquibus. de reſcript. vbi Felin. colum. penult.* cum *Imbèrto lib* 1. *inſtit. forenſ. fol*. 19. *fin.* ait, ſpectare ad ordinarium, non vero ad delegatum cognoſcere de falſitate reſcripti coram ſe oblati, & de communi atteſtatur. In citatis enim capitulis reſcripta apoſtolica declarantur nulla, quæ veritati innixa non fuerint, & per falſam narratiuam appareant impetrata. Figurari autem poterit caſus, vt in Capitulo procuretur fieri Guardianus, vel Diffinitor, qui antea vt cōſpirator punitus fuerat. Et propterea oſtendat obtentam gratiam à Generali, contra quam, vt non iure factam opponatur

Facta contra legem ſunt nulla.

Inferior quando cognoſcere poſſit

tur ſtatutum, & inſtetur non admitti. Tunc poterit diffinitoriũ gratiam examinare, & inuentam ſubreptitiam, aut non iure conceſſam, ſuſpendere.

Dices ſecundo, an iſta releuatio fieri omnino debeat cum diffinitorio.

Reſp. pro diffinitorio facit cauſæ grauitas. Quia plus eſt releuare nocentem, quam condemnare, quia illud eſt in damnum reipublicę, quæ ex prauorum correptione timorem concipit. & cum habetur pro notorio delinquente, debet declarari emendatus cum eadem ſolemnitate. ad condemnandum autem requiritur diffinitorium, ergo etiam ad releuandum, Dicitur n.c.8. §.33, n.3. *Diffinitores ad ferendas ſententias, ubi priuatio officij, vel ſuffragiorum, aut alia pæna per proceſſum, & ſententiam infligitur, ſub pæna nullitatis, a prouinciali ſemper vocandi ſunt.* Quod ſi premas verba ſtatuti *A Prouinciali, aut Generali releuetur.* & cum agatur de authoritate ordinaria, cuius reſtrictio odioſa eſt, & illam ſtatutum non reſtringat, non debemus in odium ordinariç iurisdictionis, ad diffinitorium arctare. Odioſum enim eſt omne illud, quod à iure communi recedit, *l. ius ſingulare. l quod verò contra. ff. de legib. cap. cum dilectus. de conſuet cap. 1. & 2. de filiis præsbit. in 6. cap. cum dilectus de conſanguin. & affin.* Reſponderi poteſt, ſimiles locutiones reperiri in ſtatutis directæ ad prouinciales, vel generales, quæ tamen cum Diffinitorio accipiuntur. vt in hoc opere *cap. ſecundo quæſtion. quinta. reſponſ. 6.* de ſuperiorum arbitrio adnotauimus. referemus aliquas. c.7. de pænis §.5. n.5. *Carceris pæna eſt recluſio &c. Generalis, vel Prouincialis authoritate facta, quæ actuũ legitimorum, priuationem importat.* & tamen ſine diffinitorio non infligitur & num. 12. carcerari præcipitur notorius delinquens, *donec per prouincialem determinatum fuerit, quid agendũ ſit.* hæc autem determinatio diffinitorium requirit. & num. 16. de tortura infligenda. *De reliquis vero criminibus ſuſpecti, nudi & manibus ligati, per tria interualla, flagellis, ſuperiorum arbitrio dirè torqueantur.* & tamen ad diffinitorium ſpectat. & de Sacrilegis num. 20. *Ad triremes omnino damnentur, aut perpetuo carceri, ſuperioris arbitrio, mancipentur.* & hoc diffinitorii munus eſt, & alibi paſſim. Ergo nominatio ſolius Generalis, aut Prouincialis non ſufficit ad excludendum diffinitorium. Tandem adduco Statutum d. cap. 7. numer. 29. *Prouinciales Guardianum officio priuare non poſſint ſine diffinitorio. Illo*

Odioſum eſt quod a communi recedit.

ſemper

ſemper obſeruato, vbi de alicuius condemnatione, vel abſolutione agendum ſit, non fiat, niſi de maioris partis diffinitorii conſilio & aſſenſu . &c. cum facio in *Abſolutione*. quæ licet ex contextu ſermonis concernat ſententiam abſolutoriam , ex proceſſu deducendam, & nõ videtur trahi poſſe ad gratioſã releuationẽ; quia *Gratia* eſt beneficium gratis conceſſum, & fit , cum ex diligentiore iure aliquid imminuitur. ex *Spiegellio*. Vide *Budæus* diſpẽſationẽ appellari poſſe dixit, legis vel canonis gratiã & Vlpianus *l. princeps. ff. de leg.* ſoluere legibus, pro non teneri, & ligari legibus ſcripſit. etiam ſi verum ſit *Releuari* aliquando pro *Abſolui* in iure accipi. vt *l.* 13. *ff. de cuſt. reor.* in qua poſtquã actũ eſt de priuatione eorum, qui conſpirauerunt in fracturam carcerum, ſubiungit, *Eos vero, qui conſpirationẽ eorum detexerint, releuãdos.* Ideſt abſoluendos eſſe. Quare de iuridica abſolutione poſſumus interpretari ſtatutum. Et hac ratione ad diffinitorium ſpectare. Quia gratia abſoluit eum, qui erat legibus adſtrictus . Quidquid ſit de Generali , qui in his cauſis diffinitorium non habet. vnde cognitio cauſæ ad ipſum ſolum ſpectaret. Prouincialem autem cenſeo cum ſuo diffinitorio procedere debere.

Gratia quid.

Releuare pro abſoluere.

Quæſtio IV. Dicente ſtatuto. *Conſpiratio tamen non eſt dicenda quando ſubditi aliquid intimare, aut ſignificare ſuperioribus voluerint*, quæritur. quæ erunt iſta ſuperiori intimanda, ſine ſuſpicione conſpirationis.

Reſp. Diſciplinæ regularis conſeruatio à defectuum eliminatione dependet, qui cum à ſuperioribus, & ſubditis cõmitti poſſint, æquũ eſt, vt religioſi, Quibus mandatũ eſt per diuinã, & naturalẽ legẽ de proximi, & reipublicæ ſalute, videntes peccari cõtra regularẽ diſciplinam, apud ſuperiores reclamant. Acclamãte natura, quæ myſtici corporis conſeruationem omnibus membris ingenerat. Acclamante lege diuina, quæ charitatem erga proximum iniungit. Acclamante euangelio, dum ad eccleſiam peccatum Fratris deportandum imponit . Acclamantibus iuris vtriuſq. ſanctionibus. que ad iudices deferenda delicta precipiũt. Hinc clamoroſæ inſinuationes, hinc diffamationes, denunciationes, accuſationes. Quam ob rem huius ſtatuti materia, boni cõmunis conſeruatio eſt, tot ſtimulis ſollicitata, quot præceptis ad conueniẽdos prælatos vrgemur. & quia in Charitate radicatur, iure optimo inter bonam, & malam cõſpirationem diſterminat. Vnde idem eſt vtriuſq. argumentum, vt quæ malus conſpirator, ex odio, bonus ex charitate promoueat. Poſſunt autem ſuper

hac re multę difficultates examinari Prima, An poſſint ſubditi peccata ſuperiori denũciare ante correctionẽ fraternam. Secunda. An poſſint denunciare iam correctum. tertia, An poſſint conſpirare ſubditi denunciando peccata occulta, pernicioſa tamen conuentui. quarta cum quolibet anno ſuperiores viſitent, an peccent, anticipando per clamoroſam inſinuationem, quod ſedatius, & commodius in viſitatione poterant aperire.

Ad 1.2.& 3, reſponſum eſt à nobis in *Comment. ad ſtat cap.* 10. *ſtat.* 4. *a fol.* 147. vbi de intimãdis ſuperiori ſocii defectibus, etiã poſt correctionem fraternam, egimus & in hoc opere *c.* 10. *de calumniat. & infamant. q.* 9. & 10. ad quæ loca lectores remitto. Seruanda ſunt enim circa naturalia, & diuina maximè cum non agatur de mera nunciatione delicti, ſed de nunciatione conſpiratoria, quæ, eſto vera ſit, conuentum tamen diuidit, & confundit. Vnde neceſſum fuit, inter bonam, & malam conſpirationem diſtinguere, vt ſciamus quam affines ſint. Statutum enim non de ſimplici nunciatione agit, ſed de illa, in quam multi conueniãt, cuius aliquis author ſiat, ad quã tractatus premittatur, quamq. per miſſiuas literas multi ſuperiori deportent. Si enim vnus nunciaret, non diceretur conſpirare, etiam ſi per liuorem, & falſitatem procederet. nam in hoc caſu potius eſſet calũniator, quam conſpirator. cur ergo permitti poterit conſpiratio cõtra leges canonicas, & euangelicas, quando punitur delatio facta ab vno ſolo, contra leges? Nullo igitur modo permittendũ eſt, vt fratres etiam ſi ex zeli ſpecie, conſpirent, nunciando defectus ante correctionem fraternam, vel poſt correctionem iam emẽdatos, aut occultos, & minimè pernicioſos communitati. Sentio igitur in his caſibus Debere Prælatum punire delatorem, & conſpiratorem, quando regulas euangelicę correctionis non ſeruaſſe cognouerit. Ne ſub zeli pallio malitia militet. quid.n. refert, Fratrem æmulorum aculeis ſtimulari, aut publicis querimoniis deportari? plus famam maculant publicæ commotiones, quam priuatorum calumniæ.

Dennunciari poteſt peccatũ ante Viſitationé.

Ad 4. Dico, attendendum eſſe tempus, & materiam; vt ſcilicet agatur de exceſſu notabili, & tẽpus viſitationis non ſit in limine, ſed ad plures menſes differatur, ex quibus intempeſtiuæ, & difficilis curationis timor affulgeat. ex. gr. Imminet excommercio ſecularium, vel mulierum ſcandalum aliquod periclitatur intra domeſtica odia charitas: timentur in cœnobio rixæ, contentiones, contra vota eſſentialia lapſus, & ruinæ de vicino parantur: ſuperior, qui auribus hauriat, non adeſt, temporis tractus in-

incommodat: ratio dictat de vicino remedium adhiberi, & quia ſi vnus, aut alter ſcribit, fortaſſis beneuolas prælati aures minimè nanciſcetur; expedit, vt multi in bonum pacis, & obſeruantię conſpirent, ideo vnanimi conſpiratione ad ſuperiorem ſcribunt. Hanc procedendi methodum non improbo, ſicuti intempeſtiuā, & temerariam abhorreo. Nam ſi defectus non ſint ita vrgentes, & præſentaneam medelam non expetant; Ita vt pari profectu expectari poſſit Viſitatio, cenſeo, conſpiratores reprehendos, & puniendos eſſe, qui ſine neceſſitate conuentum ſcindunt, charitatem infrigidant, & Prælatum inquietant. Zizania vſque ad meſſem in agro dominico permittuntur, ne radicetur triticum, futurum enim erat, vt ſuo tempore in faſciculos collecta igni donarentur, & præpropera ſeruorum diligentia ſigillatur. Quia declaratu facile non eſt, quantum detrimenti capiat bonorum triticum in hiſce conſpirationibus, quiſq. ſuo ſenſu abundat, ſuoq. amicitur zelo & dum ſibi inuicem manus dant, ſibimet ceſpites, & offendicula parant. Equidem relatæ parabolę moralem ſenſum materia noſtra non refugit. Nam per *ſeruos* gloſſa interlinealis *cuſtodes meſſis intelligit*. *Vis imus* de emendatione facienda ex officio interpretatur, *colligite* pro excommunicatione accipit, prohibitionem patris familias pro neceſſaria diſcretione, & longanimitate vſurpat, ſubiungens, *ſic neq. tu reddas vicem malis, vt ſcandalizes bonos, ſed patere*. Quam parabolam adducit Vrbanus Papa in *c. notandum eſt*. 24. q. 3. contra hæreticos, qui dum incorrigibiles ſe ſe oſtendunt, per Eccleſiaſticæ cenſuræ gladium è medio tritici ſeparantur, Flammis vltricibus deſtinati.

Atq. hæc de toto hoc capitulo, cœtera vide vbi de Calumniatoribus, infamatoribus, & rebellibus, nos ad alia properamus.

CAPITVLVM XVII.

De Pœnis contra Schiſmaticos Ordinis, ideſt, contra Ordinis diuiſionem procurantes.

PVnitionum aciem inſtruit ordo cõtra eos, qui aduerſus ſui corporis vnitatem armantur, ne, aut diuiſus intereat, aut infracturas diſſipatus contemptibilis efficiatur. ſancit enim *cap. 7. S. 5. n. 35.* vt iuſta *Ordinis diuiſionem quoquo modo procurans, excommunicationis ſententiam, Generali reſeruatam ipſo facto incurrat: Et legitimè conuictus carceri mancipetur, eiuſdem generalis arbitrio. Quas pœnas, ac inſuper priuationem actuum legitimorum incurrat qui eiuſdem Ordinis, vel prouinciæ nouitatem, diuiſionem, unionem, ordinationem, vel Fratrum amotionem, aut non amotionem, per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoſcunque extra ordinem ſuaſerit, vel procurauerit.* circa quod ſtatutum multæ ſe ſe offerunt examinandæ difficultates quarum prima ſit.

Vnitas quã neceſſaria. Quæſtio prima Quam pretioſa ſit Ordinis vnitas, & quam mala eiuſdem diuiſio.

Reſpondeo, Natura nos docet, vnitatem eſſe totius mundi conſeruatricem. Qua inferiora ſuperioribus lationibus perpetua colligatione connectuntur, vt totus orbis conſeruetur, ex Ariſtotele. Vnde vacuum eſt contra naturam, quia vniuerſi partes diſſoluit. *Patet* (inquit Gerſon 4 par. oper. tract. de exterminatione ſchiſmathis. fol. mihi 105). *quod teneri debet vnitas eccleſiæ, non ſolum authoritate Chriſti, ſed etiam communi iure naturali. Quia quodlibet corpus naturale naturaliter reſiſtit ſuæ diuiſioni. & ſi ſit corpus animatum, naturaliter congregat omnia membra. Omneſque vires ſuas, ad conſeruandam ſuam vnitatem, & ad repellendam ſuam diuiſionem. Simili quoque modo quodlibet corpus ciuile, ſeu ciuilis communitas, vel poli-*

politica ritè ordinata. Ideoque corpus ſpirituale, ſeu myſticum Eccleſia ſimili iure uti poterit, ad ſuam vnitatem ſeruandam, & quamlibet ſchiſmaticam diuiſionem repellendam, tamquam ſuæ ordinationis deſtructiuam. hæc ille. Eccleſia enim vnum corpus eſt, cuius caput eſt Chriſtus, & nos in eodem ſumus alter alterius membra, ſub vna fide, vno baptiſmate, & in vna ſpe vocationis noſtræ, vt inquit Apoſtolus. In qua Eccleſia matre noſtra, ſicuti reperiuntur plura regna, reipublicæ, & communitates, ita etiam reperiuntur plures religiones, quarum qualibet, ſub ſuo capite, vnum corpus efficit, terribile vt caſtrorum acies ordinatum, contra quæ ſchiſmata, & diuiſiones armantur, quas S. Ambr. in Lucam libro 1. in fine proemij tineas corrodentes vnitatem vocat. *Tinea* (inquit) *hæreticus eſt, tinea Photius, tinea Arrius. Scindit veſtimentum, qui ſeparat, &c. patitur has tineas ſpiritus fluctuantium. omne enim, quod inter ſe diuiditur, ſicut ſathanæ regnum, non poteſt eſſe perpetuum.* quia diuiſio vnitati opponitur, atque adeo totius deſtructionem affectat, ideo ſchiſmatici tantopere in Eccleſia odibiles ſunt, & fuerunt, quia illius vnitatem ſcindunt, & quantum in ſe eſt, peſſumdare intendunt, contra quos leguntur tituli de ſchiſmaticis in quinto, & ſexto decretalium, in bulla cœnæ, & alibi, vbi puniuntur, & excommunicantur, vt adnotarunt *Innocen.* & *Abb.* in prææallegato titulo, & alij paſſim poſt ipſos, dicentes poſſe eſſe ſchiſmaticos, & non hæreticos, quia poſſunt diuidi a capite abſque eo quod male ſentiant de aliquo articulo fidei, vt accidit, quando per odium ſpeciale contra perſonam Papæ vt talis eſt, non vt caput Eccleſiæ illi obedire, eumque recognoſcere retrectat. Vel quando contenderetur de Papatu inter multos, qui confiterentur quidem vnitatem Eccleſiæ pendere ab vno Chriſti Vicario, attamen quilibet teneret hunc, & non illum eſſe Papam legitimum. tunc enim eſt ſchiſma ſine hæreſi. Schiſmaticus autem, & hæreticus ſimul eſſet, qui in diuidendo ſe a capite, & corpore Eccleſiæ teneret, ſe bene agere, & male ſentiret de vnitate Eccleſiæ, deque illius capite, quia tunc peccaret contra ſymboli articulum, *Credo in Spiritum ſanctum, & vnam ſanctam catholicam Eccleſiam,* quia diuidendo hoc corpus, diuideretur Spiritus ſanctus informans, & vnica dilecta, ac columba Chriſti, cuiuſmodi faciunt omnes ſchiſmatici noſtri temporis, Græci præcipuè, qui ſe caput vniuerſalis Eccleſiæ iactant, legendi ſunt Canones *ſchiſma. aduocauit. quatuor. præcedentibus 2. quæſt. 1.*

Hæretici tineæ.

Schiſmaticus poteſt non eſſe hæreticus.

& inter ſchiſma 24.*queſt.*3. *in nomine domini d.*23. *petimus* 11. *queſt.*1. & licet adnotata ſufficere poſſint ad materiam, quam tractamus, tamquam fons, ex quo deriuare poſſumus malitiam diuiſionis ordinis, iuuat tamen referre doctrinam *Hoſtienſis lib.* 5.*ſum.§.qua pœna num.* 3. nimirum maius eſſe peccatum ſchiſmatis, quam hæreſis, quia licet in cap. quid in omnibus 32. q.7. hæreſis dicatur eſſe maius inter crimina, eo quod primum locum teneat in pœnis, attamen cum ſchiſma confirmatum hæreſim contineat, habet duplicem malitiam, & diuiſionis, & infidelitatis. Hinc Chore, Datan, & Abiron, qui ſe contra Moyſē diuiſerunt, terra abſorbuit. *Numer.*6. & Prophetam miſſum ad maledicendum Ieroboam, cum præcepto, ne aquam quidem apud illos ſchiſmaticos guſtandi, licet ab alio Propheta deceptum Leo in itinere interemit, vt ex libris regum refertur in *cap. denique* 7.*queſt.*1. legendi *S. Thom.*2.2.*queſt.*39.*art.*1.*S. Anton. tit.*3.*cap.*11 *queſt.*2.*§* 6.*& Io.Syl ueſt.V. ſchiſma. Caiet & alii ſũmiſta eod. Azor.tom.*1.*lib.*8.*cap* 20 *queſt.*4.*Vgol. de cenſur. Papæ reſer.par.*3.*c.*1.*ver.nec non ſchiſmatici. Simanca de cathol. inſtit. tit.*58.*num.*9. *Sanchez lib.*2.*cap.*36. *num.*3.

Schiſma maius hæreſi.

Verum quantum bonum fuiſſet, ſeraphicam religionem in ſua vnitate perſtitiſſe, ſub vno capite, nec ſciſſuras paſſam fuiſſe, patet ex fundatione, amplitudine, profectu. Fundatio iſtius ordinis a Deo eſt, non ſolum ex generali quadam lege inſpiratiuè, & directiuè, ſed ſpeciali, explicitoque inſtituto, vt Honorio III. teſtatus eſt S.P.Franciſcus, & refertur *lib.*1.*confor. fructu* 9.*membro* 2. ſuadenti enim Pontifici, vt aliqua nimis aſpera è regula expungeret, aut mitigaret, reſpondit, *Ego præcepta, aut verba illa in regula non poſui, ſed Chriſtus, qui omnia, vtilia & neceſſaria ſaluti animarum &c. nouit. non ergo debeo, nec poſſum Chriſti verba immutare, aut abolere.* Nicolaus III. in *cap.exiit. de verb ſignif.in* 6. de hoc ordine inquit. *Hæc eſt apud Deum, & patrem munda, & immaculata religio, quæ deſcendens à Patre luminum, per eius Filium exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & deinde per Spiritum ſanctum* B.Franciſco, *& eius ſucceſſoribus inſpirata*, & Clem. V. in Concil. Viennenſi. *Clementina exiui de paradiſo*. eodem tit. *Hic hortus* (inquit) *eſt Fratrum minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique concluſa, intra ſe ſolo Deo contenta, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum, ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrram metit, cum*

Seraphicus ordo ex diuina fundatione.

aro-

aromatibus,quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circumfundunt, hæc eſt illa cæleſtis vitæ forma,& regula, quam ſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius S. Franciſcus. Leo X, in bulla *Ite & vos* ſollicitatus ab omnibus chriſtiani orbis Regibus,& Principibus,quos nominatim recenſet, Obſeruantes a Conuentualibus ſegregauit, & in illius bullæ proemio ait. *Hæc eſt illa ſancta, & immaculata religio, in qua per ſpeculum ſine macula, Redemptoris contemplatur præſentia, vita Chriſti, & Apoſtolorum inſpicitur forma,qua nihil, niſi diuinum, angelicũ, omni perfectione refertum, Chriſtoque nihil, niſi conforme, vt non immeritò ſua dicatur,repræſentat.*

Amplitudo, vel ex ipſo naſcentis religionis exordio apparuit, cum de S.P.Fr. cecinerit Eccleſia, *Deus qui Eccleſiam tuam B. Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas.* & ipſemet S.P. reuelauerit, vt habetur in *legenda trium ſociorum, & legenda Cel.cap.de progreſſu ordinis*, volens enim octonarium ſuorum filiorum numerum conſolari, aſſumptis verbis Chriſti *Luc. 12.* ſic eos allocutus eſt. *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro v ſtrũ multiplicare numerũ.Ego,ego ipſe vidi plenas ad vos venientiũ vias,veniunt francigenæ, feſtinant Hiſpani Teutonici currunt,properant Angli,et aliarũ diuerſarũ* linguarũ, *& nationũ accelerat multitudo. Nõ erit veſtro numerus copioſior.* Quinimò dũ adhuc quatuor Fratres haberet idẽ S.Pater dixit B. Ægidio, vt legitur *1.lib.confor.conformitate 12.* & apud *Rodulphũ lib.2. de oraculis B.Fran.* Religio (inquit) *noſtra ſimilis eſt piſcatori,qui mittit retia ſua in aquã magnã, capiens piſciũ multitudinẽ. Maiores eligit,& ſecũ adducit, Minores vero piſciculos dimittit. In mundi aquas rete hoc mittetur. Magnæ ſanctitatis, & virtutis religio hæc viros ad ſe recipiet. paruos,feruore ſpiritus, & in* Dei *amore tepidos dimittet, vel receptos euomet.Tãta erit piſciũ multitudo,quod timeã,ne pro nimietate retia rumpi contingat.* Rẽ euentũ probaſſe, affirmat laudatus Leo X. dicens. *Hæc eſt illa minorũ religio,quæ virentibus cæramoniarũ foliis, per viros apoſtolicos,tãquam per palmites extenſos,à mari vſq. ad mare,& à flumine vſque ad terminos orbis terrarũ,imò ſapientiæ,& ſcientiæ irrigauit mõtes,& impleuit terrã.* Sed quid plura addere in re, cuius totus orbis eſt teſtis?qui & Chriſtũ ducẽ,& eius ſigniferũ S. Franc.vel ipſius inſiſtẽtẽ veſtigiis,vel herẽtẽ lateri,vel ãte ãbulonẽ,præcurſoreq. veneratur.Vere magnã,&(vt ita dicã) infinitã familiã,quã Redẽptori in Franciſco effigiatã,& vniuerſali eccleſię medullitus transfuſam,æmulã potius dixeris,quã germẽ, & filiã.

Amplitudo.

Quan-

Profectus Minoricę religionis

Quantum autem profecerit vna hæc, & non diſſipata religio eiuſdem S. Patris teſtentur oracula. Refert enim *Piſanus lib.* 2. *conf.* 6. Cardinali Vgolino interroganti, Cur in tam diſſitas plagas ſuos ablegaret, reſpondiſſe S. Patriarcham. *Domine vos putatis, quod ſolummodo propter iſtas prouincias dominus miſerit Minores, ſed dico vobis in veritate, quod Dominus eos elegit, & miſit propter profectum, & ſalutem animarum totius mundi, & non ſolum in terris fidelium, ſed & infidelium, & paganorum benigne recipientur, & multas animas Deo lucrabuntur*. Vnde beatus Clemens *V*. §. *nos igitur*. *Quantò* (ait) *intenta mente frequentius reuoluimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina toti vniuerſali Eccleſiæ continue cernimus prouenire*. & idem Nicol. III. §. *nouiſſimè* affirmat in Lugdunenſi Concilio approbatam fuiſſe Regulam Fratrum Minorum, *Ex euidenti vtilitate, quam de ipſis conſequi vniuerſalis Eccleſia declaratur*. Luſtranda ſunt Chronica, & annalia religionis, & apparebunt conuerſiones infidelium in diuerſis mundi partibus, per fratres Minores promotæ. Miſſiones, & legationes Apoſtolicæ pro celebrandis conciliis generalibus, fœderibus componendis, grauiſſimis negotiis expediendis, ad Vrbium, Prouinciarum, Regnorum, & vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem, hiſce fratribus, ab initio religionis, & ſucceſſiuè (quouſque religio ſub vno capite indiuiſa permanſit, & pluries etiam poſt ſciſſuras) demandatæ, ſancti, & ſanctę, Doctores claſſici, Concionatores inſignes, & admirabiles, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Cardinales, Pontifices, quos Deus ex iſto ordine, ad illuminationem, & vtilitatem Eccleſiæ, continuata ferè temporum ſerie, eduxit. Claudat agmen Sixti IV. elogium in bulla *ſacra Minorum religio*. vbi minorico affectu non ſeductus, ſed Apoſtolico præconio candidus poſt multiplicia encomia ait. *Hi profecto ſunt fratres Minores, in Dei Eccleſia multiplicibus ſplēdoribus radiantes, quorum ſonus prædicationis & ſanctitatis opera præ cæteris religionum profeſſoribus, vſque ad extremum terræ noſcitur exiuiſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multiplicauit, & merito*.

Diuiſio ad multiplicationem.

Vt autem obſcuratum ſit aurum, mutatus ſit color optimus iſtius ordinis, ex diſperſione lapidum ſanctuarij in capite omnium platearum, experientia ipſa nos edocet. Licet enim potuerit Deus intendiſſe ſciſſuras ordinis, ad eiuſdem met amplitudinem, ſicuti ex vnius linguæ confuſione in babilonicæ turris ſtructura humani generis diſſeminationem, vt docet *Toſtatus in* *cap.*

Digitized by Google

cap.11.gen.d queſt.9. Vnde dicenti aliquando ſanctiſſimo Patriarchæ Dominico noſtro P.S.Fr. *Gauderem ſub vna religione militare tuos, & meos filios, vt quos patrum firmus amor ita coniunxit, religionis, aut vitæ diſparitas non diſſoluat.* Reſpondit. *Diuinæ voluntatis eſt, amantiſſime frater, quod factum eſt, ab eaq. ordinatum eſt, diuerſas a nobis fundari religiones, vt in vtriuſque varietate, præceptorum diuerſitate, illorum rigore, & iſtorum lenitate, varietati ſubueniatur humanæ infirmitatis, & quibus hæc non placent, illa non diſpliceant, quibus vna dura videtur, altera lenior appareat, & ſic non vnius religionis anguſtijs Deus animas perdat, ſed alterius capacitate lætetur.* ita Piſanus lib. 1. conf.12. Pelbartus ſer.de S.Franciſco. SS Dominici, & Franciſci vnio, & amor.

Sed maneat diuinæ ordinationi ſua bonitas, quæ ſolet potius ex malis bona elicere, quam nulla mala eſſe permittere; nobis ex malo principio diuiſionis miſeriæ adueniunt, nimirum ex regularis diſciplinæ caſu, quod etiam per reuelationem S.P.agnouit, vt videre eſt apud *Piſanum lib.2 conf.6. & 1.par.chron.lib. 2.cap.27.* Prædixit enim futurum, vt diabolo plus ſolito poteſtatis concedendum eſſet, qua abundante multorum malitia, & frigeſcēte charitate *ſoluetur noſtræ religionis puritas immaculata, & deformabitur, in tantū quod vero ſummo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ pauciſſimi ex chriſtianis vero corde obedient* Antipapam fraudulentum & ſanguinarium prædicit. *Tunc multiplicabuntur ſcandala, noſtra diuidetur religio, plures ex alijs omnino frangentur, eo quod non contradicent, ſed conſentient errori.* & poſt calamitates maximas dierum illorum. *Regula, & vita noſtra a quibuſdam acerrime impugnabitur.* & poſt alias nimis horrenda de iactura virtutum, bonorum oppreſſione, veritatis, aut negatione, aut occultatione in pænam hypocritarum, & peſſime viuentium ſubiungit. *Quare dignum, non paſtorem, ſed exterminatorem mittet illis dominus Ieſus Chriſtus.* An hæc impleta, vel implenda ſint, non diſputo, fortaſſe qui in futurum inclinet, non errabit, quia hic vſque, nec tām ſæuum ſchiſma, nec tam aperta religioſorum præcipitia legimus, videtur prolatum ad Antichriſti tempora, in quibus a diſceſſione vniuerſali dolores incipient, iuxta Apoſtoli prophetiam, cui non multum diſſimilis eſt hæc, quam S.P.N. annunciat. Qui alia vice dixit, *Veniet tempus, cum malis exemplis malorum fratrum, hæc Deo dilecta religio diffamabitur, ita vt pudeat exire in publicū.* & poſt multa, *Qui vero probati fuerint, & approbati accipient coronam* Lapſus ordinis S.P.F. reuelatus.

vitæ,

vitæ, ad quā exercitat eos interim malitia perfidorū, & reproborū.

Quidquid ſit, diuiſio, quoquo modo accipiatur, mala eſt, vt potè vnitatis deſtructrix, ſed peior eſt, ſi a Fratrum culpis oriatur, ad quatum remedium vſurpatur diuiſio, minus ſcilicet malum, vt maius impediat, ea mente, qua *Immedicabile vu nus enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur*, Cum ſcilicet, & obſeruantes, & non obſeruantes pacificè couti non poſſunt, vnde, vt paci conſulatur, corpus miſticum in fruſta diſcinditur. & hæc vnica cauſa ſciſſurarum ordinis Franciſcani. vt videre eſt in articulis expoſitis, & probatis per fratres apud Generale Conc. Conſtantienſe, cuius prouiſio incipit. *Sacroſancta, & generalis Synodus Conſtantienſis. Dilectis Eccleſiæ filiis, Generali, & Prouincialibus miniſtris, & Cuſtodibus, cæteriſque ordinis Minorū profeſſoribus ſalutem &c.* In qua prætextus diuiſionis eſt, *Nos igitur eorum ſupplicationi tamquam iuſtæ, benignè annuentes, cupientes ſcandala quæque de medio veſtri ordinis tollere, atque in ea vnitate conſeruata, fratres in pacis dulcedine confouere &c.* Et quia inter obſeruantiam regulæ, quæ periclitabatur, & inter voluntatem, ac intentionem conſeruandi vnitatem ordinis vix modus opportunus apparebat, decreuerunt illi Patres incliti conſeruare vnitatem in capite, & quantum fas fuit, etiam in membris, & conceſſerunt Obſeruantibus Vicarios prouinciales, reformatos quidem, ſed qui a prouincialibus confirmarentur, quæ diſpoſitio variè deinceps tentata, conuulſa, reſtituta per ſubſequentes Pontifices, caput etiam tentauit, debiliter quidem tempore S. Bernardini, nam Obſeruantibus indultus fuit etiam Vicarius generalis, cum ſubordinatione ad Generalem pro confirmatione. Tandem quia multiplicabantur in dies mala, ſcandala, & ſeditiones, ſub Leone Decimo totaliter ordo diuiſus fuit inter obſeruantes, & conuentuales, quorum illi ad literam, iſti iuxta indulta Apoſtolica regulam obſeruant, quam mutationum ſeriem recenſet idem Leo Decimus vbi ſupra. Verum enim vero, quia in ſanctæ matris Eccleſiæ viſceribus nimis tenaciter hærebat tantæ religionis vnitas, & amplitudo, prouiſum fuit, vt in tam patenti hiatu etiam vnitas remaneret, nimirum vt in obſeruantibus tantum, titulus, & inſignia ordinis ſeruarentur, Magiſterque generalis Conuentualium, ab illo vno capite, quod Miniſtri generalis appellatione condecorauit, per confirmationis ſpeciem dependeret, eſſetque illo in inceſſu, conſeſſu, ac viſitatione inferior, & ſic vnico contextu, obſeruantiæ regu-

Origo diuiſionis ordinis Franciſcani.

regulæ, tranquillitati fratrum, ac vnitati ordinis conſultum fuit. Sed quid fluxæ mortalitatis labentem impetum firmet? quod à Leone, ſpe durationis, decretum fuerat, colligendo in vnum obſeruantiæ corpus inferiores ſciſſuras, Collectaneorum, ſancti Euangelij, Fratres de Capucio, Clarenorum, Amadeorum (ex quorum collectione bulla illa, quæ religionem mediam ſecuit, vnionis nomen ſortita eſt) experientia teſte, docuit debile Pharmacum pro ſanitate morum eſſe paginas, etiam ſi apoſtolicas, plumbeoque annulo roboratas. Nam ex iiſdem principijs Diſcalceati in Hiſpanijs, Recollecti in Galliis, Reformati in Italia, Cappucinique emerſerunt, illi quidem ordinis diuiſionem nullo modo, aut tentantes, aut obtinentes, Cappuccini vero licet ex obſeruantia deſciuerint, & extra ordinem illum Minorum quem Leo X. declarauerat diu palabundi, ad conuentuales appulſi, ipſis tandem, & obſeruantibus nuncium remiſerunt, & paulatim ſub Vicariis, poſtea ſub Prouincialibus, tandem ſub Generalibus fixere tentoria, ſunt itaque in Franciſcano ſodalitio nũc de facto tres Generales Obſeruantium, Conuentualiũ, Cappuccinorum, primus ex iure, quia bulla Leonina viget adhuc, ſaltem quo ad prælationem reſpectu Conuentualium, vt diximus in *Comment. ad ſtat. cap.* 1. *ſtat.* 6. § 1. alij ex priuilegijs, quia conceſſiones Apoſtolicæ in hac parte priuata lex appellari poſſunt. nam nullus illorum Generalis Minorum abſolute appellatur, vel appellari poteſt, ſed conuentualium, & Cappuccinorum, Generalis autem obſeruantium ſine vlla reſtrictione nuncupatur Generalis totius ordinis Minorum, vel Minorum abſolutè, & ita ſubſcribit, & in ſigillo ordinis inſcribit, vt in ipſamet ſciſſura aliqua ſpecies vnitatis appareat. Vtinam ſeruetur in cordibus, & non tantum in paginis.

Quæſtio II. An poſſit ſcindi, vel procurari vnitas ordinis propter reformationem illius.

Reſpondeo, Reformatio duo importare poteſt. Primũ, reductionem ad priſtinam obſeruantiæ formam. Secundum, ſeparationem obſeruantium à non obſeruantibus. Quia licet obſeruari poſſit regula etiam inter non obſeruantes, vt diuina lex in conſortio malorum chriſtianorum, in Eccleſia enim *boni cum malis, & reprobi cum electis admixti ſunt*, id eſt zizania cum tritico, boni cum malis piſcibus, veſtiti, & non veſtiti veſte nuptiali, nec familiarius quid habemus in Eccleſia malorum conſortio, ad bonorum exercitium vſque ad mortem permiſſorum, & mo-

Digitized by Google

ris eſt ſolos hæreticos extra Eccleſiam agi. Ex quo, tamquam ex fonte, ſicuti fideles poſſunt ſeruare, (quin & debent) legem Dei, & Eccleſiæ inter malos fratres, ſub malis capitibus, ne cogamur quotidie in eiſdem regno, ciuitate, vico, domo, metari inter bonos, & malos, & eijcere Iſmael, & Eſau, & Abſalon, & Iudam è paternis domibus, nobili experimento probata exiſtente propoſitione Apoſtolica, *ſicuti tunc, qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum, qui ſecundum Spiritum, & caro concupiſcit aduerſus Spiritum, & Spiritus aduerſus carnē.* Sicut inquam in tota Eccleſia, ex neceſſitate ſalutis; obſeruare debemus diuina præcepta, etiam in medio nationis prauæ, ita poteſt obſeruari regula in religione, in prouincia, in conuentu non obſeruantium illam, abſque eo quod fiat diuiſio in corpore, vel in capite, ex quo etiam infertur, quod cum poſſit obſeruari regula, & conſeruari vnitas, grauiſſimum peccatum committitur procurando diuiſionem propter reformationem.

Diuiſio non eſt procurāda ob reformatio-nem. Confirmatur, quia reformatio non opponitur vnitati, nam *Reformatio* iuxta ſenſum legum, eſt iterata rei conſtitutio, & *Reformare* eſt denuo conſtituere, & ad eſſe priſtinum reuocare, vt *Budeus* apud *Hermogenem in l. vectigalia ff. de public. & Vlpianum in l. iuris gentium. §. adeo autem ff. de pactis.* quidquid ſit de alia acceptione reformationis, qua vtuntur forenſes in

Reforma re quid. materia legum, & ſtatutorum, nimirum in aliam formam redigere, *l. præcipue ff. de ædilit. ed. & l. 1. ff. de appel.* Hinc reformare contractus, ſtatuta, conuentiones, id eſt conuenire de nouo ſublata priori forma, *dict. l. iuris gentium ff. eod. l. interpoſitas Cod. de tranſact.* nam prior acceptio eſt ſecundum materiam noſtram de reducenda ad priorem obſeruantiam regulæ religionem. Niſi poſterior etiam vti velimus, dum agimus de remouenda forma introducta relaxationis, & introducenda noua iuxta mentem legiſlatoris, ex quo paret quam diminuta ſit Reformationis notio apud *Lezanam V. Reformati regulares num 2.* dum ait, *Reformati regulares illi dici poſſunt, qui iuxta regula, quam profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituunt.* poſſunt enim vouere, & ſeruare regulam, quæ laxata non fuerit, & tunc nulla eſt reformationis acceptio, ſed pura, & primæua obſeruantia, quare reformatio in ſuo conceptu eſſentiali includit caſum, & reſtitutionem. Quoquo igitur modo accipiatur, vnitati ordinis non repugnat, quia ſub eodem Generali, ſubijſdem Prouincialibus poteſt introduci reformatio, & literalis obſeruantia regulę

vt

vt vſque ad tempora Concilii Conſtantienſis, & Eugenii IV. & ſubſequentium ſummorum Pontificum, qui totali diuiſioni primi fundamenta iecerunt. Qui enim diuiſionem patierunt, Fratres eiuſdem ordinis extiterunt, qui, cum in ſe, & in filijs regulam obſeruaſſent per plura ſæcula ſub ijſdem ſuperioribus, tandem ad apertam ſciſſuram deuenerunt. Vt patet ex noſtrorum chronicorum lectura. Quinimo per Fratrem Heliam, & aſſeclas vel ſub ipſo Seraphico legislatore, cœpit regulæ puritas violari, vnde obſeruantia, non tamen vnitas diuiſionem ſenſit. Legimus ſiquidem in *lib.* 2. *conf* 6. S. P. N. dixiſſe cuidam ſacerdoti Theologo noſtri Ordinis, qui intelligens ab eodem S. P. Fratres paulatim ab obſeruantia defecturos, petiit, vt ſi relaxatio tempore ſuo ſuccederet, licentiam ad religioſiora loca confugiendi. *Quod a me* (inquit) *poſtulas, a Chriſto tibi ſcias eſſe conceſſum*, quia naturalis, & diuina ratio dictat, vt vota, quæ Deo nuncupauimus, omni conatu obſeruare nitamur. Non dictat tamen, vt pro tali obſeruantia, ab vnitate ordinis diſcedamus, illud diuinum eſt, hoc diabolicum, & deducitur ex *regula capit.* 10. *Vbicunque*, ait, *ſunt Fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent, ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros poſſint, & debeant recurrere. Miniſtri vero charitatiuè, & benigne eos recipiant*. Vbi remotio impedimenti obſeruationis regulę miniſtris remittitur intra, non extra ordinem, ſicuti eiſdem a S. *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *capit. primo*. & aliis Conciliis, & Canonibus, ad marginem citatis committitur reformatio regulæ. Firmo igitur hãc concluſionem, *Quando ſubditus poteſt obſeruare regulam, etiam ſi cum aliqua difficultate, & contradictione, in ſua prouincia, vel in alia, de ſuperioris licentia, peccat mortaliter procurando diuiſionem, aut nouitatem in prouincia, aut ordine*. Quia ſub peccato mortali tenetur obſeruare regulam, ſub eadem culpa tenetur ad conſeruationem totius, & ad remouendas nouitates vnitati præiudiciales, ergo ſi poteſt vtrumque ſeruare peccat mortaliter, ſi alterum violat. & ratio eſt eſt euidens, & concluſio eſt communis omnium. Tota difficultas conſiſtit in illa, *ſi poteſt* & alia *Etiam ſi cum aliqua difficultate*, *& contentione*. Nam qui ad diuiſionem confugiunt, illam, vt ſacram anchoram vſurpant. *Vt poſſint regulam obſeruare*. Quia teſtante experientia, ſub non reformatis capitibus regulam obſeruare non poſſunt. Vnde ex contrario principio con-

Tempore S. P. N. F. cæpit relaxari regula.

Peccatur mortaliter procurando diuiſionẽ quãdo obſeruantia cum ipſa ſtare poteſt.

trariam concluſionem eliciunt. Aſſumptum probauerunt in Conſtant. Concilio, in cauſa ſecunda, quæ ſub his terminis propoſita fuit, *Secũda. cauſa ꝓpter mala, & impedimẽta, à prælatis Ordinis ſibi inflicta, ad S. Sedem Apoſtolicam, & S. Præſens Concilium generale appellandi vrgens neceſſitas.* Quam per generales rationes, & per ſpeciales caſus multis probauerunt. Vnde Concilium in ſuæ prouiſionis exordio, & narratiua ait. *Humiliter præſentata, petitio continebat, quod diuina cooperante clementia, temporibus his nouiſſimis, regularis obſeruantia veſtri Ordinis in præfatis conventibus cæperat vigere, ſed variis obſtantibus impedimentis, per miniſtros, & Cuſtodes illarum Prouinciarum, eis præſtitis, in ipſa ſtricta obſeruantia non mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant.* In cuius ſupplicationis iam probatæ vim manauit ſubſidium, & fulcimen reformationis. Vt ſcilicet concederentur reformatis Guardiani in Conuentibus, Vicarij in Prouincijs, & Vicarius Generalis ſuper eoſdem, qui primus nominatus à dicto

Primus Vicarius generalis reformatorum.

Concilio, fuit P. Nicolaus Ridulphi. Et cum Fratres non reformati poſt dictum Concilium, & Martinum V. omnibus artibus contenderent, reformatos, ope deſtitutos confundere, conciliaremq. prouiſionem facto conuellere; ſuccedens Concilium Baſileenſe, ad Regis Chriſtianiſſimi, & aliorum Principum inſtantiam, illam confirmauit, & reformatos non perturbari mandauit an. 1417. ſubſcripſit Eugenius IV. an. 1446. vt in Bulla Pij II. *pro noſtra ad beatum Franciſcum*. confirmauit Nicolaus V.

Vigilantia Eccleſiæ circa reformationem.

vt in eodem, addito *Nicolaus Papa* V. *prædeceſſor noſter aliquot diſcordiis, & contentionibus inter vos exortis, & diu agitatis.* Idem fecit Caliſtus III. paucis immutatis circa formam electionis Vicariorum, ex eo quod Fratrum *diſcordiæ, ſi diutius perdurarent, poſſent vergere in eorum perniciem, & pernicioſum exemplum, ac ſcandalum plurimorum.* an. 1455. & 56. Pius Secundus, intelligens maiora ſcandala, & diſſenſiones inter Conuentuales, & obſeruantes quotidie exoriri, & quod *Res ipſas veſtri ordinis eius fore conditionis, & naturæ, vt nequè breui tempore, neque facili tractu dirigi, & componi valeant.* præcepit obſeruari literas Eugenij IV. reiectis moderationibus Caliſti III. an. 1458. Sixtus IV. an. 1471. confirmat ſupradictam formam gubernii. Leo X. prædeceſſorum veſtigijs inſiſtens, conſideranſquè in dies mala ſuccreſcere, eaque ſeruata temporum ſerie recenſens præcipuè *Ingruentibus in dies malis, & ſcandaloſis huius vineæ agricolis:*

cœlis: acclamantibus regibus, principibus, communitatibus, & populis, graues lites, & iurgia ac diſſenſiones, occaſione ſuperioratuum, & præfectionis graduum, inter huius religionis profeſſoribus, & per totum mundum magis, magiſque augeri dietim accepimus &c. cauſas, & ſeminaria huiuſmodi iurgiorum, & diſſenſionum diligenter perquirere, ac de remedijs opportunis, pro ſedandis huiuſmodi litibus pertractare commiſimus & poſtea; *Quia in primis compertum habemus prælatorum diuerſitatem, quorumdā perpetuitatem, cæterorum vero Fratrum vitam non reformatam huiuſmodi litibus, & diuiſionibus plurimum cauſa prabuiſſe.* adhibuit remedium diuidendo obſeruantes à non obſeruantibus. Ecce quò ducit reformationis ingenium, ſi inter non reformatos incedat. Factum autem fuit hoc an. 1517. & quia (vt dicebā) diplomatibus humana fragilitas non fulcitur, remiſſo obſeruantium feruore, ſub Clem. VII. ann. 1532. emerſerunt fratres obſeruantię ſtrictioris, qui in Hiſpaniis Diſcalceati, in Gallijs Recolletti nominantur. quos ob eaſdem rationes fauoribus proſecuti ſunt Pius V. ann. 1568. Greg. XIII. an. 1579. Clemen. VIII. ann. 1596. Paulus V. Greg. XV. & tandem Vrban. VIII. an. 1639. concedendo reformatis ſucceſſiuè Cuſtodes, Diſcretos, deinde Vicarios, & Viſitatores Generales, poſtremò Miniſtros Prouinciales, Diffinitores, & Procuratorem generalem, quibus ſe ipſos tueri poſſent, & in puriori obſeruantia, etiam contra Generalem, quam ſolum in toto Minorum ordine ſuperiorem, ſed in multis caſibus cum limitata authoritate cognoſcunt. Vt taceam de Cappuccinis, qui ſibi ſuam originem, & progreſſum videant. de quibus & *Arthurus de Monaſterio in Martyrologio Franciſcano, in additionibus, & Marchantius in expoſit. regulæ c. 8. q. 7.* plura ſcripſerunt.

Ex quibus conſtat, phyſicè quidem obſeruari poſſe regulam inter non obſeruantes, moraliter autem, non poſſe. Fruſtra enim hanc viam calcaſſent concilia generalia, & ſummi Pontifices, ſi aliam (ſecluſa nouitate, & diuiſione ordinis) inueniſſent. Ergo legitimè ſternitur obſeruantia regulæ ſuper diuiſionis, & nouitatis fundamento.

Verum, vt hæc materia, quæ nimis odioſa eſt, & ad alias religiones extendibilis (ni ſit extenſa) maturius digeratur, examinanda eſt alia clauſula, *etiamſi cum aliqua difficultate, & contradictione*. Quia licet verum ſit (vbi moraliter appareat,

n 2 im-

impoſſibile obſeruare regulam inter non obſeruantes) ipſo iure concedi, vt contempta vnione ad caput, & ad membra, quæ eſſent obſeruantiæ repugnantia, inuigilandum eſſe obſeruantiæ, quia agitur de obſeruandis votis, & de animarum ſalute, quarum detrimentum cum lucro vniuerſi non poteſt comparari. Lege *Lezanam in reform. regular. iterum recuſa cap. 5. & 6.* Impoſſibile autem appellatur, quod eſt nimis difficile. Vnde Vlpianus *ff. de fam. erciſcunda.* dixit, *ſi communi diuidendo iudiciũ agatur, & diuiſio tam difficilis ſit, vt pene impoſſibilis eſſe videatur.* & Gothifredus ad *l. 31. ff. de obligat. & actio.* ait impoſſibile dici vel natura, vt *cœlum tangere*, vel bonis moribus, vt *ſi patrẽ non alueris*, vel per plexitate, quod eſt admodum difficile. Hinc apud Salomonẽ tria illas difficilia, via aquilę in cœlo, via nauis in mari, via colubri ſuper lapidem. textus clarus in *cap. Cathinenſi. d. 61. ibi Impoſſibile enim eſt, vt non in Prouincia, illa, dumtaxat in Siracuſanis partibus, alii cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, committamus.* & gloſ. *id eſt non commodè aliter fieri potuit.* citatq. *l. Nepos Procul. ff. de verb. ſignif.* quæ eſt 125. vbi cõmodum pro poſſibili, & incommodum pro difficili accipitur. vbi ad quæſtionem legati, *Cum commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum.* reſpondet Proculus, *Poteſt* (inquit) *etiam illa accipi ſignificatio, Cũ ſalua dignitate mea potero, vel ſine incõmodo meo potero.* & ęſt communis. *Peña in l. reos C. de bis qui in exilium dat. n. 22. Panormit. in c. ſignificaſti. de foro comp. nu. 11.* qui loco ait. *Difficultas permittit alias probibitum.* apud quem Aen. Fulconius. *ob difficultatem* (ait) *admittitur probatio alias probibita, & inſufficiens, & dicetur plena ſiue manifeſta probatio.* & multos alios citat. *Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſtit: colum. 39.* vbi affirmat, difficultatem, & impoſſibilitatem ſępe parificari. *Specul. de oblig. & ſolut. §. 4.* ſcribit, *difficultas ſi imminet in facto* qualis eſt ea, de qua agimus, *perinde eſt, ac ſi fieri non poſſet* Petrus *Caballus caſu* 154. *nu.* 11. apud quem alii. *Marſilius in practica. §. ſequens quæſt. n. 35.* dicens attendendum eſſe, Non ſolum id quod licet, ſed etiam id quod decet. Quia illud quod non decet, reputatur impoſſibile. pro quo authores, & leges plures citat. Et hoc vniuerſaliter doctores affirmant in *l. vix certis. ff. de iudic.* & per *Albericũ de Roſate in dictionar. V. difficile eſt fin. ac Antonium Nebriſſen. in Vocabulario. V. difficile. & Barboſam axiom.* 118. *num.* 8. & *Iodocum* Dambauderium *in Enchiridio parium. V. difficile. & V. impoſſibile.*

Impoſſibile nimis difficile.

Difficultatis vis.

Sed

Sed in quo indiuidualiter conſiſtit hæc impoſſibilitas, & difficultas?

Reſp. in anthipatia, quæ reperitur inter reformatos, & non reformatos. non reformati enim putantes flagella bonorũ exẽpla, non ceſſant illa, quantum poſſunt, abs ſe excutere, vel ſibi aſſimilare. Nam ſicut ſimilitudo eſt cauſa amoris, ita diſſimilitudo odij, & propterea verbis deriſorijs, increpatorijs eos inceſſunt hipocritas, & ſingulares appellant, nouitatum fabros cõmunitatis euerſores, quietis perturbatores vocant. Diſſimilitudinem in habitu vidi, & abſoluto, in ſilentio, patientia, deuotione, ſimplicitate, & obſeruantia oderunt. Audiamus eorum verba in ſapientia Salomonis c. 2. *opprimamus* (inquiunt) *pauperem iuſtum, Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. grauis eſt etiam nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs, & immutatæ ſunt viæ eius. Tamquam nugaces extimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris, tamquam ab immunditiis. hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum.* Nil clarius, quæ licet ad Redemptorem referantur, morem tamen malorum, inter quos boni conuiuant, graphicè oſtendunt. Audiamus Apoſtolum Petrum *Ep. 2. c. 2. Iuſtum Lotb oppreſſum à nephandorum iniuria, & luxurioſa conuerſatione eripuit. Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.* Eſtquè tam patens ad diſcindendas voluntates morum diſſonantia, vt & ipſi Poetæ cecinerint. Diſſimilitudinis effectus.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemquè iocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq. remiſſi. Hor lib. 1 Epiſt. 18.
Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis,
Et ſeruat ſtudii fœdera quiſq. ſui. Ouid. lib. 2. de ponto.
Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem
Rectorem dubiæ Nauta *puppis amat.*

Hoc autem a natura inditum eſt, quia ſicut amor eſt conſonantia appetitus ad conueniens, ita odium eſt eiuſdem diſſonantia ad apprahenſum, vt diſconueniens ex *S Thom. 1. 2. q. 29. art. primo, & ſecundo.* Difficile enim eſt, & à ſola diuina gratia in nobis ſuſtentatum id, quod dicit C[illegible] in illud

Digitized by Google

Pſal. perfecto odio &c. *Perfectum* (inquit) *odium eſt, homines diligere, & eorum vitia ſemper horrere. Nam in illa parte, qua creatura Dei ſunt, amandi ſunt, in illa, qua in iniquitate, horrendi ſunt.* Et neſcio qua ratione ſuccedat, verum eſſe quod *Tacitus lib.* 4. *hiſt.* dixit, *fermè acerrima proximorum odia ſunt.* & quod ſcripſit *Hieron. in Michæam. Propemodum naturale eſſe, vt nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum.* Fortaſſe quia frequentiora diuerſitatis ingenia in alterutrum obfirmantur tempore, & in odium euadunt. Nam vt ait *Auguſtin. lib. de diffin. Odium eſt vetus ira, ex pluribus cauſis collecta, diuturno tempore perſeuerans. & in Matt. Odium eſt inueterata ira.* Ira autem vt accenſionem ſanguinis circa cor, tamquam materiale relinquamus, eſt libido, vel cupiditas puniendi eum, qui iniuria læſiſſe videtur. ex *Tullio* 4. *Tuſcul.* & *Poſſidonio*, lædimur autem, dum repræhendimur, & à nobis aliquid auferri ſatagitur. Hinc *S. Ambr. lib. de Sancto Ioſeph.* & refertur *in cap. Ira ſæpè* 11. q. 3. putat Chriſtum miſiſſe Apoſtolos ſine argento, auro, virga &c. non tantum, vt illos paupertatis incommodis adſueſaceret, ſed etiam vt *Incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.* Cum autem viuens non reformatè, ideſt, in multis ſuam regulam non obſeruans, à reformatè viuente, & verbis, & operibus reprehẽdatur, quæraturquè nunc ad compeſcendam vagationem, nunc ad ablegandam proprietatem, nunc ad caſtitatis, & obedientię cuſtodiam, nunc ad orationis ſtudium, & ad clauſtralem diſciplinam, incipit iraſci, & firmato tractu temporis affectu contrario, erumpit in odium, in maledicentiam, in manifeſtam perſecutionem, quæ omnia ita voluntatem capiunt, vt impoſſibile iudicetur, poſſe cum inuidis, odioſis, inimicis conuiuere. Et propterea, cum vitæ regularis rationem deſerere ſine culpa non poſſint, corporali, & locali ſeparationi ſtudent. En totum reformationis negotium.

Odium quid. — Ira. — Quare Apoſtoli ſine pera &c.

Poteſt autem alienationis initium in reformatis eſſe damnabile, & graui peccato non carere; cum ſcilicet reformationis ingenium fuerit humilitate, & patientia deſtitutum, atque adeo non in ſolida virtute fundatum. Tunc enim inani ſpecie deluſum facile quatitur, & contradictionibus non reſiſtit. Si etenim vera obſeruantia eſt, patiens, & humilis ſit, neceſſe eſt. paupertas, non rerum, ſed ſpiritus commendatur, quæ ventoſa non erit. Audiant Reformati; & Reformatores S.P.N. Franciſcum in 10. c. regulæ. *Fratres,* (inquit) *qui ſunt ſubditi recordentur, quod* pro-

In quo peccent reformati.

propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, Moneo vero, & exhortor in D. I. X. vt caueant Fratres ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura, ſollicitudine huius ſæculi, detractione, & murmuratione. Attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent habere Spiritum domini, & ſanctam eius operationem, orare ſemper ad eum puro corde, & habere humilitatem, & patientiã in perſecutione, diligere eos, qui nos perſequuntur, reprehendunt, & arguunt. Et licet Fratres non teneantur obedire prælatis præcipientibus contra animam, & regulam, tenentur tamen eſſe humiles, & patientes, & non ſtatim ad diuiſionem confugere. Quia ſi non deueniatur ad ſtatum illum, vt manendo cum aliis, non poſſimus regulam obſeruare, & quod euidentia pericula nobis obiiciantur, quibus charitas, & ſalus animæ periclitentur, iuxta quam conſiderationem currit difficultas, & impoſſibilitas, & licitũ eſt diuidi à perturbationibus, dico peccare mortaliter procurantes diuiſionem. Et puniendos eſſe iuxta ſtatutum, quod declaramus, ſed ad alia.

Quæſtio III. An procurare diuiſionem ſit punibile etiam in Prouincialibus, & Generali.

Reſp. I. Reformare religionem deformatam in eſſentialibus, tenẽtur ſub culpa mortali, & ſubditi, & multò magis ſuperiores locales, Prouinciales, Generales. *Nauar. cap* 12. *nu.* 50. *Cordub. quæſt.* 16. *in c.* 2. *regul. Azo. tom.* 1. *lib.* 13. *capitul.* 11. *q.* 16. *Maior. in* 4. *d.* 38. *quæſt.* 20. *Rodrig. tom.* 3. *q.* 14. *art.* 1. *& tom.* 2 *quæſt.* 73. *ar* 2. *&* 3. *Sanchez lib.* 6. *in decal. cap.* 2. *à numer.* 31. *Victor. relectio, de pot. Papæ, & concil. Angel. V. religioſus. §.* 19. *Syluest, V. religio.* 6: *quæſt.* 6. *Armil eod. numer.* 10. *Vaſquez in prim.* 2. *tom.* 2. *diſputat.* 154. *c.* 4. *Panorm. in cap. ſuper eo. de Religio à num.* 4. *Vbi Innoc. Hoſtienſ. Tit. de voto. §. vtrum.* Ratio colligitur ex Prælatura, & religioſa profeſſione, quam tangit *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. capitulo primo* quoad ſubditos. *Vt omnes regulares ad regulæ, quam profeſſi ſunt, Præſcriptum vitam inſtituant, atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum, & veſtitum obſeruent.* Quoad Superiores vero. *Omniſquè cura, ac diligentia à Superioribus adhibeatur tam in capitulis &c. Quam viſitationibus, vt ab illis non recedatur. Cum compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam*

Reformare qui tenentur ſub mortali.

regularis diſciplinæ pertinent, relaxari. Vbi aduertere eſt, de eſſentia, & ſubſtantia religionis eſſe vota & præcepta, & ad illa obligari ſubditos, & ſuperiores ex vi profeſſionis. Aut enim profeſſio erit vana, aut ad ea, quæ ſunt de profeſſionis eſſentia regulares obligabuntur, & quidem ſub ſalutis diſpendio. Et quidē ſuperiores ex profeſſione, & ex munere, quia ſub mortali tenentur inuigilare ſuper gregem ſuum. Erunt enim animę illorū pro animabus ſubditorū. vnde duriſſimū iudiciū his, qui pręſunt, fiet. & circa hoc nō eſt difficultas, quatenus reſpicit vota eſſentialia.

Præcepta ſunt diſpenſabilia.

An autem idem ſit dicendum circa obſeruantiam præceptorū ex eo quod concilium dicat, ea eſſe de ſubſtantia profeſſionis. Negatiuam ſuadet, quod non ſint de eſſentia, ſicuti vota, quæ ideo eſſentialia vocitantur, & indiſpenſabilia ſunt. *cap. cum ad Monaſterium. de Stat. Monach. & d. Concil. ſeſſ. 25. capit. primo.* præcepta autem diſpenſari poſſunt. *Rodrig. tom. primo. quæſt. 26. art. 1. & 2. & tom. 3. quæſt. prima. art 5. Sot. lib. primo. de iuſt q. 7. art. 3. & libr. 8. q. 3. art. primo, Corduba in compend priuil. §. 8. Regin. in praxi lib. 18. num. 396. Mir. tom. 2. q. 31. artic. 1. & infra.* & reperitur definitum in *Clem. exiui. de verb. ſignif. §. nos igitur, & in cap. exiit. eodem in 6. § dicimus* ſubſcribunt *S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Caiet. in ſum. V. præcepti tranſgreſſio.* Accedit praxis in religione minorica, in qua ex cauſa diſpenſatur ſuper equitatione, ieiunio, recitatione officii, delatione pecuniarum, calceamentis, veſtibus &c. Cum ergo in confeſſo ſit, regularem profeſſionem conſiſtere eſſentialiter in Votis, & non in præceptis, Profeſſores non tenentur eodem modo ad pręcepta, quo tenentur ad vota. Et vlterius, ſi poteſt permitti diuiſio ordinis, quando vota non obſeruantur, non debet permitti in tranſgreſſione præceptorum.

Præcepta regulę an præſcribi poſſint.

Portel 2. parte caſu 18. tenuit quidem non poſſe cadere diſpēſationem, neque præſcriptionem ſuper votis eſſentialibus, poſſe tamen cadere ſuper pręceptis, etiam ſi per ſedem Apoſtolicam confirmata eſſent. Non poſſe autem condi Statutum, quod tollat, ſeu diſpenſet ſuper aliquo præcepto, licet non obliget, neque ad culpam venialem. Ex ea præciſè ratione, quod inferior non poteſt mutare legem ſuperioris, vt eſt Papæ. Et qua ratione poteſt tolli vnum, eadem tolli poterit & aliud, & conſequenter omnia. Et aliud eſt diſpenſare cum hoc, aut illo, aliud abrogare legem quoad totam religionem, citatque

Tho-

Thomam, Antoninum, Sanchez, Bernardum, Sylueſtrum, Leſſium. Sed quidquid ſit de conſecutione ad ſua principia, dum concedit, poſſe introduci conſuetudinem abrogantem præcepta in tota religione, & negat poſſe condi ſtatutum ſuper eodem, cum ſtatutum ſit lex, moribus vtentium approbata. Nec iuuat dicere, in conſuetudine accedere conſenſum tacitum ſuperioris, qui non accederet ſtatuto, quia poſſet quis opinari, acceſſiſſe in generali conceſſione condendi ſtatuta vtilia, & ſacris canonibus non repugnantia, cuiuſmodi eſſet in caſu noſtro, cum nullus canon hoc prohibeat, & poteſt accidere caſus, vt abrogatio generalis vnius præcepti eſſet proficua religioni, dum experientia docet, tale præceptum non obſeruari, vt exempli gr. eſſet in Minorico ſodalitio equitatio, calceamenta, pecunia, &c. quæ licet ad culpam grauem obligent, fuerunt tamen antiquis temporibus variè exagitata, & per labentem fragilitatem, in multis prouincijs violata, & vt taceam de Conuentualitate priuilegiata per ſedem Apoſtolicam, circa præceptum paupertatis ex introducta iam tranſgreſſione, non defuerunt inter obſeruantes, qui audaci, & præcipiti calamo Typis mandauerint, diſpenſatum fuiſſe ſuper his per Clementem VIII. vt equo currenti calcaria adhiberent. Authorem non nomino, ne putet, opus eſſe confutatione in re, per religionis annalia in oppoſitum decantata, nunquam enim talis diſpenſatio apparuit, aut publicata fuit. quin imo in Capitulo generali Romano celebrato ſub Clem. VIII an. 1600. in quo electus fuit Generalis P. Franciſcus à Soſa, de quo dicitur talem diſpenſationem impetraſſe, leguntur ſtatuta, omnino repugnantia huic diſpenſationi nimirum de non recipiendis pecunijs ſtatuto tertio in ſerie illius capituli *Tit. pro vtraque familia*, cum pœnis grauiſſimis in tranſgreſſores, de veſtibus, & ſuppellectile in ſtat. 5. & 6. & ne dubitationi locus remaneat in capitulo generali immediato, Toleti coacto an. 1606. in primo ſtatuto præcipitur pura obſeruatio regulę, *nulla admiſſa diſpenſatione contra puritatem regulæ*. & in Romano immediatè ſequenti an. 1612. in 1. ſtatuto, *Declarat capitulum generale in nullo præcepto regulæ hactenus diſpenſatum eſſe*. In Salmaticenſi immediato ann. 1618. rigidè plecti mandantur tranſgreſſores talium præceptorum, per multa ſtatuta. In ſuccedenti proximè Romano an. 1625. publicatur breue apoſtolicum præcipiens puram obſeruantiam regulæ, præcipuè circa veſtes &c. In Congregatione vero generali Romana

Portel examinatur.

Sugillatur quidā modernus ſcriptor.

Minores obſeruātes non acceptauerunt dīſpēſationes.

an.

an. 1628. declaratur *Nullam diſpenſationem contra præcepta regulæ noſtra eſſe admittendam*. & ſeruandam eſſe regulam *iuxta declarationes* Nicolai *III. & Clementis V*. In immediato Toletano 1633. tit. *de obſeruatione regulæ Declarat, & proteſtatur capitulum generale (quod ſæpius, & pluries in aliis capitulis generalibus declaratum eſt) in nullo præcepto regulæ hactenus diſpenſatum eſſe nec ordinem noſtrum vllam vnquam diſpenſationem admittere, vel admiſiſſe*. vt pateat impudens ſcribentis audacia, cui ſi quid condonandum, ex mentiendi libertate, (quæ in fabulam verſa, ex alijs ſuis ſcriptis, apud concionatores vagatur) donandum. Cæterum ſufficiat hiſtoria ad oſtendendam neceſſitatem, ob quam condi poſſet ſtatutum ad fulciendam corruptam naturam contra culpam, ſi hoc facere poteſt diſpēſatio, & conſuetudo, eſſetquè profiteri regulam cum hac detractione, ſicuti de facto profiteretur ille, qui ſciret in aliqua religione non obſeruari vnum, aut alterum præceptum, & haberet intentionem profiteri regulam cum ſibi cognita obſeruantia, hoc autem poſſe fieri, omnes concedunt, quia votum obligat iuxta voluntatis imperium. Sed quidquid ſit de hac difficultate, ſaltem ſufficit iſta doctrina, ne ſoluatur vnitas, ob præceptorum inobſeruantiam, quia ſi hæc præſcripta culpam tollit, tollit etiam cauſam ſciſſurę, & non cogit nos ad acceptādam reformationem.

Super pręceptis induci poteſt diſpēſatio, & ſtatutum.

Vota, & præcepta obſeruāda.

His tamen non obſtantibus, dico, pro obſeruantia precepto-rum regulæ S P.N.F. debere nos certare, non minus quam pro obſeruantia votorum eſſentialium, quia ex decretalibus Nicolai III. & Clem. V. præcepta obligant ſub peccato mortali, & iis ſpretis, tota Franciſcana religio corruat, neceſſe eſt. Regula enim Minorica ſingularizatur in Eccleſia, non ob vota, quæ ſunt omnibus communia, ſed per iſta præcepta modificantia, & qualificantia vota. Votum ſiquidem paupertatis, quod eminet ſuper omnes alias religiones, non ex ſola paupertatis eleuatur eſſentia, ſed quod nihil poſſideatur, neque in communi, neque in particulari. Quod veſtitus ſit rudis, pauper, & vilis, quod in itinere equites ire non poſſimus, quod denarios recipere, calceos deferre, ſumptuoſis domibus vti non valeamus, &c. ſi enim has præceptorum plumas voto paupertatis detraxeris, ſuper alias religiones non eleuabitur, eiuſquè profeſſores non appellabuntur *paupertatis altiſſimæ ſectatores*. & licet præcepta non ſint de eſſentia profeſſionis, vt ſic, ſunt tamen de ſubſtan-

Paupertas Minorica ex præceptis elucet.

tia

tia regulæ Franciſcanę, vnde qui profitętur regulam S Franciſci, vouet obſeruare omnia, quæ in illa continentur, vota quidem, vt vota, præcepta vt præcepta. Hinc non ſine aduertentia dixit Concilium Tridentinum citatum *peculiaria vota, & præcepta ad eorum reſpectiuè eſſentiam*. quia religioſa profeſſio reſpectiuè ſe habet ad vota, vt vota, & præcepta, vt pręcepta, & omnia integrant eſſentiam vnius regulæ. Equidem omnes contentiones, & reformationes, quæ intentatæ leguntur in ordine Minorum, non reſpiciunt vota, ſed præcepta, quia eſſe proprietarium, inobedientem, caſtitatis violatorem non recipit diſputationes in Eccleſia, cum apud neminem contrauertatur, an ſint peccata, an licita, an permitti poſſint; ſed tota altercatio ſita eſt, an pecuniæ recipi, an equi, an calcei, an veſtes molliores vſui eſſe poſſint, & ſuper his tot concilia, tot Pontifices deſudarunt, & vt ad quæſtionem noſtram immediatius deſcendamus.

Reſpondeo ſecundo, Sub mortali culpa tenentur ſupradicti Prælati ad reformandam religionem, quoad obſeruantiam præceptorum regulę. Ratio eſt, quia obligant ad mortale. *Clement. exiui de verb. ſign. §. declaramus*. ergo eorum cuſtodia eſt neceſſaria ad ſalutem profeſſorum talis regulę, non minus ac votorum, ergo ſi reformatio eſt neceſſaria ob vota, erit etiam neceſſaria ob præcepta.

Dices, communis opinio eſt, non teneri religioſos ad reformationem, quæ ſuperinduceretur, poſtquam ipſi regulam profeſsi ſunt, ſi non ſit votorum eſſentialium, & non obligari obedire prælatis aliter præcipientibus, quia tantum tenentur ad ea, quę vouerunt, vt docent authores citati in hac quęſtione §. *An autem idem.* & in reſponſione ad quęſtionem, inter quos *Azorius Syluester, Leſſius, & Sanchez* addunt, neque id præcipere poſſe ſummum Pontificem, quia illi obedire non tenemur ſupra alios Chriſticolas, niſi prout ex profeſſione obligamur, quomodo igitur ſuperiores tenentur reformationem inducere, ſi ſubditi illam acceptare non tenentur? An Religioſi teneantur acceptare reformationem.

Reſpondeo cum *Panormitano* citato. Si quis appenſatè, & deliberatè ſciens & prudens, aduertens ſpecialitates religionis, & regulę, intendit vouere tantum regulam, prout obſeruabatur tempore ſui nouitiatus, & non vltra, tunc iſte non tenetur in foro conſcientię, acceptare nouam reformationem, nam votum omninò eſſe debet voluntarium. *cap. licet de voto. cap. integritas 32. quæſt. 1.* maxime cum eſſentia religionis in tribus votis conſiſtat,

ſiſtat. *cap. cum ad monaſterium. de ſtat. monac.* cætera ſunt accidentalia, & ad illorum trium conſeruationem ordinata, ſi tamē talem reflexionem non feciſſet, ſed abſolutè vouiſſet obſeruare regulam, tunc tenetur acceptare reformationem, quæ ad regulæ obſeruantiam duceret, non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in foro animæ, quia vouit regulam, quatenus ſuperiorum directioni ſubmittitur, qui poſſunt, & debent illius indemnitati proſpicere, atque adeo illam habentem fulcire, & collapſam erigere. Vnde ſi in Capitulo generali pro tota religione, & Prouinciali pro tota prouincia fiat ſtatutum de reformatione, minor pars, quæ non conſentiret, teneretur illam ſeruare, ſicuti tenetur ad omnia alia ſtatuta, quæ à maiori parte capituli firmarentur. *gloſ. in cap. quod omnes tangit. de regul. iur. in 6. Innoc. in dict. cap. ſuper eo. de regular.* Quia licet verum ſit, reformationem concernere ſingulos, vt ſingulos, non vt, vniuerſos, & proinde non poſſe mutari ſtatum religionis, niſi omnibus conſentientibus, quia ab omnibus approbari debet, quod omnes tangit. *de regul. iur. in 6.* quia tamen religioſi ſuas voluntates, vel explicitè, vel implicitè in Papam, & ſuperiores repoſuerunt: & ex praxi Eccleſiæ conſtat, regulas collapſas aliquando reformari, cenſentur tacite conſenſiſſe in reformationem ſuperinductam, & ad illam obligari, ſic monialibus ſuperinductam clauſuram cernimus, & regularibus reformationis leges per Clementem VIII. & alios Pontifices, & tacite (ſicuti in ſuſcipientibus ordinē ſacrum votum caſtitatis) quilibet regularis ſuſcipit habitum cum relatione ad mutationes, quæ in dies accidere poſſunt. *Vaſquez cit. 1. 2. cap. 4. num. 25. Azor. cap. 2. num. 35.* In foro autem interiore poſſet militare prætacta ratio deliberatæ voluntatis in vnam tantum partem.

Reformatio concernit ſingulos, vt ſingulos.

Reſpondeo tertio, in accidentalibus regulæ non cadit reformatio ex debito mortali, niſi inde grauiſſima oriretur deordinatio, quæ religionem, vel vilem apud ſæculares redderet, vel in perniciem duceret, vtriuſque membri concluſionis ratio eſt, quia cum ſint extra ſubſtantiam, non ſunt magnæ conſiderationis, vt propterea commoueatur religio ad nouam viuendi methodum. *Abb. in cap. ſuper eo. de regul. Sylueſt. V. religio 3. quæſt. 12. Nauar. cap. 12. num. 5.* At quia graue malum ex graui obligatione emendari debet, ſequitur ex oppoſito, quod grauis deordinatio, ex accidentalibus ortum habens, tolli debet ſub culpa graui. Do exemplum. ſeruare ſilentium, & religioſos in conuentu

uentu contineri, non ſunt vota, nec præcepta regulæ, ſed merè accidentalia: at ſi nullo modo ſeruarentur, ſed religioſi vt apes hinc inde diſcurrerent ſuſurrando, vagando per plateas, vicos, &c. certè malum nomen, & graue damnum ordini, & conuentui inderent, tunc ſuperior debet defectus illos reformare, & ſubditi obedire tenentur.

Reſpondeo quarto, extra hos caſus, in omnibus aliis, quæ cum vnitate, & quiete religionis conſiſtere poſſunt, ſunt rei diuiſionis ordinis ſuperiores, & ſubditi, qui illam intentant ſub ſpecie reformationis. Concluſio iſta generalis ex dictis deducitur, quia in tantum diuiſio, & innouatio in religione permittitur in quantum conſtat non cohærere cum obſeruantia regulę, ergo remota hac cauſa, quælibet intentatio eſt odioſa, & punibilis, & multo magis in Prælatis, quia ipſorum munus eſt conſeruatio vnionis, vnde non ſolum peccarent contra charitatem ſed etiam contra iuſtitiam, quia caput tenetur ad conſeruationem ſui corporis. *Diuiſio ſub ſpecie reformationis, punibilis.*

Sed vt melius intelligatur, pono caſum, ſuperior Generalis, aut Prouincialis, volens ſibi facere nomen, & gradum ad Principis, aut Pontificis gratiam, vel etiam ad honores (Valde enim conſpicuus eſſe ſolet reformationis conceptus, vidimus enim mirabiles quoſdam progreſſus, vni huic fundamento innixos, commotas turbas, excitatos tumultus) demus etiam ob zelum inanem, & ſcientia carentem qui non raro ſolet leues quoſdam, & vera humilitate deſtitutos in tumorem extollere, & extra ſe actos, in turgidas phantaſias diſpellere. Habet iſte prouinciam, quæ vota, & præcepta obſeruat, cernit tamen in aliquibus claudicare ſilentium, vagationes in aliis paulatim pullulare, exercitia quædam ſpiritualia tepeſcere, a nonnullis ciborum copiam affectari, vel placere, deuotionem non ita, vt prioribus annis vegetam eſſe. multos bonæ voluntatis plenos, & erga haſce obſeruantias optimè affectos reperit, putat ſe obſequium præſtare Deo, ſi quod in omnibus ſuæ Prouinciæ conuentibus, ob varios caſus, & reſpectus ſtabilire non poteſt, in aliquibus ſaltem diſponat: Superiores, & ſubditos eiuſdem farinæ in illis colligit, vacant iſti ſuis obſeruantijs, contraſignatur iſta noua collectio nouis appellationibus, ſcinditur Prouincia, ſolidiores Fratres nouitates non laudant, mutationes officiorum præſtolantur, vt radices diuiſionis conuellantur, illi timentes ab inſtituto diſturbari apud Romanam Curiam agunt, vt ſcripto aliquo ſuperiori in- *Caſus ſatuæ reformationis.*

po-

poſterum contra ictum fluuij totius prouinciæ ſubſtentari poſſint, interim nouæ leges concipiuntur, & deſcribuntur, & vt multitudine pugnari poſſit, per alias Prouincias fama diſtenditur, & per familiares literas noua reformatio ſuadetur, vnde non parua fit in toto ordine commotio, & conturbatio. Quæritur, an hoc ſit tentare nouitatem ordinis, & puniri poſſit iuxta ſtatutum. Reſpondeo affirmatiuè, & hoc eſſe illud præciſum, quod prohibere intendit religio, nouitates nimirum, quæ ex leuibus, & non neceſſariis principiis in magnam flammam excreſcere poſſunt. Nec video præter alia, quæ in ſtatuto recenſentur, quę nouitas cauſari poſſit in prouincia, niſi circa regularem obſeruantiam. Reſponſionis autem illa eſt ratio, quia ſalua obſeruãtia votorum, & præceptorum, & ex maiori parte regularium inſtitutorum, maxima temeritas eſt, ob actus, qui vix peccata venialia eſſe poſſunt, quæque a prudentibus ſuperioribus localibus ne dum prouincialibus, & generalibus, per frequentes viſitationes, ſi non extraordinarie zelantes ſint, quotidie emendantur, intentare diuiſionem in prouincia. Videntur enim peccare, vel ob ignorantiam, & puniendi ſunt, quia munus, quod ignorant, exercent, eò vel maxime, quia ignorantia in eo, qui ſcire tenetur, dolum ſapit, vel ob malitiam, & ambitionem, vt ſcilicet ad ſuos fines trahant obſeruantiam regularem, & faciant Deum ſeruire in peccatis ipſorum: & tunc ſeueriori vltione plectendi ſunt, nec vlla excuſatio adduci poteſt.

Diligentia Prælatorum circa reformationem.

Laudo tamen Prælatos, qui Dei zelo, & dulci aſperitate plenos, in ſubditis modica emendant, ne paulatim decidant, quia ſi ſufficit omnis maior diligentia, quæ adhibetur. *Meminiſſe debet ſemper Abbas* (inquit S. Benedictus in cap. 2. regul.) *quod eſt, meminiſſe quod dicitur, & ſcire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur, ſciat quam difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſeruire moribus.* ſciens inimicum ſuper ſeminare zizania *dum negligentius agerent prælati eccleſiarum*, vt inquit Auguſtinus & vigilare debet, *quaſi rationem redditurus pro animabus ſibi commiſſis.* heb. 13. *& qui lapſus fuerit, erit anima ſua pro anima illius.* Ezech. 3. vt dixerit Chriſoſtomus ho. 34. in epiſt. ad heb. *Miror ſi poteſt aliquis rectorum ſaluari.* Vnde compaſſioni ſubditorum commendat Auguſtinus ſuperiorem c. 2. regulæ. *Semper* (inquit) *cogitans Deo ſe pro vobis redditurum rationem, vnde vos magis obediendo, non ſolum veſtri, ſed etiam illius miſeremini, qui inter vos quantum in loco ſupe-*

Rectores difficile ſaluantur

riori tantum in periculo maiori verſatur. Debet præcipuè inuigilare ſuperior, non tantum in extirpandis maioribus, ſed etiam leuibus culpis. *cauenda eſt* (inquit S. Bonau. in 1. ala Seraphim) *negligentia exterioris diſciplinæ, quæ pro decore religionis, & habilitationis profectus ſpiritualis, ſtatuta eſt.* Quia teſte S. Ephrem de vita religioſ. *Magnum animarum naufragium, vbi canones, & recta vita inſtitutiones non vigent*. & maxime de paruis curandum, quia ſolent, vt plurimum ſperni, & tamen ſunt traduces maiorum, vt memoranda ſententia ſcripſit S. Io. Chriſoſtomus. *Mirandum, & inauditum audeo dicere, quod ſcilicet aliquando non tanto ſtudio maiora grauioraquè peccata, quam parua eſſe vitanda, maiora enim peccata vt auerſemur, ipſa per ſe efficiunt, minora vero dum contemnimus, obruunt nos.* & vt idem ait ho. 12. in cap. 7. ad Rom. *Fugiamus modica, magna ſiquidem ab illis naſcuntur, quiſquis enim ad quodlibet delictum dicit conſuetum illud*, nihil erit damni, *paulatim omnia perdet.* & Ignatius martyr epiſt. ad Policarpum ſuadet, *Vigila inobdormibilem ſpiritum poſſidens, ſecundum adiutorium Dei loquere.* De leuibus curandum.

Hinc legimus in regulis, & in vitis ſanctorum emendandas, & emendatas fuiſſe leues culpas acribus punitionibus, quia totus lapſus initium habet à modico, nemo enim *repente fit maximus.* & ideo ſi obſtetur principiis, media, nec fines ſuccedent. Totum hoc (quod ad liniendam criminalitatis aſperitatem delibaui) verum eſt, ac neceſſarium, & laudandum, ſed non tantæ conſiderationis, vt ad diuiſionem prouinciæ tamquam motiuũ inſeruire poſſit, quia iſti exceſſus, & defectus corrigi poſſunt in quolibet conuentu, & mirum eſt, quam fœlici euentu, ſi ſuperior viriliter, & prudenter operetur, & incipiat facere, & docere. Quia ſubditi, qui vota & præcepta obſeruant, facillimo negotio in accidentalibus corriguntur, ſicut de facili colorem, & venuſtatem recuperat, qui integras vires, & ſanitatem in corpore ſeruat.

Si autem opponas, qua ratione poſſit Generalis peccare circa diuiſionem ordi[illegible] quia cum ſit caput, & omnes ſibi ſubditos habere velit, & diuiſio principaliter ſit à capite, non apparet ratio, cur de diuiſione generalis notari poſſit.

Reſpondeo, certum eſſe, Generalem nolle diuiſiones a ſe ipſo, quaſi a ſe ablegets, & diſmembret prouinciam, vel congregationem, quia hoc eſſet contra lumen naturæ, deſtruere nimirum ſe ipſum, quem conſeruare tenetur, ſed hoc multimodè accidere Generales vnitatem affectant.

cidere poteſt. Primo ſi cerneret aliquam prouinciam, ſeu reformatam Congregationem non bene à Generalibus pro tempore gubernandam, vel rquè proſpicere, vt in poſterum rectè gubernetur, & illam a ſuis Prouincialibus eximat, & reformatorum ſuperiorum gubernio conſignet, cum aliqua relatione ad ſe ipſum, puta nominationis, aut confirmationis Vicarij, Commiſſarij, Viſitatoris generalis, cuiuſmodi aliquando ex mente Generalium accidit, ſicuti etiam per indultum apoſtolicum, iſta non eſſet immediata ſeparatio, quia tam reformati, quam eorum ſuperior generalibus ſubiacerent; ſed eſſet nouitas in ordine, quæ generalium authoritatem debilitaret, & poſſet in apertam ſciſſuram euadere. Secundo, ſi gubernium religionis immutaret, addendo nouas conſtitutiones, vel veteribus detrahendo, aut diuideret prouincias, vel illas vniret. Vel ſi alios officiales crearet, puta Aſſeſſores, Conſiliarios, Socios, Præpoſitos, Correctores, Præfectos, quorum nomenclatura, & officium in ordine Minorum non eſſet. Tertio, ſi permitteret præiudicium inferri religioni, puta ſi cederet locum inferiori in conſeſſu, proceſſionibuſque, ſi vtilia religioni priuilegia renunciaret, vel aliquem conuentum alijs religioſis, vel ſæcularibus concederet. Quarto, ſi relaxationes in ordine introduceret, vel introduci permitteret, acceptando legata, hæreditates, loca, quæ paupertati Minoricæ præiudicarent, impetrando diſpenſationes ſuper præceptis regulæ, vel priuilegia relaxatiua, per ſubreptitias ſupplicationes, & regularem ſtatum inuerteret, omnia enim hæc diuiſionem, & nouitates malas in ordine important, poſſuntque proportionaliter applicari Prouincialibus, & de iis in capitulis prouincialibus, & generalibus reſpectiuè exigi poſſet ratio in vim præſentis ſtatuti, ſaluis ijs, quæ iuxta ſtatuta facere poſſunt, de quibus nos in *cap.12.ſtat.12* fuſe egimus.

Contra, carcer qui fulminatur in hoc ſtatuto, *Generalis arbitrio* remittitur, ergo non tangit Generalem, qui ſeipſum punire non poteſt.

Reſpondeo, hæc reſtrictio reſpicit procurantes diuiſionem ordinis, quæ non præſumitur procurari à generalibus, nô autem apponitur in procurantibus diuiſionem, aut nouitatem prouinciæ, cæterum, cum diuiſio, & nouitates ſint ex ſe malę, neq; in perſona ipſius Generalis debêt eſſe inpunibiles, vnde in ſindicatu ipſius examinari, & puniri poſſunt, quia in ſindicatu errata corriguntur, & magis illa quæ ſunt officii, quam perſonæ

ca-

Capit.autē generale eſt ſupra Generalē. Sic ſi remittatur arbitrio iudicis, vulnerantem carcerare, & punire, ſi ipſe iudex aliquem vulneret, vel occidat, non propterea impunis euadit. Et ex nullo alio capite quia delictū eſt ex ſe malum, & punibile. Et in facti contingentia aliquos generales Ordine motos ſcimus, quia non ſecundum ſtatuta generalia gubernabant. adeſtquè formale præceptū regulæ. cap.8. *Si aliquo tempore appareret vniuerſitati Prouincialium, & Cuſtodum prædictum miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium, & communitatem Fratrum, teneantur prædicti Fratres, alium ſibi eligere &c.* non eſt igitur voluntarium, ſed præceptorium generalem deponere, vbi vtilis non iudicetur.

Quæſtio V. An ſi diuiſio, & nouitas procurentur apud Sedem Apoſtolicam & Romanam Curiam, puniri poſſint authores.

Reſp. diſtinguendo, ſi procuratores talium in impetratis literis à pœnis abſoluuntur, & tunc puniri non poſſunt. Sin autem puniendi ſunt, duplici titulo, & quia religionem offendunt, & quia Papam decipiunt. Offenſio religionis apparet ex vulnere, quod per bullam Apoſtolicam non ſanatur, ſed callo obducitur, & potenti cicatrice notatur. *Lætalius* enim eſt malum illatum religioni per manum Vicarii Chriſti, falſis informationibus decepti, quam ſi aliunde inferatur. Quia illud immedicabile eſt, vel difficilem ſortitur medicinam, iſtud faciliori emplaſtro curatur, fuiſſe autem ſurreptitiè, & obreptitiè impetrata à Sede Apoſtol. multa priuilegia puritati Regulę præiudicialia, nō dubitabit qui bullarium *Rodriguez*, annalia Ordinis, & religionis lapſum intuebitur. Nam qui nomine Fratrum minorum gaudent, & regulam non obſeruant, ij delinquentes prius, falſis deinde ſupplicationibus, & impetratis diſpenſationibus fulti, tandem conſuetudine, & Romanæ Eccleſiæ indulgentia ſub tali mutila obſeruantia habilitati reperiuntur. Licet enim reſcripta impetrata ſine mandato religionis valeant, *Sarn. in regul. de annal. quæſtion.32. numero octauo. Io. Paul. deciſ.78. cum alijs allegatis deciſionibus Rotæ apud Farin. deciſion. trigeſimaquarta numero ſexto.* Cri[illegible] Id intelligendum eſt de re fauorabili, non damnoſa. Vnde *in ſtatutis Ordinis capitulo octauo.* §.58. *numero ſexto.* prohibetur *Ne alius cuiuſuis gradus, vel conditionis exiſtat in negotijs Ordinis ſe ingerat, vel in Curia Romana, inconſultis Procuratore, & Commiſſario generalibus procurare audeat aliquod negotium niſi de expreſſo conſenſu ipſorum, vel Generalis facultate, ſub pœna priuationis actuum legitimorum, vel*

Reſcriptum ſine mandato impetratum quādo valeat

O *etiam*

etiam grauiori. & ipſiſmet Procuratoribus Generalibus prohibetur. *Ne vllo modo ſe de Fratribus, quoad Prouinciarum regimen, intromittant. Neque aliquid, vniuerſum ordinem, aut eius libertatem concernens, niſi de expreſſo generalis mandato, Procurare poſſint, aut procurari permittant.* vt ibidem numero ſeptimo. Nullus igitur habet mandatum ad intendendas nouitates in ordine, ſiue bonas, ſiue malas. Vnde omnis impetratio eſt nulla. Quia ipſiſmet procuratoribus nunquam cenſetur collata facultas procurandi, quod eſſet malum, & domino criminoſum, ob quod peccaret, & pœnam mereretur. *Gloſ in capitul. dilecto. vbi Imola. numero vigeſimoprimo. de præben Bartol. Iaſon. & alii communiter in l. 3. § ſi Filius. ff. quod quiſque vir. Curt. Iunior. conſ 49. fine.* & gratiæ iſtæ præiudiciales religioni, cum circa obſeruantiam regulæ, tum circa conſeruationem, vnitatem, & pacem ipſius ſemper ſunt ſubreptitię, quia nunquam Sũmi Põtifices ſunt bene informati de veritate precum, & ſi eſſent informati, quod hæc, aut illa conceſſio præiudicat Obſeruantiæ regulæ, & noxias nouitates inducit, vel non conceſſiſſent, vel difficulter. Quæ eſt doctrina communis de ſurreptione gratiarum, in qua defuit intentio concedentis, *Rota deciſ. 626. numero 5. parte prima inter impreſſas*, vnde tota gratia corruit. iuxta notata in *capitulo ſi motu proprio. de præb. in 6. Card. in conſ. 69. Felin. in cap. ad aures. numero primo de reſcrip. Ruinus conſ. 125. numero decimonono. libr. primo. Alex. conſ. 215. init. lib. ſeptimo Pariſ. conſ quarto. numero vigeſimoſeptimo. lib. ſecundo.* cum alijs apud *Gabriel. de clauſulis. concl 2. num. vigeſimo & 34.* & eſt *deciſio 451. par. 1. inter impreſſ. & in Cauſa Tullen. Monaſterii 19. Ian. 1609. coram Sacrato.* Et gratiæ Apoſtolicę habent incluſam conditionem, *ſi ita eſt, ſi preces veritati nitantur.* quia cum conſiſtant in facto, princeps falli poteſt. *Aegidius deciſ. 4. fin. in antiq.* quod reaſſumpſit *Felin. in c. ſuper literis numero ſecundo de reſcrip. in 6.* & vniuerſaliter non omnis falſitas, in ſupplicatione expreſſa, vel tacita vitiat gratiam, ſed illa, per quam motus eſt Pontifex ad concedendum, vel a conceſſione retardauit. *d. cap. ſuper literis.* & docuerunt *Innoc. in cap. poſtulaſti n. 1. de reſcript. Compoſtell. in cap. ſi proponente. numero ſecundo. eod. Lapus alleg. 89 numero ſexto Felin. in cap. in noſtra num. 19 coroll. 20. eod. cum Abb. Adde cap. 2. de Filiis præsbit. cap. ad aures. vbi Abb. numero 4. cum ſeqq. de reſcript.* & eſt communis dd. ſẽtentia, qui dicunt, gratiam eſſe ſubreptitiam, ſi concedatur, ad

Gratię contra bonum religionis ſunt ſurreptitiæ.

Et quando ſunt ſurreptitiæ.

ad petitionem Partis, etiamſi poſt narratiuam dicatur *motu proprio,& ex certa ſcientia.* vt multis probat *Baiard. ad Clarum q.59.n.81.& infra.*

An autem ob iſtas impetrationes puniri poſſint, affirmo. quia cum ſint ſurreptitiæ (preterquam quod ſunt ipſo iure nullæ, vt probat *Bellacomba tom. primo. comm. opin. libr. primo. tit. 20. de varijs reſcriptis. à numer. 132. ad fin.* & nulla ſint etiam omnia ex iiſdem conſecuta. Nam propter mendacium perditur priuilegium. *l. ſed ex parte. §. interaum ff. quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt. & l. qui cum ſe pro patre familias. ff. de re iudicata.* vbi dicitur *Qui cum ſe pro patre familias ſin. geret, mutuam pecuniam accepit, & exhæres a patre, vel emancipatus ſit, quamuis facere non poſſit debet condemnari.* vltra pœnam nullitatis meretur puniri ob damnum illatum religioni. & hoc non eſt punire ob recurſum ad Sedem Apoſtolicam, ſed ob damnum illatum religioni. Quod ſi S P N F. in ſuo Teſtamento vetuit in virtute S. Obedientiæ *Petere aliquã literã in Curia Romana pro ſe, vel ſuis Fratrib' neq. pro eccl. ſia, neq. pro aliquo loco neq. pro perſecutione ſuorum corporum.* An permitteret peti pro ſciſſura Ordinis, & pro violatione regulæ? & ſi iſte non eſt ſenſus allegatorum ſtatutorum, de non tractandis negotiis in Romana Curia, nullus alius eſſe poteſt, Vnde ſi quis impetraret breue à Papa de innouãdo regimine, vel diuidẽda, aut vniẽda religione, vel quid ſimile, ſine legitimo mandato capituli, aut Miniſtri Generalis, eſſet acriter puniendus de vſurpata iuriſdictione & auſu temerario. Non enim duraret religio, ſi cuique fas eſſet nouitates intentare. Hinc rationabiliter *Leo Decimus.* vetuit intentari exemptiones, & indulta contra regulam. Apud *Rodriguez tomo ſecun. quæſtion. 103. articulo ſecundo. & quæſtion. ſexageſimaquarta articulo primo. Portell. V. impetrare. Compend. priuil. V. exempti Fratres. §. 9. & 11.*

Idem dico de Procuratore generali, aut quouis alio, qui apud Protectorem Ordinis ageret, vt ipſe à Papa obtineret innouationem gubernii [illegible] prouinciarum, aut non neceſſarias reformationes, aut aliquid aliud quod vnitati Ordinis, & quieti incommodaret, vt aliquando accidit. Nec Eminentiſſimi DD. Protectores culpandi ſunt, ſi aliquando credentes plus nimio aliquibus, quos publici boni Zelatores exiſtimant, nouitates in ordinem introducunt, quas oportet poſtea cum ſucceſſoribus emendare, de quibus plena ſunt religionis anna-

O 2 lia.

Puniendi impetrantes gratias ſubreptitias.

lia. Quando igitur iuridicè conſtaret, aliquem decepiſſe D. Protectorem pro introducenda nouitate præiudiciali, puniri poſſet in vim præſentis ſtatuti, quia talis damni cauſa fuit. Eò vel maximè cum munus Protectoris ſit, religionem tueri in obſeruantia, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſubiectione, non in diuiſione, aut nouitate.

Quæſtio VI. Dicente ſtatuto *Vel Fratrum amotionem, aut nō amotionem per Prælatos &c. extra Ordinem ſuaſerit, vel procurauerit.* Dubitatur I. circa amotionem, An ſit reus ſtatuti, qui procurauerit per ſæculares remoueri aliquem Fratrem ſub quouis prætextu. II. circa non amotionem, An ſit puniendus, qui remanere procurauerit religioſum in ſuo conuentu, quem Prælatus aliò deſtinauerat. III. An ſit punibilis, ſi id procuret per D. Protectorem Ordinis, alioſq. magnos Principes.

Reſp. I. ſi aliquis eſſet pręiudicialis conuentui ob vitam ſcandaloſam vel ob malum, quod ſua præſentia cauſare poſſet, & monitò ſuperiore, eius remotio non obtineretur, poſſet procurari per perſonas, extra Ordinem exiſtentes. Quia quilibet tenetur procurare bonum ſuę communitatis, quod bono huius, aut illius, tamquam quid vniuerſalius præferendum eſt. Et licet malum ſit ad exteros recurrere, reputatur minus malum, comparatum maiori, ſcandali, & diuinę offenſę. ac proinde minus malum in illo caſu amittit rationem mali, & cum ſit præceptum poſitiuum cōparatum diuino, & naturali, deſinit eſſe pręceptum. *Azor. tomo primo. libr. ſecundo capitul. decimo octauo. quæſtion.* 4 *Vaſquez diſput.* 66. *cap. primo. initio, cap.* 4. *numero* 22. *p.* 2. *vbi Metina quæſt.* 19 *ar.* 6. *concluſ.* 4. & omnes alii communiter apud *Sanchez libr.* 2. *de matr. diſp.* 41. *num.* 45. *& in opere* Morali *libr.* 1. *c.* 10. *nu.* 16. *Cordub. lib.* 3. *q.* 5. *poſt* 2. *propoſ. in regula* 1. & eſt textus *in capit. duo mala. d.* 13. Neque poteſt dici, doctrinam eſſe veram, cogente neceſſitate ad alterutrius electionem, quaſi liberum ſit eligere, vel non eligere. Quia ſumus in iure diuino, & naturali, mandantibus de proximi boni, & communitatis cōſeruatione. & pręceptum habemus dicendi Eccleſię defectus Fratris, quos in fraterna correctione emendare non potuimus. Et omni iure tenemur peſtem, & ignem à domo noſtra remouere. Ergò ſi hoc non obtinetur per media intra religionem, poſſumus diuertere ad externa.

Minus malum permittitur ad vitandum maius.

Reſp. ſecundo, peccat mortaliter, & eſt puniendus, qui extra ſupradictum caſum, per ſeculares procurat remoueri Fratrem ab

aliquo

aliquo conuentu. Quia procedit contra charitatis,& iuſtitiæ ordinem, nam offendit Fratrem,& authoritatem ſuperioris, illum ſuo conuentu priuando, iſtum in neceſſitatem cogendo,& violētando. Supponit conclusio non adeſſe neceſſitatem euidentē, qua poſſit apud Prælatos Ordinis immediatè tractari. Ac proinde ſi ſecus fiat, moueri à mala voluntate, inuidia, Zelo indiscreto, quibus ſæculares ſcandalizat, reuelando religionis defectus.

Reſpondeo III. qui procurat Fratrem in aliquo conuentu remanere, quem Prælatus, aut capitulum remouere intendit ad obedientię exercitium, vel ad remouendas occaſiones lapſus, vel ſcandalorum, idq. miniſterio ſæcularium, grauiter peccat,& iuxta ſtatutum puniendus eſt. Quia cooperatur peccato inobedientię,& proprietatis illius Fratris, contra pręceptum regulæ cap. 6. *Fratres nihil ſibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem.* appropriat autem, dum permanere ſatagit contra voluntatem ſuperioris. Vt docet *S. Bernardinus in libello de proprietatibus voluntatis*. Non ſecus ac ſi veſtem, aut libros ſibi attinere vellet contradicente Prælato. adeſt ſcandalum, quia apud ſæculares deportatur ſuperior tamquam indiſcretus,& Fraternæ charitatis inimicus. datur occaſio ſubdito, in ſuis imperfectionibus inſordeſcendo. Finem enim regularem habere non poteſt, quia per iſta media ad inobedientię, & proprietatis vitia contendit, aut gulę, aut lubricæ conſuetudinis, aut corporalis cōmoditatis. Remane re in Cōuentu cōtra prælati placicum.

Dices. Iuuabitur in ſanitate corporis ſolo, cœlo, cibis. Quibus in alia domo carebit. Procurare autem ſalutem corporalē, non eſt malum, imo rationabile. Superior nihil horum ſciet, vel ſcientia non vtetur. Ad hæc, indiſcretione, vel fortaſſe malo animo mouebitur. Tandem ſæcularis iſta nouerit,& capax rerum monachalium exiſtet.

Reſpondeo ex Bernardo ſer. 30. in cant, *Legumina inquis ventoſa ſunt. caſeus ſtomacum grauat, lac capiti nocet, potum aquæ non ſuſtinet pectus. caules nutriunt malincoliam, choleram porri accendunt. piſces de ſtagno, aut de lutoſa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale eſt hoc, vt in omnibus Fluuis, agris, hortis, cellulis reperiri vix poſſit quod comedas, puta te quæſo monachum eſſe non medicum. nec de complexionibus iudicandum. ſed de profeſſione. Parce obſecro primum quieti tuæ, parce deinde quieti miniſtrantium, parce grauamini domus, parce conſcientiæ. Conſcientiæ non dico tuæ, ſed alterius, qui propter te ſedens,& edens de tua ſingularitate murmurat: et de tua ſuperſtitione ſcandalizatur.* Bernardi aurea ſententia circa cibos.

Nil melius. Peſſimè enim admittitur contra obedientiam,& propoſitum religionis cura corporis, & ventris, cum regnum Dei non ſit eſca, vel potus,& *ſi deſit ſpiritus, non adiuuat locus*. inquit *S*.Greg.ho.9.in Ezech. *idem enim Lot in Sodomis ſanctus extitit, in monte peccauit. nam ſi locus ſaluare potuiſſet, Sathan de cœlo non cecidiſſet*. & quod iſte dicit de ſanitate animæ, dici poteſt de ſalute corporis,quę facile amittitur in vno,aut altero loco, Verum,quia decet religioſum eſſe mendicum,non medicum, & ſicut vouendo obedientiam, ſuam voluntatem in manu ſuperioris repoſuit,ita etiã corpus ſuperiori gubernandum commiſit iuxta præſcriptum regulæ,in qua domorum appropriatio prohibetur. Et cum in qualibet Prouincia plures Conuentus exiſtant, quibus inſeruiendis multi deſtinantur Fratres, nulli ius eſt In hoc Conuentu morari velle,& ab alio diſcedere.

Quando ſubditus poteſt ſibi locum procurare.

Tenetur quidem(maximè in minorico inſtituto)Prælatus infirmorum curam ſedulam gerere,non tamen tenetur infirmos in eo conuentu curare, in, quo ipſi voluerint. Charitati proſpicere debet,ſed ſubditus non habet ius,ſibi, vbicumq.placuerit, prouidendi,& Prælatum,ſecundum ſuam voluntatem conueniendi. Rogare poterit,non tamen cogere. Excipio aliquos caſus, quibus ſubditus curari non poſſet,niſi in tali conuentu,quem ſi ſuperior negaret, videretur curationi Fratris opponi, ac ſuo muneri deeſſe. v.g. ſi podagricum è loco temperato remouere, & ad regionem frigidam ablegare vellet. *S*i calculos patienti, vel aſtmatico denegaret locum leuandæ infirmitati accommodatum,& ad oppoſitæ qualitatis locum mitteret. Si deſtinaret Fratrem ad aliquem conuentum, in quo ſciret ſe paſſurum ſcãdalum,aut in peccatum caſurum,aut ab inimicis ſuadendum. In his(inquam) vel ſimilibus caſibus. in quibus ſalus corporis, vel animæ periclitaretur, poſſet implorare ſæcularium opem, & ſuperioris duritiem emollire, ne remoueatur, aut ad conuentum, periculis obnoxium deſtinetur. Quia religioſus per votum obedientiæ non obligauit quoquo verſus animam,& corpus, ſed tãtum ad præſcriptum regulæ & in ijs, quæ naturali,aut diuino iuri non repugnant.vt cum communi affirmant *Rodrig.Cord.Sot. Molina,Sayrus,Salas,Ludouicus Lopez, Henriq.Leſſius, Sanchez, Portel*. & in primis S. *Thom. S.Bonauent*.aliiquè permulti,quos citat, & ſequitur *Hieron. Roder. reſolut*. 102. *numero quarto, quinto,ſexto. & infra*. Et ſicut ſubditus indigens medicamine ad recuperandam ſalutem, poſſet (ſi ei à ſuperiore negaretur) illud

illud apud ſæculares quærere, ita poſſet domicilium, ſi hoc iudicaretur neceſſarium ad recuperandam corporis ſalutem, & ad recuperandam imminentem infirmitatem, Iure ſiquidem naturali, corporis curam habere cogimur, quia nemo carnem ſuam odio habuit. Scio ſanctos aliquos vt corporis vires frangerent, ne contra ſpiritum validius inſurgerent, monaſteria inſalubria coluiſſe, vt Bernardus in Clarauallenſi Monaſterio, attamen ex operibus ſuper erogatorijs non poteſt formari regula generalis.

Dices. eſto ſuperior non declarauerit ſuam voluntatem, de remouendo Fratre à tali Conuentu, ſubditus tamẽ timens indè à capitulo remoueri, agat cum aliquo potenre pro remanſione, an peccet.

Reſp. affirmatiuè, quia ſtatutum non dicit, qui procurauerit remanere, poſtquam ſuperior ſe declarauerit, ſed *qui procurauerit amotionem, aut non amotionem.*

Dices iterum, Guardianus ſciens talem Fratrem vtilem eſſe ſuo Conuentui. Siue ad excipiendas confeſſiones, ſiue ad concionandum, ſiue ad peragenda negotia, vel ad conquirendas eleemoſynas, aduertat tamen ſuperiorem illum remouere velle, & ſollicitet aliquem ſæcularem, qui procuret contrarium, proponendo bonum publicum Conuentus, aut ciuitatis, an iſte puniendus ſit in rigore ſtatuti.

Reſpondeo, caſus iſte eſt practicabilis. & dico Guardianum non peccare, quia non facit, vt ſe obedientiæ opponat, vel vt approprìet locum, ſed vt bonum publicum promoueat, quod tenetur facere ipſe prouincialis pro ſuo munere, quod ſi non faciat, cenſetur malè informatus, vel inordinatus quo caſu poteſt ſubditus ſibi proſpicere. iuxta tit. *de ſupplenda neglig. prælat.* Immo *Menoch. de recuper. poſſ. remed.* 8. *nu.* 30. *&* 31. *Farin. q.* 93. *numero* 121. *Io. de Lignano in tract. de bello. capitulo* 102. *Franc. arias. eod. ver.* 44. affirmant, poſſe reſiſti iudici, vel officiali, quando iniuſtè exequuntur, in ſubſidium tantum, & quando iniuſtę executioni alias occurri, per recurſum, & appellationem, non poſſit. Quam doctrinam non applico in ea parte, qua vellet ſuperior ſubditum remouere, quia nulla ratio poteſt tueri ſubditum contra votum obedientiæ. Sed aio. non dedecere aliquando monere prælatum de neceſſitate, quam habet talis conuentus, vel ciuitas de perſona talis religioſi.

Quando iudici recurri non poſſit.

Reſpondeo quarto, Impetrare literas D. Protectoris Ordinis ad hunc effectum non eſt punibile, quia non eſt perſonæ extra ordinem, & licet per aliquas bullas *Greg. IX, Sixti IV. Iulij II. Greg. XIII.* apud *Compendium* V. *Protector ubi Card. & apud eundem in c. 12. regulæ q. 2. & Rodrig. tom. 3. q. 42. ar. 1.* Domini Protectores Ordinis noſtri nullam authoritatem habeant ſuper Fratres, & minus quoad concedendas obedientias, imò puniantur ſuſpenſione, & priuatione actuum legitimorum, qui cũ talibus obedientijs ambularent: ſed tantum habeant poteſtatem ſuper communitate, quando ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, vnitate fidei, & obſeruantia regulæ dehiſceret. Attamen multa de facto attribuũtur Dominis Protectoribus, quæ in dictis bullis non continentur. Hoc certum eſt, non eſſe perſonas extra ordinem conſtitutas, quia eiuſdem Ordinis ſunt Gubernatores, & Correctores.

Protectoris authoritas.

Reſp. V. Si quis moueretur ex deſiderio ſæculariũ, Epiſcopi, Principis, Ciuitatis, Regis, ad procurandum, quod aliquis Frater in aliquo conuentu remaneat: vel diſcedat, docendo illos media congrua, & opportuna intra, vel extra ordinem, non peccaret, quia ipſe non eſt primus motor, licet ſit director, & conſiliarius, ſuggerendo viam, per quam impetrare poſſet gratiam apud ſæculares, Non enim puniri mandantur agentes, & conſulentes. Ad hæc, plus vtilitatis percipere poſſet Conuentus ex remanſione Fratris iuxta deſiderium Principis, vel Regis, quam perciperet ex talis ſtatuti obſeruatione, quę reſpicit quidem diſciplinę regularis conſeruationem, ſed non intendit damnum religionis. Vide diſputata de Ambitu per fauores ſæcularium, in *Comment. c. 8. ſtat. 67. fol. 723.* quæ potiori iure valere debent in hoc caſu.

Dirigere ſæculares, quomodo remanere faciant, vel remoueri aliquem fratrem, quando eſt punibile.

Qua ratione excuſarem eum, qui in familiari colloquio cum Principe, vel Magnate, conquereretur de diſceſſu talis Fratris è Conuentu, cui erat apprimè vtilis: & illa, ex tali ſugeſtione ageret pro remouendo ſuperiore à tali propoſito, quia nullus prohibet, deuoto, ac confidenti Principi ſuam diſplicentiam aperire. Et per accidens eſt, quod ille ob id motus ſit ad ſcribendum, etiam ſi Frater de hoc effectu gaudeat, tamquam de re honeſta, & vtili. non enim publicantur defectus religionis, cũ Fratres paſſim amoueantur ſine nota, ad diſpoſitionem Capituli, & Prælati, & potius cedet in honorem Fratris, qui huic, & alteri conuentui aptus iudicatur, & bonum eſt, quod appetunt omnia.

Re-

Reſpond. ſexto. Hucvſque actum eſt de tractatu facto pro aliis, nunc dico, illum, qui pro remotione, aut remanſione ſua, per ſæculares ageret, vel agi permitteret, vel ſuaderet, reum eſſe ſtatuti. Ratio eſt, quia quod intuitu mei prohibetur alteri, multò magis prohibetur mihi. Quia *de quo minus, ergo de quo magis*, & *propter quod vnumquodque tale, & illud magis* cum regulis canonicis, *Ratum quis habere non poteſt, quod illius nomine non eſt geſtum. Ratihabitionem retrotrhai, & mandato non eſt dubium comparari. Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.* & è conuerſo. *Quod alicui ſuo nomine non licet, nec alieno licebit. Qui facit per alium perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum. Cum quid vna via probibetur alicui, ad id alia non debet admitti. de regul. iuris in 6.* Et quantum valeat ratihabitio in delictis, docet *Clarus quaſt.* 87. *ver. quæro nunquid.* vbi duo requiri ait in ratificatione, *Primum, quod delictum fuerit commiſſum nomine meo. Secundum, quod ego ſciens illud commiſſum fuiſſe nomine meo, illud tamquam factum nomine meo ratificem.* Et multos citat. Vbi Baiardus num. 16. ait, delictum cenſeri ratificatum ex eo quod commodum ad eum immediatè ex tali delicto perueniat, addens plura alia cum doctoribus. Ergo ſi ego procuro remanere, aut remoueri, & conſequenter ſum inobediens, & proprietarius, eadem ſaltem pæna mulctandus eſſem, qua mulctaretur alius, ſi pro me, vel meo nomine procuraret.

Procurās remotionem, aut remāſionē peccat

Ratihibitio in delictis.

Si dicas. Statutum punit, qui fratrum amotionem procurat, ergo fertur in alium.

Reſpondeo, ſic canon *ſi quis ſuadente*, excommunicat, qui clericum percutit, & tamen clericus ſe ipſum percutiens, in eundem incidit, ſic pœna homicidæ eſt mors, quæ tamen irrogatur etiam in eum, qui ſe occidere tentaſſet, quia ipſe etiam eſt homo. Imo plus punitur principalis, quam mediator. Et valde durum eſſet, ſi proxeneta puniretur, principalis tamen minime.

CAPI-

CAPITVLVM XVIII.

De Pœnis, ad ſæcularia tribunalia recurrentium.

Pœnæ recurrētiū. AMPLITVDO materiæ ex ſequentibus ſtatutis colligitur cap.7. §.5.num.56. *Qui ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ, ad Aduocatos, Procuratores, & Iudices ſæculares, vel quomodocumque ad ſæculare tribunal recurrerit, pro conſilio, aut auxilio petendo is actibus legitimis priuatus, grauius etiam mulctetur, arbitrio ſuperioris.* & num.57. *ſi quis ad locorum ordinarios eiſdem de cauſis recurſum habuerit, grauius etiam puniatur, Prouincialis, vel Generalis arbitrio.* & num. 58. *Quia vero nonnulli ſuæ profeſſionis immemores ad tribunalia prædicta quandoque appellant, & ad illa confugiunt, ſciant ſe eſſe, authoritate apoſtolica, ipſo facto excommunicatos, nec abſolui poſſe extra mortis articulum, niſi à Romano Pontifice, & inſuper de facto incurrere pœnas priuationis officiorum, inhabilitatis perpetuæ ad illa, & ad omnia alia, & vocis actiuæ, & paſſiuæ.* ſuper quibus ſit.

Quæſtio I. Quare regularibus interdictus ſit recurſus, & appellatio ad tribunalia ſæcularia.

Variæ circa exemptionem ſententiæ. Reſpondeo, altius venanda res eſt, exemptionem perſonarum, & locorum eccleſiaſticorum à ſæcularibus poteſtatibus eſſe de iure diuino, tenuit poſt alios *Rodrig.tom.2.quæſt.50. art.2. & quæſt.62. art.2.* authores citat *Roder.iunior.reſolut. 56. num. 1. & 2. & reſolut. 62.num. 1. & 2.* & quoad perſonas adducuntur *Nolite tangere Chriſtos meos. Pſal.* 104. *Ergo liberi ſunt filij. Matth.*17. & ſupponit Io. Papa in *c ſi imperator*. Tradit Gelaſius in *c.Conſtantinus cũ ſeqq.d 96.*firmauerunt Valentinianus, Theodoſius, & Archadius A.A. in *cap. continua* 11.*quæſt.*1. ex C.Theodoſiano *lib.16.tit.de epiſ.audien.cap.vlt.* recenſentes facta, & dicta magni Conſtantini in Nicena ſynodo, ſpecialiter illa *Vos a nemine iudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini.* Quoad Eccleſias adduntur exempla veteris teſtamenti. *Exod.* 21. de occidentibus, non dolo, ſed caſu. *Conſtituam tibi locum, in quem fugere debeas 3.reg.*1. *& Adonias timens regem tenuit cornu altaris.* & cap.2. *fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & tenuit cornu altaris.* & *Num.* 35. aſſignantur vr-

vrbes refugii. Bonorum autem eccleſiaſticorum exemptionem iuri poſitiuo eccleſiaſtico, ſiue pontificio aſſignant. Verum diligenter hanc quæſtionem examinauit *Couar. pract. qq. cap.* 31. & recenſitis duabus opinionibus de iure diuino, & humano, In prima concluſione reſoluit, quæ ſunt in clericis merè ſpiritualia, vt ordines, gradus, ſacramenta, difficultates de diuina lege, fide, ſacramentis, & alia huiuſmodi eſſe de iure diuino, ſecus ſæcularibus eſſet conceſſa poteſtas ſpiritualis, quod hæreticum eſt. In ſecunda, quæ non ſunt ſpiritualia, nec ad ſpiritualia pertinent, vt crimina, exactiones, tributa, &c. non eſſe de iure diuino, ſed humano pontificio, & imperatorio: quo ſublato, nullo modo clerici a poteſtate ſæculari eximerentur. Quippe, ante tales conſtitutiones, non eximebantur. In tertia, Potuit Pontifex clericos eximere, idque conueniẽs fuit. Quia habet poteſtatem ferendi leges circa regimen Eccleſiæ, cui maximè conducibile fuit iſta exemptio, ne clerici ſæcularibus immiſcerentur negotijs, ſed quietius diuinis vacarent myſteriis. Hinc iure quodam naturali dictante, totus orbis Chriſtianus in hanc libertatem conſenſit. In 4. Nullus princeps ſæcularis poteſt hanc exemptionem tollere, quia cum ſit Lex Papæ, qui eſt ſuper omnes, & ad vtilitatem Eccleſiæ maximè conducat, ſequitur non poſſe ab inferioribus abrogari. Quinimo ex ſententia Cardinalis *in cap. perpendimus. de ſent. excom. ad 7. oppoſ.* Neq. ſummus Pontifex poteſt illam in vniuerſum abrogare, Saltem (remiſſa aliquantis, per Cardinalis ſententia. Cum ſimus in iure poſitiuo) peccaret, ſicuti ſi abrogaret canonem *ſi quis ſuadente diabolo*. Quia vtrumq. eſſet nimis iniurioſum ordini, & clericatui. Hæc *Couarruuias*. Omiſſis aliis, quę ſubtiliter diſputat.

Mere ſpiritualia vt excẽpta

Temporalia.

Ius pontificium.

Exẽptio abrogari quando poſſit.

Equidẽ teſtimonia, quæ hanc exemptionẽ iuris Diuini faciũt, non ſatis vrgere video. Illud enim *Nolite tangere Chriſtos meos*, non ſpectat ad iuriſdictionem, ſed ad moralitatem, vnde ſubiungit, *& in prophetis meis nolite malignari.* id eſt nolite detrahere vel gladio linguæ, aut virga verberare, inter hos reges ſunt, vnde Dauid occidi iuſſit Amalecitam, eo quod non timuit *mittere manum ſuam in Chriſtum domini* 2. *reg.* 1. Illud de filiis apud Matthęum, intelligitur de Chriſto, de quo quæſitum fuerat *Magiſter veſter non ſoluit tributum.* & Chriſtus volens oſtendere ſe non teneri, intulit illud de filio, non de apoſtolis, aut aliis fideli,

delibus. Exempla Adoniæ, & Ioab, potius in contrarium retorquentur, quia ibi confoſſi fuere, etiam ſi oleat templum aliquid diuini, cui parcendum ſit, quippe eò non confugiſſent, niſi aſilum ſe inuenturos ſperaſſent. Ciuitates refugii, frigide ad immunitatem eccleſiaſticam aptantur. quia ipſæ ciuitates, & ſi ordinis leuitici erant, tamen regibus ſuberant, vnde potius ad vmbram, quam ad veritatem ſpectant, ſed quidquid ſit.

Vbi exẽptio tradatur; Iura, quæ eximunt eccleſiaſticos a ſæcularium iuriſdictione, collegit Gratianus 11. *q.* 1 *& videntur in tit. de iudicijs c. at ſi clerici c. clerici c. qualiter & quando c cum non ab homine. & de foro comp. c.* 2 *c ſignificaſti c. ſi diligenti.* Hinc citata verba Conſtantini apud Ruffinum *lib.* 10 *hiſt. capitulo ſecundo. Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis tribuit, de nobis quoque iudicandi. vos vero non poteſtis ab hominibus iudicari* & in Cod. Theodoſ. lib. 7. de epiſ. & cler. *Vt clerici minime ad curias deuocentur, ſed immunitate pleniſſima gaudeant.* & eod. lib. 45. 46. 47. Theodoſius, & Valentin. reuocantes iniquas Iuliani leges, aiũt, *Clericos item, quos indiſcretim ad ſæcular. s iudices debere deduci, infauſtus præſumptor edixerat. Epiſcopali audientiæ reſeruamus. Fas enim non eſt, vt diuini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur imperio.* Friderius 2. reuocans Nouellam 83. *collat.* 6. *tit.* 12. & in C. de Epiſ. & cler. in Auth. *Statuimus* (inquit) *vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili, trahere ad iudicium ſæculare præſumat. Quod ſi actor fuerit, iure ſuo cedat, iudicatum non teneat, & index ex tunc iudicandi poteſtate priuetur.* Quæ loca, non ſolum criminalem, ſed etiam ciuilem exemptionem hominibus Deo dicatis concedunt.

Et quoad bona ſacra, vt Eccleſiæ vaſa, veſtes &c. conſtat in *d.* 19. *c. quæ ſemel.* cum ſequentibus. & *de conſ. d. p. c. ligna.* & ſeqq. & *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ.* ſi ſacra non ſint, ſed eccleſiis oblata, vt beneficialia. conſtat ex *cap. non minus. & cap. aduerſus. de immun. eccleſ. & cap. primo eod. in* 6. *& Clem. eod. capitulo primo. de exceſſion. Prælat c. quamquam. de immun. in* 6. ſi tandem ſint patrimonialia, vel adquiſita, patet ex. *cap. ſancitum.* 23. *quæſtion.* 8. *de cenſib. c. aduerſus de immun. eccleſ. c vlt. de vita, & hon. cler. c. quamquam. de cenſib. in* 6. *c. eccleſi.* 1. *de conſtit. vbi* Canoniſtę *& l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi legiſtæ.

In

In his omnibus comprahenduntur Regulares, quia Clerici ſunt, ſpecialiter in *cap. de perſona* 11.*quæſt.* 1. *& cap. Clericis de imm. eccleſ. in* 6. *cap. non minus cap. aduerſum. eod. Auth. ſtatuimus* C.*de epiſ. & cler.* & nomine regularium veniunt Monachi, Moniales, Nouitii, Conuerſi, *cap. non dubium. cap. ex tenore. cap. de Monialibus, de ſent. excom. cap. religioſo eod. in* 6. *cap. quam ſit neceſſarium* 18.*q.*2. ac Tertiarii in monaſteriis viuentes, ſiue vota eſſentialia emittant, ſiue non, dummodo ſuæ religionis habitum geſtent. *cap. duo ſunt* 12.*quæſt.*1. *cap. quiſquis* 17.*quæſt.*4. legantur *Rodri. tom.*2.*quæſt.*65. *ar.*5.*quæſt.*72.*ar.*1. *Mirand. tom.* 1.*quæſt.*29.*&* 36. Quo iure regulares ſint exempti.

Addo iura recentiora. *Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. cap.* 43. *relat. in cap. nimis de iur. iur. & ſub Leon. X. ſeſſ.* 9. *Colonienſe an.* 1536. *par.* 9. *cap.* 20. *Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de refor.* & quoad regulares exemptos ab Epiſcopis, & ordinariis, Clem. IV. eximit fratres ab ordinariorum iuriſdictione in omnibus, & per omnia, itaut apud ipſos conueniri non poſſint, nec ratione delicti, nec contractus, nec rei cuiuſquam, reuocatquè conſtitutionem Innocentii IV. Idem fecit Nicolaus IV. ſupponendo Fratres Minores immediatè Romanæ Eccleſię, tam quoad perſonas, quam quoad bona. Confirmauit Bonifacius VIII. & Benedictus XI. eximens etiam ratione delicti, & rei exiſtentis extra loca fratrū. Idem conceſſit Martinus V. quoad fratres prædicatores, & quidem ampliſſimè, confirmans literas Bonifacii IX. vt etiam fecit Eugenius IV. pro eodem ordine, & Nicolaus V excommunicat ordinarios, qui fratres moleſtare præſumunt, & Sixtus IV. eoſdem priuat, & inhabilitat ad omnia officia &c. ſi fratres Minores, & Prædicatores, contra tenorem ſuorum priuilegiorum moleſtent, & plura alia inuenies apud *Compend. priuil. V. exemptio.* Et quoad materiam appellationis, & recurſus adeſt bulla Iulii II. quæ prohibet fratribus ordinis Prædicatorum ſub pœna excommunicationis, ne a mandatis, & ordinationibus ſuorum prælatorum appellent, & iudicibus ne appellationes recipiant, vt in eodem *Compendio V. appellare nam.* 3. & Greg. XIII. (quem citat ſtatutum,) in *conſt.* 43. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſedi apoſtolicæ reſeruatæ, & priuationis officiorum vetuit fratribus Minoribus de obſeruantia, ne ad tribunalia ſæcularia appellent, conceſſa ipſis licentia appellandi à Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, à Protectore ad Papam. quod etiam decreuit Recurſus ad ſæculā ria tribunalia regularibus vetitus.

S.

*S.Cong.regul.an.*1587. & Sixtus V. eodem anno in bulla *Ad Romanum ſpectat Pontificem*, in qua comprehendit Fratres, & Moniales, in eod. *Comp. V. appell in adnot. Cappuccini*.

Quare regulares ſint a ſæcularibus exempti.

Ex his deducuntur rationes huius exemptionis. Prima, quia Deo mancipati. Secunda, quia eorum quieti, & tranquillitati conducit. Tertia, quia adumbratũ reperitur in S. Scriptura. Quarta, quia nimis a ſæcularibus grauarentur, & peſſum iret diſciplina regularis, vt appoſitè contra quendam Epiſcopum notauit *Portel.V. exemptio in addit.* citans *Alexandrum 4. & Aluarum de planctu eccleſ.* relatos a *Rodrig. dicto tom. 2. quæſt.63.* qui 24 grauamina ab Epiſcopis & Clericis illata Monachis referunt, vnde neceſſarium fuit, religioſos ab eorumdem vexationibus liberare, eò vel maximè cum ſæculares, & ordinarii leges monachales ignorent, & agere coram illis de regularis obſeruantiæ ſubtilitatibus, eſſet diſputare de ceremoniis, & difficultatibus legis apud Feſtum, & Felicem. Quinta, quia non expedit defectus religioſorum extra religionem educere, cum æque poſſint apud eoſdem examinari, & puniri. Sexta, vt inquietis, & indiſciplinatis pœnas euadendi præcludatur occaſio, de qua re legendus eſt *Peirinus tom. 1. quæſt. 1. capitulo 20. §. dico quarto.* Quoniam autem hæc claſſica, & dogmatica ferè quæſtio eſt ſatis impugnata ab hæreticis, & peruerſis principibus, inter quos qui chriſtianæ religioni magis infenſi fuere, clericos, & religioſos circa exemptionem vexauerunt: nobiſque ſatis ſuit pro delibatione materiæ, his paucis contenti erimus, qui plura volet, legat *Couar. & Sotum citatos Rodrig. item ac Mirandam, Martam de iuriſdict. par. 2. cap 6. Almain. tract. de epiſc pot. cap. 8. Driedonẽ lib. 1. de libert. chr. cap. 9. Bellarmin. in opuſ. de exemp. clericorum Valent. tom. 4. diſp. 9 quæſt. 5. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 12. Tannerum in defenſo. eccleſ liber t. lib. 1. cap. 17. Suar. in defenſ. Eccleſ. catholic. lib. 4. cap. 9. Nau in cap. nouit. de iudic. notab. 6. Pighium lib. 4. de cœleſti hier. Salas de legib. tract. 14 diſp. 9 lect. 5. Leiman lib. quar. tract 9. per multa cap. Medinam C. de reſtit. quæſt. 15. Salon. 2. 2. quæſt 67. ar. 1. contr. 1. Dian. 1. par. tract. de immun. eccleſ. reſolut* 1. 2. 3. & multos alios ab his citatos, Theologos, Canoniſtas, & Legiſtas.

Petere conſiliũ, an ſit malum.

Quæſtio II. dicente ſtatuto. *Pro conſilio, aut auxilio petendo.* dubitatur de eius iuſtitia, quia nullum malum eſt, petere conſilium a peritis, & auxilium in oppreſſionibus, & ſicuti nullum malum eſt recurrere ad medicum pro conſilio in ægritudine,

ne, & in ſtructura conuentus ad architectum, ita neque erit malum recurrere ad aduocatos, & procuratores pro conſilio in criminalibus. Quinimo in noſtra *Practica tit. de patrono. fol. 38.* dicitur. *Ingrauiſſima aliqua cauſa, cui triremium, carceris, torturæ, & infamiæ, vel ſimilium pœna imponenda eſſet, poterit patronus peritum aliquem deuotum, & ſecretum ſæcularem adire pro conſilio.* cur igitur in ſtatuto vetatur, & punitur? maximè cum moneamur à Salomone *Conſilium a ſapiente perquirere, & qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia, prou. 13 fili mi ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non te pœnitebit. eccleſ. 32. & alia apud Soliant. V. conſilium.*

Reſpondeo non abſolutè prohibetur peti conſilium, & auxilium, ſed *ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ*. ſub qua ratione induit naturam vltionis, recurſus, & appellationis cuiuſdam, quod non eſt alienum à more loquendi iuriſperitorum. Nam conſilium præbere, & exercere dicitur Prætor, qui conſilium cogit. *l. 1. ff. de off. conſul. & l. 2. ff. de off. eius cui mandata eſt iuriſdictio. & l alia ſentit.* manumittere prohibetur minor annis viginti. Hoc autem Conſilium erat certus quidem cognitionum dies pro manumiſſione. *dicta l. 2. ff. eius cui mandat.* & Conſiliũ propriè eſt conſeſſus eorum, qui cauſas cum prætore cognoſcunt, vt *Prateius* aduertit, vt idem ſit *Conſilium* quod *Concilium.* per ea quæ fusè docet *Lucas de penna ad 12. lib. C. tit. de ſilentiarijs 16. à num 2. ad 6.* dicens vocari *Conſilium* à communi intentione, quaſi *Conſidium* mutata *D* in *L*. Vel à communi ſilentio, quaſi *con* & *ſileo.* quia conſiliarij tacere debent, & aliqui per C. & non per S ſcribendum putant vt *Concilium* à *con*, & *cio. cis.* quaſi conuocatio. Nec multum differunt, *Concilium*, & *Iudicium.* nam antiquis idem fuit *conſulere*, & *iudicare*, hoc eſt de vtili, & honeſto decernere. Hinc ſenatus conſultus dictus fuit, & niſi iudicia eſſent decontentioſis, & conſilia de voluntarijs, idem omninò eſſent, *l. 2. ff. de off. proconſ.* & apud *Oldradum*, & *Prateium*. Verum hanc legalem acceptionem intendiſſe ſtatutum, non affirmo, ſed ſolum accepiſſe *conſilium* in communi vſu loquendi, dum de qualibet re dubia ad prudentiores recurrimus, vt eorumdem ſententiam in deliberando audiamus, prout accipitur *12. quæſt 4.* per totum, & caſus erit, Titius fuit deſtitutus officio, putat ſibi illatam iniuriam, recurrit ad peritos, aduocatos, procuratores, ad iudicem aliquem, narrat factum, petit conſilium, qua ratione emergere poſſit ex lata ſententia, implo-

Conſilii, & Concilii acceptiones.

plo-

ploratquè illorum opem, hic eſt literalis ſenſus ſtatuti, iuxta quem

Petens cō filium, vt puniēdus

Dico hunc peccare mortaliter, & eſſe puniendum. Primo, quia ſecreta religionis propalat. Secundo, quia contra ſuos iudices, contra iuris ordinem inſurgit, & facit quantum in ſe eſt, vt ſententiam eorum annullet, præparando arma contra illam. Tertio, quia in terminis ſtatuti delinquit in re graui, maximè cum in religione non deſint, ad quos pro conſilio recurri poſſit.

Dices, eſto deſint in religione periti conſultores, ſententiatus nullum talem adeſſe imaginetur; omnes inimicos, & ſuſpectos habeat, teneatque ſibi illatam fuiſſe iniuriam, an in his caſibus poſſit ad exteros recurrere.

Reſpondeo negatiuè. Tum quia caſus eſt metaphiſicus: tum quia falſa imaginatio, quæ probari non poterit, potius ſtultum quam legitimum conſtituet. Habemus certos recurrendi tramites in religione. poterit appellare ad Prælatos maiores, & interim iniuſtitiam pati, quouſquè releuetur. Si hæc ianua aperiatur, facilè peruadent ſecularium tribunalia religioſorum querelæ.

Dices ſecundo, ſaltem poterit ad alios regulares pro conſilio recurrere.

Reſpondeo ex vi Statuti puniri non poſſet, quia nomine ſæcularium non veniunt regulares. puniendus tamen eſſet, tamquam ſecretorum reuelator. vt adnotauimus in *Comm. ad ſtat. c.7. ſtat.5. caſ.3 & 4.*

Dices tertio, petet conſilium àdeuotis, & rerum religionis Gnaris.

Reſpondeo, in loco mox citato dixi, non peccare mortaliter, qui ſecreta Ordinis reuelaret perſonis, quæ non ſcandalizarentur, vt Medico morbum gallicum, aduocato ſuas defenſiones. quia quilibet ſibi proſpicere poteſt, & ſuo iure in neceſſitatibus vti. nunc dico, Si ſiſtamus in mera Conſilii acceptione, & depuremus omnes circumſtantias illud malignantes, ſcandali, diffamationis, detractionis &c. non eſſe damnabile petere conſilium quando quis vera neceſſitate vrgetur, ſicuti cui conceſſum eſſet ſuam poſſeſſionem defendere, ſi ea de facto ſpoliaretur, poſſet propter hanc cauſam ad iudices ſæculares recurrere, & eorum nudum auxilium inuocare. *Rota* apud *Achillinam in vna Terraconenſi villæ de Ren.* 14. *Decembris* 1592. *& in altera Salmanticenſi canonicatus* 4. *Maij* 1595. *apud Farinacium in deciſ. criminal.*

*minal.deciſ.*103.*num.*3. Attamen in caſu ſtatuti præſens doctrina applicari non poteſt. quia conſilium eſt circa futura, non præterita. Quia ex S. *Thom.*2.2.*q.*52.*art.*3. Conſilium eſt inquiſitio eorum tantum, quę ſunt ad finem operabilium à nobis, non minorum, nec determinatorum. & ſecundum Tullium 1. rhetor. faciendi, & non faciendi excogitata ratio. Vnde in dubiis tantum peti ſolet conſilium. *c.viſit.*16.*q.*2.*& c.excellentiſſimus.*11.*q.*3.*& c.final.d.*20 & ſecundum leges Conſilium eſt ſuaſio, vel inſtructio, vel impulſio ad aliquid faciendum. *l.in furti §.rectè.ff de furt.l.his.qui §.diuus.ff de tutor.& curat.dandis ab his.* Qui autem fuit ſententiatus, iam paſſus eſt damnum, ergo non poteſt illud conſilio reparare, ſed debet procurare reuocationem per viam recurſus, & appellationis, ad quos ſpectat. hoc autem non indiget tam extraordinario conſilio. & ſic non conſulitur de facto, ſed de faciendo. Quod adducitur de medico &c. non facit ad rem, quia præſens infirmitas corporis quærit remedium, vbi fuerit. & ad Aduocatos non recurrimus, niſi de ſuperiorum licentia. releuatio autē à recepta iniuſtitia non reſidet, niſi apud Prælatos, iuxta leges religionis. In malo verò inferendo, quando alia via in religione non appareat, ſentio poſſe aliquem religioſum ad exteros recurrere pro conſilio, ex iure naturæ, quod ſuperat omne poſitiuum. *l.non putauit.* §.*ſi quis emancipatum.ff.de contra.ta.l.ſi quis poſthumus init.ff.de lib.& poſth.* quia vbi agatur de pœna triremium, perpetui carceris &c. poterit reus pro ſuis defenſionibus faciendis, ſi in religione conſiliarium non habeat, ad aliquem ſæcularem peritum recurrere, de ſuperioris licentia.

Quæſtio 3. Quæ culpa ſit ad Ordinarios recurrere. Et cur ad eos recurrentes grauius puniri mandantur.

Reſpōdeo I, ordinarii in exemptos nullam iuriſdictionem habēt, vt ſupra relatum eſt. votum enim obedientiæ nuncupatum in manibus prælatorum ordinis regulares Epiſcopis nō ſubmittit. Quam rationem adferunt nonnulli pro regularium exemptione ab Epiſcopis. ex S.*Th in* 1.*d* 44.*q.*2.*ar.*4. apud *Leyman lib.*4.*tract.*5.*c.*9.*n.*3. *Sanch.lib.*6.*c.*1.*n.*11. *Lezanam to.*1.*c.*14.*n.*2 Verum non ſufficienter, quia ante Calcedonenſe concilium. Religioſi Epiſcopis ſubdebantur. quod inſinuat euidenter exēptio poſt hæc tempora conceſſa per apoſtolicas ſanctiones. Nō enim eximerentur, niſi ſubditi fuiſſent. *Rodrig.tomo.*2.*q* 63. *art.*1.2.3. *Henriquez de Indulg.c.*24. *Villal.b.*2.*p.ſum.tract.*35 *diff.*4. Non

Ordinarii in exemptos iuriſdictionē non habent.

P ſunt

Digitized by Google

ſunt igitur regularium ſuperiores Epiſcopi,& ideo dum ad illos recurritur pro iuſtitia,ad incompetentes iudices habetur recurſus. Excipio caſum,quo quis poſſet impune petere à laicis conſilium,quia tunc multo magis poterit ab Epiſcopis.

Reſpondeo II. Cum ex antiquo iure Epiſcopi eſſent regularium ſuperiores, & quotidiè non ceſſent ſibi aliquam in exemptos iuriſdictionem arrogare,vnde lites poſtea,& iurgia oriũtur de conſuetudine introducta, vel non introducta. ideo optimè factum eſt vt recurſus ad Epiſcopos acrius puniatur,quam ſi fieret ad laicos. Nam iſti nullo iure ſe tueri poſſunt, aut præſcribere iuriſdictionem ſuper religioſos, quia ſpiritualis iuriſdictionis ſunt incapaces. *c. cauſam de reſcrip. c. ſacerdotibus* 11. q. 1. cuius ex oppoſito maximè ſunt capaces Epiſcopi. ideo ad extinguendas lites,acrius inſurgit religio.

Laici incapaces iuriſdictionis ſpiritualis.

Reſp. 3. ſi loquamur de vero recurſu, & appellatione, regulares ad Epiſcopos recurrentes ſunt ipſo facto excommunicati, officiis deſtituti,& ad alia inhabilitati, cũ iactura iuris ſuffragiorum per bullam citatam Greg. XIII. *quoniam noſtro*. illis verbis. *Ne quis prouincialis,aut alius cuiuſcumq. ſtatus gradus, conditionis,Ordinis huiuſmodi religioſus, aut religioſa ad ipſa tribunalia ſæcularia quouis prætextu,aut quæſito colore, appellare,et illa præterea,quoquo modo adire audeant, vel præſumant.* & alias ſupra item citatas,& diuerſis ordinibus conceſſas. Nomine autem ſæcularium tribunalium, veniunt etiam eccleſiaſticorum, ex nota diſtinctione Clericorum regularium,& Clericorum ſecularium,quia iſti in ſæculo,illi in clauſtris morantur. Verum quidem eſt, *Sæculare* aliquando accipi vt contra diſtinctum ad *Eccleſiaſticum*. quo ſenſu idem ſonat, ac *Laicum* prout accipitur per totam d. 88. in qua clericis ſæcularia negotia inhibentur. & aliquando latius. prout importat ſæcu'ares affectus,& diuinæ legi parum conformes,cuiuſmodi accepit Paulus, quando dixit *Nemo militans Deo,implicat ſe negotijs ſæcularibus*.& refertur, *in c. multa ſunt. Ne clerici, vel Monachi ſæcularibus neg. ſe immiſceant. fin.* quæ negotia numerantur,tum ibi, tum fuſius ab *Hoſtienſe in ſum. lib. 3. eod.* nimirum turpe lucrum, iniuſta munerum acceptio,contentiones,lites,& iurgia, diſputationes inutiles ioculatores,aleatores,ornamenta vana,gula,pondera iniuſta, ac negotia,canes venatici,nugæ,&c. hæc,& ſimilia,peccata ſunt,& nomine ſæculi confunduntur. Quia carni & ſanguini innixa opponuntur Deo,& Chriſto. Vnde paſſim in Sac. Scriptura legimus *Mundus eũ non cognouit, Mũdus vos odit, Non eſtis de hoc mundo*.

Tribunalia Epiſcoporum ſunt ſæcularia

Negotia ſæcularia

mundo. & communiter dicimus de religioſis, *exire de ſaeculo relinquere mundum*. Itaque ex notatis per *Panorm. in d. tit. ne cleric. vel mon. in rubrica, & Innoc. & Io. And.* ſaeculum latiſsime acceptum vitiat etiam ipſos laicos, quia *laicus* idem eſt, ac *popularis*, a verbo Graeco *Lagos* quod *populum* ſignificat, nec in malam partem vniuerſaliter accipitur, ne totum populum condemnemus, ſed prout contra diſtinguitur ad eos, qui peculiari iure Deo mancipati non ſunt, vt clerici omnes, qui in partem domini adſciti ſunt. Minus latè denotat laicos contradiſtinctos ad eccleſiaſticos. *Stricte* importat laicos, & clericos, prout ad regulares opponuntur. Quia etiam Clerici de facto ſecularia negotia tractant, domorum, conſanguineorum, bonorum, legum, litium, & vno verbo, *commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* & ſic cit. Hoſtienſis ait, *In principio huius libri tractat author de vita, & honeſtate clericorum, tam ſecularium, quam regularium & lib. 5. tit. ne praelati vices ſuas nu. 4.* quaerit. *Quae eſt ratio, quod ſaecularis conuictus per modum inquiſitionis degradetur, & non regularis.* & lib. 3. de relig. dom. n. 7 quaerit, *vtrum religioſi poſſint fieri ſaeculares*. & ſaepius repetit clericos ſaeculares. Dico igitur nomine *tribunalium ſaecularium* etiam epiſcopalia comprahendi, & proindè excommunicatos eſſe, qui ad illa confugiunt. Hoc dixerim, quia in communi prohibitione ſub cenſuris, quas infra fuſius adducemus, ſolum vetatur recurſus ad tribunalia ſaecularia, ſub quorum nomine, ſi epiſcopi non veniunt, neque recurrentes ad ipſos excommunicarentur, attamen, quia plus periculi, et praeiudicii nobis imminet ex recurſu ad ordinarios, quam ad ſeculares, ipſamet ratio dictat, ſancitas eſſe penas etiam contra iſtos, colligitur ex ſtatuto dicente. *Ad tribunalia praedicta quandoq. appellant, ſciant ſe eſſe excommunicatos.* & prius prohibuerat recurſum ad tribunalia ſecularia, & ad epiſcopos.

Verum diſputant multi, in quibus caſibus poſsimus ad Epiſcopos recurrere, & breuiter.

Primus eſt, pro abſolutionibus, & diſpēſationibus illorū caſuū, qui sūt reſeruati epiſcopis, priuatiue quo ad regulares, prout sūt irregularitates, ex delicto occulto *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de ref. Sanch. lib. 4. c. 39. num. 32. Suar. lib. 4. de relig. tract. 8. lib. 2 cap 12. num. 12 Rodrig. tom. 1. quaeſt 20. & tom. 2. quaeſt. 63. ar. 29. & alii quos citat Hier. Roder. reſolut. 3. nu. 15. & reſolut. 63. nu. 24.* excipiunt tamen, quando eadem authoritas eſſet conceſſa prelatis regularibus, quia tunc ceſſante fine ceſſat recurſus. Quod ſi cōcedatur,

Laicus.

Epiſcopi in quibus caſibus poſſunt procedere contra regulares

numquam pro his caſibus recurrere poterunt, quia (vt latè diſputaui in meis *Comment. c. 2. ſtat. 12.*) maiorem, & ampliorem facultatem diſpenſandi, & abſoluendi habẽt Prælati regulares, quam ſeculares, & ita mihi ſemel conſulenti Dominum Coccinum, & Rotæ Decanum, & S Pœnitentiariæ Regentem pro quibuſdam caſibus, qui e partibus mihi commiſſi fuerant, reſpondit ipſe Prælatus. Miror quod vos ad *S.* Pœnitentiariam confugiatis, cum in veſtris priuilegiis maiorem Pœnitentiaria facultatem habeatis, ſicuti de facto eſt. Ampliant caſum, non tãtum in authoritatis defectu, ſed etiam in Prelati regularis abſentia, in qua per Epicheiam poſſit ſubditus ab Epiſcopo abſolui, non ſolum ab iis, quæ poteſt ſupra ſuos ſubditos, ſed etiam à reſeruatis Superiori regulari, vt defendi poſſe in puncto iuris affirmat cit. *Roder. Iunior reſolut. 3. n. 15.*

2. Si ſit notoriè excommunicatus, poteſt denunciari per ordinarium.

3. Si delinquat extra Clauſtra, poteſt capi, & præſentari ſuo iudici, vt puniatur. *Trid. ſeſſ. 6. c. 3 de reform. Domin. in c. quamuis. §. inferiores. de elect. in 6.*

4. In materia fidei, hæreſis &c. ſuper quæ Epiſcopi ſunt delegati Apoſtol. *c. ad abolendam. §. fin. de heret.*

5. In ſpectantibus ad curam animarum. *c. 1. de priuileg. Greg. XV. in conſtit. de exempt. priuileg. Trid. ſeſſ. 7. c. 7. de ref.*

6. De cura hoſpitalium, & Monialium quoad Clauſuram, redditus, electiones, profeſſiones. *Clem. quia contingit de relig. dom. Trid ſeſſ. 25. c. 5. & 1. 16. Greg. XV. cit.*

7. Si vagentur ſine licentia prælatorũ *Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de reg.*

8. Si matrimonio contrahendo prſint, ſine licentia parochi *Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matr.*

9. Si prædicent extra ſua eccleſias ſine licentia Epiſcopi. *Trid. ſeſſ. 5. c. 2. de refor.*

10. Si extra Monaſterium degant, in cauſis mercedum miſerabilium perſonarum, & in ciuilibus. *Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de regul.*

11. Circa controuerſias in proceſſionibus. *Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de regul.*

Vide iſtos, & alios caſus apud cit. *Roder. Iun. reſolut. 63. numero 24. Lezan tomo primo. cap. 1. Alphonſ. de Leone, Recolect. 2. a num. 466. & 486. Riccium Pariſium, Portellum, Sanchez, Barboſam, Vulpem. citatos ab eodem Alphonſo numero 488.* Qui etiam diſputat, an Epiſcopi in caſibus ſibi permiſſis poſ-

miſſis poſſint cogere regulares per cenſuras. & relata opinione affirmante, oppoſitum reſoluit, quia Concilium declarauit quoſdam caſus in quibus concedit poſſe Epiſcopos cogere per cenſuras, ergo alia, per regulam exceptionis excluſi ſunt.

Ego autẽ pro mea materia quęro, an in caſib⁹ cõtentioſis, ſicuti Epiſcopi poſsũt procedere cõtra regulares, poſſint ipſi Regulares recurrere ad Epiſcopos, vel accuſãdo delinquẽtes de caſibus permiſſis: vel (ſi ſuper aliquẽ illorũ fuiſſet à ſuo Prælato inquiſitus, & sẽtentiatus, appellare ad Epiſcopũ tamquam ad iudicem compe tentem, & ordinarium & ne difficultas ſit metaphiſica, deſcribã caſum. Prælatus regularis contra ſuum ſubditum procedit in aliquo caſu ſpectante ad curam animarum, puta quia in fonte baptiſmali aquam non tenet, Oleum Cathecumenorum non procurauit. Quod in contractu Matrimoniali, vel non adſtit, vel ſcandalum commiſit. Quod in profeſſione monialis, vel electione Abbatiſſæ Epiſcopum non monuit ſi Matrimonio adſtitit, cum non eſſet parochus, vel ſibi hanc licentiam dari procurauit, inconſulto Prælato regulari. Quod in aliena Eccleſia ſine licentia Epiſcopi prædicauit &c, Hæc enim delicta nõ ita ſunt reſeruata Ordinarijs, vt regularis illa punire non poſſit in ſubditis Poteſt enim omnia, quæ ſibi vetita non videt, quia eſt iudex ordinarius ſuorum ſubditorum, & habent vniuerſitatem cauſarum. *Nibriſſen. in Vocabulario V ordinarius apud quem Speculator, Goffredus, & alij, Io. Caluinus in Lexico. eod.*

Reſp. I. Poteſt religioſus accuſare alterum apud Epiſcopum de cauſis ad ipſum ſpectantibus. Quia conceſſo iudicio, conceduntur actores, denunciationes, inquiſitiones. *c. qualiter, et quãdo. de accuſ* & hoc non prohibetur in ſtatuto, neque hic eſt recurſus ad exteros vetitus. præcipué ſi curam animarum, & negocia fidei concernat, in quibus non ſola facultas, ſed & preceptum denunciandi reperitur. vt per Paulum V. an. 1606. apud *Peirinũ to. 2 priuil. in conſtit 9. eiuſdem Pontiſi. n. 17. Filliucium to. 1. tract. 15. cap. 8.* Quando poſſit regularis aliquem apud Epiſcopum accuſare.

Reſp. 2. Poteſt ſuperior regularis in aliquibus caſibus ſupra recenſitis procedere. quia cum non reperiatur diſpoſitio priuatiua, quoad regulares erunt mixti fori, & dabitur locus præuẽtioni *Auth. item nulla communitas. C. de Epiſc. & cler. vbi Salic n. 4. V quæro laicus & V. quæro, an requiſitio Roland. conſ. 24. nu. 3. cum tit. de for. compet.* præcipue *in c. cum ſit generale. ibi Qui ſacrilegi cenſendi ſunt, venerabilium locorum rectores poſſint, ſub quo* Et in cauſis, ad Epiſcopum ſpectantibus procedere.

 mal-

maluerint iudice conuenire, & loquitur de ſacrilegio, & non inter eccleſiaſticos, & regulares, ſed inter eccleſiaſticos, & laicos. Vnde multò magis præueniri poterit in cauſa regulari, delegata Epiſcopo, non tamquã ordinario, ſed tãquã Sedis Apoſt. delegato. *l. Petrum Caballum caſu* 194. *n*. 7. 8. 11. Præuentioni ſiquidem locus eſt. vbi eſt paritas iuriſdictionum, & iudicum. *l. ſi pluribus*. *ff. de leg*. 1. *& l*. 1 *ff. de Off. præſid*. Quod autem ſit paritas iuriſdictionis, probatur, conſiderando aliquem ex recenſitis caſibus. Et quidem de regulari, extra clauſtra delinquente, Concil. Trid. ſeſſ. citata diſponit. *Nemo ſæcularis clericus, vel regularis, extra clauſtra degens etiam ſui ordinis priuilegiorum prætextu tutus cẽſeatur, quominus, ſi deliquerit, ab ordinario loci, tamquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi poſſit*. & de vagantibus extra clauſtra, ſine ſui ſuperioris licentia, dicit *Qui verò ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab ordinarÿs locorum, tamquam deſertor ſui inſtituti puniatur*. & de prædicantibus in Eccleſiis non ſui Ordinis mandat, *ſine qua* (licentia Epiſcopi) *in Eccleſiis non ſuorum Ordinum, nullo modo prædicare poſſint*. & circa controuerſias in proceſſionibus, ordinat, *Epiſcopus, non obſtantibus quibuſcumque componat*. In his quis non videt non ſolum dari paritatem iuriſdictionis, ſed etiam relictam eſſe regularibus ſuã integram, cum contra illam nihil diſponatur priuatiuè. conceditur poteſtatiuè ordinariis, non tamen adimitur regularibus. Nam ſi Epiſcopus non procedat contra regularem delinquentẽ extra clauſtra, vel quia nolit, quel quia neſcit, quis impedit prouincialem quin ſuum ſubditum coerceat? ſi tranſire ſinit apoſtatam ſine correctione, fortaſſe tolletur ſuo Prælato facultas illum puniendi, ſi ſuam iuriſdictionem floccipendet, dum ſine ſua licẽtia, in aliena Eccleſia prædicabit, auferatur fortaſſe prælato regulari facultas puniendi ſuum ſubditum de hoc exceſſu? ſi ſubditus populum ſeditione conturbet, in propugnanda præcedentia in proceſſione, & Epiſcopus conniueat, non video cur prælatus nõ poſſit illũ punire de ſcãdalo dato. In multis enim caſibus non diſponitur in odium regularis iuriſdictionis, quam ſuper ſarctam tectam Conc. Trid. conſeruare intendit, cum anterioribus concilijs, vt patet. *ſeſſ*. 25. *de regul* præcipuè *cap. vlt*. ſed in auxilium, & ſubſidium, poterunt ergo ſuperiores regulares punire ſuos ſubditos in iis, ob quæ punirentur ab ordinar. ſi ab ipſis præuenti eſſent.

Locus præuentioni quãdo ſit.

DI.

Dices. Vbi datur locus præuentionis,& adeſt iuriſdictionis æqualitas,Index,qui præuenit,impedit alium,itaut ſe in illa immiſcere non poſſit. Vnde præuentionis exceptio eſt declinatora fori. *Bald. in Aut ſed nemo Ver. ſed pone. C. de ſer. fugit.* & eſt communis apud *Bertacch. p. 4. V. præuentio.* & præueniens ſolus dicitur exercere iuriſdictionem. *Bald. in l. penult. C. de condict. inſer. V. fuit quæſtio.* & ſi in aliquo ex ſupradictis caſibus procedere incipiat prælatus regularis, & Epiſcopus velit & ipſe de caſu cognoſcere,non poterit regularis inhibere Epiſcopo,vt deſiſtat, vt in multis ex ſupranominatis apparet;ergo ſuperiores regulares iuriſdictionem cum illis non habent. quia præuentio ferri non poteſt per eum,qui non habet poteſtatem cognoſcēdi de cauſa. *Soccin conſ. 12. fin. in 1. vol.* & in dubio præuentio datur digniori. *Bald. in l. per agrum. C. de ſeruit. & aqua* — Præuentionis effectus.

Reſp. Vniuerſaliter non eſt verum aſſumptum,quia in puniēdo apoſtata,conceditur Epiſcopo facultas,ſi illū errantem inuenerit,quia tunc ſolum punire poteſt, non poſtquam ſuperior punire incæperit,quia tunc delegatio ſpirauit. & poteſt prælatus regularis ſe tueri in ſuis iuribus per eccleſiaſticas ſanctiones. in aliis,quæ offendunt iura Epiſcopalia, vt aſſiſtere matrimonio, prædicare ſine licentia,iudicare de clauſura,electione, computu,dotibus,collocutionibus monialium &c.non poſſet inhiberi Epiſcopo quin procedat. Neq. propterea tollitur regularibus ſua iuriſdictio,quia poteſt vterq. procedere de eo,quod ad ſuum tribunal ſpectat,cum vnum delictum à duobus iudicibus puniri poſſit, ob diuerſas conſiderationes, quas habet *Abb. in c. inter alia de immun. eccleſ nu. 24. verſ ego ſic diſtinguerem. & in cap. fin. eod n. 5. V. credo tamē Angelus de Maleſ. V. ſic in ſcolis 5. petronii n. 1. Couarr. lib. 2. Var. in c. 20 V. 35 fin.* & ſic poterit puniri à regulari,tamquam delinquens contra ſtatuta ordinis,& ſtatum regularē,& ab ordinario,quatenus violans ſuam iuriſdictionem. — Vnum delictum à pluribus puniri poteſt.

Reſp. 3. Poteſt regularis recurrere ad Epiſcopum in iis tantū cauſis, quæ ad ipſum ſpectant,non quatenus concernit correctionem regularem. v.g. ſi prædicaſſet in aliena Eccleſia, ſi matrimonio adſtitiſſet,ſi profeſsionis,vel clauſuræ cauſa agitaretur &c.hæ enim cauſæ, cum directè ad ordinarios pertineant, & in iis ſuperiores regulares ſolum ſe ingerere poſſint per regulam quamdā generalem,quod ſcilicet ipſos deceat ſubditorū emēdare delicta,ſi grauetur ſubditus circa has cauſas, poterit pro declaratione,aut iuſtificatione, vel gratia ad Epiſcopum recurrere. — Appellare ad Epiſcopos, quando liceat.

rere, illũq. monere, quod circa cauſã, ad ipſũ ſpectantẽ moleſt: tur. & Epiſcopus poterit ſuo iuri cedere, & religioſum liberare, non quidem à regulari ſententia, ſupra quam nullam iuriſdictionem habet, quamq. examinare non poteſt, quia ipſe non eſt iudex appellationis, ſed commiſſarius ad procedendum, ſi voluerit, ſed tantum ab ea pœna, quam ipſe Epiſcopus infligere poſſet.

Quæſt. 4. Quas pænas incurrant appellantes ad tribunalia ſæcularia.

Reſp recurſus Eccleſiaſticorũ ad iudicẽ ſæcularẽ, de iure communi infert excõmunicationẽ latæ ſententiæ. Quia violatur libertas eccleſiaſtica *c. nouerit. c. gratum. de ſent. excom, Bull. cœnæ.* §.16. in qua excõmunicãtur qui ad ſæcularia tribunalia recurrũt pro obtinendis prohibitionib' & mandatis contra prælatos, & iudices eccleſiaſticos, cum ſeculares ſint incapaces iuriſdictionis in eccleſiaſticos exercendæ. *c. cauſ. de reſcrip. c. ſacerdotibus.* 11. q. 1. & iudicibus eccleſiaſt. ſint inferiores. *c. denīq d.* 6. *Clem. Romani. de iur. iur.* Ideoq. non poſſunt, nec debent eccleſiaſticos corrigere, aut eis inhibere. *Abb. in c qualiter & quando. n. 7. de Iudic. Marianus Soccin. in c. ſi quis clericus. n. 28. & in c. ſanè. nu. 10. de for. compet. Rot. deciſ. 10. de conſuet. in antiq.* Farin. *dec. 212. n. 1. crimin. & teſtium Bart. de pot. Epiſ. alleg* 50. n. 15. *Bonac to. 3. diſp. 1. c. 16 pun. 4. & ſeqq.* Scortia *Theor.* 17. & 425. In quorũ primo recẽſet tertiã legẽ Feder. II. imper pro catholica fide, & libertate eccleſiaſt. canonizata cũ aliis nouẽ ab Honorio 3. in conſtit quæ incipit *Has leges.* & in 2. canonẽ 15. bullę Cęnę in quibus excõmunicãtur trahẽtes clericos ad ſeculare tribunal, vel impediẽtes iuriſdictionẽ eccleſiaſticorũ pręlatorũ. Trahitur autẽ per citationẽ, vel libelli oblationem. *Abb in c. ſignificantibus n. 2. de libell. oblat. & in c. ſuper quæſtionum. §. verum. n. 1. de off. deleg. & c relatum eod. n. 6.* Bart. *in l. ſi pluribus ff. de leg* 1.

Quoad autẽ regulares, ad talia tribunalia recurrentes, in 1. q. recenſuimus iura ſpecialia, pręcipuè *Iul.* 2. pro patribus Prędicatorib. & *Greg.* 13. pro obſeruantibus, prout etiã per extenſũ retulimus ſup. *q.* 3. *reſp.* 3. Nunc addo aliã *Clem.* 8. pro Eremitanis, 23. Nouẽb. 1605. quæ incipit *quoniam.* relatũ à *Barb.* in vltima collectione Apoſtol. conſtit. *colect.* 325 *n.* 22. & à *Cherub. tom. 3 bull. in appendice ad Clem.* 8. *Conſtit.* 1. *fol* 43 & antiquiores Boniſ. 9. *Sacra religionis.* & Leon. X *Romani Pontific.* relatas à *Confectio in compẽd fol.* 21 & 120 & quidem Auguſtinenſibus ſub pœna excõmunicationis latę ſententię prohibetur iſte recurſus. Quã participant communicantes, quia eſt fauorabilis religioni.

Ex-

Expedit autem Gregorianæ conſtitutionis aliquas particulas expendere, quæ directè inſtitutum noſtrum concernunt. *Intelleximus nonnunquam quoſdam religioſos, & religioſas ſui ordinis* (Minorum Obſeruantium.) *Dei timore poſtpoſito & ſua profeſſionis immemores, vt in eorum malefactis, & inobedientia ſe diutius confoueant.* An comprehendantur, qui ex iuſtitiæ zelo, & ex eo quod a ſuis prælatis iniuſte vexantur, & ad redimendam meram vexationem ad tribunalia ſæcularia appellant.

Reſpondeo, licet ex proemio, legislatoris mens, & legis diſpoſitio colligantur, *Suarez V. Principium nu.* 254. Cum proemium conſtitutionis det cauſam finalem, & rationem, vt de communi teſtatur. *Bonacoſſa 1. p. com. crimin. V. Proemium Bertach. eod. & nos ipſi in cap. 8. ſtat. 66. fol.* 717. Attamen vbi in corpore legis clare diſponatur, & de iis, quæ in iure communi præcipiuntur, ſtandum eſt ſpeciali diſpoſitioni, non proemio, cum enim infra dicatur, *Quouis prætextu, aut quæſito colore, & quoquomodo illa adire audeant.* intelliguntur comprehenſi omnes modi recurſus, & appellationis, ſiue ob iuſtitiam, ſiue ob iniuſtitiam, de quo vide Barboſ. *dict.* 334 *præci ue num.* 14. 15. 16. Vbi refert, quod ſi ſtatutum puniat homicidium quoquo modo commiſſum, intelligitur de homicidio commiſſo, etiam ob iuſtam cauſam, & non tantum ex dolo, ſed ex caſu, & negligentia, quæ alias non puniretur, cum ſiquidem clauſulæ generales, comprehendentes omnem modum excogitabilem. Nullo igitur modo ſenſus iſte admitti debet, quia peſſumdaret omnia ſuperius recenſita de non recurrendo, &c. Proemii vires.

Quod ſi vrgeas. De iure naturæ poſſumus quærere remedium & ſubleuamen, ergo dum iniuſtitia vrgemur, quia appellatio eſt naturalis.

Reſpondeo, præter ſuperius dicta, eſſe de iure naturæ permiſſionem, non præceptum. contra primum valet ius poſitiuum. *Suar. de leg. lib. 7. cap. 6. num. 8. Valent. tom 3 diſp. 5. quæſt. 13. pun. 3. colum. 2. apud* Peirinum *tom. 1 quæſt. 1. cap 20 fin.* ſic generare filios permittitur, non iubetur, niſi in caſu præciſo, & expetit pati iniuſtitiam in vno particulari, quam offendere bonum commune religionis. Adde non deſtitui religioſos defenſionis, appellationis, & recurſus remediis, quia adſunt in ordine ſuperiores maiores, & maximi, & extra ordinem Protector, Congregationes, Papa. Ius naturæ præceptiuum, & permiſſiuum.

Si

Si replices, ergo inutilis eſt apparatus ille verborum, *Dei timore poſtpoſito, vt in malefactis*.

Ratio reſtringit dictũ generale.

Reſpondeo, ſufficit verificari in plurimum, quia qui ad ſæcularia tribũnalia confugiunt, vt plurimum mali religioſi eſſe ſolent, vt optime *Peirinus cit. in fin. quæſt. 1. tom. 1. quæſt. 20. dicto 5.* & cum diſponat Pontifex de immunitate eccleſiaſtica, cenſetur per rationem reſtrinxiſſe præcedens dictum generale legis. *l. hac ratio ff. de calum.* & per alia iura allegata à *Peña ad 10. lib. C. l. cum ad feliciſſimam num. 4.*

Ab ijs, quæ per prælatos eiuſdem ordinis, etiam Guardianos, ſiue Prouinciales, vel Commiſſarios, ab ipſo Generali Miniſtro deputatos pro tempore acta ſunt, & decreta, ad tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temere confugere.

Dubitatur de Guardianis, quia cum ipſi iudices non ſint, & ſententias non ferant, vt ſcripſimus in *comment. ad ſtat. cap. primo ſtat. 6.* quomodo dari poſſit appellatio ab ipſis.

A Guardiano poteſt appellari.

Reſpondeo ibidem etiam diximus, cauſas aliquas pertinere ad Guardianos; vt eſt inobedientia, apoſtaſia, &c. Ad hæc, cum Pontifex non dicat, appellari a ſententia *ſed adire, & ſi a ſuis prælatis ſe grauari prætendant*, quod extra telam iudicialem latius patet, & cum dicat *acta ſunt, & decreta*, omnia compræhendit, etiam extra ſententias, & proceſſus, & poterit eſſe caſus, ſi de Guardiano conqueratur ſubditus, quod ipſi ſalutarem pœnitẽtiam iniunxerit, quod exitum è conuentu interdixerit, quod confeſſiones excipere prohibuerit, & vno verbo, ſi ad tribunalia, ideſt ad iudices, gubernatores, rectores, Principes, Epiſcopos, Vicarios confugerit, vt quæ fecerit Guardianus reuocentur, vel ab illis ad talé finem, vel vt ſe ab obedientia ſubtrahat, auxilium præbeant.

Dices, ſi non ad tribunalia, ſed ad alios ſæculares recurrant, eſſentne excommunicati?

Reſpondeo negatiuè, quia odia ſunt reſtringenda, *de reg. iur. in 6.* cum interpretatione ſtricti iuris.

Dices, ſi recurrerent ad tribunalia pro reuocatione decreti facti a Commiſſario miſſo a Prouinciali.

Reſiſtere Commiſſariis miſſis a Prouinciali non inducit cenſuram.

Reſpondeo, inciderent in excommunicationem, non ob relationem ad talem perſonam, ſed ob recurſum in genere, voluit tamen Pontifex exemplificare de Commiſſariis miſſis a Generali, quia hi de iure municipali, quolibet triennio deſtinantur, alii autem rarò, & tumultuatiè, ſi autem de his Commiſſariis pe-

petatur, an reſiſtentes illis ſint excommunicati. Reſpondeo negatiuè, quia conſtitutio loquitur tantum de miſſis a Generali.

Dices tertio, Dictio illa *temere confugiunt*. ex allegatis per *Barboſam dict.* 405. denotat ſcienter, conſultò, & appenſatè, ex contemptu legis, ergo ſi quis ſine dolo putans ſe bene agere, vel etiam ex præcipitatione iudicii, & calore iracundiæ recurrat non incideret in pœnas ſancitas.

Reſpondeo, quamquam temerarii ſint pœna digni, tamen illis parcendum eſt, tamquam non ratione vtentibus, ſi delictum tale non fuerit, quod ex contemptu legis non deſcendat, & in aliorum exemplum non tranſeat, vt de obloquentibus de Imperatoribus loquitur, *l. vn. C. ſi quis imperatori maledixerit. Quod* (inquit) *qui de Imperatore obloquitur, a iudice non puniatur, quoniam ſi ex leuitate id proceſſerit, contemnendum eſt, ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum*. quod pulchè digeſſit *Nacta con.* 592. *n.* 23. & alii apud *Petrum Caballum centur.* 3. *caſu* 235. *initio*. quæ lex caſui noſtro vix accomodari poteſt, quia & ſi concedamus, ex iracundia aliquem obloqui poſſe, non eſt ita facile, quod ob leuitatem, & inſaniam ad tribunalia ſecularia recurrat, ſed eſto cenſeo mitius cum illo agendum, ob deliberationis defectum qui clarè conſtare debet, vt recurrentem a cenſuris excuſet in foro exteriori. Temeritas quando excuſat.

Sed ſi a prælatis ſuis ſe grauari prætendent, ad miniſtrum generalem totius ordinis, ſeu illius Protectorem, *vel ad nos, ſiue Romanum Pontificem, ſicuti antiquitus ſemper conſuetum fuit, recurſum habeant*.

Quæritur an recurſus iſte fieri poſſit per ſaltum, recurrendo immediate ad D. Protectorem, vel ad ſedem Apoſtolicam.

Reſpondeo, quoad ſedem Apoſtolicam, certum eſt, poſſe ad eam recurri immediatè. *Peirin. tom.* 3. *bull. in additam. ad bullam Leonis X. cap.* 4 *num.* 14. qui citat, *cap. quoties epiſcopis capit. ad romanam* 2. *quæſt* 6. *cap ſi duobus cap. dilecti filii* 3. *de appell. Nauar. lib.* 2. *conſ.* 2. *de appell. num.* 1 *& conſ.* 4. *nu.* 3. *Penna in director. par.* 3. *comm.* 31 & alios, apud quos alia iura *Hier Roder. reſol.* 10 *à num.* 2. apud quem *Rodrig. tom.* 1. *quæſt.* 29. *ar.* 2 *&* 3. *& tom.* 2. *quæſt.* 41. *Nauar. Couar. Sanchez, Portel Aragonia*. Quoad Protectorem eſt dubium in iure, & in facto, in iure, quia vt retuli in *Comment. cap.* 1. *ſtat.* 2. *fol.* 11. Protector non eſt ſuperior in religione, ſed habet limitatam authoritatem, in quantum ſcilicet totus ordo peccaret, & ideo (niſi ſpecialem authoritatem ha- Recurſus ad Papam ſine medio. Ad Protectorem quid?

beat

beat a Papa) cum non ſit iudex, non poteſt ad ipſum appellatio interponi, neque relata verba conferunt DD. Protectoribus ſpecialem, & nouam authoritatem, ſed remittit ſe conſuetudini, conſuetudo autem eſt, vt in negotiis fratrum in tantum ſe immiſceat, in quantum vel ſummus Pontifex, vel S. Cōgregatio facultatem indulget, de facto autem inuariabili non conſtat, quia aliqui maiorem, aliqui minorem habuerunt authoritatem, itaquè non videtur relinquendus iudex ordinarius appellationis, qui eſt Miniſter generalis, & recurrendum ad eum, de cuius iuriſdictione non conſtat, vel controuertitur. Illud pro firmo tenendum eſt, conſtante in facto, quod recipiat recurſus, & cauſas cognoſcat, tutò poſſunt religioſi ad ipſum recurrere. Non tamen ſine medio, ſed gradatim, alias eſſet peruerſio ordinis. Neque enim comparandus eſt dominus Protector cum ſede Apoſtolica, quia rationes ſuadentes immediatum ad illam recurſum, id negant Protectoribus. Nam in cir. *cap. ad Romanam*, ideo conceditur immediatus recurſus, quia, inquit, *Ad caput ſubfugere, eamquè appellare debent*, & cap quoties epiſcopi dicitur, *& dum prædictam Romanam matrem appellauerit eccleſiam*. quæ quam à Protectoribus religionum abſint, non eſt, qui non videat. Quod clariſſimè patet ex apoſtolica diſpoſitione Gregoriana, & decreto S. Congreg. regul. an. 1587. apud *Peirinum cit. num.* 15. in quibus a Priore ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem indulgetur recurſus, cum comminatione pœnarum in eos, qui prędictum ordinem non ſeruauerint, ergo non eſt permiſſus ſaltus.

Si replices, pœnę fulminantur etiam contra recurrentes immediate ad ſedem Apoſtolicam.

Reſpondeo cum laudato *Peirino num.* 15. aſſignando diſparitatem, quia non eſt veroſimile, ſedem Apoſtolicam voluiſſe ſibi adimere tam primariam authoritatem, prohibet autem S. Congregatio non omnem recurſum, ſed inutiles, vagos, & fugitiuos. *Ad hanc Romanam curiam* (inquit decretum) *abſque licentia ſæpius fugiunt, potius, quam recurrunt, ex quo ordinis diſciplina relaxatur, prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores euadūt.* ecce motiuum. Accedunt *Portel V. appellare num.* 1. *Dian. tom.* 3. *tract* 2. *reſol* 54.

Male ad S. Apoſt. recurrētes.

Declarantes, non modo eoſdem religioſos contrafacientes in dictas pœnas incidere verum etiam eorum quomodolibet directe, vel indirecte fautores, & conſultores illas quoque incurrere.

Pri-

Prima difficultas. Qui dicantur fautores?

Reſp. fauere dicitur, qui non obuiat, ſi poteſt. *cap. non inferēda c. qui poteſt 23. q. 4.* in quorum primo dicit Ambroſius, *Qui non repellit a ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit.* & probat exemplo Moiſis, qui occidit Ægiptium, vt hebreum defenderet, *Exod.* 1. & in ſecundo dicunt Anaſtaſius, & Damaſus Papæ, *Qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt, qam fauere eorum impietati, non enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare,* & Auguſt. in *cap. oſtendit.* eod. ait *Qui deſinit obuiare cum poteſt, conſentit.* & adducit facinus eorum, qui permiſerunt Chriſtum à ſacerdotibus crucifigi. Ita *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 182. *§. 1. num. 1. Bertach. in repert. V. fauor.* qui citat in oppoſitum *Baldum in l. 1. C. de ſeru. fug.* dicentem, non dediſſe fauorem, qui iuuare potuit, ne quis percuteretur, & non iuuit, licet peccauerit, ſed iſte ſentit contra determinationem Innocentii III. in *cap. quanta præſumptionis de ſent. excom.* dicentis *eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cum poſſint, manifeſto facinori deſinūt obuiare.* & quidem de fautoribus, & auxiliatoribus ad delicta, pleni ſunt ſcribentium libri, & mihi diſtinguendum videtur de eo, qui non impedit, dum ex officio tenetur, vt eſſent in caſu noſtro Guardianus, Prouincialis, Viſitator, iſti enim impedire poſſunt ſubditos, ne aliqua faciant, maxime cum fieri non poſſint abſque eo, quod ſubditi è conuentibus egrediantur. Nam ſi recurrens publicaſſet ſe recurſurum ad ſæculare tribunal, & ſuperior exeundi licentiam conceſſiſſet, tunc ad illius delictum conſenſiſſe præſumeretur, ſi autem eſſent ſubditi, quibus talia impedire non incumbit, non haberent contra ſe talem præſumptionem, & hoc dicitur de non impedientibus. Attamen ſi de facto conſilium darent, opem ferrent, dictis, vel factis approbarent, aut impellerent ad recurrendum, nulli dubium eſt, quod fautores dici mererentur *Peirinus* autem ad *Conſt. 2. Greg. XIII. §. 5. num. 5.* includi putat ſubditos ex dolo operantes, non tamen ex negligentia, vel puro commodo. Dolus autem præſumeretur, ſi recurrentem aſſociaret, & non impediret, quando poſſet; commodi autem nomine intelligit *Panormitanus* ab eodem citatus *in cap. quanta de ſent. excom, nu. 7.* de eo qui non vult ſe immiſcere rumoribus aliorum. Dolus vero non præſumitur, niſi probetur, probatur autem per coniecturas, quas purgare debet ſocius, vel alius, qui de tacito fauore infamaretur.

Fautores qui.

Dolus quando præſumitur, & quomodo probatur.

Se-

Digitized by Google

Secunda difficultas. An facto recurſu, ſi iudex ſæcularis religioſum repelleret, & ad ſuum prælatum remitteret, vel nullus effectus reſultaret ex recurſu, an recurrens eſſet excommunicatus.

Solus recurſus inducit cenſuras.

Reſpondeo affirmatiuè, quia excommunicatio hæc reſultat, non ex effectu recurſus, ſed ex ipſo recurſu, qui ſolus in hac materia eſt delictum. Hinc fuit iudicatus excommunicatus quidam Michael Perez in Rota Rom. an. 1601. apud *Farin. in ſua collec. deciſionum crimin. deciſ.* 179. *num.* 5. eo quod ad Regium conſilium recurriſſet, etiam ſi ab eodem conſilio nullum decretum præiudiciale prodiiſſet, quinimo ad Nuncium Apoſtolicum recurrens remiſſus fuiſſet, *quia* (inquit Rota) *excommunicatio clerici recurrentis ad iudices* laicos reſultat ex actu recurſus, & non ex aliis, quæ poſtea fiunt *per iudices laicos, licet & ipſi ratione facti, in excommunicationem bulla cœnæ incidant*, & hoc certum eſt, quoad principalem recurrentem. Quoad fautores, & conſiliarios probatur. quia qualitas exiſtens in maleficio, & perſona committentis extenditur ad perſonam dantis auxilium, & fauorem. *l. vtrum ff. ad l. pomp. de parric. Marſ in practica* §. *conſtante num.* 67. *V. item ſcias vlterius Alex. ad Bartol. in l. bis qui opem* 34. *ff. de furt. in addit. magna ante fin.* prout illum allegant, *Carrerius, Marſilius, & Clarus* §. *homicidium*. cum ergo iſte recurſus excommunicationē inducat in principali, idem operabitur in fautore, quia agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, recole dicta à nobis ſupra in cap. de pœnis. Hinc *Peirinum loco cit. num.* 3. negantem fautorem, non ſecuto effectu non incidere in has pœnas, exponendum puto de effectu non ſecuto, ideſt de recurſu non facto, etiam ſi decretus fuiſſet, non de eo, quod iudex non auſcultaſſet, alias enim verum non diceret. *Caietanus* enim ab ipſo citatus *in ſum. V. excom. cap.* 25. §. *canonis iſtius materiam* V. *vbi nota primo* ait *Non erant iſti dantes conſilium, aut vocem, verbo vel ſcripto, excommunicati, niſi ſubſecuto effectu, hoc eſt, niſi ſubſecuta principali actione, quæ eſt appellare ad futurum concilium.* & ſimiliter *Nauar. cap.* 27. *ſum. num.* 52. *verſ. adde quod refert.* dicit *Non incurrit excommunicationem conſulens, aut mandans, antequam fiat opus*, opus autem hoc loco vetitum, eſt recurſus.

Recurrere per alium.

Tertia difficultas. An puniendus ſit, qui per alium recurrit.

Reſpondeo affirmatiuè, per *regulam iur. in* 6. *qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.* & multò magis puniendus eſt

prin.

principalis, ſi puniuntur fautores, & conſiliarii.

Sed ſi appareat apud ſæculare tribunal libellus appellationis religioſi, ipſe autem non appareat, quid iuris?

Reſpondeo, præſumeretur factum ad inſtantiam illius, qui habet intereſſe in cauſa, vt ſæpè reſolutum fuit in Rota, præcipuè in vna *Cartaginen.portionum.* 14. *Nouëb.* 1594. coram Seraphino, & in altera *Ciuitaten. Scholaſtria* 24. *Martÿ coram* Pāphilio, & in alia *Hiſpalen.beneficÿ* coram Penia. 24. *Martii* 1604. apud *Farin.deciſ.* 212. *num.* 3. & ſic præſumeretur, recurſum factum fuiſſe de conſenſu principalis. Attamen, quia fieri poteſt ab inimico in odiū principalis, (vt in eadem Rota in cauſa *Cantoriæ Vicent.* 4 *Iunii* 1602. coram Litta, reſoluitur) non debet procedi ad declarationem pænarum, niſi concludenter probetur mandatum. concluditur autem, ſi principalis ratum habeat recurſum, quia *ratihabitio mandato comparatur. de reg. iur. in* 6. ſi de recurſu gaudeat, & commodum referat, vel antecedenter de illo locutus fuiſſet, quæ omnia iudicis mentem mouere poſſunt ad hanc præſumptionem, ſed cum pœna grauiſſima ſit, pede plumbeo procedendum eſt, & non per leues coniecturas.

Quæſtio V. Quas pænas incurrant recurrentes, & appellantes ad ſæculare tribunal.

Reſpondeo primo ex ſtatuto. Actibus legitimis priuantur, & grauius etiam, ad arbitrium ſuperiorum puniri mandantur. Secundo, ex conſtitutione Greg. XIII. excommunicantur ipſo facto reſeruata abſolutione Romano pontifici, extra mortis articulum. Priuantur officiis obtentis. Inhabilitantur ad illa, & omnia alia. Deſtituuntur voce actiua, & paſſiua, hiſquè omnibus ipſo facto, & licet de iſtarum pænarum generibus ſuis locis à nobis actum ſit, nimirum *cap.* 3. iuuat tamen aliquas conſiderationes ſuper eaſdem, in ordine ad hunc recurſum facere.

Pænæ recurrentiū ad tribunalia ſæcularia.

Prima conſideratio. An quilibet recurſus, & ad quemlibet, tam pro conſilio petendo, quam auxilio implorando, ac etiam appellatione, æquali pæna plectendus ſit.

Reſpondeo negatiuè tum ex ipſo ſtatuto, tum ex ratione. Statutum enim recurrentes pro cōſilio, & auxilio ad aduocatos, iudices, & tribunalia, actibus legitimis priuat. Recurrentibus ad ordinarios adiungit pænas arbitrarias, Appellantes excommunicat, priuat, & inhabilitat. Ratio autem eſt, quia petere conſilium, & auxilium, non eſt contra immunitatem eccleſiaſticam ſicuti eſt appellare, ideo hoc grauius punitur. Verum tamen

men eſt, quod ſi petere auxilium a iudicibus ſæcularibus ſonet, recurrere ad ſuperiores, ſiue actu, ſiue habitu, ſiue opinione tales, qui non rogando, ſed iubendo, vt fieri ſolet in aliquibus regnis in conſilio de la fuerza, & parlamento, tunc ex multis deciſionibus Rotalibus, ſunt excommunicati, quia per hunc recurſum laici euadunt ſuperioris ordinis, & ad laicos cauſæ eccleſiaſticæ deuoluuntur, contra ſuperius dicta, *Rota in vna Tuden. beneficii 5. Aprilis* 1604. coram Litta, & in altera *Oſcen. canonicatus 1. Decemb.* 1595. coram Pænia, in quibus conſtanter reſolutum reperitur, hos recurſus, quatenus dicunt ius citandi, & iudicandi de clericis coram laicis, eſſe omnino prohibitos, & ſuſtineri non poſſe, Niſi in caſu quo quis de facto ſpoliaretur poſseſsione, & inuocaret eorum auxilium, non vt iudicum, ſed vt potentum, ſicuti ſi quis in domo ſua violentiam pateretur, & tranſeuntem aliquem potentem inuocaret, vt ſibi opem ferret.

Si petas, quid ſentiendum ſit de recurſu Siculorum ad Iudicē Monarchiæ contra clericos, & regulares.

De recurſu ad Monarchiam. Reſpondeo, relictis quæ Baronius tom. XI. Annalium ad Vrbani II. tempora congeſſit, & alii poſt ipſum. Praxis eſt, vt eo trahantur clerici, & regulares, cuius experimentum feci tribus ab hinc annis, dum ad viſitandas aliquas noſtri ordinis prouincias deſtinatus eſſem, & quidem, niſi dominus Marchio de los Velez, (cuius anima in pace requieſcat,) obiit enim præterito menſe, inter Panormitanorum, & aliorum Siculorum reuolutiones, quæ Neapolitanis exemplum peſſimum præbuerunt, & nūc quando hæc reſcribimus, in Monaſterio Monialium S. Claræ die 13. Decembris anni 1647. a popularibus obſeſſi, & inſidiis appetiti, cuneis, incendiis, bellicis tormentis vndique inuaſi, & tentari, dum monaſtici rigoris, & regularis diſciplinæ, inter præclariſſimæ, ac nobiliſſimæ ciuitatis Neapolitanæ incendia, ruinas, & deſolationem, a ſuiſmet ciuibus procurata, peccata noſtra cognoſcimus, communes miſerias deploramus, & diuinam Clementiam ſupplicamus. Niſi inquam prædictus Marchio me è manibus Gaſparis de Criales, tunc iudicatum exercentis me potenter, & in executionem literarum regiarum eripuiſſet, de hoc tribunali iuſte conqueri poſſem, noui enim defectus non eſſe tribunalis, ſed officialis, qui plus nimio ſibi arrogans in odium vertit, quod in vtilitatem regni cedere poſſet, & eo minus culpari poteſt mens Regia, quippe quæ opportuna remedia

quan,

quando grauati conqueruntur ſincerè, & verè, catholicè applicat, vt ad meas duplices inſtantias, & querelas, duplices deſtinauit litteras, Catholica Maieſtate dignas.

Sed quia hæc queſtio tangit clericos ſæculares, & Regulares de vtriſque diſcurrendum eſſet de iure, & non de facto. Quoniam autem in præſenti Opere examinamus diſtrictiones pœnales, quibus Regulares punitiuam iuſtitiam adminiſtrant; non eſt noſtri Inſtituti tractare de illis, quæ ad clericos ſæculares recurrentes ad Monarchiam pertinent. Et ideo omittendam hic iudicauimus difficultatem quoad clericos ſæculares; & ſolum examinare decreuimus recurſum Regularium ad Tribunal Monarchiæ. Qui autem voluerit videre quid ſentiendum ſit de recurſu clericorum ſæcularium, incurrant necne Excommunicationem, recurrendo, &c. poterit conſulere quæſtiones illas à Doctoribus exagitatas, ſcilicet an immunitas Eccleſiaſtica ſit de iure Diuino, an ſolum de iure poſitiuo. An ſi immunitas Eccleſiaſtica eſſet de iure poſitiuo, poſſet per contrariam conſuetudinem abrogari, & an poſſet abrogari ſaltim quoad aliquam partem, & quoad aliquem locum. An conſuetudo iniuſta excuſet à pœna legis, & alias huiuſmodi. *Apud Suarez contra Regem Angliæ lib.4.cap.9. Layman in Theologia Morali li lib.4.tract.9. cap 8. Souſam in tract cenſur. Pauli V. fol. 25. Azor. part 1. lib.5. cap 12. quæſt.1. Bonacinam de contract. diſp. 10 quæſt. 2. punct. 1. Filliuccium tom. 1. tract. 18. cap. 11. & tom. 2. tractat 25 cap. vlt Duardum in Bulla Cœnæ lib. 2. verſic 15. quæſt. 18. Marthum de iuriſdictione parte 2. cap. 6. Salgadum de poteſtate Regia tom. 1. cap. 1. Leſſium lib. 2 cap. 33. dub. 5. Turrianum 2. 2. tom. 2. diſput. 11. Salaſ. de legibus quæſt 96. tract. 14. ſect. 11 Vaſquez opuſc. de reſtitutione cap. 6. Molinam de iuſtitia tom 3. tractatu 3. diſputat. 270. Salon tom. 2. in 2. 2. quæſt. 67. art. 1. Sotum in 4. diſt. 25 quæſt. 2 art. 2. Ledeſmam in 4. part. quæſt. 2, art. 4. Cenedum in Canon quæſt. 4. Seſſam de inhibit. cap 8 §. 2. Pereiram de manu regia part 2. cap. 59. Guttierez de Gabellis quæſt. 93. Garziam de nobilit. gloſſ. 9. Villalobos in Compendio opinionum, verbo Clericus, Farinaccium quæſt. 8. Gratianum de Diſceptationibus Forenſibus tom. 2 cap 340. Giurbam conſil. 52. Peſantium tract de immunitate Eccleſiaſtica diſputat. 1. Alterium de Cenſuris tom. 1. diſputat.*

q 16.

16. lib. 5. cap. 2. Surdum tom. 2. conſ. 301. Rolandum tom. 2. conſil. 23. Riccium part. 2. deciſ. 299. Dianam multis in locis ſuorum Operum, in quibus diſputat de immunitate Eccleſiaſtica, & alios multos Theologos, Canoniſtas, *& Iuriſtas, tam antiquos, quàm modernos, tum locis citatis, tum alibi.*

Sed ad rem noſtram de recurſu Regularium agentes quicquid ſit de recurſu clericorum ſæcularium, de quo non militant eædem rationes. Mihi compertum nō eſt Monarcam eſſe legatum à latere, qui in exemptos iuriſdictionem habet. *cap. cum non ignoretis, de off. leg. cum gloſ. cap. ſi abbatem de elect. in 6. cap. quod translationem de off. leg.* & ſic ad Nuncios Hiſpaniæ, Poloniæ, Neapolis, qui legati à latere facultatem habent Regulares recurrunt. *cap. cum parati de elect. cap. cum venerabilem, qui filij ſint legit. cap. 1. de verb. ſignif. in 6. Ioan. in cap. ſuper eo de hæret. in 6. vbi Abb. Cardin. in Clem. 2. de elect. Silueſter V. delegatus quæſt. 13. Molin. tractat. 5. diſput. 9. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 7. num. 22.* Neque ſi ſit legatus natus, qui talem facultatem non habet *Roſ. in cap. 1. de off. leg. cum Panorm. numer.* 8. apud quem iura multa, & dd. *Villaligo tractat. de legato quæſt. 8. num. 20. Eraſmus Cochier tractat. de iuriſdict. in exemp. p. 2. quæſt. 2. & quæſt. 50. num. 6. & par. 4. quæſt. 26. num. 2. Henriq. lib. 10. cap. 28. num. 3. Gambacorta de immun apud Dian. eod. reſol. 16.*

Illud certum eſt regulares habere legem recurrendi per Greg. XIII. ſub grauibus pœnis. Item Sedem Apoſtolicam prohibere, ne ad ipſammet, niſi cum tali ordine recurratur, & Regulares exemptos fuiſſe ab Ordinariorum iuriſdictione, quia Statuta, & mores Regularium non callent, & tandem, vbi ſit eroganda pecunia, non apparet, qua lege Franciſcani ad tales expenſas faciendas habilitentur, cum nullus dicat. Iudicem Monarchiæ habere facultatem diſpenſandi in Præceptis Regulæ, & votis, ac obſeruantijs Regularibus, aut ſe immiſcere poſſe in Regularibus inſtitutis, neque in prima, neque in ſecunda inſtantia, vt eſt concors ſententia, & mens ſupremi Conſilij Regij, ad quod recurſus eſt habitus à Patribus Siculis ann. 1645. dum eſſemus Matriti occaſione Capituli Generalis, & expoſitis exceſſibus ſupradicti de *Criales* adhibitum fuit opportunum remedium, quod executioni ſuauiter mandatur, aſſiſtente in hoc indicatu D.

tu D. Aloiſio de Los Cameros, Viro æque pio, ac docto, & in regulares ordines, & præcipuè in Franciſcanum ſodalitium maximè propenſo. Qui Regiæ pietati, ac ſupremi concil. declarationibus obaudiens, Crialis nouationibus (ne in exemplum vllo vnquam tempore trahantur) reſciſſis, ſumma cum regni tranquillitate officium adminiſtrat, Cœterum ſi ad tribunal hoc religioſi inuiti trahantur, poſſunt apud illud ſua iura deducere, cum defenſionis ratio cuiq. concedatur.

Secunda conſideratio. An ſuperioribus Ordinis fas ſit, ſupradictas pœnas remittere, & à ſententia excommunicationis reos abſoluere.

Reſp. I. Affirmatiua ſuaderi poſſet, quia per priuilegia abſoluere poſſumus à caſibus, Papæ reſeruatis, paucis exceptis, vt in commentariis noſtris cap. 2. diximus, iſta autem excommunicatio, licet ſit reſeruata Papæ, non propterea eſt exceptuata. Negatiua tamen tenenda eſt, ex doctrina *Rodrig. tom. 1. q. 20. ar. 6. 7. 8. Henriq. lib. 3. de indulg. c. 3. lit. R. Miranda to. 2. q. 35. ar. 21. & 22. Portel. V. prælatus ad abſoluendum à n. 25.* Quia diſpoſitio particularis poſterior derogat priori generali, quia *generi per ſpeciem derogatur.* de reg. iur. in 6. quando ſpecies eſt contraria generi, vt aduertunt *Bartol. in l. 1. §. hoc autem. nu. 7. ff de operis noui nunciat. Francus in c. generi. n. 1. de reg. iur. in 6. Decius in l. in toto iure. n. 11. de reg. iur. Cagnolus n. 9. Angel. latiſſime conſ. 38 n. 3. Menoch. de præſump lib 6. præſump. 38. n. 14.* Conſtat autem priuilegia reuocata eſſe in hac parte, non tantum per clauſulam generalem *Non obſtantibus &c. priuilegiis quoquo modo indultis, & literis apoſtolicis, in contrarium quoquo modo conceſſis*, cum derogatorijs. de quibus vide *Barb. dec. 82.* præcipuè *num.* 4. vbi probat, illam tollere omnia, quæ obſtare poſſunt diſpoſitioni cui eſt appoſita. Eò vel maximè ſi contraria in corpore iuris inſerta non fuerint. non ſolum (inquam) ob hanc rationem, ſed etiam ex tenore conſtitutionis. Nam cum ſit lata ad fauorem, & petitionem religionis, quæ coercere intendit ſuorum petulantes recurſus, non eſt veriſimile, quod remiſſio, & abſolutio religioni ipſi committeretur, vnde Guardiani, & Prouinciales poſſunt per ſeipſos abſolui, & ſic excuteretur metus, & illuderetur legi, & religioni. Adde praxim, quæ legem interpretatur, nimirum delinquentes, & qui ſuper hac re puniti fuerunt, non habilitari, neque abſolui à religione, ſed à ſede Apoſt. remedium impetrari. Nec aliter in contrarium practicatum eſſe, vidi vnquam.

Religio non poteſt abſoluere recurrentē ad ſæculares.

CAPITVLVM XIX.

De Pœnis Incorrigibilium.

Ad expultricem ord. facultatem deuenimus, ſacris fotam Canonibus, regularium ſtatutis ſuffultam, & nouiſſimè apoſtolica conſtitutione correctam. vt quiſq. coniiciat, quam difficulter egeratur, cibus, qui ſemel ſthomaco ingeſtus fuerit. multas, graueſq difficultates materia iſta complectitur, quas more noſtro, propoſitis conſtitutionibus examinabimus.

Quæſtio I. qui cenſendi ſint incorrigibiles.

Incorrigibilis quis ſit. Reſp. I. ſi de nomine agamus, is incorrigibilis erit, qui corrigi non poteſt. *cap. vt fama. de ſent. excom. Io. bellon. in Etymol.* ſi de re, grauis inter dd. altercatio reperitur, vt videre eſt apud *Diaz in pract. crimin. c.* 142. *& Additionatorem* §. *incorrigibilis. & vt tradatur, curiæ ſeculari. Rodr. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 14. *et to.* 2. *q.* 103. *ar.* 3. *eius Compilator. Reſolut.* 11. *præcipuè à nu.* 13. *Portel. V. eiicere. Peirin. tom.* 1. *c.* 25. *dicto* 3. *& infra. Theſaurus V. religioſus. c.* 12. *et* V. *Apoſtolica. c.* 4. *n.* 7. *Alphonſ. de leon. recoll.* 6. *à n.* 302. *vſque ad* 323. *Lezan. to.* 1. *c.* 23. *et alios, ab ipſis citatos.* Quis verè incorrigibilis reputandus ſit. Qua in re tres ſtatus conſiderandi ſunt. Primus, quis dicatur incorrigibilis ſecundum ius commune. Secundus quis ſecundum ius municipale religionis. Tertius, quis ſecundum decreta Pontificia recentiora.

Secundũ ius commune. Incorrigibilis ſecundum ius commune eſt, qui plura commiſit delicta, & tamen adhuc non emendatur. *c. cum non ab homine de Iudic.* diſponit, quod Clericus legitimè conuictus de crimine, ſi depoſitus non corrigitur, excommunicandus eſt, ſi non emẽdatur, anathematizandus: ſi perſeuerat, brachio ſæculari tradẽdus. Vbi tria ſaltem delicta comittere debet, antequam expellatur. Vnde in *c. contingit interdum. de ſent. excom.* decernitur. *Vt talis, ſi tertiò à te commoniti, ſeipſos contẽpſerint emendare, illius efficiantur immunitatis extorres.* Et circa excommunicãdos prænittitur *trina monitio.* c. conſtitut. *de ſent. excom. in* 6. Aduerto tamen hos canones nõ facere directè pro caſu noſtro, quia prior agit de incorrigibili tradendo brachio ſæculari, itaut in exilium, vel in patibulum detur in 2. de excommunicato vitando. Qui ſcilicet excommunicari non debet, niſi prius

ter

ter moneatur, vel ſemel pro tribus. Nos autem quærimus de incorrigibili, non excommunicando, vel tradendo brachio ſæculari, ſed expellendo, & habitu regulari priuando; Itaq. minus requiri debet ad expulſionem, quam ad traditionem ſæculari brachio. Quod patet euidenter. Quia non eſt idem Expelli, & Iurisdictionis ſæcularis fieri, nam expelluntur ſacerdotes, qui in clericali habitu manent, & ordinario ſubſunt. Qui autem probant expulſionem à primo canone citato, argumentantur à maiore ad minus, vel a minore ad maius. Hinc factum eſt vt apud Hoſtienſem, & Io. Antonium de Trigona citatos à *Peyrino* Monachus bis fugiens è monaſterio, reputetur incorrigibilis, vel peccans, non ex fragilitate, ſed ex malitia, & contemptu, ſub eadem conſideratione ſit apud S. *Thom. 2. 2. q. 186. art. 10.* & ratio eſt, quia iſti, vel non corriguntur, vel difficilè, in quo ſita eſt incorrigibilitatis eſſentia. Quam *Sylueſtr V. Abb. q. 3.* appellat de facto. Etiam ſi de iure, hoc eſt, quia tot vicibus probata, & punita non fuerit) talis dici nō poterit. An autem incorrigibilitas hæc de facto, non ſeruata forma iuris, ſufficiat ad expulſionem, vt tenuerunt *Rodrig. & Miranda* apud *Peirinum cit. §. in hoc mihi maximè placet.* dicemus infra, vbi de decreto apoſtolico tractabimus.

Illud certum eſt I. Delictum, ob quod quis expelli poteſt, debere eſſe graue, furtum, homicidium, notabilis proprietas, contumax inobedientia, ſcandaloſus, carnis lapſus, & illa omnia, ob quæ in noſtris ſtatutis imponitur pęna longiſſimi carceris, aut perpetui, triremiumq. appellāturq. grauia, grauiora, grauiſſima, vt in *practica noſtra Tit. Delictorum genera.* ſuntq. illa, quæ ordinis per itionem, vel cōturbationem, vel debilium ſcandalum, & peruerſionem minantur. Nam ideo expelluntur, ne tamquā pecudes morbidæ alios inficiant. patet hoc ex relatis. *in Cōpen. priuil. V. eijcere & per Mirand. to. 1. q. 52. ar. 1. con. 2. Boniz de clauſura punct. 12. §. 1. Rodrig. tom. 1. q. 30. art. 18.* & licet ſint priuilegia, ordinibus conceſſa. quæque prima facie reuocata videntur per *decretum de apoſtatis*, quod ſoli iuri communi ſtandum eſſe decernit, attamen quia iſta priuilegia ſunt declarationes iuris communis, ipſis omnino ſtandum eſt. Certum eſt II. De iure communi iſta delicta debent eſſe replicata, vt incorrigibilitatem inducant, nec ſufficere vnum, etiam ſi grauiſſimum. Quia numquam dicetur incorrigibilis, qui ad correctionis experientiam non peruenit, potuit enim grauiter peccaſſe,

Delicta debent eſſe grauia.

Replicata.

caſſe, & pœnitere, vt quotidie videmus. Ergo eſſentialis conceptus incorrigibilis conſiſtit in replicatis delictis. Nam etiamſi conceſſerim, qui vnum graue delictum commiſit, morte dignũ, poſſe pro prima vice perpetuò carcerari, aut ad triremes damnari, expelli tamen vt incorrigibilis non poterit. Certum eſt 3. Non ſufficere multiplicata delicta, ſed oportet, vt ea ſint punita, & poſt punitionem replicata. vt *Portel.* aduertit, quia non conſideramus fragilitatem peccandi, qua quis poteſt multoties labi, ſed obfirmationem ad culpas, quæ in foro exteriore non conſtet, niſi experimento probetur. Scilicet correptionis, emendadationis, monitionis, ita vt nitatur contra Superioris Officium, & cum in profundum venerit, contemnat, atque adeo immedicabilis plaga, & incurabilis voluntas euadat *oportet* (inquit Panormitan. in d. cap. cum non ab homine. de ſent. excomm. numero 28.) *Quod incorrigibilitas eliciatur, non ex ſimplici iteratione delicti, ſed præcedente illo triplici pœnæ gradu per Iudicẽ eccleſiaſt.* Ex quo fit. vt ſi quis millies in fornicationem lapſus fuiſſet, non tamen monitus aut punitus, non poſſe ex numero culparum iudicari incorrigibilis, quiá omnia illa peccata antecedẽtia reputantur, quoad incorrigibilitatem, vt vnum. Et numerum ad illam neceſſariũ ſolum coaleſcere ex monitione, & punitionẽ legitima. Sicuti vnum peccatum committeret qui per annum non recitare horas canonicas decreuiſſet, & peccata ſolũ multiplicantur, ſi interim pœniteret. Certum eſt IV. Non poſſe cenſeri incorrigibilis, niſi trina præceſſerit monitio, & punitio. patet ex c. cum non ab homine. & ex ratione, quia vix poteſt quis iudicari incorrigibilis, niſi ter ſaltem de delictis corrigatur. Nam ſemel, atque iterum fragilitati, negligentię, ignorantiæ applicari poterit. Tot autem redolet duritiem, & obſtinationem. & cum ſit numerus ſatis eccleſiaſticus, meritò in hac materia vſurpatur. Ex quo iudicis patientia, & charitas, & rei obſtinatio, & incorrigibilitas deſignantur. Dicitur enim in *capitul. ea quæ de ſtat. monach. Ipſi etiam Viſitatores, monachos, quos contumaces inuenerint, & rebelles, iuxta modum culpæ, regulari cenſura percellant &c. quia ouem morbidam eijciant ab ouili, ne inficiat oues ſanas.* Contumacia autem eſt, ſi ter monitus, & iuſſus religioſus reſiſtat. & cum conſtet, non poſſe dici incorrigibilem, qui ſæpè non deliquerit; ſępè autem non eſt, niſi tribus regulariter actibus fiat, *l. veluti. §. fin. ff. de edendo. l. ſeruus*, C. *de vi pub. c. ſi quis erga. vbi gloſ. 10. q. 7.*

Punita.

Poſt trinã monitionem, & punitionẽ

Sæpè quot vices importet.

Sed

Sed hic eſt grauis difficultas, an ſcilicet incorrigibilitas de facto, quæ fundatur in peruerſa natura, & incompatibilibus moribus delinquentis, cuiuſmodi vnum ex iſtis graphicè delineat. *Rodrig.tom.*1.*quaſt.*30.*art.*15. non tamen habet trinam monitionem, & punitionem, ſufficiat ad declarandum aliquem incorrigibilem. Supponamus aliquem pluries deliquiſſe, inquietum eſſe, cum omnibus litigare, obedientiæ iugum excuſſiſſe, exlegem viuere, aliaquè his peiora commiſiſſe, non tamen fuiſſe per interſtitia correctum, ſed Superiores conniuiſſe, vel timuiſſe, aut in paternalibus viſitationibus, vel etiam per ſalutares pœnitentias, ac paternas repræhenſiones cum tali egiſſe, nullo formato proceſſu, nulla interpoſita ſententia. An inquam mala, & obdurata conuerſatio iſtius poſſit iudicari incorrigibilis, ac proinde per vnum proceſſum, qui de vita, & moribus iſtius fiat, poſſit declarari incorrigibilis de iure. Incorrigibilitas de facto.

Reſpondeo, *Rodrig ſup.cit.quaſt.*30.*ar.*2. *Mir.tom.*1.*q.*52.*ar.*2 *concluſ.*2. affirmant, quod multis probat. *Peirinus cit. dicto* 3. ad cuius calcem laudat Patrum Ieſuitarum morem, qui ſine tot fiſcalitatibus recidunt cancrum, antequam ſerpat, id ipſum tenet cit. *Alphonſus de Leone Recoll.*6. *num.*314. *&* 315. *Portel. V. ejicere.num.*1.§.3.*nota cum* Sylueſtro *V. Abbas.numer.*6. *Clarus q.*36.*num.*3. *apud quem alij. Additionator ad Diaz cap.*140.§.*incorrigibilis.Hier.Roder.reſolut.*57.*num.*2 *fin.Sanchez lib.*6.*decal. cap.*9.*num.*4.& fauet ratio, quia pecus morbida ejicienda eſt, antequam aliàs inficiat, & hic eſt ſcopus ſacrorum Canonum. Neque enim ita adhærere debemus literæ legis, vt contra legis voluntatem nitamur. Trina autem monitio non eſt de forma legis adeòvt ea non ſeruata, actus corruat, ſed datur ad ſolẽnitatem experimenti, at cum tale experimentum cumulatiſſimè habeatur ſine tali ſolemnitate, & notorium ſit, hunc eſſe peſtilentem, non eſt neceſſe, vt illud aliundè venemur, expectando trinam monitionem, colligitur ſiquidem ex multis delictis, ob quæ ſi ſemel committantur, poteſt Clericus, & Religioſus triremibus adiici, vt docet *Clar.dicta quaſt.*36. ac etiam degradari, & brachio ſæculari tradi, vt eſt homicidium qualificatum, crimen Læſæ Maieſtatis, hæreſis, ſodomia, &c. & citatum. *cap.fin. de ſtat. Mon.* concedit Viſitatoribus, poſſe eiicere ab ordine, *quos contumaces inuenerint, & rebelles*. Contumacia autem, licèt regulariter trinam monitionem requirat, ſufficit tamen vna pro tribus, vt apertè traditur. *in dicto cap.*

co nſtit. de ſent. excommunicat. in 6. & rebellis eſt, qui obedire retrectat; & poteſt eſſe talis, etiamſi ter punitus non fuerit, & quia hæc res grauis eſt, & poſt decretum de eiectis, & apoſtatis, clauſa eſt ianua circa expulſionem, cum maximo Religionum detrimento, quippe quæ coguntur intra viſcera peſtes retinere, & vtili, ac naturali remedio vti non poſſe, ſi rigoroſè teneatur formalitas illa trium monitionum, & correctionum iudicialium, eo quod inter multos regulares, vel abundat pietas parum ſenſata erga delinquentes, vel deficit ſcientia conficiendi proceſſus, & ſic qui in ſordibus ſunt, ſordeſcunt adhuc, & poterit dari caſus, quod ad conſeruationem Reipublicæ neceſſe ſit, aliquem ſcandaloſum, & peſtilentem, apoſtatam, ſeditioſum, peruerſum, ac peruerſorem, quem Conuentus, vel Prouincia, vt graue onus ſuper ceruices ferat, qui ſæpè fuerit à Superioribus monitus, ſalutaribus pœnitentiis correptus, cui condonata ſint crimina, & conſtans ſit contra ipſum profligatæ vitæ infamia, & tamen non ſit emendatus, nec emendationis ſpes affulgeat. Contra talem aio, poſſe iuridicè procedi, & in vnico proceſſu probari incorrigibilem fratris vitam, & lata ſententia detrudi in carcerem ad expulſionis effectum. Neque impedit decretum de eiectis, præcipiens ſeruari, quæ ex iuris communis diſpoſitione mandantur, quia vt vidimus, ius commune declarat etiam incorrigibilem, non tantùm ter monitum, & punitum, ſed etiam qui contumax, & rebellis fuerit, & per vnum delictum, & hac ratione extra ius commune non ſumus, maximè cum tot graues, piique Doctores in hanc ſententiam veniant. Vnde, vt præſtemus, quæ initio ſpopondimus dico.

Decretũ de eiectis. Incorrigibilem ex decreto S. Congreg. Concilii editi an. 1624. de mandato Vrbani VIII. eſſe illum, in quem concurrunt diſpoſita in iure communi, iuxta ea, quæ ſupra docuimus, & præterea per annum probetur in carcere in ieiunio, & pœnitentia poſt quem annum, ſi non reſipuerit, expellatur ab Ordine per Generalem, cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum in Capitulis generalibus ad id ſpecialiter electorũ, & iuridicè formato proceſſu ſecundum ſtilum Religionis. Addit igitur ſupra ius commune, abolitis Statutis, & conſuetudinibus Religionum, annualem carcerationem, pœnitentias, ieiunium, ſpeciales Iudices, & formam procedendi, quibus non ſeruatis, nemo expelli ante hac poteſt.

Incor-

Incorrigibilis tandem iuxta ſtatuta ordinis *Valliſol. an.* 1593. *cap.* 7. *tit. de incorrigibilibus.* eſt *Qui ter de eodē graui crimine conuictus & punitus, non reſipuerit. incorrigibilis autem euiuſmodi vel perpetuo carceri, vel triremibus condemnetur, ſi delicti qualitas id exigerit.* quod prius decretauerunt *Salmanticenſia c.* 7. *& Vltramontana cap.* 6. Recentiora autem, quæ nos commentamur *cap.* 7. *§.* 5. *num.* 60. decernunt, *Circa incorrigibiles decretum de apoſtatis, & eiectis omnino ſeruetur, vel ad triremes, ſeruato iuris ordine condemnentur.* nulla facta mentione de trina punitione, quia cum decretum præcipiat obſeruari tantum ius commune, & non ſtatuta ordinis, & iſta trina correptio ſit de iure, ſatis fuit mandaſſe ſupradicti decreti obſeruantiam. *Incorrigibilis ex ſtatutis.*

Si autem opponas, ergo neceſſaria eſt ex ſtatuto trina punitio, & non ſufficit incorrigibilitas de facto.

Dico ſtatutum interpretandum eſſe iuxta interpretationem iuris communis. *Io. de Imola in l. ſi vero §. de viro. ff. ſolut. matr. Baldus in l.* 2. *C. quomodo, & quando iudic. Marſilius in practica, §. opportune num.* 45. Immo cum ſtatuta fiant ad fauorem communitatis, ſeruari non debent, quando publice intereſt illa non obſeruari. *Bald. in l. nauiculariorum C. de nauiculariis lib.* 11. *Paulus de caſtro conſ.* 124. *colum.* 2. quos ſequitur *Marſilius §. aggreditur num.* 73. qui *num.* 79. ait, poſt *Baldum*, & *Butrium ſtatutum nunquam interpretari contra rempublicam.* Cum igitur cōducat religioni, vt aliquis declaretur incorrigibilis de facto, & aliquando de iure, non debemus priuare religionem tali commodo, vt in aliquo vrgentiſſimo caſu non poſſit a ſe peſtem excutere. *Statuta ſecundū ius commune interpretāda.*

Quæſtio II. An carcer, qui expellendo adhiberi mandatur, debeat eſſe formalis, & continuus, an ſufficiat interpolatus, & an ieiunium debeat eſſe qualificatum, & quantum, & an penitentia ſit addenda carceri, & ieiunio.

Reſpondeo primo, carcer debet eſſe formalis non domus diſciplinæ, aut totus aliquis conuentus, ſuppono dicta in cap. de carcere, dari aliquem carcerem non formalem, ideſt non obſeratū cum detentione capucii, & chordæ, qui appellatur apud nos domus diſciplinæ, arctationis, vel totus conuentus vt ſæcularibus palatium, vel ciuitas pro carcere, igitur carcer quo incorrigibilis probandus eſt, debet eſſe locus obſeratus, in quo probando detrahatur regularis habitus forma. Ratio eſt, quia ſi non eſſet ſub claui, non eſſet carcer, nam Carcer ex Varrone, & Seruio *Carcer debet eſſe formalis.*

uio

nio *eſt locus, ex quo quis exire prohibetur.* ergo clauſus eſſe debet, quia in hoc decreto carcer accipi debet iuxta vulgarem acceptionem, cuiuſmodi omnia verba accipienda ſunt ſecundum propriam ſignificationem, à qua non eſt recedendum, & ſecundum communem vſum loquendi, ac ſubiectam materiam, vt fusè probat *Barboſa* Axiom. 222. a num. 4. & licet aliquando aſſignetur palatium prætoris vel ciuitas pro carcere, illa non habet hanc ſignificationem ex ſua natura, ſed per accidens, ex ſpeciali nimirum diſpoſitione iudicis, non ſic carcer, quia ſine alio adiuncto, intelligitur ad hunc finem deputatus. Hinc triplex carceris acceptio reperitur in *lexico Caluini V. carcer fol.* 149. *col.* 1.

Carcer triplex. Prima, in qua delinquentes arctè cuſtodiuntur. Secunda, quando rei conſignantur apparitoribus domi cuſtodiendi, quæ cuſtodia nobilibus, & diuitibus concedi ſolet. Tertia, quando ciuitas pro carcere datur, & hęc vltima acceptio æquiuocè carceris nomen obtinuit, quia ille non videtur in carceribus eſſe, qui, quò vult, ire poteſt. *Decius conſ.* 219. *num.* 5. *Ludouicus Gozadinus conſ.* 9. *num.* 16. Nam carceratus dicitur, qui aliquo modo conſtringitur, vt exire non poſſit. *l. ſuccurritur ff. ex quibus cauſis ma. Bald. in l fin. C. de capti. Angelus in l. qui in carcerem ff quod metus cauſa & alii communiter.* His addo rationem euidentem, quia qui carceratur vt incorrigibilis, carceratur pro delicto graui, & morte digno, vt eſt homicidium, periurium, & his ſimile, quæ faciunt delinquentem in profundum malorum deſcendere, ex dic. *cap. cum non ab homine de iudic.* hęc autem delicta, ſiue pro cuſtodia, ſiue pro pœna non corripiuntur in palatio, in ciuitate, aut conuentu, ſed in duro carcere, & quod talis carcer detur ad pęnam, patet ex tenore ipſius decreti. *Vere autem incorrigibilis minime cenſeatur, niſi non ſolum concurrant &c. verum etiam vnius anni ſpacio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus. Proindeque vnaquæque religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem prouincia. elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit.* Quę ex iure requiruntur, ſunt delicta grauia, carcer, pœnitentia, ieiunium pęnæ ſunt, priuati carceres in prouincia, non ſunt conuentus, nec domus diſciplinæ, non reſipuiſſe, animaduerſionem pœnalem notat, in pertinacia perſeuerare, ſignificat cor, quod correptionis malleo non frangitur, ſed theſaurizat ſibi iram in die iræ, ergo carcer iſte datur ad pœnã precedentium delictorum. Confirmatur, quia eſto priora delicta per puni-

punitionem emendata ſint, certum eſt, non poſſe carcerari incorrigibilem, niſi iterum peccet, & pro hoc nouo peccato carceratur ad pœnam, & pro alijs ad experimentum. Carceratus autem pro enormi delicto, debet priuari forma habitus regularis, & ſubiici legibus carceratorum, vt in *cap. de carcere* pleniſſime actum eſt.

Reſpondeo ſecundo, Annus carceris incorrigibili inflictus debet eſſe continuus, itaut non ſatisfiat decreto, ſi poſt menſem educatur, & poſtea per ſemeſtre reducatur in carcerem, & ſic interpolatè finiet annum. patet ex verbis *vnius anni ſpatio*, quæ continuationem temporis important, ſicuti verbo *Conc. Trid. ſeſſ.25. de regul.c.15.* de anno nouitiatus, *nec qui minore tempore, quam per annum, poſt ſuſceptum habitum.* quę continuationem important, vt omnes dicunt, multos dd. adducit *Bertacch. V. Annus.* & cum de annis in ſtatutis ſermo eſt, intelliguntur continui, *ibi. V, Pręſcriptio quo tempore. & præſcriptio contra quos. Portel. V. annus. num.4.* qui citat *l. non putabam. & l. ſi annos. ff. de condit. & demonſtrat.* Et quod omnem difficultatem euacuat, eſt declaratio eiuſdem Concil. quam refert *Peirinus in 3. Tomo priuil. in magnis fol.563. col.1.* Supplicauit enim Generalis Minimorum S. Cong. Concil. quatenus declarare dignaretur, An carceratus ad expulſionem, & intra annum fugam arripiens, debet declarari incorrigibilis, etiamſi annum non expleuiſſet, et S. Cong. reſpondit. *Legitimè profeſſos non poſſe è religione eiici, niſi poſtquam per annum integrum in carceribus in ieiunio, & pœnitentia detenti, et probati fuerint, et eo elapſo nõ reſipuerint. Fugientes vero è carceribus, etiam pro huiuſmodi fugæ delicto eſſe puniendos, & poſſe ferrea cuſtodia in carceribus detineri.* Clarum, & ſeuerum reſponſum, quo duæ difficultates elucidantur, & de integritate, & continuitate anni, & de hoc caſu fugæ, cui per decretum non eſt prouiſum. quia addens delictis fugam, & carceris fracturam, poterit addere fugam fugæ. Cum vix, aut numquam regulares, præcipuè ſimpliciores, (qui ex ſcandaloſa ſuorum vita, nimis offenduntur) habeant iſtas ferreas cuſtodias.

Annus carceris debet eſſe continuus.

Reſp. 3. Ieiunium, quod adhiberi debet carcerato eiiciendo, non debet eſſe nimis aſperum, aut mite. Ideſt non debet eſſe in pane, & aqua, non quotidianum, non in publica menſa coram Fratribus, adeout opus ſit ſeruare cum hoc, quod per ſtatutum Ordinis ſeruatur cum iis, qui carceribus mancipantur, quibus in-

Quale ieiunium expellendo.

iniungitur, vt ſingulis ſextis ferijs è carceribus educantur, & flexis genibus in publico refectorio in pane, & aqua ieiunent. non inquam. Quia cum agatur de re graui & nimis odioſa, non debemus declarare decretum hoc per ſtatutum ordinis, ſed per ius commune, in quo nomine ieiunij non veniunt iſti rigores, ſed abſtinentia à cibis paſchalibus, & à gemina comeſtione diurna, *Zach. Paſqualig. in praxi ieiunii deciſ. 1. & 8.* & infra, quare ſufficit, vt aliquando per ſubtractionem cibi maceretur, ad arbitrium iudicis, qui ita arbitrari debet, vt adimpleatur mens decreti. *Certum eſt, quod id committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, c. vlt. regul. iur in 6.* quia ex eo, quod decretum dicat *in ieiunio, & pœnitentia probetur* ſufficiat, vt ſemel, aut bis in anno ieiunet, hoc enim non eſſet implere mentem legis, quæ intendit macerationem corporis, non tantum per cuſtodiam, ſed etiam per ieiunium; & non eſt afflictiua, quæ ſpatio vnius anni tam rarò adhibetur. Fugienda ſunt igitur extrema, vt non ſit quotidianum, neq. tam rarum. Medium tenuere prudentes. quolibet menſe bis ieiunare, pium eſt. ſemel in hebdommoda, vſitatius, & fortaſſis ſalubrius pro qualitate perſonæ, delictorum. & pertinaciæ, denſare ieiunia, iudicis diſpoſitioni relinquitur, qui incorrigibilis penſata conditione, poterit duritiei fratris his emplaſtris ſubuenire.

Quales pœnitentiæ adiūgendæ.

Reſp. IV. ieiunio addenda ſunt aliæ pœnitentiæ, vt decretum impleatur. dicens. In ieiunio, & pœnitentia. hæc. n. non ſunt ſinonima, non ſuperflua, aut perfunctoria. nam in iſtis conſiſtit vis mollitiua obfirmatæ voluntatis, carcere, ieiunio, pœnitētia. Nomine autem pœnitentiæ, non venit Sacramentum, nec virtus, ſed afflictio corporis, ſimilis illi, quam veteres canones imponebant. *c. in c. d. 50. Abbas in c. fin. de his qui filios occid. & in c. 1. de pœnit. & remiſ. c. fin. 16. q. 1. c. Deus qui de pœn. & remiſ. c. menſuram de pœnit. d. 1.* Hinc fornicario præsbitero imponebatur pœnitentia decem annorum, vt primis tribus menſibus ſacro indutus, humi proſtratus, & à commercio ſeiunctus à veſperis ad veſperas, in pane tantum, & aqua ieiunaret, exceptis dominicis, & feſtis diebus, quibus modicum vini, & legumina cōcedebantur, reliquum anni, & alterius dimidium, reſumptis viribus, in pane et aqua, leguminibus, caſeo, & ouis compleret, vſq. ad ſeptimum annum, ieiunans ſecunda, quarta, & ſexta ferijs in pane, & aqua. poſtea reſtitutus in priſtinum ab Epiſcopo per ſequens triennium ſexta feria in pane, & aqua ieiunaret. vt colligitur

ligitur ex *c.presbyter ſi fornicationem d.82.* & alias pęnitentias legimus per 47. caſus, qui in fine decreti continentur, ex quibus colligere poſſumus morem SS. Patrum circa pęnitentias publicas, quas in ſimilibus imitari debemus. *c.nulli.d.38.* Quia ex S. *Bonauentura* citato in proemio Canonum pęnitentialium in ſacris Canonibus determinatur pœnitentia quoad tẽpus, & quoad modum, & cum ſint directiui, poſſumus, quid agendum ſit, in ipſis inſpicere, non quod ad illorum obſeruantiam teneamur, ſed quia naſcentem Eccleſiam expedit imitari. Ad rem igitur noſtrã redeuntes, dicimus pro adimpletione ſupradicti decreti ſufficere, vt Prælatus aduocet carceratum in capitulo culparum, ſaltem ſemel in hebdomoda, vel bis in menſe, illumq. de ſua pertinacia redarguat, carcerationis finem exageret, increpet, obſecret, aliquando genuflexum humi, ſacco indutum, vel aliquo mortificationis ingenio inſtructum, in pane & aqua ieiunare faciat, vel quid ſimile paterna charitas, iuſtitiæ zelus, & Spiritus ſancti vnctio diſcretionem, & compaſſionem docebunt.

Quid ſi carceratus aliquando exeat.

Dices, quid ſi carcerato non detur ieiunium, nec pęnitentia, imò lautiorem vitam ducere, & confabulationibus amicorum lenitam Superiores permittant? & quod peius eſt, ſi Commentarienſis, vel loci ſuperior permittant aliquando de carcere exire, vel carcerem apertum concedant, ex quo, quando libuerit, egredi poſſit? An inquam poſt exactum annum carcerationis, huiuſmodi eiici legitimè poſſit? ſunt enim aliqui, qui ſe inquietos, & inobedientes præſtant, vt eiiciantur. *teſte Portellio V.* eiicere. *num.*4. qui conceſſionem quandam Pauli V. factam Canonicis regularibus S. Crucis Conimbriæ Ian. 1613. refert, qua poſſent ſuos incorrigibiles, vel carceri damnare, vel ad triremes mittere, quando aliter emittere non poſſent, eo quod multi inobedientes de induſtria, & incorrigibiles reddebantur ad hoc, vt expellerentur, eligentes languorem pro medicina.

Reſpondeo cum de eſſentia huius carceris ſit, eſſe clauſum, & ex illo exiri non poſſe, vt dictum eſt, ſi iſte detineatur ita incluſus, vt liberè egredi valeat, non erit carceratus, & ſic legitimè nõ poterit eiici; ſi autem de licentia cuſtodis aliquando ad modicũ tempus animi gratia, vel ad aliquid peragendum, non cenſebitur ita interruptus annus, vt eiectionẽ inualidet, tum quia parum pro nihilo reputatur; tum quia non dicitur relaxatus, qui ad modicum tempus, & ad modicã diſtantiã relaxatur, & habet penes ſe cuſtodes, vt fugere non poſſit. *Abb. in c. accedens de procur. Marſilius in pract. §. attingam. n.* 24. qui caſum diſputat in

ter-

terminis, & licèt loquatur de exeunte ſub cuſtodia, attamen ſi libere dimittatur, habeatq. animum redeundi eadem nocte, vel die, non amittet carceris rationem. Sic Nouitius non interrumpit Nouitiatum, ſi cauſa conuiuii, fornicationis, &c. ſtatim rediturus è conuentu exeat, dimiſſo habitu, ne cognoſcatur, vel ſi egrederetur vitandi gratia Magiſtri ſæuitiam, & ſe occultaret, quia in his caſibus non adeſt animus relinquendi Religionem, nec iudicari poterit fuga. *Sanchez lib. 5. in decal. c. 4. n. 29. Vecchi diſp. 12. dub. 3. n. 15. Peirin. to. 2. q. 3 c. 1.* §. 4. *n.* 100. qui eos citat, & ſequitur, quod fortius dicendū eſt de anno carceris, qui non imponitur pro forma expulſionis, cum tanto rigore. Vnde non eſſet rimandum, ſi huic anno aliquo dies pro complemento deeſſent, ſicuti aſſeritur pro anno nouitiatus, qui neceſſariò eſſe debet completus de puncto ad punctum; agimus enim de re nimis odioſa, eò vel maximè, cum circa annum nouitiatus multi, quos citat *Peirin. ſup. n. 99* & probabiliter locutos ait, qui cenſent, ſufficere ad annum nouitiatus, ſi vltima dies ſit incepta, nō completa, & non de die vno tantùm in carceratione, ſed etiā de vna hebdommoda, vel circiter, probabile iudico, quia iſta carceratio non datur, vt ſtatim expellatur, ſed ad experiendum, ſi poſt carcerationem in ſua pertinacia perſiſtat, hoc autem prudenter, & moraliter cognoſcitur, non tantùm in toto anno, ſed etiam per menſem, vel dies ante finem anni. Quia licèt poſſit in vno die, & in vna hora, diuina ei opitulante gratia mutari, æthiops tamen, & pardus non ita facilè colorem mutare ſolent. Nec alicui ſcrupulum iniiciat, quam citauimus declarationem Concilii, quia de iis declarationibus, quæ non autenticè producuntur, non eſſe habendam rationem in nullo foro ſatis probat *Peirinus tom. 1. quæſt. 1. cap. 25. §. hoc dubium poſtulat, & Bellettus par. 2. diſquiſitionum Cleric.* §. 25. *num.* 13. affirmat, poſſe declarari incorrigibilem, etiam ſi intra annum probationis fugiat à carcere poſt trinam punitionem, & d. *Alfonſ. de Leon n.* 317. ait poſſe eligi incorrigibilem de facto, ſi per annum probari poſſet.

Defectum autem notabilem ieiunii, & pœnitentiarum, puta ſi carceratum nunquam ieiunare, aut affligi faceret, credo impedire legitimam electionē, quia S. Cong. fundat experimentū emendationis, non tantū in carcere, ſed etiā in his afflictionibus, ergo ſi hoc omninò deficiat, decretū in eſſētialibus nō impletur. omnē aliū m defectū puto non impedire, quia cum ſit negotium hoc arbitrarium, ſtat Iudicis arbitrio. Quod & ſi debeat iuri, & æquitati eſſe conforme. *Ludouicus Rom. conſilio 376. column pen.*

Arbitriū Iudicis quale.

pen. *Gloſ. in l. eas cauſas. ff. de condit. et demonſt. et alii apud Marſil. §. diligenter à num.* 24. Et non cenſetur conceſſum contra bonum publicum. *Bald. in l. milites fin. C. de teſt. milit. Card. conſ.* 141. *col.* 6 Attamen cum impoſitio ieiunii, & pœnitentiarum non ſit taxata, verificabitur in qualibet minima, quidquid ſit de culpa iudicis.

Queſtio 3. An carceratus vt incorrigibilis elapſo anno liberari debeat, etiamſi conſtet, induratum eſſe in omnibus, aut in aliquibus delictis.

Reſp. I. Non cogimur ex vi decreti relaxare carceratũ ſtatim elapſo anno, ſed poterit detineri ad arbitrium iudicis. do verba decreti. *Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit, ne cõtagione peſtifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, et membrum putre eiici tandem poſſit.* Vbi nec verbum relaxationis apparet. nec cogimur contrarium aſſerere, quaſi pertinacia, & obſtinatio congnoſci non poſſit, niſi extra carceres: quia id etiam in carcere cognoſci poteſt. Licet enim non omnia delicta hoc modo cognoſci poſſint, vt homicidium, adulterium, furtum &c. quæ in carcere committi non poſſunt, & in his expectanda eſſet experientia extra carceres. attamen ſi de inobedientia, contumacia, blaſphemia, immodeſtia, & his ſimilibus agatur, quid prohibet in carcere cognoſci? quinimò vniuerſaliter loquendo, animus ad mala obfirmatus, & impœnitens cor in violenta detentione probè cognoſci poterunt. & ſecundum hanc cognitionem poterit ſententiari vt incorrigibilis, & a carcere ad ſæculum tranſmandari. An elapſo anno ſit excarcerandũ.

Si autem agatur de aliis delictis, quorum experimentum in carcere haberi non poteſt, tunc excarcerandus erit, & carceris fructus expectandus, obduratio nimirum, vel emendatio. & neque quoad hoc tenetur iudex illum ſtatim liberare, poterit tamen, ſi aliud non obſtat, & debet ex charitate, & iuſtitia, quando emendationis indicia præſeferat. quæ ſi non oſtendat, etiam ſi patienter pœnitẽtias acceptet, adhuc poterit, vt incorrigibilis condẽnari. dicit enim decretum. *Elapſo anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed indurato animo, in ſua pertinacia perſeuerauerit.* non ſi pænitentias acceptauerit, nec ne. ſed ſi in delictis perſtiterit. Vnde *S. Th. cit. a Silu. V. Abb. n.* 6. dicit *Niſi incorrigibilitas præſumatur de facto propter conditionem viri.* quamobrem infert *Alf. de Leon. nu.* 320. ſufficere quod quis per duas

duas vices punitus ſit & cõmiſſo tertio delicto, etiãſi nõ ſit ſecuta tertia condemnatio, detrudatur in carceres. ad effectum expellendi illum, ſi non oſtendat ſigna emendationis. Addens, quod ipſe delinquens proteſtetur velle illum annum agere, quodq. ab illo tempore incipiat currere annus probationis. Non tamen placent dicta, quia de primo, ex relatis per *Portel. Rod. Silu. Abb.* & aliis. Certum eſt hunc non fuiſſe ter punitũ & ſententiatum, cuiuſmodi de iure requiritur. & annus carceris debet eſſe diuerſus à 3. condemnatione, quam ſequi, non præire, aut comitari debet dicente decreto, *Verè autem corrigibilis non cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quæ ex iuris communis diſpoſitione requiruntur*, ecce quomodo hæc præcedere debeant. *Verum etiam vnius anni ſpatio probetur in carceribus*. ecce qua ratione carceratio ſequi debeat ad complementum totius iuris communis, quod trinam ſententiam requirit. Niſi id ſentiat de incorrigibilitate de facto, de qua (iuxta ſuperius dicta) ſentio poſſe aliquem ob graue delictum, ſemel patratum, non ſolum expelli, ſed ad triremes damnari, neq. enim expectare debemus vt qui prælatum, v.g. occidit, Occidat alterum, ſed poterit per canonicas ſanctiones compeſci.

An autem miſceri poſſint duæ iſtæ formæ iudicis, nimirum, vt incorrigibilis de facto probari poſſit per annum in carceribus, & poſtea expelli. & Reſp. Affirmatiuè. imò ita fieri debet. quia qui expellitur vt incorrigibilis, non poterit expelli niſi poſt annuam carcerationem. Vnde poſtquam per longam experientiam compertum ſit, aliquem eſſe incorrigibilem de facto, antequam expellatur, debet carcerari, vt non emendatus poſſit tandem eijci. declarando in ſententia, quod ſit incorrigibilis de facto.

Circa II non video, quid iuuet hanc nouam iudicii formam voluntas & acceptatio delinquẽtis, cum nullus præſumatur, niſi inuitus carcerari. & ſi quis procuraret carcerari, vt poſtea tamquam incorrigibilis expelleretur, puniendus eſſet de hoc nouo delicto, nimirum obduratione ad malum, & auerſione ab ordine. nec Rei eſt, velle, aut nolle carcerari, ſed Iudicis, qui volentem, nolentem debet incorrigibilem in vincula conijcere. quare annus carcerationis currit à decreto iudicis, & non ab acceptatione delinquentis.

Quæſtio IV. quæ forma iudicii adhiberi debet circa incorrigibiles.

Re-

Reſpondeo ex decreto. *Eiici tandem poſſit, ſed ab ipſo Generali tantum, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus religionis, eligendis in ſingulis capitulis, vel congregationibus generalibus. tumquè non niſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu. & plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum canonum præſcriptum.* His non ſeruatis, expulſio nulla eſt. eſt. quia ſunt de forma talis iudicii. Vide dicta à nobis *cap. 1. ſtat. 1. & cap. 5. ſtat. 12.* maximè cum qualificetur decretum cum clauſulis, *& Nihilominus ſit irritum, & inane, quidquid ſecus a quoquam actum extiterit.* Cum pænis in præſumentes contrarium, non obſtantiis. & circa hoc non eſt dubium, ſolum examinandæ ſunt aliquę difficultates, ex d. emergentes. Forma iudicii circa incorrigibiles.

Prima eſt. An generalis poſſit delegare has cauſas.

Reſpondeo, poteſt, ſed illi cui deleget vniuerſitatem cauſarũ, ſub qualitate generalis. ſecus non. licet enim Ordinar. qualis eſt generalis, non ſolum ex officio, ſed ex vi huius decreti, poſſit delegare, *cap. fin. de off. deleg. cap. inter cætera. eod. fin. Rota dtciſ. 420 in nouis. Iacob. des. georgio in l. more. V. numquid ordinarius. ff. de iuriſdic. om. iud. vbi Alex. & DD. in l. prætor. Speculator. de delegato §. 5. Ver. quid ſi ordinarius, & ex quibus cauſis.* & dicta a nobis *cap. 2. ſtat 2. fol. 79.* & ſit quæſtio an Ordinarius poſſit delegare omnes cauſas etiam meri, & miſti imperij ſentientibus nonnullis non poſſe delegari omnes cauſas criminales, vt de communi teſtatur *Bonacoſ. in 1. p. comm. opp. crim.* & ſpecialiter de cauſis meri & miſti imperii, vt etiã de communi ex *Clar. q. 41.* idem *Bonacoſſa* teſtatur. Vocant *merum imperium* illud, quod eſt purum, liberum, abſolutum, & ſummum, excellenſq. quale reſidet in Principe, & ſummis magiſtratibus, qui habent ius gladii mortis, exilii, relegationis in facinoroſos. *l. 2. ff. de pub. iudicijs. Mixtum.* autem vocant, quod eſt infra merum, & habet omnem poteſtatem, præter ius gladii, & pœnam capitalem. *Alciat. lib. 2. parergon. cap. 7. & Coraſius lib. 3. Miſcellan. c. 17. apud Calu. V. merum.* Cauſæ igitur meri, & miſti imperii criminales delegari non poſſunt, niſi ab eo, qui tale imperium habet, qualis eſt Princeps. Licet ex communi obſeruantia, & ex iure canonico omnes cauſæ criminales ſint delegabiles. *Bertac. in Reper. V. ordinarius. n. 17.* & dum negatur delegatio, intelligitur, non de delegato Principis, ſed de ordinario, qui ſummum ius non habet, vt ex *Claro* citato idem *Bonacoſſa* de communi affirmat, præcipuè *quæſtion. quadrageſima initio. & Bald. in*

An generalis poſſ. ſit delegare cauſas eiiectionis.

Merum imperiũ.

Miſtum.

r *cap.*

cap. decreuimus de Iudic. numero decimooctauo. Generalem autem eſſe Principem in ordine docuimus *in cap. prima ſtat. 6. fol.* 20. ergo ex ſuo munere delegare poſſet cauſam expulſionis. Poſſet etiam vt delegatus à Papa in his cauſis. Nam ex communi poteſt delegari cauſa ipſimet ordinario. *l. & ſi prætor, & ibi Bartol. ff. de off. eius, cui eſt demãdata iuriſd.* An autẽ in his cauſis procedat vt ordinarius, vel vt delegatus, colligitur ex regula generali. Ordinarius enim procedit ex ſuo iure, & ex ſuis legibus. Delegatus autem ex mandato, & lege delegantis. Et quanto ordinario alteratur iuriſdictio, tunc non procedit vt ordinarius, ſed vt delegatus; & ab eius ſententia appellatur ad ſuperiorem delegantem. *Angelus in l. 1. ff. de verb. oblig. §. ſi quis ſimpliciter & ibi communiter DD. Viuius comm. opin. 421. col. 1. Decianus in tract. crimin. tom. primo lib. 4. cap. 25.* Et non eſt, qui non videat quam alterata ſit iuriſdictio generalium, vnde procedit vt delegatus, non vt ordinarius. Attamen etiam ſub hac ratione ſubdelegare poſſet. Quia eſt delegatus à Principe, & ad vniuerſitatem harum cauſarum. *Bertacchin. Verſ. delegatus ad cauſam vnam.* & eſt noti iuris *Bonacoſſa cit. prima parte.* V. *delegatus à principe.* qui citat *Iaſonem, Albericum, Boerium, Capram, Vantium.*

Ordinarius quando procedit vt delegatus.

Licet inquam tota hęc doctrina de delegatione vera ſit, attamen dico non poſſe generalem ſubdelegare hanc, aut illam cauſam expulſionis, niſi deleget totam ſuam iuriſdictionem ſub qualitate generalis, puta declarando aliquem Vicarium, aut Commiſſarium, vel Viſitatorem generalem, vt fit in diſceſſu ab vna ad alteram familiam. Rationem ſubminiſtrat *Clarus d. quæſt. 41. V. nam ſi quidem*, diſputans quare cauſę meri, & miſti imperii delegari non poſſint. *Quia (inquit) cum huiuſmodi cauſæ ſpecialiter conceſſæ ſint maioribus magiſtratibus, cenſetur electa induſtria perſonæ eorum, & ideo meritò delegari non poſſunt.* & hanc dicit eſſe communem opinionem. Cum ergo Papa diſponat expulſionis ſententiam fulminari debere à *Generali tantum*, elegit qualitatem perſonæ, quæ indelegabilis eſt. E conuerſo, cum in nominatione Vicarii aut Commiſſarii generalis ſeruetur rigor vocabuli, quia gerit omnes vices generalis, & non dicatur de Miniſtro, aut Præpoſito, aut Correctore, ſalua remanet diſpoſitio, quod à Generali fiat.

An cauſa expulſionis delegari poſſit.

Secunda Difficultas, An conſilium, & aſſenſus ſex patrum poſſit

poſſit dari per literas.

Reſp. videtur affirmatiuè reſpondendum. Quia vnio ipſorũ non immuitur in decreto. Tum quia conſilium, & conſenſus preſtari poteſt a ſingulis, prout ſingulis. Poteſt etenim conſenſus præſtari per literas. *Clem.* 1. §. *verum. de hæret & ibi Card. Gloſ. in verb. oportet.* DD. *& Imola in l. ſi cum dotem.* §. *ſi patri. ff. ſolut. matr. vbi etiam Angelus. facit l. bonares. ff. de devur.* & notatur *in l. Titius. ff. de conſt. pecu. Bartol. in l. ſi quis mihi bona.* §. *iuſſum. ff. de adquir. hered. & in l. 1. ff. de contrah. empt. Specul. in tit. de actore. V. ſed numquid per epiſtolam.*

An iudicium expulſionis fieri debet in Congregatione.

Sed meius dicitur fieri debere per ſex patres vnitos, conſultantes, & conſentientes. Primo quia iudices ſimul eſſe debent ad condemnationem rei, & ita de facto practicatur in ordine Seraphico, non ſolum in cauſa expulſionis, quæ grauiſſima eſt, ſed etiam in omnibus aliis minoribus. Secundo, quia cauſe merita d ſcutienda ſunt, audiendæ defenſiones, examinanda allegata & probata. quod probè fieri non poteſt, niſi iudices congregationem faciant. Tertio, quia conſenſus plurium, vel ſingulorum, quando poteſt præiudicare tertio, ſemper debet vnitè, & ſimul præſtari, textus ſingularis ſecundum *Bartol. in l. et ſuum* §. *hodie. ff de pactis.* alias ſingulariter preſtatus eſt nullus. *l. per fundum. ff. de ſer. ruſt. pred. l. ſin autem plures. ff. de aqua pluuia arcenda. Ludouicus in ſingulari. V. conſenſus. Speculator de Sindico. V. quod ſi onus. Bald. in Margar. V. conſenſus. Ver. 1. Alex. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* Vnde conſenſus populi preſtari debet ab omnibus, ſimul vnitis in loco publico. *Bartol. in l. omnes populi. 4. ff. de iuſt. & iur. q. 2. in 8. colum. Gloſ. in cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. V. tractatus. Paulus de Caſtro in l. 1. ff. de legibus.* Quorum omnium vna ratio eſt, quia vbi requiritur tractatus, requiritur vnio, & diſcuſſio inter tractantes. *Bald. in Rubr. C. de reſcindenda poſſeſſione. Alex. conſ. 16. in 4. parte Paulus de Caſtro conſ. 90. Federic. de Senis. conſ. 138 Felin. in c. ſicut. de re iudic.* Hinc ſi alienarentur res eccleſiæ ſine hoc tractatu, alienatio eſſet inualida, at non minor tractatus requiritur in condẽnando aliquem tãquam incorrigibilem, ergo debẽt collegæ ſimul conuenire inter ſe, & rem optimè examinare.

Si dicas: Quã ratione fieri poteſt, vt generalis ſecũ ducat ſex patres iſtos grauiſſimos, dũ religionẽ luſtrat? & qua facilitate cõgregare illos poſſit ex diuerſis mũdi partib' ad examinãdas has cauſas? melius foret vt per ſcripta ſuũ declararẽt aſsẽsũ, & cõſilium.

Reſp. hæc difficultas inſoluta remanet. *Peirin. ad conſt.* 10. *Vrbani VIII.* §. 4. ait. Audiuiſſe ſe aliquos religioſos ſupplicaſſe, & obtinuiſſe, quod Generalis, & Viſitator generalis poſſint in qualibet Prouincia, in qua expellendus ſit aliquis, aſſumere ſibi ſex ex diffinitoribus illius, & de ipſorum conſilio, & aſſenſu procedere. Aſt ego contrariũ expertus ſum, multoties enim, & præſſius ex parte totius Religionis ſupplicatum fuit d. Vrb. VIII. pro hoc remedio, & nunquã aſſentiri voluit reſiſtentibus, puto iiſdẽ, qui decreti artifices fuerunt, equidẽ certum eſt, rẽ hanc moderatione, & remedio indigere, quia experientia docet rem benè à principio diſpoſitã, impedientibus hiſce difficultatibus, nõ cedere in illud bonũ Religionis, quod ſẽper pia mater Eccleſia intendit.

Allegata in oppoſitũ dico valere, vbi de intereſſe partis non agatur, & de publico bono Religionis, vt eſt Religioſi expulſio, ad quem nouo iure conuenire debent Generalis, & ſex Patres.

Tertia difficultas, An iſti ſex Patres reeligi poſſint in altero Capitulo, & confirmari.

Sex Patres confirmari poſſunt

Reſp. dicente decreto, *eligendis in ſingulis Capitulis*, videtur negatiuè ſentiendum, *ſingulum* enim eſt diſtributiuum, habens vim ſpecialis numerationis. *Berthac. in V. ſingula.* Contrariũ tamen eſt dicendum, quia poſſunt iidem ſinguli, in ſingulis Capitulis eligi, nec vlla eſt repugnantia, ſicuti, ſi non haberemus diſpoſitionem prohibentem, ne Generalis immediatè reeligatur, poſſet reeligi, ita à fortiori de his Patribus. Imò eſſet pro bono Religionis, vt iidem ſemper perſeuerarent, vel confirmarentur, quia ex vſu peritiores eſſent; Neque enim tam frequentes ſunt eiectiones, vt fatigatione pondus deponere cogantur, nam ex quo tale decretum emanauit, nullus ab Ordine eiectus fuit, quem ſciam reſiſtentibus noui huius decreti grauiſſimis difficultatibus.

Quarta difficultas. Quid ſibi velint illa verba, *extructo ſecundũ eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu*. Ratio difficultatis eſt, quia ſequitur, *& plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum Canonum præſcriptum*. Nam ſi proceſſus fieri debeat ad præſcriptum SS. Canonum, & plenè probatis cauſis, non eſt cur aduocentur ſtylus, & conſtitutiones regulares, quia poteſt eſſe, vt de facto eſt ob religioſam quietẽ, & diſceſſum à tumultibus curiarũ multi regularium non ſeruent præſcriptum ſacrorũ Canonum.

Reſp. I. In Ordine Minorum non militat iſta difficultas, quia vtitur practica criminali ad ſacrorũ Canonum, & probatorum Autho-

authorum preſcriptum nuperrimè concinnata. cui ſtandum eſſe ſub actorum nullitate ſtatuta decernunt.

Reſp. II. In conficiendis proceſſibus attendi debet forma, & materia, forma conſiſtit in ordinatione actorum, vt ſcilicet primum accipiatur accuſatio, denunciatio, inquiſitio *c. qualiter et quando. 2. c. licet eli. de accuſ.* Deinde examinentur teſtes, conſtituatur reus, indulgeantur defenſiones, recipiantur articuli, fiat citatio ad ſententiam, publicetur &c. Hæc eſt forma, ſeu ſtylus, qui in accidentalibus, non in iis, quæ ſunt de iure naturæ, & diuino variari poteſt, puta in delatione iuramenti, in citatione, defenſione &c. Materia conſiſtit, vt non conſtituatur non infamatus, non puniatur non auditus, non confeſſus, non conuictus, non contumax non præualeant teſtes inhabiles, non iudicetur ab inimico &c. de quibus latè in practica criminali, quam pro ordine noſtro confecimus, & diſputauimus ſupra *c. 1. q. 2.* & hæc ordinata ſunt per ſacros canones. & cum expulſio ſit ſuprema pœnarum, quas poteſt irrogare religio. non poteſt fieri, niſi cognitis, & planè probatis cauſis illius. Quid autem ſit, plenè, & ſemiplene probare, patet ex citatis locis, & tritum eſt apud omnes, de hac materia ſcribentes, & hæc præcipit obſeruari decretum.

Hinc dubitari poteſt, an exiſtente conſuetudine in aliqua religione quod delinquentes ſine ſtrepitu, & figura iudicii puniantur, abſq. eo, quod conficiatur proceſſus ſecundum traditas formas, Sed oretenus audiantur teſtes. & mente retineatur ipſorũ confeſſio, poſtea vocetur reus, & confeſſus, & conuictus puniatur de facto, nulla lata in ſcriptis ſententia, ſed ſolum appareat illius memoria in libro prouinciæ. Quod Frater talis tali die fuit punitus de ſuſpecto conſortio, rixa, furto. Et ne parè methaphiſicemur, praxis ſeraphici Ord. circa apoſtatas eſt, audita fuga, publicantur in prima refectione excommunicati & notatur in libro prouinciæ. Ecce vnum delictum ſententiarum. rediens abſoluitur, carceratur, & notatur in libro Prouinciæ. Non examinãtur teſtes, neq. de notoreitate apoſtaſiæ nec ipſe reus, niſi quando ſuſpicio ſit de patratione aliorum delictorum in ipſa apoſtaſia. An inquam hæc memoria reperta in libro prouinciæ ſufficiant ad expulſionem. Et ſicut ſit de hoc, ita potuit fieri de aliis delictis. Quia vt dixi, non ſolent regulares omnes incedere per hos tramites criminales iuxta formularia, quæ circumferuntur. Nec aberramus à directione S. Scripturæ, quia Daniel

presbiteros condemnauit ſine Scriptura: Iudas ad mortem damnauerat Thamar inauditam, ſine proceſſu, ex ſola tumidi ventris inſpectione. Ioſuè aureæ urgæ furem verbali proceſſione lapidibus obrui mandauit.

Reſp. Affirmatiuè. Quia ſolemnitas ſcripturæ, ad factorum memoriam retinendam inuenta eſt. & Decretum nil aliud intédit, niſi eum qui eijcitur, eſſe verè incorrigibilem. hoc eſt, commiſiſſe delicta, quæ meritò incorrigibilem conſtituant. Modo ſeruetur practica *Follerij*, *& Ambroſini*, modo *Cartbarius*, *& Clarus* audiantur, parum refert. ſufficit enim verè fuiſſe illum de talibus delictis punitum, & conſtare per librum publicum Prouinciæ. Nam ſi creditur libris mercatorum, & aliorum officialiũ, etiam in criminalibus. *Rot dec.416. nu.1. & 2. & dec.619 a n.1. lib.3.p.3. in nouis. Tuſcus conc.72.V. familiaris quis dicatur.to.3 n.16.* loquens de conprobatione familiarium domini: Et vniuerſaliter libri officialium ex publico deputatorum probant pro, & contra *Bertach.V. libri officialium ex publico.* multò magis credendũ eſt libris, qui in Archiuio Prouinciæ aſſeruantur, ex quibus eliciuntur euidentes probationes electionum profeſſionum, fundationum conuentuum &c. Et Archiuio publico communitatis ſtandum eſt. *Sigiſmundus de Homedeis conſ* 82. Archiuium enim eſt locus, in quo inſtrumenta publicè deponuntur, & geſtorum memoriæ. *Vlpian. l. moris. ff. de pœnis.* qui Græcis ſonat *grammatophilacium*, ſiue *Chartophilacium*, & latinis *Tabularium*, ac *Tablinum* apud *Spiegellium, & Rauardum in l. Sceuola.93. ff. de regul iuris.* & ad hunc effectum ſtatutum eſt in religione Minorum *cap.10. § 4. ex Valliſolet. an.1593. Salmant. capitul.10. Congreg. gen. Roman. an. 1603.* aſſeruanda eſſe in Archiuiis Delinquentium nomina, apoſtatarum notæ, punitionum ſententiæ, conſumptis poſt cauſarum complementum, & ſex menſium lapſum, proceſſibus originalibus. Vnde ex ſtylo noſtro, libris hiſce publicis ſtandum eſt, pro incorrigibilium expulſione, ſecus expelli nõ poſſent, ſuppoſitis allatis ſtatutis. Vbi obiter noto errorem aliquorũ Regulariũ iudicũ, quos modeſtiæ cauſa non nomino, qui in priſtinum reduxerunt Prouincialem quendam, qui fuerat ob grauiſſima delicta officio deſtitutus, quiquè non ſolum fuerat de plano confeſſus, & factis defenſionibus ſententiam acceptauerat, ſed etiam poſt voluntariam acceptationem ſententiæ, petierat, & obtinuerat à ſuo Generali condonationem aliquarum pœnarum, ſibi inflictarum, vt exilij, priuationis

Poteſt expelli, per memoriaſ repertas in libris prouinciæ.

Archiuia publica.

ſuſ-

ſuffragiorum &c. idque interpoſito trium, vel quatuor annorũ, quibus in rem iudicatam tranſitum erat. & quidem ſcandaloſa facti euidentia inficiari non poterat. his tamen omnibus contemptis, delegati à Generali ſucceſſore, qui neque in anteceſſorem habebat imperium, Reum conuictum, confeſſum, condemnatum, & iam tot annorum lapſu ſub cenſura manentem abſoluerunt, & innocentem declararunt, huic vni fundamento innixi, quod ſententia ex actis iuſtificari non poterat, non comparente proceſſu, iam ex induſtria flammis donato. Quaſi poſt tot annos, & ſententia in rem iudicatam tranſacta, poſset per frigidam hanc appellationem emendari. Sed non ſemel exleges hominum affectus eſſe ſolent & qui impium pro muneribus iuſtificare decreuerunt, legibus contra leges vti non dubitent. Maneat tamen firmum, tantum valere apud nos ſententias nudas, & delictorum memorias, quantum valerent ipſi proceſſus.

Si vrgeas. Iudicium factum incontinenti, prout fuit illud *Danielis cap.* 13. ſine iuramenti exhibitione non eſt validum. quia teſtes non iurati fidem non faciunt. vt eſt in communi praxi, & habetur in *l. iuſiurandi*. C. *de teſt*. Vnde controuertitur, an puniri poſſit teſtis non iuratus falſum deponens. *Bartol. in l. ſi quis legatum num.* 3. *et ff. ad l. Corn. de falſis.* quaſi non habeat rationem teſtis, ſi non iurauerit.

Reſp. iuramentum non eſſe de forma, & eſſentia teſtimonii, ſed eſſe introductum ad fauorem partis, quæ ſuo iuri renunciare poteſt. vnde teſtem falſum non iuratum, Puniendum eſſe tãquam falſum, etiam ſi non iurauerit, tenent cum *Bartolo cit. Alex. in l. argentarius. §. cum autem. n.* 6. *ff. de eden. Clar. §. falſũ. num.* 16. *Ver. tu ſciſ. Curt. ſenior. in tract. de teſt. concluſ.* 15. *nu.* 34. *Iaſon. in l præſcriptione notab.* 2. *nu.* 8. *C. ſi contra ius, vel vtilitatem publ.* apud quem alij, *Boſſius in pract. crimin. tit de falſ. n.* 163. *V. quæro quando teſtis.* Et ſi poteſt vnus particularis renunciare iuri, ad ſuum fauorem inducto, multo magis poteſt religio, ſaltem tacitè. ſicuti reperiuntur religioſi qui renunciant iuri correctionis fraternæ, quod eſt diuinum, & non niſi, quia concernit fauorem ſingulorum.

Iuramentum non eſt de eſſentia teſtimonii.

Quæſtio V. De eiectis in ordine ad forum ſæculare. Et I. quomodo de ipſorum eiectione conſtabit. II. qualiter ſe gerere debeant iam eiecti. III. quid remaneat religioni moliẽdum circa expulſos.

Digitized by Google

Sẽtentia eiectionis notificanda Epiſcopo.

Reſpondeo I. per Decretum. *Generalis illico expulſionis ſententiam ordinario notificare teneatur.* Ratio eſt, quia *ordinarii loci iuriſdictioni, et obedientiæ ſubſunt.* ergo id conſtare debet ordinario, vt ſciat. eiectum iam exẽptionis priuilegia amiſiſſe.

Sed eſt I. Difficultas. Expulſus Romæ, An Papæ notificanda ſententia? & ſi in loco nullius diocæſis, an Archipresbitero, Archimandritæ, Priori?.

Ad I. manifeſtanda eſt Vicario Papæ, qui eſt iudex ordinarius omnium Clericorum, & eorum, quæ ad Papam ſpectant, tamquam particularis eccleſiæ Romanę Epiſcopum, cuius facultates vide apud *Barboſ. in collect. bullar V. Vicarius, Papæ.*

Ordinarius quis.

Ad II. Dico, nomine Ordinarii venire omnes ſupradictos. Nam ordinarius eſt, qui iuriſdictionem iure ſuo, & non alieno beneficio ſiue naturam non datiuam habet. *Salianus inconſul. tus apud Spiegell.* & qui poſſidet vniuerſitatem cauſarum, & iure ſuo conferre poteſt *cap. ordina. cum gloſ. de offic. ordin. in 6.* Vnde ſatis differt ordinarius a Diœceſano. quia ordinarius eſt is, qui ordinariam iuriſdictionem habet. Diœceſanus autem qui diæceſi preæſt, quod ſolis epiſcopis conuenit. *Panorm. in c. cum olim. de maior. & obed. & in cap. Ioannes nu. ſecundo de teſtam.* vbi ex profeſſo de hac re agit. cum ergo ſupracitati natiuam, & non delegatam iuriſdictionem habeant, ſequitur eſſe verè ordinarios. quibus inſinuanda eſt expulſionis ſententia.

Diœceſanus.

II. difficultas. An ſignificatam ſibi a Generali ſententiam expulſionis posſit epiſcopus examinare, & iuſtificare.

Ordinarius non poteſt examinare ſententiã expulſionis.

Reſp. negatiuè. quia non ſe habet ad hãc ſententiam vt iudex appellationis. & actiuè, ſed executionis, & merè pasſiuè, ex neceſſitate. quia non poteſt ſibi ſubditos repellere. ſicuti non poſſet inquirere ſuper vitam & mores eius, qui hoſpes ad ſuam iuriſdictionem accederet, ſed ſufficit, vt iure hoſpitii ſibi ſubſit. & hoc eſt ius collatum religioni, non ordinario. ſic non poſſunt iudices ſæculares examinare cauſas, propter quas aliquis brachio ſæculari traderetur, ſed tenentur ſententiam exequi ſine alio examine, quia hoc ius eſt eccleſiaſt. non ſęcularis iudicii. *Cenedus ad decretal. collect. 55. n. 2. Suar. de paz. t. 2. pralud 2. n. 30 Io de Heuta in Curia Philippi 3. §. 3. n. 19 Mẽdez in prax Luſitana lib. 2. c. 1. n 16. Mirand. de ordin. iudic to. 1. q. 1. ar. 5. concluſ 6. apud Dian. de immun. eccl. reſol. 134.* docentẽ, non ſolũ non poſſe tales iudices examinare ſententias inquiſitorũ, ſed poſſe ab ipſis puniri, quãdo remisſius cũ hereticis, brachio ſęculari traditis agãt.

Reſp.

Reſpōdeo ſecūdo eiecti tenentur *incedere in habitu clericali*, & ordinariis ſubeſſe. Sed quid ſi expulſus ſit laicus in religione?

Dico, non debere in clericali habitu incedere, quia laici non debent eſſe melioris conditionis expulſi, quam fuerint Religioſi. in Religione autem clericalem habitum deferre non potuiſſent, ſi is ab habitu Clericorum eſſet diſtinctus, vt eſt in pleriſque religionibus & de corona, & tonſura clericali certum eſt. Ad hæc decretum, quoad habitum loquitur de Clericis, quia S. *itē eiecti* ſubiungit, *ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio ordinum*, quod laicis non conuenit, & ſatis dedecori eſſet habitui clericali, ſi eo indutus incederet laicus, omnis qualitatis clericalis expers. Si dicas, id fieri, vt de iuriſdictione Epiſcopi eſſe noſcatur. Reſpōdeo multos eſſe de iuriſdictione Epiſcoporū, qui in clericali habitu non incedunt, vt famuli, ſatellites, & familia. Laicus eiectus quo habitu incedet.

Quid ſi laicum eiectū, & non in habitu clericali incedentē, ſecundū hāc doctrinā, aliquis percuteret, eſſet ne excōmunicatus. Illū percutiens an excōmunicatus.

Dico eſſe, ſi vt eiectus cognoſcatur, quia ſi amiſit Priuilegia exemptionis regularis, non amiſit exemptionem fori Epiſcopalis, & Priuilegium Canonis, eſt enim actu religioſus, & quando reſipuerit, poteſt ad Religionem redire, vt idem decretum diſponit, innouando. *c. fin. de reg.* de quo nos abunde *ad cap. 2. Stat. 66.* Eiectus ſiquidem, licèt ſit declaratus incorrigibilis, nō tamen eſt degradatus, & omni clericali Priuilegio ſpoliatus, cuiuſmodi actualiter degradari mandatur hæreticus, qui ad perpetuum carcerem, vel immurationem damnatur per ea, quæ congerit. *Salſedo in add ad practic. Diaz cap. 116. V. debet degradari*, in quo caſu non ſumus.

Reſpondeo tertiò. Eiecti in continuo peccato mortali ſunt, & tenentur reſipiſcere, & dignos ſe præbere, qui iterum à Religione recipiantur. Primò quia S. Congregatio monet Prælatos, ne faciles ſint ad expellendum Religioſos, in profundum malorum delapſos, ne ex ipſorum manibus ſanguis ipſorum requiratur, & mandat illos quærere, ſi ſpes emendationis ſubſit, ergo ex mente S. Cong. ſunt in malo ſtatu. Secundò quia tenentur ſuam profeſſionem ſeruare, à qua non ſunt abſoluti, & ipſi ſibi ſunt cauſa inobſeruantiæ. Tertiò expulſus eſt infamis, & ſcandalum dat ſcientibus, expulſum fuiſſe ob delicta, & non reuerti, quia emendari non curat; hoc autem eſt peccatum mortale, eſt igitur in peccato actuali, & habituali. lege *Sanchez*, *Fauſtū*, Eiecti ſūt ſemper in peccato mortali.

Sotum,

Sotum, Graffium, Angles, Aragoniam, Sayrum, Naldum, quos citat, & ſequitur *Peir. d. tom. 1. q. 1. c. 25 dic. 6.* qui addit, eiectum, poſtquam ſe emendare procurauerit, atq; ad Religionem cum omni inſtantia redire quæſierit, ſi non fuerit receptus, poſſe tutò remanere in ſæculo, quia fecit quantum potuit. Tenetur tamen eiectus extra Religionem ſeruare omnia, quæ ſtatui ſæculari non repugnant, vt ſunt ieiunia, horarum recitatio, &c. ſi autem ſunt incompoſſibilia, vt obedientia, quæ debetur Epiſcopo, paupertas, quia tenetur vitæ conſulere per adquiſitionem, & retentionem bonorum non obligatur. Authores multos congerit. *Hieron. Rodor. reſolut. 57. num. 6.*

Quærendi ſunt. Reſpondeo quarto. Religio debet quærere ſuos eiectos, illosq. ſponte redeuntes recipere, *dummodo tamen in expulſis huiuſmodi ſit euidens ſpes emendationis*, vt ait decretum, ſed quia rem hanc citatis locis examinauimus, eo lectores remitto.

Quæſtio ſexta. An, quia decretum de eiectis ad omnes Religioſos extenditur, extendantur pariter decreta Clemẽtis VIII. de reformatione regularium.

Decreta Clementis VIII. ad omnes extẽdi videntur. Reſpondeo. Videntur extendi ex verbis decreti, quod incipit. S Cong. *&c. regularium eiectorum, & fugitiuorum Statui conſulere, &c. cenſuit primò eſſe innouandas Conſtitutiones, & decreta generalia S. M. Clem. VIII. ad regularium reformationẽ, & nouitiorum receptionem, &c.* pari igitur paſſu extenduntur ad omnes, & iure quidem, quia vbi extenditur ratio, extenditur lex, & vbi locum habet ratio, habet locum diſpoſitio legis, *l. illud. ff. ad l. aquil. l. 3. in princ. ff. de iniuſt. & rupt. teſtam. S. duorum.* ſicuti ratione correcta, cenſetur etiam lex correcta, *Gloſ. in l. 1. ff. de leg. tut. l. quod dictum. ff. de pactis, & ibi Bart.* & alia multa, quæ ad hoc ab Authoribus congeruntur. Ratio autem, quæ iſta decreta connectit, eſt, impedire mala, quæ ſollicitãt expulſionem, & fundant incorrigibilitatem; hæc autem reperiuntur in omnibus regularibus, ergo debent remedia ad omnes extendi, quæ in reformationis decretis reperiuntur, ordinatis ad impedienda mala, & conſeruandam diſciplinam regularem. Quæ ratio excludit reſponſionem, quæ dari poſſet, nimirum non extendi, niſi ad illas Religiones, quas Clem. VIII. reformare voluit, & non ad alias. Nam ſi in omnibus reperiri poſſunt incorrigibiles, etiam omnes obſeruare debent decreta, quæ impediunt incorrigibiles.

Oppoſitũ eſt probabilius. Contraria tamen ſententia probabilior eſt, nimirum, quod

Reli-

Religiones illæ, quæ exceptæ fuerunt ab eodem pontifice à prohibitione recipiendi nouitios, & ab aſſignatione Conuentuum, non tenentur ad obſeruantiam decretorum Clemétis VIII. pro refor. regularium. Ratio ſumitur ex fine, quia ceſſante fine legis, ceſſat illius diſpoſitio. *l. ſi vno anno. ff. locati conducti. c. magnæ de voto, & voti redemp. vbi Abb. num.* 14. *l.* 1. *ff. de condit. cauſa data, cauſa non ſecuta. l. pecuniam. C. de condit. ob cauſam datorum. Barboſ. axiom.* 48 *vſque ad num.* 24. finis autem illorum decretorum eſt reformatio regularium, vt patet ex titulo, ideſt illorum, qui tali reformatione opus habebant, vel habent; non enim reformantur, niſi disformati, quia *Reformare* eſt rem in priſtinam formam reducere, teſte *Budeo* apud *Hermogenem in l. vectigalia. ff. de publ.* & apud *Vulpian. in l. iuris gentium. §. adeò autem. ff. de pactis*. Declarauit autem Pontifex, quos reformatione indigere cognouit, illos ſcilicèt, quibus nouitios recipiendi facultatẽ ademit, vt in proemio Conſtitutionis *Regularis diſciplinæ* maniſeſtè proteſtatus eſt, ſicuti è contrario in decreto, quod incipit *Sanctiſſimus in Chriſto Pater* excepit illos, qui reformatione nõ indigebant. Et quod exceptas Religiones reformatione non indigere iudicauerit, decretaque illa ad reformationem disformatarum ordinauerit, patet, tum ex claris verbis eiuſdem Clemẽtis §. 57. decretorum. *Vt autem* (inquit) *hæc decreta, donec alia, quæ pleniorem reformationem faciunt, edantur, ab omnibus obſeruari poſſint*, vide quomodo illa ſolum edidit in ordine ad reformationem. Tum etiam ex connexione immediata illorum cum prohibitione de non acceptandis nouitiis, hanc edidit 20. *Iunii* 1599. & decreta reformationis 25. *eiuſdem menſis, & anni*. Valet autem argumentum ab ordine titulorum. *Innocen. de tutela, & titulo ſequenti. Bartol. in l. idem labeo fin. ff. de rerum amot.* & ſic in facto vidi ſeruari apud aliquas Religiones exceptuatas, quæ nouitios educant ſine Clementinis legibus, ſed more veterum, etiam ſi multa faciant, quæ in illis continentur, nõ quia in decretis, ſed quia in ipſarum Conſtitutionibus ea ipſa continentur, & continebantur, antequam Clemens VIII. ſua decreta edidiſſet.

Reformare, quid ſit.

Confirmari poteſt ex multis decretis, quæ vix, aut ægrè accomodari poſſunt aliquibus religionibus exceptuatis, ſumamus Chartuſianos, iſti lectores & concionatores non habent, qui à chori ſeruitio eximuntur, lectionem caſuum conſcientiæ non faciunt. Primam, & ſecundam menſam non inſtruunt, niſi rarò. Bo-

Decreta Clem. ab omnibus obſeruari non poſſunt.

na

na Cęnobiorum ſecundum ea, leges non adminiſtrant, lampadē in dormitorio non accendunt, Cęllis particularibus,& caminis vtuntur, Conuentus pro recipiendis nouitiis, nec aſſignatos, nec ad formā Clementinam tenent. De examinatoribus ad confeſſiones,& prædicationes de appendenda tabella pro diurni operis nunciatione, de reductione horum decretorū inter ſuas Conſtitutiones, nec locuntur, imò nec exequi, ſtatu ipſorum inſpecto, poſſent. ſuis hucuſque immutatis Statutis viuunt, & ſicut iſtos non ligant, neque alios ſimiles, non tantum materialiter ex tali Inſtituto, cui inepta ſunt, ſed etiam formaliter ex intentione Legiſlatoris.

In claris non eſt opus coniecturis.

Si dicas in claris non indigemus coniecturis,& in manifeſtis nō eſt opus probatione,& expreſſione. *l.1.ff.de reſtit. in integ. & ibi Bart.l.1 ff.de exercitatoria.Speculator de Actore V. ſed quid ſi iſte. l.continuus.§.cum ita ff.de verb.oblig.l.ille, aut ille.§.cū in verbis. ff.de l.3.* ſed decreta Clemētina clariſſimè apparent lata pro omnibus, do titulum. *Decreta pro reformatione regularitā tàm Monachorum, quàm Mendicantium cuiuſcumq.Ordinis, & Inſtituti,* & quàm vniuerſalis ſit, omneſq.compræhendat, docet dictio *cuiuſcumq.* de qua *Barboſa dict.3 17* & ex proemio, ac rubrica optimum ſumitur argumentum, per *Barboſ. Axiom 192.loco 91.& 98. per totum.* Ad hec vanum fuiſſet, Vrbanum VIII. innouaſſe decreta Clementis VIII. & præcepiſſe ſub grauibus pœnis ea legi, & obſeruari ab omnibus indifferenter, ſi maior pars regulariū non compræhenderetur argumento *c ſi ciuitas V. ne vil pēdi de ſent. exc.in 6.Abb.in c.fin.de iure patr.& gloſ.in c.quamquā. de vſur. in 6.Io.And.in c.odia de reg.iur.in 6.* Non enim debet exponi ludibrio lex. *Bald.in tract.de Schiſm.col.3. Spec.de Aduoc.* ait enim decretum in fin. *§.nequa verò difficultas. Seriò mandat, vt illa diligenter obſeruent, atq.obſeruari procurent in omnibus Cœnobiis, Monaſteriis, Collegiis, & domibus quorumcumq.Monacorum, ac Regularium, vbicunq.locorū exiſtentibus, efficiantq.vt tàm decreta ſupradicta fel.rec Clem.VIII.quā praeſētes ordinationes in ſingulis eiuſmodi locis, bis ſaltē in anno legantur in publica menſa,* ex quibus fit tale argumentū, omnes ad vnū regulares bis in anno tenētur legere decreta Clem. ergo omnes illa obſeruare tenētur, conſequētia eſt euidens, quia publicatio legis ad illius obſeruātiam dirigitur, cū ignorantes non obliget, ſciri autē non poſſunt, niſi publicentur. *l fin.§ fi 1.& ibi Bald. C.de caduc.tollenda l.fin.ff. de decretis ab ordin.faciendis, Bart.in l.inter omnes.ff.de furt.§.recte*

Publicatio ad obſeruantiā legis dirigitur.

Ël. Bald. in l. leges ſacratiſſima. C. de leg. Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 31. n. 5. Suar. lib. 4. de l. c. 12. à n. 13. & eſt communis in *c. 2. de Conſtit. Caſtro de l. pen. l. b. 2. c. 14. Tiraq. lib. 1. de vtroque retractu. §. 35.* & quod prius eſſe debebat *c. Apoſtolica. de cler. excom. c. vt animarum de conſt. in 6. c. ſi vir. de cognat. ſpirit. & ibi gloſ. Hier. Rodr. reſol. 90. n. 22. & infra.* Si igitur applicantur media, intenditur finis. *c. exit. de verb ſign. in 6.* hic autem eſt obſeruantia decretorum. Tandem id ipſum ſuadet neceſſitas, quæ reperitur in omnibus Religionibus de prædictorum decretorum cultura, quia ſunt vniuerſalia, diſciplinam regularem promouentia, iuſta, pia, & quibuslibet accomodata, & accomodanda, ergo applicari debent, vt fomenta, & remedia, quod *S.* Sedes Apoſtolica intendit & valet. Maxima illa legalis, legem extendi ad omnes caſus, quibus aptatur legis ratio, & habere locum in diſpoſitionibus, vbicumque locum habet ratio legis, etiam ſi diſpoſitio ſtrictè loquatur, & ſimus in materia correctionis, ne dum in fauorabilibus, cuiuſmodi eſt reformatio regularium. *Gloſ. in c. quoniã frequenter. §. porro. vt lite non conteſt. & in c. cupientes. §. denique de elect. in 6. & c. 1. de elect. Domin. à* S. *Gemin. conſ. 39. Crauet. conſil 227 n. 6. Valum. 2 Bald. in auten. quas actiones. q. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Paulus de Caſtr. in l. ſi verò. §. de viro ff. ſolut. matr. Curtius ſenior conſ 81. col. 1. Cornel. conſ. 273. vol. 4.* Lex extenditur, quo eius ratio.

Reſp. fateor fortes eſſe allatas rationes, & ex parte oppoſitas à D. Maranta in hac Vrbe Neapolitana dum pro Patribus Carthuſiæ ſuper hac materia conſultus reſpondiſſem an. 1646. de menſe Auguſti, attamen non tantas, quę potuerint poſitam concluſionem conuellere, nam ad maximam illam extenſionis legis ad rationis menſuram, dico pati multas exceptiones, vt videre eſt apud *Bar. in l. non dubium. C. de legib.* & ad ſatietatẽ *Bertacb. V. extenſio Statuti.* præcipuè *à n. 10. extenſio Statut. ex paritate rationis.* & *to. 1. com. opin. iuris tit. 17. à nu.* 112. & miſſis aliis patitur illam, quod lex non extenditur, nec ad non compræhenſa, nec quo legis ratio non pertingit, in eo nimirum caſu, quo lex eſt inducta fauore certarum perſonarum. *argum. leg penult. ff. de Conſtit princ. cap ſanè de Priuil. cap. Conſtitutus. de conceſ. prabenda. Bartolus in leg. 1. C. de iuris, & facti ignor. & argum. leg non poſſunt. ff de leg. & in leg. cum quidam ff. de liberis, & poſtb.* Regulares autem exceptuati non ſunt compræhenſi in reformatione, tamquam illa non indigentes, & illa decreta lata fuere ad fauorem perſonarum, quæ reformari opus habebant, Quando valeat.

bebant, & ideò extendi ad alias non debent, cum hoc ſit extra mentem legis, & licèt vtilia, & optima ſint, non propterea affirmare debemus, quod ad illa teneantur, quia nemo tenetur ad illud, ad quod iure non obligatur, etiam ſi ſanctum ſit, & ſi hoc ſemel admittatur, nulla erit religionum diſtinctio, quia quælibet habet ſanctum Inſtitutum, quod tamen non eſt medium neceſſarium omnibus perfectionis adquirendæ, vel conſeruandæ.

In claris, &c. quomodo intelligitur.

Claritas diſpoſitionis, quæ coniecturas excludit, valet in iis, de quibus eſt ſermo, & ſaltem declarari debent, quia etiamſi titulus vniuerſalis eſt, & de omnibus indiſtinctè loquatur, vnde non admittit diſtinctionem. *l. de pretio. ff. de publ. l. 2. & ibi Bart. ff de off. præſid l. 4. ff. de condict. ob cauſ. §. ſi liber homo. l. liberti. ff. de iure patron. l. adigere. §. quamuis. l. 4. in fin. ff. de off. præſid. Gloſ. in l. proſpexit ff. qui & à quibus.* Debet tamen reſtringi cauſa vitandi abſurdi. *Clement. literas & Clem. auditor. de reſcript. Bart. in l. furti. §. pactus. ff. de infam.* eſſet enim applicare remedia non indigentibus, & extra chorum ſaltare, & licèt lex habens præfationem generalem, debeat generaliter intelligi. *Bart. in l. 1. §. idem. ff. de iuris & facti ignor.* & legum Rubricæ, vt authẽticæ allegari poſſint. *Specul. de diſp. & alleg §. 6. V. & nota. Barboſ loco 98.*

Præfatio proemiũ, Rubrica quid valeant.

Attamen nõ licet ſumere argumentum ex verbis narratiuis alicuius legis, aut ex narratione facti expoſiti, nec in ſenſu directo, nec in contrario. *Gloſ in l. vn. ff. quando non petente parte. Iaſ. in l. 1. 38. n. ff. de offic. eius*, & communem dicit *Bonacoſ.* & rubricæ, ac proemia multoties vniuerſaliora ſunt nigro, & Conſtitutione, & regulari debent à contentis in legibus, quibus præmittuntur, & non operantur vltra diſpoſita, & intentionem diſponentis, & dictiones vniuerſales, quales ſunt *omnis, quicumque, quilibet*, licèt comprehendant omnes caſus, & perſonas, reſtringendæ tamen ſunt ad perſonas habiles, vt ex multis limitat cit. *Barboſa dict. 317. n. 12* apud quem *Tuſc. lit. D. concl. 352. n. 9 post Apostillatorem ad Romanum conſ. 31.* ait. *In odioſis, & vbi conſtat de mente diſponentis verbum*, quicumque *reſtringitur ad ſimilia, & ad habiles, & ad vnum tantùm*, idem affirmat. *Pariſ. de conſid. benefic quæſt. 58 num. 51. & idem Barboſa num.* 13. refert reſtrictionem ſupradicti verbi *quicumque*, nimirum ad ſubiectam materiam ſignatè, vbi ſimus in odioſis; & in ijs, quæ ſunt maiora expreſſis, *& num. 19. & vlt.* quod expreſſi tantum intelligantur, vt ſi quis conſtituatur Procurator in certa cauſa contra Ti-

tium,

tium, & dicatur, in omnibus alijs cauſis, intelligitur contra Titium, non alios, ita diſpoſitio Clementina comprehendit omnes ad vnum, ſed qui reformandi erant. & licèt hoc expreſsè non appareat, ſufficit, contineri tacitè, & deductiuè ex mente Legiſlatoris; taciti enim, & expreſſi, idem eſt iudicium, & virtus. *l. cum quid ff. ſi certum petatur. l. quod ad certum ff. locati. Felin. in cap. ex literis de fid. inſtrum.* Ceſalen. *conſ. 272. n. 88. vol. 2. & conſ. 157. num. 46. ibid.*

Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.

Quod autem adducebatur ex publicatione, & innouatione, & obſeruatione eorundem decretorum, præceptis ab Vrb. VIII. omnibus regularibus: Dico, ad lecturam decretorum bis in anno teneri omnes ſine exceptione, nec inde fieri extenſionem decretorum ad exceptuatos; quia ſicut innouatio, & confirmatio non facit, vt diſpoſitio vetus comprehendat non comprehenſos, ſed relinquunt illam in terminis, in quibus erat: Quia *innouare* non eſt, denuò condere, ſed reſtituere. per *Cardin. in Clement. dudum. initio. de ſepulturis.* & *Confirmare*, eſt addere robur actui, non autem extendere. *Iaſon. in l. more. col. 8. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* & videre eſt in *cap. penult. de iureiur.* & confirmatio nihil de nouo tribuit. *Decius in rubr. de confirm. vtili, vel inutili. Oldradus conſ. 154. Franciſcus Aretin. in l. moribus. col. 1. ff. de vulgari, & pupillari.* Cardin. *in Clement. 1. §. 2. notab. 22. de iur. iur.* Cum ergo conſtet Vrbanum non declaraſſe comprahendi ſub decretis Clementis exceptuatos ab ipſo Clemente, certū eſt, confirmaſſe illa, prout edita fuere, & ſic mandans publicari, voluit obligare ad illorum obſeruantiam, quos idem Clemens arctare voluit, & non alios. Quod autem præceperit etiā exceptuatis decretorum lecturam, id non fecit ex principali intento, ſed acceſſoriè; Principale enim intentum Vrbani, & S. Cong. fuit, publicare, & obſeruandum mandare decretum de electis, non decreta Clementis, hoc ſecundum fuit acceſſorium, & occaſionatum, quod non ſortitur naturam eius, cui accedit. *Bertach. in Repertorio V. Acceſſorium.*

Acceſſorium.

Ad hæc cū maior pars regularīū reformari indigeat, nō fuit abs re, imponere omnibus eorūdē lecturā, quia maior pars trahit minorē, nec fuit opus mētionē facere de exceptuatis, & nō exceptuatis, quia intelligētia legis canonicis interpretationib. relinquitur.

His addo magnā coniecturam, nam Vrbanus in principio ſui decreti ait. *Cenſuit eſſe innouandas, & authoritate ſua innouat Conſtitutiones, & decreta generalia S. M. Clem. VIII. ad regula-*

rium

rium reformationem, atq. Inſtitutionem ſpectantia, ex quo ſic argumentor. Receptio, profeſſio, & educatio nouitiorum non fuerunt ordinatæ à Clemente, niſi illis, quibus vetuerat nouitiorum receptionem, ergo Vrbanus illas non renouat, niſi aduerſus illos, contra quos latæ fuerunt; ergo cum decretorum obſeruantiam mandat, ſimul, & ſemel connectendo illa cum decreto de eiectis, illa tantum ordinat ad eos, ad quos materiam nouitiorum dirigit, & idem dicendum eſt de aliis.

Si tandem opponas talia decreta, vt plurimũ redacta eſſe inter Conſtitutiones Ordinum exceptorũ, quæ poſt Clem. VIII. conditæ, & reformatæ fuerunt, vt apparet in nuperrimis Statutis Ordinis, & reformatorum Obſeruantium, quod videtur factum ex 57. Conſtitutione Clem. VIII. *Curent*, inquit, *ea omnia inter alias eorumdem Ordinum Conſtitutiones perpetuò valituras redigi*, & in praxi puniuntur talium decretorum tranſgreſſores, ergo acceptata fuere ab omnibus Religionibus, etiam exceptuatis, & proinde omnes tenentur ad illorum obſeruantiam.

Dico factum fuiſſe, non vt ſe obligatos confiterentur, vel vt obligarentur ad illa, ſed quia optima viſa ſunt, ſicuti accipimus, ex Regulis S. Baſilii, S. Pacomii, S. Benedicti, quæ prudenter ab illis ordinata fuere; quod tamen non infert debitum ad illa, ſed quatenus à Religione præcepta reperiuntur, & punit illorum tranſgreſſores, non quia ita Clemens præcepit, ſed quia ita Religio diſponit. Non iuerim inficias, multos tenuiſſe ſe obligatos eſſe ad decreta Clem. VIII. hæc tamen ignorantia non facit ius. *c. quia diuerſitatis. de conceſ. præb. l. genero. ff. de his qui not. infam. l. ſi quis ingraui. §. fin ff. ad S. C. Syllanum l. generali. C. de tabul. lib.* 10. & in hoc genere multa committunt regulares, dũ de Priuilegiis agitur, putant enim non habere facultatem, quam tamẽ habent, vnde ſcrupulis, & difficultatibus implectuntur, Priuilegia tamen non propter hoc amittunt, quia remota ignorantia, veritatem cognoſcunt, & ſuis iuribus fruuntur.

Quæſt. 7. An vbi decreta Vrbani VIII. de eiectis recepta non eſſent, poſſent expelli incorrigibiles iuxta veterẽ conſuetudinẽ?

Reſp. dari aliquas regiones, & nationes, quæ bullas Apoſtolicas, imò, & Concilia non recipiunt, certum eſt, vel quia inibi nõ publicantur, vel quia publicatæ non obſeruantur, vnde oritur præſcriptio, & non obligatio, quia non ſeruantes leges Pontificias, & Imperiales, quæ publicatæ, aut acceptatæ non ſunt, vel antiquatæ, & præſcriptæ fuerint, nõ peccant, neq. actus facti contra talẽ

præ-

præſcriptionem ſunt inualidi, nulla incontrariú lege reſiſtente. Et quod lex ſuam ſubſtantiam à populi acceptatione ſumat; aut ſaltem roboretur accidentaliter, communiſſima eſt canoniſtarum ſententia in *c.1.de tregua & pace.* & legiſtarum *in l 32. ff. de legib.* vbi Iulianus ait *Cum ipſæ leges nulla alia cauſa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ ſunt. Nau.c.23. num. 41. Rodrig. tom. 1, quaſt.6. art.9. Maior. in 4 d. 14. quaſt.4. Armil. V.lex.nu.11. Azor.lib.5. cap.4.to 1. Driedo lib.1. de libert.chriſt. cap.9. conſid.2. Nauar.item conſil.1.de conſtit.q.5.* Hinc Gratian. d.4.ait *Leges inſtituuntur cum promulgantur ſirmantur, cum moribus vtentiū approbantur.* Neque multum faceſsit negotij ratio in oppoſitum, quod cum populus in Regem ſuam authoritatem contulit, non habet vnde reluctet legi, quæ promulgaretur. Non inquam valet. Quia ex praxi, & experientia perpetua Populus reſeruauit ſibi facultatem acceptandi, vel non acceptandi leges . Ideo ſuo iure vtitur , cum non acceptat . Quod autem hoc ſibi reſeruauerit, patet ex eo , quod , quando legem non acceptat, illa nullam vim ſortitur. & hoc eſt incluſum in ratione intrinſeca populi, nec contra illud diſputare valet.& Princeps id ſciens, & videns, volens nolens tacet. Hinc in Gallia non fuit acceptatum Conc.Trident. & multa fiunt contra illius præſcriptum. In Belgio, & Germania non eſt acceptata bulla de alienatione rerum eccleſiaſticarum,ſaltem quoad pœnas. *Theſaurus V.alienatio cap.1. num.2.* & alia huiusmodi,igitur potuit non acceptari decretum de eiectis. quod multo inferius eſt bullis apoſtolicis.

Dico igitur, ſi Generalis alicuius religioni s, quæ in ſola aliqua regione concluditur,in qua tale decretū acceptatum non fuerit, aliquem, ſeruatis iure communi, ſuiſque ſtatutis expelleret , valere expulſionem. Si autem ſit generalis, qui gubernet religionem diffuſam in aliis etiam partibus, in quibus decretum eſſet acceptatum,vel publicatum,non poſſet, niſi conditionibus decreti ſeruatis. expellere. Ratio eſt, quia cum expulſio collata ſit generali, ille, ſi ſibi ſit intimata iſta noua diſpoſitio in aliqua parte ſuæ religionis,non poterit contra illam operari in alia parte. Quia arctatio ſequitur perſonam generalis, non locum. ſicut ſolet fieri aliquando cum regibus plurium regnorum, qui in vno,puta Caſtellæ,faciūt,quæ facere non poſſent in Cathalonia, vel Aragonia, aut Sicilia, illi enim capiunt regna cum his

legibus: generales autem cũ ſint immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, illius leges obſeruare tenentur, quando eiſdem legitimè intimatę fuerint & ſic non poſſent illas ſeruare in Italia, et non in Gallia, quia vbique ligatam iuriſdictionem habent. E conuerſo, alius generalis, qui in ſola Gallia v. g. reſideret, & vellet inibi aliquem expellere, ſuppoſito quod tale decretum ibi acceptatum non ſit, quod tamen ignoro, quia non publicatum, vel ob alias cauſas, tunc eius iuriſdictio impedita non eſſet. Videtur doctrina ex mente Clem. VIII. deduci, qui diſponens de non recipiendis nouitiis, diſpoſitionem intra Italiam, & inſulas adiacentes coercuit. Cum ergo Vrb. 8. mandet in decreto de eiectis, decreta Clementis vbique publicari, certum eſt, non intẽdere, quod vltra montes extendantur. Cœterum ſi aliquis eijceretur in partibus, non ſeruata forma præſentis decreti, puto poſſe eiectum ad Sedem Apoſt. appellare, à qua ſine dubio releuaretur, ſtante publicatione facta in curia, quæ de iure ſufficit ad afficiendos ſubditos pro obſeruãtia, quãtum eſt ex parte ſua. *Silueſt. V. lex. quæſt. 6. Suar. 3. de legib. cap. 16. num. 10. Vaſqu. diſp. 156. cap. 2. in primam ſecundæ S. Tho. Valent. to. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 5. Rodrig. tomo 1. q. 6. art. 4.* licet *Abb. cap. 2. de conſtit. num. 7. Armilla V. lex. num. 11. Nauar. cap. 23. nu. 44. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 1. art. 4. Mol. tom. 2. diſp. 395.* dicant eandem eſſe rationẽ de lege Papę, & Imperatoris, & non obligare, niſi publicẽtur, non in ſola Curia, ſed etiam in omnibus prouinciis ex *cap. 1. de conceſs. prabendæ.* dicente. *Lex, ſeu conſtitutio, & mãdatum nullos adſtringunt, niſi poſtquam ad notitiam peruenerint eorũdem, aut niſi poſt tempus, quod ignorare minimè debuiſſent* Quod eſt duorum, vel 4 vel 6. menſium, pro regionum diſtantia. Sed miſſa hac quæſtione, certum eſt, eiectum (vbi non fuit receptum decretum, & propterea non ſeruatum) ſi recurrat ad ſedem Apoſtol. omninò reſtituendum eſſe in integrum, quia iudicari non poteſt, niſi ſecundum leges iam publicatas.

CAPITVLVM XX.

De Pœnis Ludentium.

INSOLENS quoad regulares materia, quantum in ſe eſt, ad vtrumlibet nata, niſi fine, perſona, loco, tempore, qualitate, modo, & abuſu vitietur. ex *Caiet. V, ludus*. Et dixerat Imperator Iuſtin. lib. 3. C. *de aleatoribus, & alearum vſu. l. alearum* initio *Alearum vſus* (inquit) *antiqua res eſt, & extra operas pugnatorias conceſſa. Verum pro tempore abiit in lacbrimas*. Nos vniuerſalis quædam prælibabimus, quantum ſufficiat ad declarationem ſtatuti ſequentis *in c 7. §. 5. nu 67 Nullus Fratrum aleis, aut taxillis ludere audeat, ſub pœna carceris, arbitrio ſuperioris, & priuatione ſuffragiorum iuris per triennium.*

Quæſtio I. Qui ludi ſint vetiti, & quo iure, & ſpecialiter regularibus. Pœna Fratrum ludentiũ.

Reſpond. in citata l. *alterum*, prohibetur omnis ludus, quinque exceptis. *Hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, vel in priuatis domibus, vel locis ludere, neque in genere, neque in ſpecie*. ſub pęna reſtitutionis lucrati, vetitę actionis ad petendum, deſtinatę iuriſdictionis Epiſcopis, & iudicibus ad inquirendum, & determinatæ quantitatis ad ludendum vnius ſcilicet ſolidi in ludis permiſſis, quod extendit ad Epiſcopos & Clericos, ſub triennali amotione à Miniſterio, & detruſione in Monaſterium l. interdicimus. C. de Epiſc. & cler. lib. 1 tit. 3. *ad tabulas (inquit) ludere, aut aliis ludentibus participes eſſe, aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum, ſpectandi gratia venire.* quæ ad verbum ſumuntur ex *auth. coll. 9. tit 6. nouell. 123. c. 10. Vt autem omnis eccleſiaſticus*. & fuſius ff. de aleatoribus. vbi multa ordinantur circa ludos conceſſos, & vetitos. & hæc quidem de iure ciuili Vbi de ludis in iure ciuili.

De iure autem canonico d. 35. c. Epiſcopus. & can. 41. & 42. apoſtolorum decernitur. *Epiſcopus, aut praesbiter, aut diaconus, qui vel alea, vel ebrietatibus indulget vel deſinito, vel deponitor. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui conſimilia facit, vel deſinito, vel a Communione ſeiungitor. ſimiliter & laici* confirmatum ab Innoc. 3. in Concil. Later. & refertur *in c. clerici officia, de vit. & hon. cler.* illis verbis *Ad aleas, & taxillos non ludant*, nec Vbi in iure Canonico.

lapidum, curſus, & inter hos numerantur ſchacchi, qui pugnam quandam repræſentant, & nullo iure ſunt prohibiti, ne dum ſæcularibus, ſed etiam Clericis, & Religioſis, *vt d. Salſedo, citatis Io. Andrea in c. Clerici. de vit. & hon. Cler. Gloſ. in l. interdicimus. Authen. de ſacroſ. Epiſ. & C. de Ep. ſ. & Cler. Odofredo, & Alberico ibid. Archid. & Prepoſ. in d. c. Epiſcop. d. 34. Innoc. in c. lator. de homic. Abb. in d. c. Clerici. Bertach. in tract. de Epiſ. Auguſt. ad Angel. de maleſ. V. metidore di mali dadi. Clar. §. ludus. V. quæro nunquid.* cum communi.

Qui autem ſint ludi fortunæ ex omnibus ſupra recentitis, patet eſſe *Aleas.* & *Taxillos*, qui etiam alearum nomine veniunt, quibus fortunæ periculo ludimus, & ſic accipitur in ædicto Prætoris. *l. 1. in tit. de aleat.* & dixit *Paul. lib. 26. de initur.* & adnotauit *Prateius*, & communi appellatione omne fortunæ periculum *Aleam* appellamus, hinc tritū illud Cæſaris Rubiconem trāſeuntis, *facta eſt alea*, & hac ratione, quoad ludos complectitur *Talos, Teſſeras, Tabulas* vulgari nomine *Carte*, quibus indicibile eſt quam pernicioſi Reipublicæ ludentes euadant, ita vt dixerit. *Gotboſredus ad l. 1. C de aleat. Tantùm differre Aleatores à Teſſerartis, quantum fures à latronibus*, & aleatorem quantum in arte eſt melior, tantùm eſſe nequiorem, & ſic in Statuto prohibetur ludus *alearum, & taxillorum*, ideſt omnis, qui fortunæ periculo nititur, quocumque nomine vocitentur. Ludi fortunæ. Cæſaris dictum. Notabile dictum.

Secunda difficultas. Quæ culpa ſit ad ludos vetitos ludere, & quibus pœnis punibilis. Ludere eſt peccatum.

Reſp. regulariter eſt peccatum mortale. *Sot. de iuſt. lib. 4 q. 5. art. 2. Diaz citatus n. 1. & 2. Sanch. lib. 1. opuſcul c. 8. dub. 28 n. 7. Hugo. & Turrecr. in c. Epiſc. d. 35. Caiet. & Angelica V. ludus.* & hoc elicitur tum ex iactura temporis, & bonorum, tum ex damno, quod Reipublicæ infertur, cum per ludos iuuentus corrumpatur, & mille malis exponatur, tum ex pœnis ſancitis in Canonibus, & Legibus, quæ ſunt grauiſſimæ, quas breuiter ex *Bertach. V. ludus. n. 39.* recenſeo Primo. Domus in qua luditur, debet publicari. Secundo iniuria lata ludenti, occaſione ludi non eſt punibilis. Tertio furtum factum in domo, in qua luditur, non habet actionem ad pœnam, & reſtitutionem. Quarto tenens domum ad ludendum, poteſt puniri à Iudice arbitrariè, carcere, compedibus, ac etiam qui vident ludentes, qui docent, qui pecunias ad ludendum accomodant. Quinto contractus celebrati inter ludentes non valent. Sexto vincens in ludo, non facit rem Pœnæ ludentium.

ſuam, quia iniuſto titulo adquirit, & tenetur reſtituere, etiamſi ſint tranſacti 50. anni, adeovt non currat præſcriptio longiſſimi temporis, maximè ſi ludat cum filiis familias, ſeruis, religioſis, qui rerum dominium non habent,& hoc non tantùm in foro exteriori,ſed multo magis in foro conſcientiæ. Septimo qui vincit, nullam habet actionem in rem ludo quæſitam. Octauo luſores publici,ideſt,qui cum diuerſis ludunt,&ad longum tempus,&ad magnam quantitatem ſunt perſonæ viles,& infames. *c.inter dilectos.de exceſſib.Prælatorum*, vnde à teſtimonio repellendi ſunt, & inhabiles ad ſuſcipienda beneficia. Nono Clerici deponuntur ab officiis,& dignitatibus. Decimo Religioſi noſtri priuantur officiis, & arbitrariæ pœnæ ſupponuntur. & vndecimo puniri debent Franciſcani ludentes pœnis proprietariorum ob paupertatis votum,& nummorum prohibitionem. Duodecimo iiſdem, & grauioribus pœnis puniẽdi ſunt,qui domos ad publicos ludos lucri gratia accomodant. Ex quibus peccati grauitas emergit, & quam repræhenſibiles ſint Principes, qui publicos ludos permittunt,peiores permittẽtibus lupanaria,quia hoc iuſtificari poteſt ad vitandum maius malum,& humanæ fragilitati aliqua ex parte conniuendum, at permittentes ludos ipſiſsimas peſtes in Ciuitatibus alunt,& omnium malorum catenam nectunt. Mercari volentes ex animarum periculo,& pauperum familiarũ perditione. Nec ſibi perſuadeant habere authoritatẽ ſupra hoc ius, quia eſt diuini,& naturalis fori,malum quod ex ludis oritur,& tã permittentes,quàm ludentes ſunt in malo ſtatu,cum ſint cauſa proxima peccatorum, nimirum blaſphemiarum,rixarum,fraudũ, & in conſcientia ante omnẽ ſententiã tenentur reſarcire damna, quæ colluſores patiuntur, niſi ipſis reſarciant. *Sanch.cit.dub.*21. *n.*1.*&* 2.*Menoc.de arb.caſu* 399.*n.*18.*Paris de Put.de ludo. nu.*46.

Dixi regulariter, quia tales culpæ, & pœnæ non inueniuntur in ludis conceſſis,non in iis,vbi non adeſt periculum talium peccatorum, nõ vbi conſuetudo abrogauit pœnas ciuiles,vel canonicas,non vbi fiat animi gratia, & ad refocillandas vires,ac priuatim,& ſine ſcandalo, & non ſubſit auiditas lucri, &c. *Abb. in in cap.inter dilectos* 2.*de exceſ Prælat.cum Roſ.ibid.& in c.*1.*d.*35. *Diaz cit.cum Addition.initio.Nau.in Manuali c.*19. *num.*3.

Ludere regularibus quãdo permiſſum.

Quæſt. ſecunda. In ludis regularium, quæ conſideranda ſint.

Reſp.I. Regulares ſobiacẽt omnibus prædictis determinationibus quoad culpas, & pœnas ex paritate, & maioritate rationis.

Reſp.II. Grauius peccant regulares ludendo extra clauſtra, & cum

cum ſæcularibus, quia malitiæ ludi accedit ſcandalum, & ſacri ſtatus contemptus.

Reſp. III. Ludere parum ſine nummis, aut re pretio extimabili, & ſine ſcandalo, & animi gratia, etiamſi ſit aleis, vel taxillis, non eſt grauis culpa in fratre minore, ad ſummum eſſet venialis. Quia intantum eſt vetitus ludus inquantum prohibitus in vtroque iure reperitur, & quia eſt ſeminarium malorum, & nobis ob paupertatem interdictus, ergo ab his malis circumſtantiis depuratus, non erit noxius, quapropter Authores citati in fine præcedentis quæſtionis affirmāt Clericos, ſupra quos Franciſcani nō habent obligationem maiorem, niſi ex regula, nō peccare mortaliter, niſi id faciant frequenter, & ex conſuetudine, vnde nomen luſorum, & aleatorum nanciſcantur, id eſt eorum, qui ludū Aleæ exercent, quiquè ſe quocumq. ludendi genere fortunæ volubilitati committunt, ac pecuniam, & tempus amittunt, & hanc eſſe mentem legum, inquit *Prateius*. An autem dicatur luſor, qui ſemel, aut bis publicè luſit, declarat *Bart. in proe. ff. declarādo vim horum vocabulorum. Aleator, Criminator, Calumniator, Mercator*. equidem Mercator non dicitur, qui vnum ſolum actum mercandi exercuit, ſed ex conſuetudine emendi, & vendēdi, vt multis probat *Bertach. V. Mercator. init.* & *V. luſor ante n. 90.* & hoc quidem verū eſt, ſi agatur de puniendo luſore, vel aleatore, ſed non eſt verum, ſi agatur de puniendo illo, qui luſit, nam non tantum puniuntur peccata, quæ ex conſuetudine, ſed etiam quæ ſemel, aut bis committuntur, & in vim Statuti abſolutè affirmo, puniendum eſſe fratrem, qui vel ſemel aleis, vel talis luderet, ſi id in foro exteriori probari poſſet, qui vnus tantum luſus, peccatum eſt, & per Statutum prohibitum, & punibile, ſi tamen fiat in rigoroſa acceptione ludi, nimirum erogatis pecuniis, vel alia re, pretio extimabili, & ſolummodo excuſarem ludentem, iuxta depurationem in hac tertia reſponſione allatam, quia ſecundū illam corrigitur omnis venenoſa qualitas ludi. Luſor quis

Hinc ſi frater cum aliquo Prælato, aut Principe familiari, quiquè Religionis authoritatem probè noſſet, illeq. optaret fratrem animi gratia ſine iactura, vel lucro, niſi orationculas, & preces exponeret, ſecum colludere, poſſet id ſine peccato facere, dummodo abſit ſcandalum, ſicuti de tangendis denariis à Principe ad aſpiciendum datis, diximus ad *Statuta c. 4.* quod maius, & per regulam rigoroſius prohibitum reperitur, cui accedit ratio de paucitate materiæ.

Scandalū & auſus in luden. rc

Reſp. IV. ad incurrendas pœnas in luſores ſancitas, nō eſt neceſſarium ſcandalum, licèt requiratur ſcientia, & dolus. Quia in ſtatuto non prohibetur ludus cum ſcandalo, ſed ludus abſolutè, & ſimpliciter. Ergo ita eſt intelligendum, non diſtinguente lege *l. de pretio. ff. de public.* & alibi. & ſufficit verba ſtatuti ad rigorem verificari. De ſcientia autem, et dolo patet ex ſtatuto dicente *ludere audeat*, auſus autem ſcientiam, & dolum importat, ac requirit. *Innoc. in c. cū medicinalis, de ſent. excom & Clem. 1. & ibi Card. de bapt.* Quare ſi quis neſciat, tales pœnas eſſe inflictas, & talem prohibitionem eſſe factam, nō eſſet pœna dignus quia ceſſat auſus.

Paucitas materiæ excuſat in ludo.

Reſp. V. Paucitas materiæ, quę excuſaret fratrem à peccato proprietatis, excuſat etiam in ludo prohibito. Quia plus obligat votum, et lex diuina, quam ſtatutum. et quando id conſtaret in foro exteriori, non veniret puniendus. Limito tamen reſponſionem, niſi id ſępè fiat, vel ex conſuetudine, quia tunc puniri debet v.g. ſi aliqui religioſi aleis, vel talis luderent, non dico rem paruam, ſed nec pretio extimabilem, vt rolaria, preces &c. vt aliquando in ludis conceſſis aliquando fieri ſolet, et hoc facerēt ex cōſuetudine, in hoc caſu dico, iſtos puniēdos eſſe ſecū

Niſi fiat ex conſuetudine.

dū ſtatutū Quia parū refert, quod quis ludat nūmos, vel lapides, dūmodo tēpus in otio tā laborioſo, et vitioſo, terat, & ſtatut. nō vetat ludere nūmis, aut rebus valoris, ſed ludere abſolutè. & hęc eſt praxis religionis. et dico vlterius non tantū puniri debere ludentes, ſed etiam adſiſtentes, et commoditatem miniſtrantes, iuxta ſuperius dicta, ac etiam eos, apud quos aleę, vel taxilli reperirentur, quia eſt ordinatum ad ludum, et nimis dedecet religioſos, et pręcipuè Franciſcanos, argumento *cap. 1. de cle. venat.* in quo prohibetur *Cleric. canes, & accipitres ad venādū habere* ſub ſuſpēſione triū mēſiū à comunione Epiſcop. pręsbiter. diaconi, et non niſi, quia ad prohibitam venationem inſeruiunt. Sic de aleis, ſic de armis, quæ ad rixas, et vulnera ordinantur.

Tenere aleas, punibile.

Mitius tamen puniendos cenſeo, quantū conatus, et præparatio à delicto diſtant. Niſi quis in hoſce, acrius procedendum putaret, tamquam vitioſiores, cum non ſolum actu, ſed habitu, et in animi præparatione ludant Arma enim clericorum non aleæ, ſed lachrimæ eſſe debēt. *c. conuenior. 24. q. vlt.*

Arma clericorū lachrimæ.

Queſtio 3. An pęna ſtatuti applicanda ſit omni ludenti, et ad quemcumq. ludum, etiam in minori delicto.

Reſp. cū duplex pæna imponatur, carceris arbitrarii, & triēnalis,

nalis priuationis; circa primam difficultas non militat, quia ſuperior arbitrari poteſt iuxta grauitatem delicti. Circa II, Dico, non remanere ſuperiori arbitrium de illa moderanda. Quia ea eſt athoma, & minimo delicto huius generis impoſita, adeout ſi quis luſerit ſemel, hac pæna plectendus eſt, Licet enim parua materia in hac diſpoſitione non veniat. Et ſtatutum puniens vulnerantem nō in elligatur de modico vulnuſculo, vt eſt cōm. apud *Herculem, de cautione de non offendendo. cap. 27. nu* 8. *apud Bonacoſ. p, p.* V. *ſtatutum* Attamen cum ſimus in materia graui, currit integra diſpoſitio in vno, ſicuti in multis actibus. Nec poteſt remitti, licet poſſit excedi ex illa parte, quæ arbitrio ſuperioris committitur,

Dico etiam poſſe aggrauari pænas pro quantitate materiæ, ratione violatæ paupertatis, pro habituatione, pro ſcandalo, in quibus boni ſuperioris diſcretio, et zelus deſiderantur, vt pœnas molliat, & exaſperet, prout ſaluti ſubditorum. & decori religionis viderit expedire.

Tandem intelligo concluſionem de ludentibus quocumque ludo ex prohibitis, & non aliis.

Specialiter autem cenſeo arbitrarie puniendum eſſe religioſum, qui extra terminos regularis recreationis, vel nimis frequēter, vel cum ſcandalo luderet ludis permiſſis. Quales eſſent pilæ, trochi, iactus lapidum, ſcacchi. Quia etiam permiſſa vitiātur per malas circumſtantias, vt falsè dixit ille, de ſua vxore vtente. *Poteſt quis proprio vino inebriari*. Quænam religio erit illa, quæ ſuis habens ad ludendum laxaret? quali exemplo afficerētur exteri, ſi religioſos in clauſtro, ſcacchis, troco &c. ſæpè ludentes offenderet? quale ſandalum foret, ſi frater minor cū ſæcularibus, animi gratia, in platea luctaretur, curreret, & ad ſcopum iacula collimaret? Certè hunc extra ſeriem grauius punirem, quam alterum, qui clanculo aleis, & nummis luderet. Quia circumſtantia ſcandali actiui, culpas nimis exageret. hinc Apoſtolus de iis, qui ſcandalizantur de eſu carnium, *Non manducabo carnes in æternum*, atquè hæc de ludo.

Dictum falſum.

CA-

CAPITVLVM XXI.

De Pœna Triremium.

VLTIMVM religioſæ animaduerſionis periculum. Quod in Sacerdotib' nō eſſe practicandũ optarunt *Diaz in tract. c.146. nu.3. & ibi Salſedo §. nec faciendum approbo. apud quem Clar. q.70. V frequens eſt. Nauar. in c. nullam.* 18. *q.2. numer.* 52. quos ſecutus *Peirip. to.1. q.1. c.27. init. q.* multos citat, & damna, quæ ex tali pœna eccleſiaſticis proueniunt, recenſet. *a* |§. *quarta pars*. Verum quia vſus obtinuit, vt grauiſſimè delinquentes aliquando triremibus adiiciantur, aliqua circa hanc materiam examinabimus.

Queſtio I. Quam antiqua ſit pœna triremium.

Reſp. citatus Diaz putat occaſionem habuiſſe ex eo quod ait *Innocentius in c qualiter, & quando. 2. de accuſ.* quod Clerici poſſent condemnari ad metallum, ſi talis pœna in ſacris canonibus ſancita reperiretur & quod S. Auguſtinus ſentit de clericis homicidis, potius deputari debere alicui vili operi, vt à delictis quieſcant, quam occidi, aut mutilari, quibus ducti Prælati ſuos delinquentes ad triremes condemnare cœperunt. Verum contra iura affirmat cit. *Peirinus* §.2. *pars*. Quia excommunicantur Prælati permittentes, aut mandantes clericos à laicis verberari. *cap. Vniuerſitatis. de ſent. excom. ex Nau. comm.* 3. *de regul. n.* 52 Potuit quidem legum ciuilium exemplum mouiſſe eccleſiaſt. vt ſimili pœna ſuos punirent Siquidem pœnam triremium ad deportationem ad metalla ſucceſſiſſe, affirmant *Follerius capit.* 9. *prax Diaz. cum ſuo Additionatore. cap.* 140. & 146. Cœterum quoad laicos antiquiorem eſſe, legitur apud *Valerium Max. lib. vlt. c. vlt.* qui publicæ triremis remo affixum refert quendam, qui ſe vtero Octauiæ ſororis Auguſti genitum iactabat. cuius meminit etiam Suidas, & Ioſephus lib. 17. Immo triremium vſum antiquiſſimum eſſe patet ex Ezech, c.30. *Egredientur nuncii a facie mea trieribus*. & multò antea Num. 24. Balaam ille ariolus vaticinãs de vaſtatione hæbreorum, ait *Venient in Trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſirios, vaſtabuntq. hæbreos.* idem enim eſt Trieris, ac Triremis, ideſt, nauis triplicem remorum ordinem habens, vt adnotauit *Nibriſſenſis in lexico iuris V. Trierarcus*, ideſt nauis princeps, qui nunc vocatur patronus, de qua rè legendus

Triremiũ pœna quã antiqua

gendus

gendus eſt *Bayſius de re nauali.* quibus addictos malefactores illorum temporum per ea, quæ de præſenti videmus, credere poſſumus, ante nimirũ, quam eruendorum metallorum vel inuẽtio, vel cupiditas mortales inuaderet. Vel a tempore Tarquinii ſuperbi, vt *Eutropius lib.1.c 10. & Suidas.* Vel Semiramis, vt idẽ *Suidas, & Diodorus Siculus* ſcribunt *in V. Semiramis.* Cum ſola ad inſulas deportatio, vel exilium ſufficere viſa non fuerint ad coercendos nocentes.

Quidquid ſit de antiquitate pœnæ, certum eſt, receptiſſimam eſſe his temporibus, etiam apud Eccleſiaſticos condemnationem ad Triremes, & regulares illam loco ſupplici in nocentes paſſim arripere. honeſtante conſuetudine inſolentiam pœnæ, vel puniendi neceſſitate, cum vix in carceribus perpetuis coerceri poſſint. Et accedentibus ſummorum Pontificum conceſſionibus, vt ſcilicet poſſint Prælati impunè tradere noxios Sathanæ in interitũ carnis &c. etiã ſi ex accidenti aliquãdo ſpiritus ſaluus non fiat. Priuilegia recenſet *Peirinus* loco cit. nimirum Pij V. Generali S. Hieron. Hiſpaniarum, ex *Rodriq to.2.q.25. ar.1.* vt poſſit condemnare ad Triremes perpetuò, vel ad tempus ſuos delinquentes. quo priuilegio alios regulares frui, idem *Rodr. to.1 q.30. ar.16.* docet. & Clem. VII. concedentis Minimis an. 1529. 19. Auguſti, vt *ſine ſcrupulo conſcientiæ, omni tamen malitia, & ſpecie vindictæ ceſſantibus* ſuos ſubditos ad triremes damnare poſſe, cum præcepto S. Obedientiæ capitaneis triremium, vt taliter damnatos in ſuis triremibus recipiant. & hac ratione non ſunt excommunicati. ex eo, quod religioſos a ſæcularibus verberandos exponant. Verum opus non erat talibus fulciri priuilegiis, quia conſuetudo inducta, ſuperiores ab excommunicatione immunes reddebãt.

Quæſtio 2. Quibus caſibus pœna triremium regularibus infligi poterit.

Quando regulares triremibus adiicendi.

Reſp. Franciſcana religio vnico ſtatuto *c.7.§. 5.nu.68.* ſanxit. *Qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem, ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur.* Quæ autem ſint delicta morte digna, diximus *ſup.c 4. de carcer. §. cir. 19.* ſtatutum eſt Sacris Canonibus, & communiſſimæ praxi accommodatum. Quia eccleſ. ius ſanguinis non habet, ideo vltimo ſupplicio nocentes plectere non poteſt, ſed iuxta pænitentiales canones clericos coercet, vel in exilium mittit, vel depoſitione mulctat, vel in monaſterium detrudit, vel tãdem ad triremes dam-

Clerici pœnam ſanguinis dare non poſſunt. damnat. eſt clarus textus *in c. ſententiam. ne clerici, vel mona.* In quo ſub cenſuris & pænis prohibetur Clericis, ne per ſe, vel per alios quoquomodo dictent pœnam ſanguinis, aut ad alicuius mortem concurrant, doceant, vel operentur. Neq. opponi poteſt *c. ſollicitatores. d.* 1. *de pænit.* vbi intentanti puero ſtuprum pœna capitis imponitur, illis verbis *punitur capite; imperfecto; in inſulam deportatur.* ideſt, gloſſa interprete, perfecto flagitio, decapitatur; imperfecto, in inſulam deportatur. Non inquam, quia iſta eſt lex ciuilis *ex lib.* 47. *ff. tit.* 11. *de extraordinariis crimin. l.* 1. quam ſine propoſito retulit eo loco *Gratianus*, vt dicit *gloſ.* quia cum agat de pœnitentia, impertinens eſt pœna ſanguinis, & deportationis. nō igitur utitur eccleſia vltore gladio. ad quod citat *Clar. q.* 70, *nu.* 4. verba iudeorum, applicans illa clericis, *Nobis non licet interficere quemquam.* Sed nimis frigidè, quia id erat facti, impediti a Romanis, non iuris, quod maximè habebant hebrei, vt patet in lege Moiſi, in lapidatione *S*tephani, & occiſione ſanctorum. Etiam ſi dicere poſſimus, non licere per ſuam ſententiam, benè quidem ſi degradatum brachio ſæculari tradant. Cum ergo aliæ pænæ, vt detruſionis in Monaſteriū, deportationis, perpetui carceris, Mitræ, fuſtigationis, Gabbiarū non ſint in vſu quoad clericos, vt loco citato teſtatur *Clarus*, cōſequens eſt, vt triremibus, tamquam ſecurioribus & expeditioribus ad puniendum, prælati vtantur.

*S*ed quia non ſatisfactum videtur quæſito per vnum ſtatutum, deſcendo ad caſus particulares.

Quibus caſibus Franciſcani ad triremes dānandi. Primus pro trino lapſu carnis. *d. c.* 7. *§.* 5. *n.* 19. *Pro tertio autē longiore carcere maceretur, vel etiam ad triremes, ſuperiorum iudicio pro qualitate delicti mittatur.*

2. Pro ſtupro puerorum. ibid. n. 21. *Si quis de innominabili &c. ſi tamen de eodem ſcelere denuò legitimè conuictus fuerit, ad triremes perpetuò, et omninò mittatur.*

3 De ſacrilegio ibid. n. 20. *Si quis ſacrilegium cum moniali admiſerit, ad triremes omninò damnetur, aut perpetuo carceri ſuperiorum arbitrio mancipetur.*

4 De occiſione, & mutilatione. ibid, n. 52. *Quod ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò cōdemnetur,* ſub qua pœna militant enormis vulneratio, veneniq. ſiue per ſe, ſiue per alium propinatio.

5 De vulneratione, & morte Prælati localis, ibid. nu. 53. *Qui prælatum localem gladio, aut baculo, vel alio quopiam inſtrumento*

to percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes mittatur Superiorum arbitrio.

6 De percuſſione Prouincialis. ibid. *qui verò Prouincialem quoquo modo etiam leuiter percuſſerit, generalis arbitrio, ad triremes mittatur.*

7 De eiuſdem vulneratione ibid. *ſi autem gladio, vel quouis alio inſtrumento, ſiue mors ſecuta fuerit, ſiue non, ad triremes omninò, & perpetuò mittatur.*

8 De leuiſſima percuſſione generalis. *Quod ſi quis generalem ipſum etiam leuiſſimè percutere auſus fuerit, is perpetuò ad triremes mittatur.*

9 De incorrigibilibus, ibid. num.60. *Vel expellantur, vel ad triremes iuris ordine condemnentur.*

10 De grauiſſima apoſtaſia reiterata. *cap.2. §.10. numer.15. Tertio vel extra ordinem, vt incorrigibilis expellatur, vel ad triremes per decemnium condemnetur*, qui omnes caſus in noſtram *practicā criminalem, titulo de applicat. pœnarū* redacti ſunt, quos iuuat, per aliquas conſiderationes examinare, vt in re grauiſſima nō erremus, iis exceptis, quæ in *Cap. de pœna carceris* adduximus.

Circa primum venit conſiderandum, an diffinitorium poſſit triplicantem fornicationem ad triremes perpetuò condemnare.

Reſp. de hoc egimus. *cap.2. quæſt.5. reſp.6. & cap.14. quæſt.6. diff.3. § quæres an arbitrium*, & negatiuè ſentienſum cenſeo, quia fornicatio non eſt delictum capitale, quod mortem mereatur, ſed ſuſpenſionem, vel ad ſummum, depoſitionem in Clerico, & in laico per ius Canonicum arbitrariā punitionem, & per ius ciuile (etiam ſi ſit peccatum mortale) nullo modo punibile. *Clar. §. fornicatio num. 1. & 3.* cum ergo perpetuæ triremes ſuccedant pœnæ mortis, ſequitur, quod ob fornicationem non poſsit quis ad triremes damnari. Quod dictum corrigo, niſi ſit taliter circumſtantionata, vt hanc pœnam mereatur, nimirum publico, & notorio ſcandalo, ſi cum muliere nobili, ac conſpicua. vnde vindicta à coniunctis timeatur, vel ſi reuerſus è triremibus fornicator compareat, dedecus Religioni ſuccedat apud potentes, & magnates, vel etiam ſi ob tale delictum è Religione expellendus eſſet, nulla emendationis ſpe affulgente, quo caſu expediret pro bono publico Religionis fornicarium in perpetuum relegari. his ſtantibus putarem poſſe condemnari in perpetuum, Fornicatio non eſt delictum capitale,

provt

provt in ſimili ſenſu in *c.14.citato.* & ideò in Statuto ponitur *pro qualitate delicti*; non enim qualitas accipienda eſt de ipſa fornicatione, quia iam delictũ ſupponitur, ſed quoad circumſtantias.

Verum tamen eſt nomine fornicationis in Statuto venire etiã ſtuprum, inceſtum, adulterium, quia cum de ſolo ſacrilegio ſeparatim agat, & aliæ ſpecies peccatorum carnalium ſint poſſibiles, cenſetur ſub nomine fornicationis reliquas ſpecies comprehendiſſe eo ingenio, vt vix Religio inuenire poſſet, aliquem Deo dicatum, qui nimiæ lubricitati attendat, recole dicta *c.8. q.* 4.

Circa III. recolentes dicta *cap.8.q.9. à §. ſed dices.* affirmo, ad triremes damnandum eſſe ſacrilegum, qui cum ſanctimoniali omnes illos actus inhoneſtos patraret, quos ibi recenſuimus, & addo idem dicendum eſſe, ſi hoc faceret cum Religioſo Deo dicato per votum ſolemne, tum quia votum eſt idem: tum quia turpius peccatur cum maſculo, quàm cum fœmina, vnde apparet duplex turpitudo, & ſacrilegii, & nefandi, addita tamen reflexione maioris, vel minoris exceſſus, vel conaminis, &c. provt in Capitulo de pœnis.

Circa II. dubitari poteſt primò, an ad triremes damnari poſſit, qui de innominabili ſemel tantum conuictus eſſet.

Semel de innominabili peccans, poteſt ad triremes mitti.

Reſp. affirmatiuè, quia eſt delictum capitale. vide *cap.8 q.11.* neque Statutum hanc pœnam irrogans pro ſecunda vice in hâc culpam lapſo, impedit, quia hæc eſt pietas Religionis, quæ non adimit Iudici facultatem procedendi ſecundum leges ciuiles, & canonicas præcipuè Leonis X. & Pii V. citatas *d.c.8.q.11. § itaq.* liberum eſſet in caſu qualificato pediconem in primo delicto ad triremes deſtinare, adſint diffinitorii zelus, & pietas,

Circa IIII. non videtur, quomodo perpetuò remo affigi poſſit, qui leuiſſimè generalem percuteret. remoto enim animo iniuriandi, qui ex leuiſſima percuſſione coniici non poteſt, non videtur applicanda pœna capitalis peccato veniali, nimius enim exceſſus eſſet inter pœnam, & culpam.

Reſp. de hoc dictum *c.14.q.5.diff.3.* vbi gradus iniuriæ numerauimus, & atrocitatem iniuriæ declarauimus, præcipuè ex qualitate perſonæ, cui infertur. *l. pretor dixit. ff. de iniuriis. §. atrocem.* cum ergo in Religione non ſit perſona, quæ generalem æquet, reſideatquè in capite tota nobilitas, quæ redundat in corpus, videtur offenſus totus Ordo in ſuo generali, ea maiori ratione, qua iniuria facta vni de familia, intelligitur facta omnibus. *l. lex Cor. initio ff. de iniuriis. Tiraquel. in tractat. de pœn.*

Iniuria facta capiti intelligitur facta corpori.

cau-

cauſa 51. *num.* 88. vnde atrociſſima iniuria conſurgit, quæ ex qualitate perſonæ offenſæ, atrociſſimam pœnam mereretur, vt alios exemplo deterreat. Verum tamen eſt, Statutum ſupponere percuſſionem illam leuiſſimam, non eſſe peccatum veniale, ſed mortale, nam leuiſſimum hoc loco non accipitur in genere moris, aut phiſico, ſed relatiue ad atroces, & leues, quæ ſunt peccata mortalia, ſi in ſeipſis conſiderentur; minora tamen, ſi grauioribus comparentur, vt citato loco dictum fuit, quæ leues, & leuiſsimæ iniuriæ atrocitatem inducunt, ſi eminentiſſimæ perſonæ qualitas adiungatur, quia ſi ex materia, ex loco, ex tempore, ex antecedentibus, & adiunctis conſtaret eſſe peccatum veniale, dubio procul tam graui pœna emendari non deberet, vtor doctrina *Clari quæſt.* 77. *num.* 23. vbi examinat *Clementinam primam de pœnis*, in qua excommunicatur percutiens Epiſcopum, aut Cardinalem. *& ex conſil.* 75. *Bolognetti*, ait. *Hæc pœna locum non habet, vbicumque offendens Epiſcopum, aut Cardinalem, id faceret cauſa ſua defenſionis, nam in eo caſu non cenſetur facere iniurioſè, quinimmo ex quacunque cauſa excuſari poſſet à temeritate, & dolo, ceſſabit etiam pœna dicta Clementinæ*, & citat Gloſ. & alios dd. quam accomodamus caſui noſtro à maiore ad minus, tum ratione perſonarum, quia Cardinalis, & Epiſcopus digniores ſunt generalibus, tum ratione præcipientis, quia hic ſancit Religio, ibi Papa.

Circa IX. quæritur, an introducto iudicio circa incorrigibilem de iure, vel de facto, vt expelli poſſit, an variari valeat, & intra annum probationis, vel poſt, condemnari ad triremes.

Expellēdus poteſt ad triremes damnari.

Reſp. affirmatiuè, quia in decreto de eiectis non prohibetur modus procedendi Canonicus, ſed tantum aſſignatur modus expulſionis. Nec nouum eſt, poſſe Iudicem variare formam procedendi, etiam poſt inceptum proceſſum per viam accuſationis, & continuare illum per nobile officium Inquiſitionis, ſeu verius cumulare has formas ſimul, ita vt examinentur teſtes per Inquiſitionem, quos accuſator non produxerat, vt de communi teſtantur. *Romanus, Nicolaus de Matarellis, Albanus, Amadaus, Boſſius apud Clar. q.* 3. *n.* 7. *&* 8. & licèt de iure contrarium ſenſerunt *Aretinus*, & *Alexander*, aliiquè apud eundem, tamen ex conſuetudine, quam ſeruat totus mundus, vt dicit *Drogo* apud eundem *q.* 4. cumulari poſſunt accuſatio, inquiſitio, & denunciatio in eodem proceſſu, ergo poteſt Prælatus regularis con-

Modi pro cedendi cumulari poſſunt.

dem-

demnare ad triremes,quem poterat expellere. Vtitur enim Religio ſuo iure,nullam prohibitionem habet,formæ iſtæ non ſunt ſibi contrariæ , vt poſita vna , negetur altera , quinimò adiuuari poſſunt ad inuicem .

Dices . Carceratio illa experimentalis ordinata ad expulſionem, non videtur applicanda ad pœnam triremium : quia hæc pœna non debet habere , vt præambulam tantam carceratioñe , quæ ſolum applicatur ad experimentum , vnde pœnæ pœnis cumularentur , & contra rationem carceratus ad reſipiſcentiam , reperiretur remo addictus.

Reſp.nõ debet damnari ad triremes ſtante tela iudicii expulſionis , ſed alia, puta poſtquam extractus eſſet de carcere poſt annalem probationem, ſi iterum delinquat per nouam telã iudicii , & per nouam ſententiam, ad triremes mitti poſſet . Nam ſuppoſito , quod maceratus per annum in carcere, iuxta decretum de eiectis , & inde eductus iterum labatur , religio non cogitur illum eiicere, ſed datur poteſtas , ergo ſicuti poteſt expellere , ita etiam poteſt hoc ſuo iure non vti, & ſic non continuare ſeriem prioris iudicii expulſionis , & cum reus per noua delicta reddatur magis dignus pœna triremium , poteſt illi irrogari , & per antecedentia,& per ſubſequentia crimina . Hinc Statutum diſiunctiuè loquitur . *Vel expellatur, vel ad triremes mittatur.* Quoties enim Religio hoc Statutum obſeruat , nulli facit iniuriam, ſed ſuo iure vtitur . Verum tamen eſt, quod damnatio ad triremes fieri debet à diffinitorio, non à 6. illis Patribus,quia iſti ſunt Iudices expulſionis non aliarum cauſarum .

Dices II. poſt decretum de eiectis adempta eſt regularibus facultas ad triremes condemnandi,vt ſenſit *Lezana V. triremes n.5.* quia condemnati ad triremes ſunt expulſi ab Ordine , maximè ſi condemnatio ſit perpetua . Cum de condemnatis ad tempus multi dicant degradandos eſſe prius , & habitu priuandos , & nullo modo recipiendos eſſe tamquam infames. *Portel.V.eiicere.n.6.Lezan.cit.n.5. & tom.1.c.16.n.32. Peirin.ſup.init.quæſt.* §.*dico 5. & Hieron.Roder.reſol.*57.*n.*8. *citat* Portel. ſupra adducentem Statutum Capituli gen.rom.an.1612 vt ſequitur. *Nullus expulſus, & ad triremes damnatus amplius ad Ordinem admittatur,circa quod Capitulum generale declarat, damnatum ad triremes eò ipſo intelligi ab Ordine pulſum, quamuis in ſententia explicetur* . Cui addo aliud Cong gen.Rom.an 1615. *ſi verò* (inquit.) *ad triremes damnati fuerint , nullo modo ad* Religionem

ite-

iterū admittantur, ſi vero aliquem talē contigerit, à Sanctiſſ. D. obtinere, vt iterum ad Relig. admittatur, &c. & in Statutis quæ cõmentamur. an. 1642. c. 7 §. 5. n. 70. dicitur. *ſi contingat per aliquam cauſam extra ordinem, cui reſiſti non poſſit, condemnatos ad triremes, aut ad perpetuos carceres liberari, &c.* In quibus apparet mens clara Religionis, quod condemnati ad triremes, ſunt perpetuo expulſi, ſed expelli non poſſunt, niſi ſeruentur, quæ in decreto diſponũtur, ergo Religio nõ poteſt ad triremes dãnare.

Reſp. Neſcio, qua ratione perſuaſum ſit aliquibus, vt ſpeculationibus ſibi aditum ad communẽ vtilitatem occludant, nulla lege coacti. Decretum de eiectis peſtilentes intra Religionẽ ita concludit, vt vix vel nunquã expelli poſſint, reſtat exitus ad triremes, & hunc ſibi præripiunt, dum ſalua lege, poſſunt noxios eo ablegare, vbi & pœnam ſentiant, & Religionem leuent. Dico igitur infirmam eſſe deductionem, quia vt ſupra dictum eſt, Sedes Apoſtolica diſponit de expellendis, non de puniẽdis, formã pro primis tradit, circa II. nihil innouat, reuocat Priuilegia, & Conſtitutiones Ordinum quoad expulſionẽ, nõ quoad alias correctiones. In Ordine Seraphico aderant Conſtitutiones circa incorrigibiles, & circa triremibus affigendos, cũ ergo illæ, quæ incorrigibiles concernunt, moderatę ſint, cõſequens eſt, vt aliæ in ſua virtute perſiſtant. Sententia condemnatoria ad triremes formaliter non eſt ſententia expulſionis, ergo cum ſimus in maximè odioſis Religioni, tenenda eſt iuxta cõmunẽ doctrinã rigoroſa terminorũ acceptio. Quod poſtea idẽ effectus ex vtraque ſententia proueniat, Iudicẽ mouere non debet, quia non prohibetur effectus in ſe, ſed relatus ad formã nouiter introductam.

Et vt res à ſuis fundamentis eruatur, nouum hoc decretũ manauit, non vt impediretur eiectio peſtiferorum, ſed vt ſcandalis, & multitudini eiectorũ remedium adhiberetur, do proœmium decreti. *Sacra*, inquit, *Congregatio, &c. regularium eiectorum Statui conſulere, illorumq. ſcandala ſummouere, & ſuccreſcentem numerum frangere, opere pretium exiſtimans.* itaquè intendit remouere vagationes eiectorum, & apoſtatarum ſcandala, ac multitudinem, ideò circa primum diſponit de tranſitu ad arctiorem, circa ſecundum de ſubiectione ad Epiſcopos, circa tertium de forma procedendi, ne libera facultate relicta, numerus eiectorum excreſceret, & noti iuris eſt, mentem Legislatoris cognoſci ex proemio legis, vt pluries probatum eſt, cum ergo hæc omnia ceſſent in condemnationem ad triremes, non

Mens decreti de eiectis.

t eſt,

eſt, cur arctemur, & vtilem modum purgandi Religionem. Non enim ad triremes paſſim mittuntur, & ita facilè, ſed ob grauiſſimas cauſas maximè reluctantibus reis, & ſic ceſſat ratio multitudinis. Remo affixi vagari non poſſunt, nec ſcandala cõmittere ſub habitu regulari, ergo vagatio, & ſcandala ceſſant; & hac ratione decretum hoc non impedit condemnationem ad triremes.

Damnatus ad triremes, an ad Religionem reuocari poſſit.

Addo, quia damnatus ad triremes ad tempus, eo finito, ad Religionem reuerti poteſt, licèt conſultum ſit Religioni, illum non recipere, & in perpetuum remanet Religioni facultas illum reuocandi tanquam ſuum ſubditum, vt in aliqua Religione pro vtroque caſu factum ſcio; ergo non eſt formalis ratio expulſionis, quia ſemel expulſus, quantum eſt ex parte religionis, reuocari non poteſt, & ſi poſſet religio condemnare aliquem ad perpetuam carcerem ſæcularium, quando ſecurum ipſa non haberet: (hoc enim quis prohibet) & ex noua erectione ergaſtuli, per Vrbanum VIII. facta, poſſet inibi ſuum delinquentem in perpetuum damnare, cur hoc facere poſt decretum de eiectis, ad triremes non poterit? ſed quid refert diſputare de iure, ſi de facto practicatur in multis ordinibus, condemnare nimirum ad triremes poſt hoc decretum, idq. impunè, pacificè, & ſine reclamatione, ex quo conſuetudo optima legum interpres declarauit, decretum non abſtuliſſe Superioribus ius, quod habebant, dummodo circa expulſionem diſpoſitio illa ſeruetur, & ego multos in variis religionibus non obſcitanter procedentibus, ſcio ad triremes condemnatos poſt huius decreti editionem.

Hinc colligitur lapſus Roder. iunioris citati dicentis *Deducitur, attento decreto, nõ poſſe hodie ad triremes relegari aliquẽ religioſũ niſi per generalẽ, de aſſenſu dictorum ſex patrũ*: quia vt dictũ eſt, iſti ſunt collegæ expulſionis, non aliarum condemnationũ.

Quoad Statuta autem Religionis dico, ſenſum illius eſſe, ne remigans recipiatur, quia infamis, quia peior, aut peſſimus, quia ipſam dedecore afficit, ſicut efficit etiam expulſus, qui ob licentiam ſæcularem peior euadere poterit, & tamen iſte quæri, & reduci mandatur in eodem decreto, dummodo euidẽs ſpes emendationis affulgeat, & hoc dici poteſt etiam de remigante, cum eadem ſit circa vtrumque ordinis intentio. Nec in iure vim facit ſenſus Religionis, quod idem iudicium faciat de expulſo, & de remige, quia certum eſt diuerſam eſſe vtriuſque naturam, & à diuerſis non ſit illatio, ſed infra fuſius.

Quæſt.

Quæſt. III. An expediat ad triremes damnare, & quo Ordine procedendum.

Reſp. I. expediens, vel reſpicit condemnatum, vel reſpicit Religionẽ, de primo citati Authores deplorant ſtatum harum miſerabilium perſonarum: non tantum ob afflictionẽ corporis, quod fame, ſiti, laboribus, ærumnis, fætore, frigore, nuditate, cęli iniuriis, verberibus, & mille inexplicabilibus malis affligantur, ſed multò magis ob peſſimam, quam eo loco vitam ducant, omnis generis iniquitate repletam, vt non immeritò intellexerit quiſpiam illud *Iſaiæ* 13. de Remigiſ. *Dominus exercituum præcepit militiæ belli venietibus de terra procul, a ſummitate cœli Dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram*, accipiens vaſa furoris pro triremibus ob omnimodã, quam habent in corpus, & animam diuini furoris vindictam, cœterum Sacerdotibus ſaltem non expedire, concors eſt omnium ſententia, quia nimis opprobrioſum Religioni Chriſtianæ eſt, remo, & infami colluviei adiicere ſacras manus, & corpora, quæ Deus ſummis miſteriis conſecrauit. Inde d. Vrb. VIII. ergaſtulum pro Sacerdotibus inſtituit; ſed quia opus eſt, vt Religio inibi condemnatos alat, nõ videtur erectũ pro pauperibus, imò nec omnes eò duci poſſunt, nedum ex exteris regionibus, ſed neque ex tota italia, ſed ad ſummum qui circa Vrbem reperiuntur. Si autem ſumamus expediens ſecundo modo certum eſt, expedire Religionibus, ſuos delinquentes condemnare ad triremes, dũ alius expeditior modus non ſuppetat ſe à talibus peſtibus liberandi, etiam ſi ſciat, in triremibus deteriores euaſuros, quia in hac parte ſuo iure vtitur, & per accidens eſt, quod aliquis euadat deterior, nam qui expelluntur, vel ad triremes mittuntur, non deſtinantur, vt meliores euadant, ſed vt puniantur, & ſibi imputent, quod non in melius, ſed in peius proficiant, quia hoc, nec Religio intendit, nec genus punitionis ſecum fert, pœna enim emendat, non auget culpam, & eſt remedium, non venenum.

Ad triremes dãna re Particularibus nõ expedit.

Sed Religioni.

Reſp. ſecundo Hæc condemnatio fieri debet, ſeruato iuris ordine, quia de ſumma pœna agitur, ideo ſeruari debet practica criminalis, ferri debet à Prouinciali, vel Generali cum diffinitorio, Non ex malo zelo, niſi mortaliter peccare velint, & ad famæ, & damnorum reſtitutionem teneri, ac excommunicationi ſe ſubiicere exponendo ſæcularium flagris Religioſos, ſi contra Iuſtitiam condemnarent, & quod nullus hac pœna damnetur, data optione in Statuto ad carceres, vel ad triremes mittendi, niſi cauſa exigat, carcer ſecurus non adſit, fugæ ſuſpitio appa-

Forma ſeruanda in condẽnatione ad triremes.

reat, vel rei; aut cuſtodum vitio.

Quæſt. IV. De obligatione Prælatorum erga triremibus adiudicatos.

Prælati non tenẽtur reuocare remiges.

Reſp. I. Non tenentur Prælati reuocare hos condemnatos, etiã ſi emendatos iudicarent, quaſi agendum ſit cum illis id, quod de expulſis mandatur, & emendata culpa vlterius ſæuire pœna non debet, ſed.

Probatur I. quia tantum abeſt, vt Religio remiges reuocare debeat, vt eos recipere vetuerit.

Probatur II. Si eſt condemnatus ad vitam, non debet retractari ſententia, ſi ad tempus eo expleto, damnatus ſibi conſulat, nec debet agere contra Trierarcum, vt latæ ſententiæ pareat, quia non eſt rei procurator, nec in laicum ius habet.

Probatur III. hoc iudicium emendationis, vnde Prælatus haurietʔ à conſociis, à præfectoʔ à miniſtrisʔ an tenetur inquirere de emendatione, an referentibus credere? nihil horum.

Si dicas, ineſt & Superior, completo tempore, moneat Trierarchum excommunicatum eſſe, ſi vlterius illum detineat, aut percutiat, quia Priuilegium Canonis non amittit, vt amitteret, ſi eſſet actualiter degradatus. *cap. degradatio in fin. de pœn. in 6. Viuald. de depoſit. & degrad.* cuiuſmodi non eſt, neque verbaliter degradari ſolet, quo caſu neque Priuilegium perderet. *Gloſ. in dicto cap. degradatio.* apud *Silueſtr.* V. *degradatio. num.* 8. *quæſt.* 6. & ſic vltra tempus detinere, aut verberare inducit excommunicationem. *Peirin. d. tom.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 27. §. *dico* 4. *V. ſed quid.* Quam contrahit in hæc conſentiens Prælatus, conſentit autem, dum potens liberare, non facit, vt in carcerato per annum, ſi vltra detineri ſciens, & prudens fineret, eſſet excommunicatus, quia per illum ſequitur effectus violentæ detentionis, & perſonalis iniuriæ. *Silueſt. V. excommunicatio* 6. *nu.* 5. §. *ſciendum eſt n.* 3. *ver. Tertio cum quis clericum mandat capi*, & non ſolum attenditur mandatum directum, ſed etiam permiſſio, & conſenſus in violentam detentionem, quæ afficiunt eos, qui habent ex officio defendere Clericum. *cap. forte* 24. *quæſt.* 4. Immo *Hoſtienſis*, & alii apud *Silueſtr. citat. ver. quinto quando quis Clericum a læſione non protegit*, dicunt incidere in *capitulo ſi quis ſuadente* 17. *quæſtione quarta*. ſi poſſunt liberare, & non faciunt, applica, &c.

Degradationis effectus.

Excõmunicatus, qui permittit Religioſum detineri violẽter.

Confuetudo excuſat.

Reſpondeo ſicuti conſuetudo liberat Prælatos à cenſura, dum ſuos

ſuos ad triremes mittunt, vbi verberandos norunt; ita etiam liberat, ſi non procurent liberationem finito tẽpore; nulla enim adeſt conſuetudo, niſi contraria, quia mos eſt, finito tempore oſtendi Trierarcho ſententiam, & dimitti, quinimmo Religio ſuam mentem aperit, dum ad tantum temporis damnat, quod ſi exequi ſæculares nolint, ipſi peccant, non Prælati. Carceratus è contrario eſt in poteſtate Prælati, non remo adfixus, ſi generalis ad annalem carcerem damnaret, & Prouincialis, finito anno carceratum non liberaret, non eſſet Generalis in culpa, ſed Prouincialis.

Reſp. II. Prælatus non tenetur recipere redeuntem è triremibus, ſiue fugiat, ſiue condemnationem finiat. Quia id prohibetur expreſsè in Statuto, nam tales infames, & peiores redeunt, & Religionem infamant. Ad inſtantiam autem duſtam ex decreto, iam dixi, Religionem vti ſuo iure, cui derogatũ non eſt per hoc decretũ, quod ſolos expulſos reſpicit. Lex enim naturæ, cui ius poſitiuum cedit, dictat, poſſe nos tueri à perturbationibus, iniuriis, & vituperiis, quæ certò ſcimus aduentura ex peſſimi Religioſi conſortio, quod omnes vitant, & vitare debent. Nec puto reperiri legem aliquam, quæ rationabiliter dictet, vt recipiam in meam ſocietatem, & in domum meam, quem me, mea, res, famã, & honorem perditurum ſcio, & ſibi imputet malus Religioſus, ſi ius ad iſtam ſocietatem per corruptos ſuos mores amiſit. Neque huc intrat debitum charitatis, quia hæc primò reſpicit communitatem, & deinde particulares, & mala charitas eſt, quæ ſinceram partem Religionis inficit, vt putrido parcat membro, eò vel maximè cum abſcindi deſiderare debemus, qui nos conturbant, & Sathanæ tradi in interitum carnis, vt per ſæcularem cõfuſionem ſpiritus ſaluus fiat. 1. *Cor.* 5. Vel ſi damnari ex ſua culpa maluerit, ſolus pereat, nec innocentes ſecum trahat, ſic Chriſtus clarificari cœpit, cum è diſcipulorum cœtu Iudas abſceſſit. *Ioan.* 13.

Prælatus nõ tenetur recipere remigem redeuntẽ

Non ex Iuſtitia.

Neque ex charitate.

Reſp. III. Quòd ſi liberatus à triremibus recurrat ad Superiores extra Religionẽ, agatq. apud illos, allegãdo ſupradictas rationes, & obtineat iterũ recipi, debet Religio ſua iura defendere, ſic citatũ Statutũ Cong. General. Rom. an. 1615 *ſi verò aliquem talẽ contigerit à Sanctiſſ. D. obtinere, vt iterum ad Relig. admittatur, id ſupplicibus precibus porrectis vitari curetur. Si autẽ coacti fuerimus illũ recipere, non ſtatim illi capucium tribuatur. Sed ſine illo, quaſi tertiarius ad coquinã, hortum, aut alia humilitatis officia de-*

 pute-

putetur, vt ibi inſeruiat, ſine corona, etiamſi fuerit Sacerdos. ſi verò per triennium hoc modo exemplariter vixerit, iudicio Patrū diffinitorum, iterum capucium poterit ei reddi, nullo tamen modo ad exercitium ſacrorum Ordinum admittatur. & poſtea in gen.c. Rom.an.1587.ac 1642. ſancitum fuit. *ſi contingat per aliquam cauſam extra Ordinem, cui reſiſti non poſſit, condemnatos ad triremes, aut ad perpetuos carceres liberari, ii omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò careant, nec ad ea amplius habilitari poſſint.* in quibus aliquę particulæ conſiderandæ ſunt.

Nam primò Religio cogi ad hoc non poteſt, niſi à Sanctiſſimo, vel à SS. Congg. Regular. & Concilij, aliter Prælatus annuens, puniendus eſt, tamquam Statuti grauiſſimi tranſgreſſor. Nec iuuat decretum de eiectis. Tum quia à *diuerſis non fit illatio. de reg iur.in 6.* cuiuſmodi ſunt expellere, & ad triremes mittere. Tum quia contra tale decretum in hac parte inducta eſt conſuetudo 25. annorum, eò vel maximè, cum multa Statuta reperiantur contra ius cōmune, quæ valent, ſi vel à Principe confirmata fuerint, vel à conſuetudine robur accipiant, vt de communi *ex Auguſtino de Arimino in tract. de maleſ. in add. ad Angelum.* teſtatur *Bonacoſ.to.1.com opp.crim.* V. *Statutum.*

A diuerſis non fit illatio.

Statuta contra ius commune, quando valeant.

An autem receptus contra formam Statutorum ſit per nouā ſententiam reiiciendus, eo quod non ſeruata forma, actus ſit nullus, vt de communi teſtatur *Roland.a Val.conſ.30. n.1. & 3. & conſ.72.n.61. & 64.* ita vt, vbi Statutum diſponat aliter, quam ius commune, cenſetur dare formam, & omninò ſeruandum eſſe, tamquam quid ſubſtantiale. Vnde inferri poſſet, receptionē eſſe nullam, & reſcindendam. Dico, ad hanc retractationem non eſſe deueniendum, quia multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. *de reg. iur. in 6.* & eſſemus in caſu formali expulſionis; quæ fieri non poteſt, non ſeruatis conditionibus decreti, & Statutum non apponit clauſulas irritantes. An autem ad mandatum D Protectoris Ordinis recipiendus eſſet, qui in triremibus remigaſſet. Dico, ſtandum eſſe facultati ſibi à Summo Pontifice collatæ, interim ex notis principiis, non debere recipi. Tum ex defectu facultatis; tum quia eſt intra Ordinem. Sed quomodo puniēdus eſſet Prælatus, qui reciperet redeuntem à triremib'?

Factum contra formā eſt nullum.

Multa facta tenent, &c.

Reſp. extraordinariè, & arbitrariè, grauiter quidem, vt qui Religionem offendit.

2. Recepto non ſtatim capucium eſſe reſtituendum, quia in hoc forma habitus conſiſtit, vt in *c. de pœna carceris.* ſed illud *ſta-*

tim

vim quantum importat? Arbitrarium eſt, nam cum ſignificat temperamentum temporis, incedendum eſt inter duo extrema, vt non illicò. *l.fin.C.de bon.quæ liber.* nec perpetuò, vt ex Nonio, & Donato. *Curae obſer.& emend.lib.*5.*c.*112 *& lib.*13.*c.*31. ſed medio quodam temperamento. Vltra menſem, vt ſenſit *Surdus conſ.*550.*n.*6.*& Alex.in l.diuortio.ff.de ſoluto matr.n.*10. parum videtur, quia negatio capucij datur, vt innoteſcat aliis, & ipſe confundatur, quod vnius menſis ſpatio non videtur expleri, poterit igitur ad bimeſtre, vel trimeſtre, & vltra produci ad Prælati arbitrium, hoc dixi ad declarandam vim particulæ *ſtatim*, quia quantum tangit præſentem diſpoſitionem, clarum eſt in Statuto debere expectari ſpacium trium annorum, quod currit tam quoad capucium, quàm quoad coronam, quæ concedi non poſſunt, niſi poſt triennium receptionis; hoc enim importat illud *hoc modo*. ideſt ſine capucio, & corona, quia clauſula ſubſequēs modificat antecedentia, & immediata.

3 Non eſſe recipiendum à ſolo Prouinciali, ſed cum Diffinitorii conſenſu, quia res grauis eſt, & totam Prouinciam concernens, quia licèt id cautum non reperiatur, vnde nec apparet authoritas Prelati in hoc reſtricta, attamen rationabile eſt, vt ſi nouitius, qui profuturus ſperatur, recipi non poteſt ſine diffinitorio, multo magis iſte, qui recipitur ad certam Ordinis deformitaté, ſed cenſeo ſtandum eſſe authoritati præcipientis, & hoc dico quoad receptionem, quia quoad capucium, & coronam clarum eſt, debere expectari diffinitorii conſenſum.

4 Exercitium Ordinum interdictum eſt remigantibus ex iure, quia hæc pœna infamat, & facit irregularem. *Teſaur.de pœnis V.Miſſa.c.*5.*n.*4. Irrogatur ex cauſa famoſa, ſuccedit condemnationi ad metallum, & deportationem, quæ ex iure ciuili infamiā irrogant. *l.ad tempus.C.ex quibus cauſis inf. irrog.* datur ob delictum notorium, & famoſum, quod infamem facit. *id Theſ.ex Tolet.Sayr.& Garz.* & hæc infamia remanet etiam poſt liberationem à triremibus, & non tollitur, niſi per diſpenſationem; quam dare non poſſe Epiſcopum ſentit *idem* P. *Theſaurus.* eo quod ſacrilegium, de quo citato loco agit, ſit grauius adulterio, cuius infamiam Epiſcopus extergere non poteſt. per *cap.ſi Clerici.§.adulteriis. de Iudic.* & *Abb. Vgolin. Diaz.* quos citat, & nos in *Comm.ad ſtat.cap.*2.*ſtat.*14.§.5. *q.*11. diximus, non poſſe Prælatos in vim Priuilegiorum diſpenſare ſuper infamia iuris, cum multis, quos citauimus; *Peirin* autem *tom* 1. *cap.*27.

Pœna triremium infamat.

An diſpēſabilis.

dicto ult. loquens de infamia triremium,putat, poſſe, nec obſtare ſcandalum, quod daretur, quia hac ratione, neque Papa diſpenſare poſſet; non enim poteſt hoc ſcandalum tollere,& praxim allegat cum *Naldo in Sum.V.infamia.num.*1. Verùm cum ſit probabile, remanet optio Superioribus diſpenſandi, ſi voluerint. In ordine autem Seraphico opinio iſta practicari non poteſt, reſiſtente Statuto, & quidem rationabiliter, non quidem ex opinione contraria,ſed ex municipali lege.

Remiges inhabiles ad officia 5 Ob eaſdem rationes liberatus è triremibus remanet inhabilis ad officia, ſuffragia, actus legitimos, nec poteſt generalis diſpenſare per dicta à nobis in *Comment.cap.*17. *Stat.*12.*fol.*916. 917. vnde ſi fiat oppoſitum, peccatur grauiter, & illegitimè exercentur officia, quia in Statuto dicitur, *nec ad ea amplius habilitari poſſint*, vnde impeditur potentia actiua, & paſſiua.

Quæſt. V. de obligationibus, quas habent damnati ad triremes quoad Religionem, & trierarchos.

Reſp.I. remiges pro tẽpore,quo remo affixi ſunt, non tenẽtur ad illas regulares obſeruantias, quæ ſtatui remigantiũ repugnãt. *Peirin ſupra*, qui citat *Suar. & Viualdum*. Quia ad impoſſibile nemo tenetur. *de reg.iur.in 6.* Hinc non tenentur ad formam habitus, non ad ieiunia ob malum, & tenuem victum, & magnũ laborem, niſi detur caſus, quo quieſcentes in portu commodè ieiunare poſſent. Non ad recitationem horarum, quia tempus, breuiarium, & commoditas non ſuppetunt, poſſent tamen laici recitare orationes dominicas, & angelicas, quia pro his breuibus orationibus non videtur adempta facultas, & commoditas. An autem ex ſtatu regulari ad aliquas extraordinarias orationes teneantur, affirmat *Peirin.* quia pœna emendat culpas præteritas, non producit nouas, quantum eſt de ſe, equidem tantum impedimentum habere non poſſunt, quin regularis debiti non recordentur. Votum obedientiæ iſtos non ligat, paupertatem regularem ſeruare non tenentur, quia infinitis calamitatibus vrgentur. Verum tamen eſt, quod ſibi appropriare non poſſunt, ſicuti adquiſitis vti, remanente proprietate, vel in Religione, quæ bona poſſideat, vel Romana Eccleſia, cui decedentes extra Religionem adquirunt ex diſpoſitione Greg. XIII. vt optimè *Azor to.1.c.16 q.4.citatus a Portel V.eiicere in add. n.3.* ſed has ſpeculationes valere nõ credo, quia quæ remigantes relinquunt in morte, ad Trierarchi arbitrium diſponuntur.

Remiges non tenẽtur ad obſeruãtias regulares.

An

An autem præcipienti prælato ſuo ſubdito iam in triremibus poſito, rem ſtatui non repugnantem, ille obedire teneatur.

Reſp. 2. condemnatus ad triremes ſuis præfectis obedire tenetur, & niſi faciat, peccabit mortaliter, vltra verbera quæ ſubibit. quia ex obligatione ad pœnam tenetur parere iudici præcipienti, ſecus inutilis eſſet vis punitiua, ſi condemnatus obedire non teneretur.

Reſp. 3. ſi condemnatus vires habet ad portandos labores, fugere non poteſt. Secus ſi non habet, vel præfectus eſſet nimis ſæuus. Prima pars eſt *Sanchez lib 6. in decal. c. 8. n. 16.* & aliorũ apud ipſum. 2. pars eſt *Bagnes 2. 2. q. 69. art. 4.* in quam & *Peirin.* inclinat. Ratio primæ, quia iuſtitia punitiua debet habere ſuum effectum. & qui peccauit, de lege diuina, & humana, tenetur ſubire pænam. Ratio ſecundæ, quia vltra vires nemo obligatur, & impoſſibile exiſtimatur, quod nimis difficile eſt.

Reſp. IV. Condemnatus tenetur ſub graui culpa ſe emendare, & religioſi ſigna oſtendere, nimirum patientię, ſilentii, deuotionis &c. quia hęc non repugnaut ſtatui remigũ, & debentur ſtatui religioſo, quem eſſentialiter non amiſit, nec per afflictiones variatur in totum.

CAPITVLVM XXII.

De Pœnis in eos Latis, qui Abiurauerunt in S. Officio.

SEQVENTIS ſtatuti occaſione materiam hanc examinamus. *Qui (inquit) in ſanctæ Inquiſitionis Officio de leui abiurauerit, ad actus legitimos, qui verò de graui, ad omnia ordinis officia inhabilis exiſtat.* Et quia res eſt paucis abſoluenda.

Dico I. triplicem eſſe abiurationem, quæ in S. Inquiſitionis Officio practicatur, De leui, de vehemẽti, de violenta, ſiue de hæreſi formali, licet quæ eſt hæreſis formalis, non in ſuſpicione, ſed in euidentia fundatur, prout enim varia ſunt indicia, diuerſæ etiam oriuntur ſuſpicionis genera aut leuia, aut grauia, aut grauiſſima. *Diaz in pract. cap.* 116. apud quem *Salſedo* §. *aut abiurauit eã.* V. *de qua abiuratione.* & multi apud ipſum. *Eimeric. 2. p. direct. q. 46. apud quem* Peña *comm.* 80. *&* 3. *part. com.* 40. Porro Abiu- Abiuratio quotuplex.

Abiuratio, ex iiſdem, & *Nauar lib. 5. Conſil. de hæret. conſ. 18. & 19.* eſt receſsio, ſeu renunciatio alicuius rei cum iuramento. Hinc in *capitul. accepta. de reſtit. ſpoliat. eccleſiam abiuraſset. & in c. audita. eod. eccleſiam in perpetuum abiuraſſet.* id eſt renunciaſſet vt per *gloſ. Abb. Innoc. Hoſtien.* & in terminis *c. ad abolendã. de hæret. poſt abiurationem erroris. & in abiuratam hæreſim recidiſſe* ideſt, poſtquam erroribus renunciauerit, & iurauerit, ſe nullo modo in poſterum male ſentire de articulis fidei, vel Eccleſię dogmatibus, ſi reincidat, vocatur relapſus, & brachio ſeculari traditur.

Relapſus quis.

Dico 2. qualificationem abiurationis de leui, vel de vehemẽti, accipiendam eſſe ex actis, & ſententia abiuratoria, nec tale iudicium ſpectare ad religionem, vtpotè immediatè ſpectans ad S. Officium, priuatiue quoad omnes alios, ſaluis ordinar. ad quos iure ſpectat. *d. c. ad abolendam.* & per diſputata eo loco *a Panorm. & Hoſt. in ſumma lib. 5. de hæret n. 6. & 7.* Cæterum ſolent Inquiſitores hæreticę prauitatis imponere abiurationem de leui, quando ſuſpicio oritur ex leuibus coniecturis, puta ex verbis, & actibus malè quidem ſonantibus, ſed caſu, & non ſępè, aut frequenter factis, aut prolatis, Ex deuiatione à communi conuerſatione fidelium. Ex blaſphemijs, ex ſollicitatione in actu confeſsionis. &c. ex his monetur animus iudicis ad ſuſpicãdum talem eſſe hæreticum. Attamen ſuſpicioẽs ſunt leues. Nõ quod ſint peccata venialia, ſed leues reſpectu vehementium. Hæ ſunt vrgentiores, & magis concludentes aliquem eſſe hæreticũ, vt ſi quis eſſet hæreticorum fautor, defenſor, auxiliator. Si illos nõ reuelaret, ſi imagines, dies feſtos, ieiunia floccipenderet. ſi in diebus vetitis carnes, ſine neceſsitate comederet. Si citatus pro negotio S. Officij comparere contemneret, his, & ſimilibus manu ducitur mens iudicis ad tenendum talem pro hęretico, quia facit ea, quæ hęretici faciunt. Et quoniam probatio non eſt euidens, imponitur illi abiuratio vehemens, vt ſic, vel purificetur, vel ſi in abiuratos errores reincidat, pro relapſo cõdemnetur ad mortem. qui ſunt caſus, quos notat Alexander IV. *in c. accuſatus. de hæret. in 6.*

Abiurare de leui

De vehementi.

Dico 3. ſub vocabulo abiurationis non veniunt pœnitentiæ ſalutares, quæ a S. Officio aliquando imponi ſolent, ita decretũ fer. 5. Octob. 1626. in quo declarantur perpetuò inhabiles ad officia, & gradus religionis illi, quibus *pro delictis ad S. Inquiſitionis officium ſpectantibus, pœnitentia genus aliquod impoſitum fuerit)*

Pœnitentię ſalutares.

ris (ſalutaribus pœnitentiis exceptis) etiam ſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint. niſi prius obtenta à Sanct. Domin. Noſt. vel ab hac S. Congreg. coram Sanctiſſimo habenda, ſpeciali, & expreſſa rehabilitationis gratia, ſub pœna nullitatis in promotos, & priuationis ſuffragiorum in promotores, reſeruata Sãctiſ vel S.Cong.reſtitutione, ſuper quo decreto.

Difficultas eſt, quid nomine ſalutaris pœnitentiæ, vel pœnitentiæ abſolutè prolatæ veniat.

Reſp. vetus eccleſiæ praxis hoc docebit. moris enim fuit priſcis illis temporibus, diuerſas, pro diuerſis peccatis imponere pęnitentias, ſolemnes nimirum, & priuatas. vt videre eſt apud *Gratianum diſt.*50. præcipuè *c. in capite quadrageſima, & 33.q.3. per ſeptẽ diſtinct. de pœnitent* prænotatas. & in *tit. de penit. et remiſ.* Leguntur q. adhuc antiqui canones pœnitentiales, quibus licet non ſtetur hoc tempore, quo omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, tamen veterum veſtigiis inſiſtens Eccleſia, non tantum in peccatis luxuriæ, homicidii, & malæ adminiſtrationis ſacrorũ (circa quæ vt plurimũ tales canones verſantur) ſed multo magis circa peccata, fidẽ concernentia, diſciplinæ rigorẽ ſeruat, & pœnitentias, pro exceſſuũ qualitate diſpenſat: leues, quæ ſalutares appellãtur. graues, quæ abſolutè pœnitentiæ dicuntur, & grauiſſimas, quæ carcere perpetuo, triremibus, & ſæculari brachio conſummãtur. Quæ autem in ſpecie ſint pœnitentiæ, vel ſalutares pœnitentiæ quibus abiurantes in S. Officio puniuntur, declarant *Peirin. ad conſtit. 9. Pauli V. n. 30. Lezan. to.* 1. c. 18. n. 39. *Theſau V. hæreſis c. 6. Hieron. Rod. reſolut.* 73. n. 10. nimirũ ſalutares eſſe, quæ extraiudicialiter imponuntur, & in ſecreto perficiuntur. vt ſunt ieiunia, orationes, diſciplinæ. Pœnitentias autem, quæ imponuntur iudicialiter, tãquã pœnæ, delictis impoſitæ, vt ſuſpenſio à cõfeſſionibus, priuatio ſuffragiorũ, vel officiorũ, remotio ab aliquo loco, præceptũ de nõ recedẽdo, carcer, publica ieiunia, & quæ in aliorũ notitiã veniunt, & hæc infamant tanquam pœnitentiæ publicæ.

Dico 4. Abiuratio ſimpliciter ſumpta, ſine impoſitione pœnitentiæ nõ inducit irregularitatẽ aut pœnas ſupradictas, ſi in iure communi ſiſtamus. *Rodrig. to.* 1. *q.* 82. *ar.* 2. *Nauar. lib.* 5 *conſ.* 5. *de hæret. Peirin. to.* 2. *q.* 2. 105. ... *apud quem alij. Hier. Roder. reſolut.* 73. *n.* 10. Quia abiuratio de leui, vel de vehementi, dummodo non ſit de hæreſi, de qua ſit conuictus, aut confeſſus, eſt de meris ſuſpicionibus, quæ delictum præſumunt, non probant. Et conſequenter non infamant, imò purgant. Caſus expreſſus in *c. inter ſollicitudines de purgat. can. in fine, et in c. accuſatus de hæret.*

Abiuratio non inducit pœnas.

ret. in 6. & clariſſimè *in c. ad abolendam. de haret. §. qui vera ibi Propriam innocentiam congrua purgatione mõſtrauerint.* Tales enim pænæ conſequuntur hæreſim, non ſuſpicionem illius, quæ per abiurationem tollitur.

Dico V. ſed non obſtante iure communi, abiurantes de leui, vel de vehementi in ordine Minorico, puniri debent, per citatũ ſtatut. cui ſtandum eſſe, de communi teſtatur *Bonacoſſa. V. ſtatutum fol. 154. à tergo. to. 1.* & ratio eſt, quia abiurantes in cauſa fidei, apud vulgus malè ſentiunt, & nunquam ſuſpicionis maculã abluunt, etiam ſi de hæreſi puniti, aut confeſſi, vel conuicti non fuerint. Eſt enim negotium fidei maximè priuilegiatum, vt in *d. c. accuſatus. de haret in 6. §. ſana.* & abiurantes dederunt cauſam ſuſpicioni, & ſibi imputent:

Sed in ordine Frãciſcano maximè.

Dico 6. has abiurationes, earumque qualificationem pendere à decretis ipſius S. Officii, à quo venandæ ſunt authenticè. ſententię enim verba ſunt ſtrictè intelligenda, vt eſt comm. apud *Curtium iuniorem conſ. 70.* & ſententia referenda eſt ad acta, pro illius certitudine, vt de comm. etiam teſtatur *Vantius de nullit. proceſſus fol. 228. n. 103.* Neque aliquis poteſt puniri in alio tribunali per ſententiam alibi latam, niſi conſtet de ſententia, & iudex ſit vtriuſque tribunalis competens, quia ſi eſſet omnino alienus, non poſſet per alterius ſententiam puniri, & ſolum faceret indicium ad procedendum contra cõdemnatum, etiam non cõuicto de delicto, eſt comm. apud *Clar. q. 38. V. ſed pone.* cum ergo S. Officium ſit tribunal ſuper omnia; poſſunt regulares vti ſententia in ipſo lata cõtra ſuos ſubditos, iuxta qualitatẽ ipſius ſententiæ.

Sẽtentię vndè petendæ,

Si dicas: Dato quod pœnitentia impoſita per S. Officium ſit minor pœnitentia ſalutari, puta, impoſuit S. Officium recitationẽ ſeptem pſalmorum per ſex menſes, tanquam pœnitentiam ſalutarem, [illegible] impoſuit aliam minorem per duos menſes, & quidem iudicialiter [illegible] tenendus eſt cum iſto rigore decreti recitati in dicto tertio, quia cum ſit minor, ſupponit minorem culpam, & non debet habere eaſdem conſequentias.

Reſp. attendenda eſt formalitas; an ſcilicet ſit impoſita iudicialiter, aut extra iudicium, nec nobis relinquitur optio iudicandi de qualitate pœnitentiæ, ſed obedire debemus; quidquid ſit de quantitate [illegible].

Si replices, [illegible] S. Officii puniri ſolos pœnitentiatos, [illegible] ergo [illegible] religionis [illegible] abiurantes, etiam ſi pœnitentiati non ſint [illegible].

Reſp. religio [illegible] ſuo iure, nec S. Officium diſponit priuatiue

quoad

quoad reliquos iudices, ſic aggrauantur pœnæ ſupra ius poſitiuũ per ſtatuta municipalia, vt de comm. ſcribunt *Brunus in repert. V. epiſc. verſ. ſtatut. epiſc. fol. 92. Panor. in c. de cauſis de off. delegati. Henricus a Bobich. de ſinodo in 3. p. art. 1. n. 236. Caſtr. in l. 1. §. dixerit ff. de publi.* Statuta poſſunt aggrauare pœnas legis.

Dico 6. (incidenter, & ob vniformitatem materiæ) Ad S. Officiũ recurrentes, in illo deponentes, vel teſtificantes, non poſſunt à ſuperioribus moleſtari intra quinquennium. Decretum refert *Peirin. d. conſt. 9. Pauli V. n. 28. Vt regulares (inquit) qui pro quocumq. negotio recurrerint, vel confugerint, vel in eo teſtimonium præbuerint veritatis, vel alias quomodolibet depoſuerint, nũquam à ſuis ſuperioribus, per quinquennium continuum, a die recurſus, ſeu depoſitionis moleſtare, aut ex quacũq. cauſa, vel exceſſibus prætenſis perſonarum iſtorum, & de debitis præterea panis, ſeu pœnitentijs eiſdem imponendis, niſi ipſi Illuſtriſs. Cardinal. inquiſitores generales certiores facti fuerint, vel eis clarè notificatũ, & ab ipſis Cardinal. deſuper reſponſum fuerit* ſuper quo decreto. Recurrẽtium adũ S. Offic. priuilegia.

Aduertendum eſt primo. Illis verbis *pro quocumq. negotio recurrerint* ſignificari tantum negotia ſpectantia ad S. Officium, alias ceſſaret diſpoſitio. quia nomine recurſus ille ſolus venit, qui concernit illum, ad quem fit; nam ſi recurreretur pro petẽda eleemoſina, vel pro auxilio contra fures &c. cum hæc non ſpectent ad S officium, non inducerent priuilegiũ huius decreti. ſic in facti contingentia accidit, vt puniretur ſuperior quidam grauiter delinquens, etiam ſi aliquot ſui amici procuraſſent ipſum è manibus ſui ſuperioris eximere, ſub titulo, quod ad inquiſitionem Neapolitanam recurriſſet. Non enim tam Sanctum Tribunal eſt pallium iniquitatis. Sed pro ſpectantibus ad S. Officium.

Aduer. 2. Non videri eſſe mentem decreti, vt regulares indiſciplinatè viuant, itaut in nullo caſu puniri poſſint. vt ſi ſilentiũ frangerent, negligentius ſua officia obirent, orationi, choro, menſæ deeſſent. quis enim pro his minutiis quotidianis, conſulẽdos Eminentiſs. Purpuratos putet? maximè ſi nimis à Roman. Curia diſtarent prope montes, in finibus terræ, Italię &c. Nec aliquis coget nos recurrere ad ordinarium, vel Inquiſitorem Prouinciæ, aut loci, quia expreſse iubetur recurri ad DD. Card. Inquiſitores, & expectare reſpõſum. Sed debet intelligi, quãdo inferatur grauis moleſtia, per inquiſitionem ſpecialem. Elicio coniecturã, tũ ex verbo *prætenſis* quia prætendere eſt prætexere, & velamento aliquo ſe defendere, & ſumitur in malam partem. *l. miles qui. §. ut propter. ff. ad l. iulia in. de adulter. ibi Non videtur mihi confugere* Recurrẽtes quãdo puniri poſſit. Prætextus.

fugere ea mulier ad iuſtam defenſionem, quæ ætatem filij prætēdit ad eludendam legitimam accuſationem. tum ex verbo *moleſtari.* quod iniuſtum grauamen importat ex *Tullio ad Albium.* moleſtus enim eſt, qui grauis eſt, nec finit aliquem quieſcere. *Auth. de fideiuſſ. ibi. Non primum aduerſus mandatorem aut fideiuſſorem, aut ſponſorem accedat. neq. negligens debitoris interceſſoribus moleſtus ſit. Sed veniat primum ad eum qui aurum accepit &c.* quo loco moleſtia contra iuſtitiam accipitur. quare dum dicitur, *de pœnis, & pœnitentijs debitis imponendis.* non eſt ſenſus de quibuſuis talibus, etiam in ſtatutis ord. taxatis, cum euidentia delicti, vt ſi quis apoſtataret non contrauenirentur decreto. ſi carceraretur ſecundū ſtatuta, ſi aliquem percuteret, vulneraret, occideret, non eſſet reus decreti prælatus, qui ſubditum ſuum in his caſibus excommunicatum declararet, officio deſtitueret, tanquā irregularem, cum pęnę iſtę ſint in iure ſancitæ, & earum irrogatio non eſſet moleſtia, nec prætendere delicta. Quod ſi carcerare aliquem in omni caſu eſſet moleſtia, non poſſet carcerari, qui reperiretur in flagranti cum adultera, compræhenderetur aliquem occidiſſe &c. & ex vi decreti recurrendum eſſet ad Eminentiſs. Inquiſitores, interim delinquens fugam arriperet. Neſcio item ſi notorius homicida declarari poſſet irregularis, inconſulta *S.* Cong. S. Officij, cum ſiue conſulatur, ſiue non, homicida notorius ſit notorius irregularis. Accipiendum igitur eſt cum grano ſalis, vt ij tantum caſus moleſtiæ, & punitiones compræhendantur, quæ inferūtur in odiū S. Officii, vt patet ex motiuo & proemio dicti decreti; *Conſulens (inquit) libertati ipſius* S. *Officij & indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo teſtimoniū verbibentium. ſtatuit. &c.* & ex comm. apud *Curtium Iun. conſ. 166. n. 1. & conſ. 178. & 344. n. 69. in 3. volum.* Proemium ſtatuti, aut conſtitutionis, etiam pœnalis, dat cauſam finalem, & rationem. lege *Barboſ. axiom. 192. n. 1.* & ex proemio colligitur mens, & intentio diſponentis, ratio finalis, decisio, & animus proferentis. vt idem per multos dd. probat. cū igitur non intententur iſta in odium *S.* tribunalis, puto non violari decretum. quod tamen in hac parte declarari ſupplicandū eſſet idem *S.* Tribunal.

Moleſtari.

Proemiū dat cauſā finalem.

Aduerto 3. vbi receptum non eſſet, non habere locum, & vbi in negotiis *S.* inquiſitionis non recurritur ad DD. Cardd. vt in hiſpaniis, & inſulis, quæ cum hiſpanica inquiſitione reguntur, Sicilia, *S*ardinia Baleares, Indiæ, quia ceſſat diſpoſitio, vbi ceſſant iudices, ad quos recurrendum eſſet, cum ergo inibi ad dd. Cardd.

non

non recurratur, ſed ad ſuos delectos inquiſitores, pro illis non videtur ſancitum, niſi apud illos tale decretum acceptatum, & practicatum ſit, ſeruanda tamen eſt praxis, quæ eſt optima legũ interpres.

Dico VII. (incidenter etiam, & ex materia) aliud decretum manauit 3. Maii 1601. vt ſequitur. *Vt nemo Ordinis minorum de obſeruantia cuiuſuis ſtatus, & dignitatis audeat, vel præſumat retinere, aut quouis modo habere, ſeu legere ſcripta, vel libros Geomantiæ*, Hidromantiæ, Aeromantiæ, Piromantiæ, Chiromantiæ, *& Necromantiæ, ſiue continentes incantationes ad amorem, inuocationes dæmonum, abuſus Sacramentorum, Sacramentalium, rerum ſacrarum, & benedictarum; Remedia ſuperſtitioſa infirmitatum, ad theſauros inueniendos, ſeu quæuis ſortilegia. Sed quam primum ad cuiuslibet manus ipſorum huiuſmodi ſcripta, & libri, quouis modo peruenerint, etiam occaſione audiendi confeſſiones ſacramentales, ordinariis locorum, ſeu Inquiſitoribus, vel illorum Vicariis reſpectiuè intra 24. horas realiter, & cum effectu conſignare, & tradere debeant, ſub pœna excommunicationis maioris, ipſo facto incurrenda; à qua non niſi à S. Officio abſolui poſſint. Nec non priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & officiorum & dignitatum quarumcumque, & inhabilitatis ad illa in perpetuum, ac ſuſpenſionis, executionis ſuorum Ordinum, & inhabilitatis ad illos. Carceris formalis, ſeu triremium ad decem annos, aliiſquè arbitrio dd. Cardd. Generalium inquiſitorum infligendis pœnis, eiſdemq. pœnis ſubiacere eos, qui ſcientes aliquem prædictorum huiuſmodi ſcripta, & libros retinere id Ordinariis, ſeu Inquiſitoribus intra 24. horas denunciare neglexerint.* Cum præcepto illud publicandi ſub priuatione officii, & ſuffragiorum per quinquennium in omnibus Capitulis generalibus, prouincialibus, & annualibus viſitationis. Rigorem temperauit Paulus V. 2. Ian. 1602. ad ſola ſcilicèt Capitula generalia, & prouincialia, & cum hoc decretum ſit nimis graue, & odioſum, ne erretur in literali intelligentia, ſequentes conſiderationes adiicio.

Decretum rigoroſũ contra tenentes libros vetitos.

Primò in hoc decreto non compræhendi Reformatos, Recollectos, Diſcalceatos, quia iſti in odioſis non veniunt ſub nomine Minorum Obſeruantium.

Reformati in odioſis nõ veniunt nomine obſeruantiũ

Secundo vbi vſu, & conſuetudine receptum non fuerit non obligare. Vt eſt præcipuè vltra montes: & quidem practicari, & publicari in multis Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, quibus adfui, nunquam vidi, aut audiui.

Quid excuſet.

3. Sub rigore huius Decreti non venire Generales Miniſtros Vi-

Generales ex munt

Vicarios, ſeu Cōmiſſarios, quia ad hos annualis Viſitatio non ſpectat & licet reperiantur in Capitulis Prouincialibus, opus talis publicationis ad Viſitatores pertinet; De Capitulis autem generalibus eſſet quęſtio, ad quem ſpectaret publicatio, ad Generalem ne emeritum, an ad Generalem electum, an vero ad Præſidem capituli. Cum enim capitulum generale comprehēdat tempus vtriuſque, & poſſit in vtroquē publicari, non videtur arctandus hic, aut ille præcisè, at coactiuè, in Præſidem inclino. at ſi Præſes ſit Cardinalis, vel Nuncius Apoſtolicus (vt fieri ſolet) debeat ne is pœnas iſtas contrahere? Nullo modo. quia eſt diſpoſitio contra fratres, non contra ſæculares: crederem teneri cumulatiuè tam præteritum, quam præſentem generalem, niſi ex preſcripta in contrarium conſuetudine fulciantur, nullus enim pro hac re punitus fuit, quod ſciam.

4. Cēſuras abſolui poſſe intra ordinem in vim priuilegiorum, quia ſi pro illa abſoluimus à caſibus, Papę ſpecialiter reſeruatis, multò magis reſeruatis S. Officio.

5. Vbi non publicetur ex obliuione, & ſine dolo, ac contemptu, non incurri pœnas. Quia dicit decretum. *publicare neglexerint*. reparari poteſt, publicando illud alio tempore, quia cum ſit alligata publicatio tali tempori, eo tranſacto, ceſſat. vt in ieiunio, recitatione officii &c.

6. Pœnas in Conſcientia non contrahi, niſi poſt ſententiam, vt dictum eſt in *Capitulo de pœnis*. Peccari autem mortaliter ex grauitate materię affirmo, in retentione talium librorum, & de his diſcurrendum eſt iuxta regulas librorum prohibitorum, quia non eſt credendum, aggrauari voluiſſe fratres ſupra omnes alios Chriſtianos, & Religioſos.

7 Nō eſſe cōceſsū fratrib' legere tales libros intra illas 24. horas, quę ad conſignationem talium librorum conceduntur, quia librorum prohibitorum lectura ex regulis generalibus inhibetur, & tantūmodo indulgentur ad conſignationē, nō ad lecturā.

8 Notitiā terminorū, in decreto contentorū hanc eſſe, vt prohibeantur libri diuinatorii, *Geomantiæ* ideſt per terram diuinatio, nam *Mantia* Græcę diuinationem ſignificat, & *Geos* terram. *Sic Idros* aquam, *Aero* aerem, *Piros* ignem, *Chiros* manum, & *Necro* mortuos, vnde prohibetur diuinatio per terram, aquam, aerem, ignem, manus, mortuos. Sub quibus non comprehenditur *Phiſonomia*, quę eſt viſus cōtēplatio, nec *methoposcopia*, quę eſt īſpectio linearū frōtis, & cōſequēter libri, & ſcripta phyſonomica, & methoposcopica nō vetātur retineri poſſe. Incātationes ad amorem

Geomantia, Idromantia &c.

Metopocopia.

amorem ſpecialiter prohibentur, vt magis vſitatæ. Verumtamen prohibentur etiam ad odium, & vindictam, vel malum alterius, & quidem potieri ratione, quia odium ex ſuo genere malum eſt, & incantationes omni iure prohibitæ ſunt. Remedia ſuperſtitioſa, quæ ſint, ſtat iudicio Doctorum, ſuperſtitio enim, eſt vanus cultus, & eſt omnis ille, cui non ſubeſt ratio humana, vel diuina, & eueniunt aliqui effectus ex cauſis non naturalibus, nec diuinis, vnde ſupereſt. vt vel ab Angelo, vel à dæmone producantur. Verum enimuerò, cum multa lateant in maieſtate naturæ, non adeo vſque pronunciandum ſuperſtitioſum ex eo quod illius cauſæ non cognoſcantur, cum ab alio doctiore cognoſci poſſint. maximè ſi remedia componantur per herbas, miſta, &c. Nec deſunt qui in verbis vires reponant, attamen niſi ſint diuina, nullam adeſſe vim productiuã pronuncio, Verba ſiquidem nil aliud ſunt, quam ſonus,& motus, quę ſine adiunctis corporibus actiua non ſunt. Quidquid ſit in Pictagoricorum ſententia, de numeris imparibus, quibus Deos gaudere tritum eſt, & legendus eſt, *Parra in ſuo ſeptenario*. Nec in vniuerſum abijcienda eſt doctrina, cum videamus notabiles mutationes in morbis, in vita, in corporibus ex annis clymatericis, & niſi experientiam negemus, concedendũ eſt, vel nos ignorare Cauſas occultas, vel eas venandas eſſe ex aſpectibus, & motibus aſtrorum, & planetarum, quæ in noſtra corpora influentia, complexiones, ætates, & accidentia notabiliter variant, & immutant. ſed de his ſatis. Iudicet pius lector, quæ remedia verè, vel dubiè ſuperſtitioſa ſint, & à *Cardani* ſubtilitatibus, ac varietatibus abſtineat. Nec vnguentum armarium, & alias naturalium compoſitionum vires adſpernetur. De Theſaurorum inuentione, niſi per incantationes fiat, nulla eſt ad Sanctum officium relatio, bene quidem ad Minoricam paupertatem, nam ſatis ab honeſtate alienum eſt, vt qui altiſſimam vouit paupertatem, terræ viſcera, ad inueniendos theſauros effodiat. Circa *Sortilegium*, notandum eſt, illas ſortes eſſe prohibitas, quæ ad dæmones, & occultas cauſas reſpectum habent, non illas, quę ad Deum, ad ſanctos, electio enim Matthiæ, è ſortibus pependit. Ioſuè furem linguæ, vel regulæ aureæ. Saul fractorem ieiunij ſortibus inuenerunt, lege cauſam 26. *quæſt.* 2. & 7. per multa Capitula. legere autem ſortes ex Sacris Biblijs *Auguſtinus* relatus *cap bi qui. d. quæſt.* 2. 26.

Superſtitiones.

Theſauri.

Sortilegia.

non laudat, nec vituperat, & minus malum indicat in comparationem, ad dæmones conſulendos. Ratio autem, quam adducit, non eſt adeo conuincens, vt peccatum mortale inducat, quia (inquit) non ſunt conuertenda ad vanitatem, & negotia huius vitæ oracula diuina, quæ de æterna vita loquuntur. Attamen ſi id fiat ad inquiſitionem veritatis neceſſariæ, & ad bonum ordinatæ nullo adhibito cultu ſuperfluo, ſed eleuata mente in Deum, non putarem culpam committi, quia licet diuina oracula de vita æterna loquuntur principaliter, ſicuti diuerſos ſenſus habent, ita poſſunt ad vitæ regimen exquiri. Sic ipſe Sanctus Auguſtinus in S. Biblijs ſuæ ſalutis exordium inuenit. Sic S. P. Franciſcus in trina aperitione Miſſalis Euangelicam vitam reperit, prout etiam Magnus Anachoretarum Pater Antonius, ſed iſta ſufficiant.

CAPITVLVM XXIII.

De Pœnis Sacramentales Confeſsiones Reuelantium.

CVm ſenſu vniuerſalis Eccleſiæ Serafica concurrens Religio, quam caſtè, & illibatè miniſtrandum ſit Pœnitentiæ Sacramentum per iuſtitiam adhuc punitiuam oſtendit. Præcipuè circa ſecretum, quod in Sacramentalibus confeſſionibus excipiendis, eſt maximè conſiderabile. Sancit enim *Sacramentales Confeſſiones reuelantem actibus legitimis eò ipſo deſtituimus. & ab audiendis Confeſſionibus perpetuò ſuſpendimus; atque carceribus mancipandum Prouincialis arbitrio decernimus. Si autem de hoc non fuerit legitimè conuictus, ſed tantum ſufficienter indiciatus, grauiter arctetur, ad arbitrium Superioris*. Ad cuius ſanctionis commentationem.

Pœna reuelantium cõfeſſiones

Quæritur primo, An punire reuelantem Confeſſionem Sacramentalem ſpectet ad Religionem, an verò ad Sanctæ Inquiſitionis Officium.

Re-

Reſpondeo, Niſi adſit error in intellectu circa adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, non eſt caſus ſancti Officij, ſed ſui ordinarij. *Molfeſius tractat. 7. cap. 23. num. 68. Diana par. 4. reſolut. 95 tract. 8. Ioan. de Lugo diſp. 23. de ſacram. Pœnit. ſect. 5 num. 348. Theſaurus de pœnis V. confeſſio cap. 4. Alphonſ. de Leone de officio, & poteſt. confeſſ. recollect. 6. num.* 867.

Reuelare confeſſiones quando eſt caſus S. Officij.

Ratio eſt, quia nullo iure apparet ſpectare ad ſanctum Officium, non communi, nam in *cap. Sacerdos. d. 6. de pœnit. & cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſion.* vbi puniri mandatur iſta reuelatio Superioris Ordinarij diſpoſitioni relinquitur. Non ſpeciali, quia nullum tale decretum, aut Apoſtolica conſtitutio reperitur, & in facti contingentia. cum de hac re Sanctum Officium Romæ conſulerem in hanc, quam ſcribimus ſententiam, reſponſum fuit. Quando autem talis reuelatio ſapiat hæreſim, deducendum eſt, vel ex eo quod dicat, id licere fieri, vel quia ſpernat ordinationem Eccleſiæ: quod etiam conuinci poteſt, ſi frequenter hoc faciat, tunc enim videtur contemnere, & ex malitia procedere. Sicuti hæreticus cenſeri debet, qui pluries comederet carnes in diebus prohibitis, etiam in parua quantitate, vt tenuerunt, *Tannerus 2. 2. diſp. 3. dub. 5. num. 93. & Author caſuum conſcientiæ Bononienſium ann. 1638. caſu 1. Menſis Martij* apud *Paſqualigum de Ieiunio decis.* 51. licet ipſe in contrariam eat ſententiam.

Hæreſis ſuſpicionis.

Et quidem ratio (vt ita dicam) à priore eſt, quia violatio ſecreti naturalis, & diuini, quod vetat reuelationem non eſt peccatum contra fidem, vel dogma Eccleſiæ formaliter, ſed contra tales rationes formales, ſecus omnis ſecreti publicatio ſpectaret ad Sanctum Officium, ſed putatur oriri, ex leuitate animi, vel ex infirmitate.

Quæritur ſecundo, Quale peccatum ſit reuelare Confeſſiones Sacramentales, & quę ſint eius indicia, & probationes.

Reſpondeo primo duplicem malitiam continet, ſcilicet ſacrilegij, & iniuſtitiæ, ſacrilegium eſt, quia committitur contra ſacramentum pęnitentię, quod reddit odioſum, iniuſtitia eſt, quia qui confitetur ſua peccata ex contractu generali Eccleſiæ, inter Confeſſarium, & Pœnitentem, pænitens exigit debitum ſecreti, & ſigilli, quia niſi de hoc eſſet certus, non diceret ſua peccata confeſſario, vnde conſurgit ſtrictum ius, vt

Reuelationis malitia.

Digitized by Google

Confeſſarius nullo vnquam tempore illius peccata alteri reuelet, & hac ratione Confeſſarius ſigillum confeſſionis frangens committit duplex peccatum, ſacrilegij, & in iuſtitiæ, & tenetur reſtituere famam pænitenti, quem, reuelando eius peccata, infamauit. Ita *Ocbaganit de ſacr. tract.* 3. *de ſigillo quæſt.* 1. *n.* 3. *Kelliſonius in* 3. *parte tom.* 2. *quæſt.* 11. *art.* 1. *Fagund. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 6. *citati à Diana part.* 5. *tract.* 11. *reſolut.* 2. qui affirmat, violatorem ſigilli confiteri debere duplicem hâc culpam. ſed credo ſufficere, ſi dicat ſe reuelaſſe peccatum auditum in Confeſſione, quia cum hoc ſolo duplex hæc malitia explicatur.

Reuelationis indicia. Reſpondeo ſecundo, indicia contra reuelantem elici debent ex his, quæ cadunt ſub ſigillo & ſunt primo peccata mortalia, tam pœnitentis, quam ſociorum, & complicum. ſecundo venialia in particulari, non in generali. nimirum ſi diceret. Titium confeſſum eſſe tale peccatum veniale, non autem venialia, quia primum reddit confeſſionem odioſam, ſecundum minimè, cũ pœnitens neceſſario ſubijcere debet pro materia ſacramenti, vel mortalia, vel venialia. *Ægidius de ſigillo dub.* 4. *Sot. in* 4. *d.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 5. *citati à Stephano de Bauni tract.* 4. *de pœnit. quæſt.* 2. *Iacobus Ganado in* 3. *part. de ſacram. controu.* 7. *tract.* 11. *diſ.* 1 *Onuph. opus de ſigillo ſect.* 4. *quæſt.* 7. apud *Dianam de ſigillo reſ.* 29. Tertiò Defectus naturales, vt quod ſit timidus, iracundus &c. quia hæc reuelata offendunt, & faciunt odioſum ſacramentum. Quarto circumſtantiæ peccatorum, quæ ad ipſa peccata reducuntur. Quinto ſi quis nollet ſciri ſe Confeſſum fuiſſe tali ſacerdoti, puta, quia habet ſuum Confeſſarium ordinarium, quem clanculo reliquit, vt huic alteri confiteretur. Nam in hoc caſu præſumeretur confeſſum aliquod graue peccatum, quod alterum latere voluit *Diana de ſigillo reſol.* 47. *qui alios citat*.

Vnde reuelaſſe conuincitur. Reſpondeo Tertiò, reuelare Confeſſionem conuincitur, qui non ſolum directè dicit ſe audiuiſſe in confeſſione Titij hoc, aut illud peccatum, vel aliquid eorum, quę ſupra retulimus, ſed etiã primo ſi auditis multis in Confeſſione dicit Titium non habere peccata mortalia. ſciam eſſe caſtam, nam infertur, alios, & alias eſſe in oppoſitis culpis. *Nauar. cap.* 8. *num.* 9. *Lamas* 2. *p. methodi cap.* 4. *Beia p.* 3. *caſu* 11 *& elicitur ex c. qualis d.* 4. quia quod de vno negatur, conceditur de alio. & exceptio firmat regu-

regulam in Contrarium. *de regul. iur. in 6.* ſecundo ſi quis conſuleret doctiorem de aliquo caſu, & immediate ad Titium ſe conferret abſoluendum, tunc inditiaret Titium habuiſſe peccatum conſultatione dignum. ſic in facti contingentia quidam excipiebat confeſsionem infirmi, ad quem defferebatur Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum, ille è cubiculo proſiliens, detineri fecit Miniſtrum, & acciuit prælatum, vt infirmi caſum quendam exciperet, quem ipſe abſoluere nequiuerat, & ſic fuit punitus tanquam ſigilli fractor. tertiò, ſi ante confeſſionem vtebatur conſuetudine pœnitentis, poſtea illum vitet. ingerit enim ſuſpicionem, quod in Confeſſione audiuerit. Quarto ſi extra confeſsionem loquitur cum pęnitente de peccatis illius, in confeſſione auditis, ſine ipſius licentia. Putat tamen *Hurtado diſput. 12. de Sacram. Pœnit. difficult* 11. talem non eſſe puniẽdum pœna ordinaria, quia non reuelauit confeſſionem ſtrictè ſumptam, cum non publicauerit peccata, niſi pœnitenti, qui ea ſciebat; ſed extraordinaria, quia fregit ſigillum latè ſumptũ. *Diana* autem *tract. de ſigillo reſol 6.* ſentit puniendum eſſe pœna ordinaria. Quinto, ſi dicat impoſui Titio bonam pœnitentiam, quia inde infertur magna culpa. *Diana ſuper reſolut.* 31. qui putat reuelare confeſſionem, eum, qui diceret, impoſui per pœnitentiam coronam B. Virginis, & *Malderus de ſigillo cap.* 12. qui dicit reuelaſſe confeſſionem vnum, qui dixit, Dedi pro pœnitentia, vt audiret ſolemne ſacrum flexis genibus. Sexto, ſi dicat, Titius caput mihi frangit ſuis minutiſſimis culpis. *Aegigidius de ſigillo dub.* 1. *num* 11. quia malam opinionem ingerit. cuius oppoſitum tenet *Diana reſolut.* 50. Sexto, ſi dicat nolui abſoluere Titium. *Diana ſup. reſolut.* 42. *cum Nauar. Vitaldo, Vega, Fagundez, Suarez, Granado, Hurtado, Vaſquez,* quos citat, contra *Henriquez, & Caietan.* aliter ſentientes, eò quod multę cauſæ ſint extra peccata, quibus abſolutio non impertiatur, puta, quia confeſſio nondum ſit completa, Confeſſarius ſit moroſus &c. Attamen ratio eſt, quia per hunc modum loquendi ingeritur mala opinio de pœnitente, & ideo ob hanc fractionem puniendum eſſe pœna ordinaria, quia licèt non reuelet peccata, reuelat tamen peccatorem, vt dicitur in *cap. ſacerdos d. 6. de pœnit & cap omnis vtriuſq. ſexuſ de pænit. & remiſſ.* ſeptimo, ſi dicat in tali Monaſterio, vel communitate, committi graue peccatum, quod in confeſsione audiuit.

tunc enim reddit Sacramentum toti communitati graue, & illam iaſamat. *Dian. de ſigillo reſol.* 25. apud quem *Villalobos*, & alij multi, & hoc non tantum verbo, ſed etiam *ſigno, aut aliquo quouis modo*, vt dicitur *in dicto cap. omnis vtriuſq. §. caueant* ex illo principio, quod animi conceptiones ſignis, ſcriptis, nutibus declarare poſſumus, huius autem generis multa eſſe poſſunt, vt ſi aliquod ſignum faceret, manu, ore, nutibus, quibus conijciatur pœnitentem graui aliquo peccato detineri, & cum ſint ad libitum, accipienda ſunt iuxta ſenſum regionis in vniuerſum, omne illud, quod poteſt inducere alios in malam opinionem pęnitentis, eſt reuelatio Confeſsionis lege *Hoſtienſem in ſumma lib. 5. eodem tit. num. 53. §. in quo tenetur*.

Reuelationis clara probatio.

Reſpondeo Quarto, clara probatio fractionis ſigilli erit, vel ex confeſsione fractoris, vel ex teſtium depoſitione. ſed quia eſt res difficilis probationis ſufficere plures teſtes, etiam ſi conteſtes non fuerunt, affirmat *Diana de ſigillo reſol.* 52. quādo ſcilicet multi ſingulares dicant ſibi reuelaſſe tale peccatum &c. Cęterum cum agatur de grauiſsimis pęnis imponendis, non aſſentior teſtibus ſingularibus; quia non eſt eadem ratio habenda de Confeſsione, & de reuelatione illius. nam in Cōfeſsione non ſolent adeſſe teſtes, & ideo creditur ſingularibus, at in reuelatione, & poſſunt adeſſe, & vt plurimum adſunt, & ideo poteſt reuelans conuinci per teſtes, ſicuti alij peccatores. In caſu autem quo multi ſingulares teſtarentur de hac reuelatione, & reuelator negat, tunc ſentio puniendum eſſe pęna arbitraria, quia delictum non eſt plenè probatum, vt dicit ex Hoſtienſe *Panormitanus in dicto cap. omnis de pænit. num. 26. fine*. & maxime ponderandæ ſunt præſumptiones, quę ex teſtium, & confeſſarij perſonis eliciuntur, quia ſi Confeſſarius ſit vir probus, non loquax, nec garrulus, non poterit ad aliquorum atteſtationes puniri quia repugnantibus cōtrarijs coniecturis, tenendum eſt pro viro bonę opinionis, & ſemper præſumendum eſt pro Confeſſario. Et hoc maximè dicendum eſt in Religione Minorum in qua adeſt ſtatutum initio relatum, dicens, *ſi de hoc non fuerit legitimè conuictus*, vbi requiritur legitima probatio, quæ non eſt, niſi per duos teſtes, vel aliquid illi æquiualens, vt probat *Barboſa dict.* 188. quia legitimè factum, cenſetur factum iuris ordine ſeruato, & legi-

Contrariæ coniecturæ quid operētur.

Legitimè factum, & probatum.

legitime probatum debet eſſe probatum per plenam probationem, non autem priuilegiatam, aut per iuramentum, vnde *Tuſcus concl.* 305. *num.* 4. *Tom.* 3. *liter. D.* ait, dum requiritur legitima probatio, non ſufficere ſemiplenam, & cum iuramento, ſed requiri plenam, idest, cui nihil iuris deſit, vel addi poſsit in ſuo genere, vt multis probat *Barb. dict.* 261. *per totum*. ſed demus quod pœnitens dederit licentiam Confeſſario reuelandi ſuam Confeſsionem, & poſtea id neget, cui credendum erit? Reſpondeo, licet *Suarez in* 3. *p. tom.* 4. *diſp.* 33. *ſect.* 5. *num.* 14. *Fagundes*, & alij citati à *Diana reſol.* 41. dicant, credendum eſſe Confeſsario, attamen melius aſsentiendum eſse ſententię *Aldreta de religioſ. diſcipl. lib.* 2. *cap.* 19. nimirum ſacerdotem reuelantem, non poſſe ſe tueri, niſi oſtendat in foro exteriori obtinuiſſe talem licentiam, vel ſcripto, vel coram teſtibus. quia ſi Confeſſarij negationi ſtandum eſset, nunquam poſſet per ſingulares teſtes conuinci, quia ſemper ſuppeteret illa exceptio ſe habuiſse licentiam à pœnitente. & ſic *Diana reſolut.* 41. qui in priorem ſententiam inclinat, repugnat ſibi ſentienti cum ſingularitate teſtium. ſed quidquid ſit, adeſt pro ſecunda euidens ratio, nam conſtat reuelaſse, non conſtat habuiſse licentiam, ergo puniendus erit in vigore ſacrorum Canonum. Maximè cum ipſemet pæniteus accuſaret confeſſarium de ſuæ confeſſionis reuelatione, tunc enim non eſt preſumendum dediſſe licentiam de eo, de quo conqueritur, vt videre eſt apud *Diaz. cap.* 112. *num.* 4. licet ipſe aſſerat credendum eſse Sacerdoti bonę famæ, & honeſtę vitę, dicenti ſe habere licentiam à pænitente reuelandi confeſſionem, cum talis actus licentię ſecretò fieri ſoleat, & nullo interueniente teſte, ad hoc ſaltem, vt transferat onus probandi in aſſerentem, ſine licentia reuelaſse, & allegat *Lapum*, qui dicit hoc procedere preſertim quando tertius accuſat Sacerdotem de reuelatione. & accuſans probare debet, quod reuelans ſciuerit peccatum illud in confeſſione. & probatur, niſi ſacerdos doceat aliunde illud habuiſſe & per hoc genus probationis non poterit puniri niſi arbitrariè, quia delictum non fuit plenè, & congruenter probatum. lege *Salſedo in Diaz in fine cit. cap.* & *Panor. in d. cap omnis fine*. Hinc ad probationem legitimam huius criminis debet conſtare iudici, quod ſacerdos confeſſionem pęnitentis auſcultauerit. & quod peccatum

Cui credendum ſit dubie.

Digitized by Google

catum reuelatum, ante, vel poſt confeſſionem aliunde non
ſciuerit, his enim non probatis, congruenter conuinci non
poterit.

Difficultas tamen eſt, cum de reuelatione Confeſsionis poſ-
ſit agi, non tantum contra ſacerdotem legitimè illam excipiē-
tem, ſed etiam contra Interpretes ignotę linguę, caſu audiē-
tes, dum aliquis confitetur, fictus ſacerdos, qui non
ordinatus illam auſcultaret, vel qui voluntatem ſacramentali-
ter auſcultandi, & abſoluendi non haberet. Conſiliarius, ad
quem Confeſsarius pro conſilio recurreret, Inuentorem papiri,
in qua peccata eſsent ſcripta, vt dicunt *Suar. tom.* 4. *diſp.* 23.
ſect. 4. *Coninch. diſp.* 6. *de ſigillo dub.* 3. *num.* 39. *Nugnus in* 3.
par. quaeſt. 15. *art.* 3. *Bauni tract.* 4. *de pœnit. quæſt.* 5. *Diana*
de ſigillo reſol. 44. & 34. & 27. 23. 16. 15. 14. 13. *Nauar. in*
dicto cap ſacerdos num. 42. *Salſedo ad Diaz. cit.* §. *confeſſionē*
audit. Quia res tranſit cum ſuo onere ad quemcunq. tranſit. *l.*
2. & 3. *C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contra-*
batur cap. Paſtoralis de decimis cap. ex literis de pignor. onus
autem Confeſſionis eſt ſigillum ſecreti.

Res tranſit cum ſuo onere.

Solus ſacerdos tenetur ad ſigillum.

Reſpondeo præcisè, & ſtrictè, ſolus Sacerdos tenetur ad hoc
ſecretum *cap. Sacerdos cap omnis vtriuſque &c.* citata alij tan-
tum reductiuè. *S. Thomas* 3. *p. in addic. quaeſt.* 11. *art.* 3. & non
defuit Candidus de Confeſſ. diſp 24 art. 49. qui ſcripſerit laicos
nullo modo teneri, nec lege diuina, nec Eccleſiæ ad ſigillum,
in caſu quo aliorum peccata reciperent, cum ad id tantum
teneantur Sacerdotes Sacramentaliter Confeſſiones auſcul-
tantes. Sed quidquid ſit de obligatione ad ſeruandum ſigillum,
Quoad punitiones, dico, iſtos non teneri in vim ſtatuti, quia
ſtatutum accipit reuelationem confeſſionis in ſenſu Commu-
niori, quem tenet Eccleſia, nimirum de Sacerdotibus. Ver-
bum enim abſolutè probatum, accipiendum eſt in principalio-
ri ſignificato, maximè ſi in ſtatuto ponantur, quia interpretan-
dum eſt ſecundum communem vſum loquendi, vt de commu-
ni ſcribit *Bonacoſſa V. ſtatuta fol.* 159. & ſtatutum pœnale lo-
quens de vera perſona, non habet locum in ficta, & repræſen-
tata. *Idem ibid.* ſunt enim ſtricti iuris, & ſtrictè intelligenda.
Idem fol. 157. *p. partis.* cum ergo reuelatio tangat Sacerdotes,
qui in Confeſſione peccata audierint, non debet ad indirectos,
& reductiuos extendi. Verum tamen eſt, iſtos puniendos eſſe

Statutum interpretādum iuxta communē vſum.

pœna

Digitized by Google

pœna arbitraria, quia cum violent ſecretum naturale, & diuinum, Sacramento Pœnitentiæ debitum, id impunè feciſſe, permitti non debet.

Secunda Difficultas, an intrent pœnæ etiam, quando licet Confeſſario reuelare.

Reſpondeo minimè, quia non peccamus in licitis, & conſequenter non debemus puniri. Cœterum, quando licet, dubium eſt, *Panbor. in cap, omnis de pœnit. & remiſſ. num.* 24. ait peccatum commiſſum, dicitur reuelari, non tamen committendum, & de quo penitus non dolet, & abſtinere non proponit, ſed omninò vult illud committere, quia hoc peccatum non dicitur directum in pœnitentia, ex *Innocentio*, ſecus ſi pœnitere vellet. Hoc tamen certum eſt nullo vnquam pacto reuelandum eſſe pœnitentem, ſed cautè poteſt manere alterum, vt ſibi caueat, vt expreſsè dicitur in *d. cap omnis.* ſic etiam de proditione Reipublicæ, de incendio Ciuitatis, de diſſeminatione hæreſis, de occiſione Principis, in his, & ſimilibus caſibus reuelandum eſt peccatum committendum, ſed non peccator. Reuelare quando liceat.

Quæritur tertio, quibus pœnis puniendi ſunt, qui Sacramentales confeſſiones reuelauerint.

Reſpondeo primo, In iure communi duos Canones habemus ſupra relatos, primum in *cap, Sacerdos diſt. 6 de pœnit* in quo dicit Gregorius *ſi hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat*, alterum in *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ.* de quo dicit Innoc, 3. *Non ſolum Sacerdotali officio deponendum decernimus, verumetiam ad agendum perpetuam pœnitentiam, in arctum Monaſterium detrudendum*. Vbi apparet correcta peregrinatio, in detruſionem commutata, cum illa caderet in Sacerdotalis culminis ignominiam, depoſitio igitur, & detruſio ſunt pœnæ Canonicæ reuelantium. Porrò depoſitio hoc loco non ſumitur pro actuali, quæ eſt degradatio, & antecedit traditionem brachio ſeculari, ſed pro verbali, de qua *Theſaurus in praxi eccleſiaſtica p. p. cap.* 27. non quidem ſecundæ, & tertiæ ſpeciei, quibus depoſitus priuatur omnio officio, beneficio, & priuilegio fori, & canonis, de quibus idem meminit, ſed primæ nimirum, qua priuatur beneficio, & officio, ac exercitio ordinum, itaut reuelans confeſſiones priuatus remaneat hono- Pœnæ canonicæ in reuelantes, &c. Depoſitio actualis, & verbalis.

Digitized by Google

honoribus, gradibus,officijs, beneficijſque, ac ſuſpenſus à miniſterio altaris, hoc vltimum patet ex verbis *cap. omnis.* citati, *Sacerdotali officio deponendum decernimus*, & non ſolum tenendũ eſt præciſè pro ſolo ſacerdotio,ità vt celebrare, aut auſcultare confeſſiones, vel facere, quę Sacerdotibus tantum permiſſum eſt,non poſſit, ſed etiam de omnibus ordinibus, tam maioribus, quam minoribus, idque patet ex alijs verbis eiuſdem *cap. omnis.* ibi. *Verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudatur.* Nam ſi perpetuò detruditur, & ſub ſolemni, ac perpetua pœnitentia reperitur, non erit locus exercitio ordinum, quia detruſio in Monaſterium eſt carceratio. *Panbor. in cap Tuæ diſcretionis de pœnis* ibi. *Quod à ſuis ordinibus degradati detrudi debeant in arctis Monaſterijs ad pœnitentiam peragendam.* vbi Panhormitanus num. 1. *Aduerte* (inquit) *quia ſi non poſſet in Monaſterio tutè eſſe, quia timetur de fuga, ne opportunitate capta inde fugiat, poteſt ſub arcta cuſtodia detineri*, & ſic arctatus in Monaſterio eſt in illo carceratus, vt inde exire non poſſit, perpetuò autem carcerati ordines exercere non permittuntur, vt eſt textus expreſſus in *cap. ſi ille d. 50. cum gloſ.* & alijs allegatis in illa, & per *Panbor. in d. cap. tuæ diſcretionis. in fine. de pœnis.* Arctum autem Monaſterium dicitur,ex quo non eſt libertas exeundi; Sicuti arcta cuſtodia eſt, per quam carceratus ita cuſtoditur, vel milite, vel repagulis, vel vinculis, vt liberum non ſit exire quando voluerit, lege *Roderiq. tom. 2. quæſt. 5. artic. 1. Suarez tom. 4. diſput. 32 ſect. 8. Portel. V. pœna num. 11. Hieron. Rodriq. reſol. 48. num. 38.* Quod autem depoſitio iſta non ſit degradatio, & expoliatio Canonis, & fori, patet, quia quouſque non traditur brachio ſæculari, ſemper gaudet his priuilegijs, ita vt conueniri, niſi apud Iudices Eccleſiaſticos, & impunè percuti, ſine excommunicatione non poſſit.

Detruſio in Monaſteriũ.

Perpetuò carcerati ordines exercere non poſſunt.

Reſpondeo ſecundo, ſecundum ſtatutum ordinis talia reuelantes priuantur actibus legitimis, ſuſpenduntur perpetuò ab audiendis confeſſionibus, & arbitrario carceri adijciuntur, quæ autem pœna ſit, priuatio actuum legitimorum, patet ex dictis ſuo loco Perpetua autem ſuſpenſio ab audiendis confeſſionibus minor eſt depoſitione ab ordine Sacerdotali; quia interdictus ab audiendis confeſſionibus tantum, poteſt exercere reliqua munia ſacerdotalia, vt canere Epiſtolam, & Euangelium, cele-

celebrare Miſſam, infirmos vngere, &c. & arbitrarius carcer non eſt perpetuus. itaque diſcordat ſtatutum à iure communi in duobus, cui autem ſtandum ſit, patet ex alibi dictis, quia poteſt per Statutum derogari iuri communi accedente principis conſenſu, & quando concurrunt pœnæ ſtatutariæ, cum pœnis iuris communis attenditur illis, non iſtis, & quidem videtur Statutum fundatum in praxi, quia iſtis fractoribus ſigilli confeſſionis, non ſolent imponi depoſitio ab ordine, & detruſio in Monaſterium, & multò minus peregrinatio illa ignominia, quæ in Concilio generali fuit commutata in detruſionem in Monaſterium, vt *Panbor.* aduertit, nec prædicari ſolet iſta detruſio cum ſimplicibus Sacerdotibus, ſed tantum cum Epiſcopis, ſed potius condemnantur ad triremes, *Farin. quæſt.* 119. *num.* 55. quando debitam detruſionem meretur. Cum ergo pœnæ iſtæ in iure ſint mutatæ, & in praxi, mirum non eſt, mutatas etiam eſſe per ſtatutum ordinis, cui ſtandum omnino cenſeo, eo vel maximè, cum peccans, in eo puniri debeat, in quo peccauit, & detruſio in Monaſterium minor ſit carceratione formali, & poteſt iſta contrahi ad arbitrium Prælati, comparata ad illam. Aduerto tamen arbitrium Prouincialis hoc loco regulandum eſſe à iure, & non debere extendi ad quamcumque contractionem, ità vt ſufficiat qualibet parua carceratio, ſed commenſurari debere perpetuæ detruſioni in Monaſterium, & qualitati delicti, ac ſcandali dati, qua in re non eſt aſſignare certam regulam.

Reſpōdeo tertio, ſuſpēſionē ab excipiēdis cōfeſſionibus remitti non poſſe à Generali, vel à Capitulo, tum quia eſt perpetua ſuper quā & mēte Religionis Generalis nō poteſt, tū etiā quia iſta perpetuitas eſt à lege Communi, non à ſtatuto. Vnde per ſuperiores ordinis commutari, vel abbreuiari non poteſt, & in facto peccaret mortaliter Prælatus aliud agen, quia reſtitueret gladiū ſtulto, & cōmitteret ſecretū, illi, qui eſt declaratus ſigilli fractor, & propalator, quod eſt cōtra ius naturæ, & diuinū, iuxta regu ā *ſemel malus ſemper præſumitur malus, de regul. iur in 6.* Pœnæ reuelantium a quibus remitti poſſint Semel malus &c.

Reſpondeo quarto, Reuelans confeſſiones poſt ſententiam remanet infamis. Dixi poſt ſententiam, quia non deſunt, qui infamem velint ante illam, ſed ex diſputatis à nobis alibi, pœnæ ante ſententiam non contrahuntur. infamia autem irrogatur ex enormitate delicti, quod eſt, cum pro illo detruſio in Reuelator eſt infamis.

Mona-

Digitized by Google

Monaſterium imponitur, vel triremes, vt ex *Abb.* & *Claro* ſcribit *Theſaurus V. Confeſſio Sacramentalis cap.* 4. Quam iuris infamiam ſuperiores abſtergere non poſſunt, quia à lege, quia perpetua.

CAPITVLVM XXIV.

De Pœnis reuelantium defectus Religionis aut quæ in Diffinitorio tractata fuerint, & de alijs Reuelationibus faciendis, vel Omittendis.

Reuelantiũ defectus religionis pœne.

SVbnectimus reuelationi Sacramentalium Confeſſionum, reuelationes alias, Religioni indecoras, & noxias: quarum prima eſt eorum, qui propalant peccata, & defectus Religionis extra illam, cap. 7. §. 5. num. 43. *Qui diuiſiones inter fratres, Prælatorum depoſitiones, aut peccata in ordine correcta, vel corrigenda, & diſcordias, & quidquid in infamiam ordinis vergit extra illum quouis modo diuulgauerit, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrat, & ſi iuridicè conuictus fuerit omnibus actibus legitimis perpetuò priuetur.* Secunda eſt eorum qui negotia in Diffinitorio tractata reuelant. ibid. num. 44. *Qui extra diffinitorium manifeſtauerit, quæ in eo tractantur, vnde diſſenſiones, & odia in diffinitorium, vel definitorem aliquem oriantur, aut oriri poſſint, ſi de ea re legitimè conſtiterit, biennium in diffinitorium admitti non poſſit.* Tertia eſt ibidem nu. 42. *Qui fratris crimen, quod legitime probare non poteſt, alteri, quam Prælato reuelauerit. pœna talionis mulctetur.* Quarta eſt ibid. num. 32. de abſcondentibus, & non opportunè detegentibus aliorum delicta in Viſitationibus, ſed ea referuantibus in aliud tempus, & ad alios Superiores. Super quas more noſtro, ſequentes quæſtiones examinabimus.

Quæſtio 1. quæ ſit materia ſtatuti vetantis reuelari defectus Religionis.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo, de hac materia ſcripſimus in *comment. ad cap.* 7. *ſtatut.* 5. *caſu* 3. *&* 4 *fol.* 524. quæ ibi videnda eſt, quibus addo rationem motiuam ſtatuti, nimirum ius naturæ, quo vetatur infamari, nedum Reſpublica, Ciuitas, vel Communitas, verum etiam particularis, & cum bonum eo ſit diuinius, quò ſuperius, & vniuerſalius, plus eſt infamare Religionem, quàm Religioſum. Vide *Rodriq. tom.* 2, *quaſt.* 35. *art.* 3. *Mandoſium de ingratit. cap* 26. *conſ.* 13. *Salſedo ad Diaz cap.* 103 *fine. Villadiegum de legibus* 3. *part. quaſt.* 1. *num.* 36. Infamare ordinem eſt contra ius naturæ

Quæſtio ſecunda, Quæ ſint negocia, quę odium parere poſſunt contra Diffinitorium, & Diffinitores.

Reſpondeo, Diffinitorium eſt tribunal ſupremum in ordine, & in Prouincijs, in quo tractantur, & deciduntur omnia negocia, totum ordinem concernentia, puta, ſuperiorum localium conſtitutiones, & deſtitutiones, cauſarum examina, delictorum puniriones, conuentuum fundationes, Lectorum, Concionatorũ, Cōfeſſariorũ, Studiorum, & Studentium diſpoſitiones nouitiorum receptiones, & vno verbo, omnia illa, quæ ad Prouinciam ſpectant, & vnitionem Patrum expoſcunt, vt patet ex multis ſtatutis ordinis, quæ correſpondent Capitulis Collegiatarum, & Cathedralium Eccleſiarum Synodalibus Examinatoribus, & Iudicibus, Senatoribus, & Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ, vt *Rodriq tom.* 2. *quaſt.* 45. *articul.* 1. *Miranda tom.* 2. *quaſt.* 17. *art.* 1. *&* 2. *Panbor. in cap. ad Apoſtolicam de* Regular. *Syluest. V. Conſilium quaſt.* 1. *& V. Religio.* 2. *quaſt.* 3. *citati à Hieron, Roder. reſolut.* 51. *initio & nos ipſi fusè in Commentar. cap.* 8. *ſtat.* 36. *quaſt.* 4. *fol.* 632. *& infra*. Cum igitur agatur de rebus, quæ poſſunt bilem mouere, & iras in aliquibus accendere, nimirum, quod non fuerit collata prælatura vni ob meritorum defectum, adempta alteri ob demerita, concluſum contra hunc, aut illum, ad perſuaſionem huius, aut alterius Diffinitoris, nulli dubium eſt, quod Diffinitorium euadet ſeminarium inimicitiarum, & malarum emulationum. Vnde fit, vt Patres, qui fuerint zelo pleni, non liberè ſuam ſententiam ferunt, et vbi loquendum eſſet, taceant, timentes ſibi perſecutiones, & malas voluntates creari, quando perſuaſũ habeant, publicari res odioſas extra diffinitoriũ, quo nil prius nil perniciofius ordini, cum adhibeãtur ad cuſtodiam legum canes muti non valentes latrare, & pauci reperian- Diffinitoriũ & quæ in illo reuelari non debeat.

riantur, qui ſuum zelum exercere velint cum tanto fœnore, & tamen certum eſt in iure, quod conſiliarij, tacentes, & non contradicentes expreſsè rebus malè geſtis in concilio, peccat, & puniuntur ſicut facientes expreſsè *Innoc. & Abb. in cap. 1. de his, quæ fiunt à mai. par. cap.* & eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, quia de iure naturæ conſiliarij, & Diffinitores tenentur ſuum officium fideliter exercere *l. de ætate. §. qui tacet. ff. de interrog. actio.* & eſt communis opinio apud ſcholaſticos, & morales ſcribentes de iuſtitia *S. Thom. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Cano in ſua lectura. Nauar. cap. 17. à num. 69. ad 74. Couar. regul. peccatum p. 2. §. 7. Sot. de iuſti. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. & lib. 4. quæſt. 7. art. 3. Adrian. in 4. de reſtit. quæſt. de collat. benefic.* Et hoc eſt vnum ex præcipuis capitibus, ex quibus regularis diſciplinæ rigor liberatur, & paulatim deperditur, quia ſi non eſt liberũ diffinitoribus infringere iniquitates, ob timorẽ odij, & inimicitiæ, quæ contrahere poteſt à factionarijs, & potentioribus, negotia religionis in peius ſemper labentur ex defectu tacentium veritatem, ob timorem, & non ſolum committitur acceptio perſonarum in diſtributione officiorum, vt cenſet *S. Thomas d. quæſt. 63. artic. 2.* ſed ſi officia indignis conferantur, peccatur, & contra diſtributiuam, & contra commutatiuam iuſtitiam, quia fit iniuria communitati, quæ exigere debet à ſuis adminiſtratoribus collationem officiorum dignis, & non indignis. Sicuti ſi Procurator vineæ conduceret operarios inutiles, relictis vtilibus, teneretur ad reſarciendum laborem non impenſum, & damnum illatum, & hoc certum eſt in omnium ſententia, quando agitur de indigno reſpectu digni, quidquid ſit de Comparatione digni reſpectu dignioris, in quo cenſent quidem omnes adeſſe peccatum mortale contra iuſtitiam diſtributiuam, non tamen adeſſe debitum reſtituendi; & ſic patet quantum malum ſit tacere in diffinitorio, & non ſe opponere potentioribus, & factionarijs, quando indignos, vel minus dignos aſſumunt, idque oriri ex reuelatione, quæ fit ſecretorum extra diffinitorium, incutiente timorem cadentem in conſtantem virum. Qui an excuſet diffinitorem à promotione, & defenſione iuſtitiæ, & communis boni, controuertitur, id quod certum eſt, elicit, ex *Nauar. lib. 5. conſ. 12. num. 6.* quia licet iuſtus timor cadens in conſtantem virum, qualis eſt amiſſionis bonorum fortunarum, libertatis, vitæ, grauium inimi-

Tacentes puniri debent quando ex officio loqui tenentur.

Timor cadens in conſtantem virum, quãdo excuſat.

inimicitiarum, & perſecutionum excuſet ab obſeruatione legis poſitiuæ, tamen non excuſat ab obſeruantia legis naturalis, & diuinæ, qualis eſt recta gubernatio Reipublicæ, & iuſta diſtributio officiorum, quæ natura dictante, dignis conferenda ſunt, *c. ſacris. de his qua vi. c. quo iure d. 8. c. ità ne d. 32. c. tolerabilius eſt eod* quibus docemur, toleranda potius eſſe mala quam conſentire peccato. Et certè iſte timor vanus eſt, & non excuſat. *l. metum. ff. quod metus cauſa*. Vanus inquam, quia incidere in indignationem huius, aut alterius in religione, parum eſt, fortunas, vitam, libertatem non adimit, & non eſt tantus, qui ponderare poſſit contra bonum commune religionis, eo vel maximè, cum diffinitoratus tradi vix ſoleant inuitis, vt in eis valeat doctrina eiuſdem *Nauar. lib. 1. conſ. 3. num. 8. qui eſt vltimus*, quod ſuſceptio ordinis metu facta valeat ad impreſſionem characteris, non ad votum continentiæ ei adnexum, quia argum. *cap. maiores* § *item quæritur de bapt.* votum metu factum, eſt nullum *cap. 1. de his quæ vi*, & eſt communis, non inquam valet hoc allegare, quia vt plurimum ambiuntur, & procurantur, & vtinam non malis artibus, & conquiſitos fauores. tranſit igitur diffinitoratus ad talem perſonam cum ſuo onere, nimirum, vt in diffinitorio pro iuribus Prouinciæ, & iuſtitia aſſiſtat, & cum certum ſit, violentias intentari, & indignas promotiones procurari, ſibi imputet diffinitor, qui officium, vel quæſiuit, vel acceptauit, ſi ſuo debito non reſpondet, ſed hæc incidenter dicta ſint.

Ordinatus vi, an teneatur ad continentiam.

Materia igitur huius ſtatuti eſt, vt non publicentur extra diffinitorium inibi tractata, quæ diſſentiones, & odia gignere poſſunt, vt eſſet dicere. Non fuiſti promotus, quia talis contra te orauit. De te publicatum fuit à tali hoc, aut illud peccatum, & ego non habui, quid reſponderem? ille fuit tibi contrarius, &c. & non tantum ſi nominaret perſonam, ſed ſi in confuſo diceret Te poſpoſuerunt, quia habuiſti contradictorem, & ille ſuſpicetur de aliquo, ſibi male affecto, etiam ſi ita non fuerit, quia ad verificandum ſtatutum ſufficit, vt contra aliquem odia diſſeminentur. Et cum mos ſit, vt ſilentium, & ſecretum ſub graui præcepto diffinitoribus iniungatur, reuelans duplex peccatum committit, ſcilicet in obedientiæ, & infidelitatis.

Quod tam leui pœna vix dignè corripitur, ſcilicet per ſuſpenſionem

ſiōnem biennalem ab ingreſſu diffinitorij. Debuiſſet eſſe perpetua inhabilitas ad hoc officium, quia non eſt credibile damnum, quod ex tali reuelatione deducitur.

Quæſtio tertia, An qui poteſt probare delictum aliquod, impunè illud reuelare poſſit alijs, ſtante ſtatuto, quod dicit. *qui delictum aliquod, quod probare non poſſit, &c.*

Reſpondeo, de hac materia vide diſputata à nobis ſupra *cap. 10. per totum.* præcipuè *quæſt. 6. de pœna talionis*. Addo peccare mortaliter, qui apud alios, non ſeruato iuris ordine, fratris delictum publicaret, etiam ſi illud probare poſsit, quia illi fas non eſt, in quaſcunque aures obtrudere delicta fratrum, ſed iudicis, *dic Eccleſiæ*, inquit, Chriſtus Dominus. ideſt Prælato, non plebi. Verum in vim ſtatuti puniri non poſſet, quia ſi illud probare poteſt, iam acorem ſtatuti euadit.

Sed quid ſi non poſſet, niſi ſemiplenè probare, aut per famam.

Probatio qualis eſſe debet in delictis.

Reſpondeo, puniendum eſſe pœna ordinaria, quia dum de probatione delicti agitur, illa debet eſſe iuridica, & legitima, ideſt per duos ſaltem teſtes conteſtes, vt multis citatis probat *Barboſa Appellatio. 220. V. Probatio.* hæc enim eſt probatio idonea, plena, ſufficiens, quæ adhiberi debet quoties in lege, vel ſtatuto dicitur, dummodo ſit probatum, vel accedat probatio, aliæ enim probationes non ſunt, ſed indicia, & præſumptiones, & ideo non ſine ratione appoſitum eſt in ſtatuto. *legitimè probare non poterit*, ideſt per eos teſtes, qui ſine dubio delictum conuincunt.

Dices diſponente ſtatuto, *alteri quam iudici reuelauerit*. an poſſit ſine pœna talionis deportare delictum iudici, etiamſi illud legitimè probare non poſsit.

Accuſans cum vno teſte, tenetur reſtituere famam.

Reſpondeo affirmatiuè ex Aphoriſmo noſtrę *practicæ criminalis Titulo Accuſator*. quia accuſator liberatur à pœna talionis, ſi accuſationem probat per vnum ſaltem teſtem, Sed an peccet, qui ſciens habere vnum ſaltem teſtem, fratrem accuſat? Reſpondeo affirmatiuè, quia finis accuſationis eſt punitio, & emendatio delinquentis, quas obtinere non poteſt producēdo vnum tantum teſtem, quia dictum vnius, dictum nullius. ergo agit fruſtrato fine, & vanè, & conſequenter peccat, quia infamat fratrem, quia tantum eſt adducere vnum teſtem, quā nullum. & tenetur reſtituere famam *S. Tho. 2. 2. quæſt 68. ar.*

2. Sa-

2. Salon. ibid. contract. 4. conc. 2. & eſt in iure *cap. ſi quis 2. quæſt. 3. & cap. calumniator, & cap. qui non probauerit. eod. l. 1. ff. ad ſenat. conſ. Turpil. l. mulier.*

Quæſtio quarta pro ſecundo ſtatuto. Quo iure detegenda, denuncianda, vel accuſanda ſint delicta, vbi, apud quem, quando, & quomodo.

Reſpondeo primo, de his dictum eſt in hoc opere *cap. 11. fusè* ibi vide Iuſtificatio deportationis delictorum eſt charitas in delinquentem, & communitatem, vt vel ille corrigatur, vel iſta ex aliorum exemplo intra iuſtitiæ terminos contineatur.

Reſpondeo ſecundo, modus ſuauior in Religione, & Eccleſia eſt viſitatio generalis, per quam ſubditorum defectus prælato innoceſcunt *cap. qualiter, & quando 2. de accuſ.* reliqui modi denunciationis, & accuſationis ſunt acriores.

Reſpondeo tertio, In generali viſitatione ſubditi tenentur, nedum ex præcepto obedientiæ quod præmitti ſolet, ſed etiam ex debito conſcientiæ reuelare ſuperiori viſitanti, peccata, & defectus graues, & emendatione dignos. Ratio eſt, quia cuilibet de republica incumbit ex onere, iuuare ſuam communitatem, & ſuum fratrem, quod fit remouendo ſcandala, & peccata, in illam graſſantia, *S. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. & infra. Alenſ. 3. part. quæſt. 42. memb. 1. Theol. in 4. d. 19. Iuriſperiti in cap. nouit de iudicijs.* Vide dicta à nobis in Commentar. *cap. 10. ſtatut. 1. fol. 746. & ſtatut. 4. ad fol. 747.*

In viſitatione delicta ſunt reuelāda.

Reſpondeo quarto, ex ſuperiori reſponſione elicitur alia, quæ eſt in ſtatuto iam citato, *Qui in Viſitatione Fratrum delicta aut litteris ob aliquod particulare interesse tacuerit vel ſeruauerit, quod cum conſuetum non fuerit ad aliorum Superiorum aures deferre, conſuetum non habuiſſe cum Superiore illo, vel Commiſſario confidentiam, ſi non probet ſe proteſtatum fuiſſe apud illum primum Superiorem, vel ille ad alium, quem ſpecificare debeat, talia denunciare delicta, tanquam conſpirator ſeueriſſimè puniatur, & actibus legitimis perpetuò priuetur, ac infamis exiſtat, nec audiatur*, optimum purificandæ iuſtitiæ remedium, & inuidiæ, malique zeli ſcorias decoquendi, naturali rationi innixum: nam cum viſitatio intendat bonum commune, & hoc promoueri non poſſit, niſi Viſitator mala illi repugnantia nouerit, deducitur, vt quilibet ſubditus illa reuelare teneatur. Ergo qui ex inordinato fine, tacet, contra bonum commune peccat, & qui ad tempus ſilet, vt ſuæ libidini obediat, propalando peccata illa

Tacentium & reſeruandium delicta in viſitatione pœnæ.

apud alterum Superiorem, nulla ſubſiſtente cauſa, offendit Superiorem primum, quia ius habebat exigendi à ſubdito illam reuelationem. & vtitur ſecunda tanquam inſtrumentum ſuarum paſſionum rabiem ſatiandam, & publico zelo malam mentem cohoneſtat, ſed ad ſtatuti declarationem.

Noto primo, *litteras* hic ſumi pro illis in quibus eſſet aliqua culpa fratris deſcripta, ambitionis, ſubornationis, laſciuiæ, vel quid ſimile. nam aliæ litteræ ad rem non facerent.

Noto ſecundo, *particulare intentum* contraponitur publico: tacet, quia non habet aures ſibi beneuolas, quæ contra fratrem non ita facile mouerentur, non videt Viſitatorem infenſum accuſando, & ſibi propitium, atque adeo de vindicta deſperat, non ſperabat tacendo obtinere aliquod officium, vel gratiam à Prælato, vel ab amicis illius, quem accuſare volebat: hoc eſt particulare intentum. Quia ſi videret Viſitatorē iuſtificaturum impium pro muneribus, iuſtitiæ complementum nō præſtiturū, bonum Communitatis non promoturum, & loco punitionis, timeret in malo fratre laudes, & ſanctificationem, poſſet tacere, & ad alium ſuperiorem delicta illa deportare. ſic poteſt accidere, vt Prouincialis protegat aliquem ſuperiorē localem malum, & ſcandaloſum, non videtur opportunum remedium, apud Prouincialem illum accuſare, ſed poteſt expectare Commiſſarium.

Noto tertio difficile eſse in praxi, proteſtare coram primo ſuperiore iuxta ſtatutum, quia hac ratione poſset parare ſibi aliquam vexationem apud illum, & apud accuſandum, cum hæc niſi publicè, fieri non poſſint, & non apparet neceſſitas huius proteſtationis, quia, cum non teneatur accuſare, à nullo ad hoc cogi poteſt, vt nolens, proteſtari indigeat. Puto tamē ſenſum ſtatuti eſſe de aliquo delicto notorio, vel litteris, de quibus antea iactatio præceſſerit, & mirum ſit, quod in viſitatione tacuerit, à Viſitatore requiſitus, & non ſit ſermo de ſola viſitatione paternali, ſed iuridica, & iudiciali, in qua ſubditus adactus per præceptum, & iuramentum reſpondere noluit, tūc tanquam ſubdolæ mentis meritò puniendus venit, vt conſpirator. coniectura ratio eſt, quia tales proteſtationes in requiſiti fratres facere non ſolent.

Noto quarto Hanc proteſtationem eſſe eiuſdem naturæ cum appellatione, qua recuſatur iudex vt ſuſpectus. quę licet fieri ſoleant à grauamine perſonali illato, vel inferendo, tamen videtur

detur poſſe prætendi à futura violatione iuſtitiæ, quæ in pernitiem redundaret communitatis: valet enim argumentum ab appellatione ad recuſationem *Boerius deciſ. 269. n. 3. Gattierez practi. lib. 1. q. 44. num. 4. Morla in emporio iuris ciuilis p. p. tit. 2. qu eſt. 11. num. 4.* pari namq. paſſu vadunt appellatio, & recuſatio *l. apertiſſimi V. cum poſt cap. de iudic. cap. ſuper & 2. de appellat. Brunorus à Sole in locis commun. V. appellatio* 30. Imò ab appellatione ad ſupplicationem *l. fin. S. penult. cap. de temp. appell vbi Salicetus, Tuſcus tom. 7. lit. S. concluſ.* 904. *num.* 12. *Rebuffus ad leg. galliæ. tom. 1. tract. de ſupplicat. in præfat.* Vnde vbi permittitur appellatio, arripere poſſumus ſupplicationes, & proteſtationes: permittitur autem vbi index ſit ſuſpectus, etiam ſi ſit legatus à latere *Nau. lib. 2. conſ. 3. de appell.* & proteſtatio iſta nil aliud eſt, niſi declaratio voluntatis, nolentis producere querelam ante talem ſuperiorem, atq. adeo nolentis habere il um, vt iudicem. eſt enim proteſtatio declaratiua ſequentium actuum, vt facti, ſecundum illam, cenſeatur *cap. cum M. de conſtit. l. non ſolum S. morte ff. de noui operis nunc.* Nauar. *lib.* 3. *de regular. conſ.* 34. *num.* 3. & licet tollatur per contrarium actum ſubſequutum. *gloſ ſolemnis in cap. tua de ſponſal. V. mulierem ad cap. cum M. de conſt. & d. l. non ſolum.* quando tamen in recuſatione, & proteſtatione perſeueratur, proteſtatio cenſetur valida. & fieri poteſt tam facto, quã dicto, vel ſcripto & non tantum expreſſè ſed etiam tacitè, quia tacitum, & expreſſum idem operatur *cap. 2. de reſcriptis l. tum quid ff. de rebus creditis. Nauar. lib. 5. conſil. 6. num.* 14. licet pro verificatione ſtatuti videatur neceſſaria proteſtatio expreſſa quia requirit ſpecificationem ſuperioris; ad quem deferre debeat delator accuſationem, & delictum niſi admittamus in hoc etiam ſpecificationem tacitam, quia certum eſt dari gradus recurſus, vt à Prouinciali ad Viſitatorem, à Viſitatore ad Generalem, vel alium eius ſucceſſorem. & ſic non videtur vſquequaque neceſſaria iſta ſpecificatio, vt opus ſit deſcendere in indiuiduo.

Argumentũ ab appellatione ad recuſationem valet.

Proteſtatio quod.

Vbi tollitur

Quomodo fit.

Tacitum & expreſſum idem operatur.

Noto quinto dari præſcriptionem in delictis huius generis. quia ſi accuſator noluerit delicta, & literas publicare, diſponitur non eſſe audiendũ, ergo accuſare amplius nõ poteſt: an autem poſſit alius, dico poſſe; quia non prohibetur omnibus, quod prohibetur vni in pœnam, & innocens ob alterius culpam ſuo iure non eſt deſtituendus.

Præſcriptio in delictis.

x 2 Reſpon-

Reſpondeo quinto, Iudex apud quem fuerit proteſtatum, non poteſt cogere proteſtantem, vt apud ipſum delictum deportet aut literas oſtendat, quaſi non adſint cauſæ legitimæ proteſtandi, ſicuti fieri ſolet cum appellante ab interloquutoria, vel diffinitiua, quando cauſæ friuolæ ſint. Ratio eſt, quia Viſitator nõ habet ius in delictis, niſi iam deductis ad ſuum tribunal, non autem deducendis, quia cum ea, niſi in viſitatione, & in inquiſitione generali ſcire non poſſit, non videntur eſſe ſui iuris; & examen factæ proteſtationis non ad primum, ſed ad ſecundum Superiorẽ in ſtatuto remittitur. Eſſet hoc loco diſputandum, an aliquando non ſolum poſſimus, ſed etiam debeamus accuſare aliquem, de quo *S. Thomas 2. 2. d. quæſt. 68. art. 1.* *Salonius in hoc loco controu. 1. concluſ.* 1. notat opinionem *Angeli* dicentis nulli priuato licere accuſare, niſi ſit hæres occiſi, pro periculoſa, & erronea, ac damnante omnem conſuetudinem, & deſtruente omne ius commune, quia aliquando accidit hæreſis, proditio Ciuitatis, extintio ſeditionis &c. & opus eſt non ſolum reuelare, ſed etiam accuſare. Verum cogere aliquem ad accuſandum non video quo iure id caueatur, nõ naturali, quia nemo obligatur cum damno famæ, vitæ & fortunarum, procurare bonum alterius, quod accideret, quando quis teneatur accuſare, quia poteſt accidere, vt teſtes non deponant, quod ſciunt, & promiſerunt, vt multoties videmus, & in hoc caſu accuſator eſſet calumniator, & in pœnam talionis incurreret. & licet iſta media bona ſint, & ad bonum tendentia, vt *Salonius* ait, tamen nullus obligat me ad arripiendum omne bonum, cum meo damno. præterquam quod non eſſet bonum, ſi ſuo fine fruſtraretur, probatione inquam ſceleris, & auxilio Communitatis. nam dato quod præſentare teſtes, & exponere ſe talioni ſint bona media: nihil ſunt, ſi delictum productum in iudicio non probant. ſufficit, vt ego denunciem iudici, relicto onere probandi, & inquirendi ipſimet iudici, & meo iudicio fallitur *Salonius*, dum in nullo alio differre denunciationem ab accuſatione, dicit, niſi quod iſta ſcripto, illa ore profertur, cum communiter ſcribentes multa alia diſcrimina inter ipſas aſſignent, & præcipue onus probandi, & accuſatio, etiam de communi ſtilo, oretenus fieri ſoleat. Quidquid ſit in alijs tribunalibus, iuxta ſtatutum minoricum, dico neminem cogi poſſe ad accuſandum.

An quis teneatur accuſare.

CAPITVLVM XXV.

De Pœnis in Religioſos Hoſpites delinquentes infligendis.

CVm Hoſpites extra ſuas Prouincias delinquere aliquando contingat, quæritur ad quos eorum punitio, & quo iure ſpectat, & quibus pœnis coarcendi ſint.

Quæſtio prima, ad quos ſpectet punitio hoſpitum, ſi in aliena Prouincia delinquere contingat.

Reſpondeo, *Clarus quæſt.* 38. *&* 39. fusè rem præſentem diſputat, ponitque indubitatam concluſionem, quod Iudex loci, in quo committitur delictum, poteſt contra delinquentem procedere, etiam ſi non ſit ſuæ iuriſdictionis, cui conſonat ſtatutum Minorum *cap.* 7. §. 5. *num.* 73. diſponens *Prouinciales Miniſtri in hoſpites, & aduenas, in ſuis Prouincijs delinquentes ordinariam iuriſdictionem habeat eos capiendi, carcerandi; & per determinatas pœnas coercendi.* Ratio eſt, quia delinquens ſortitur forum ratione delicti, non minus, ac originis, & domicilij. *Gloſ in cap.* 1. 3 *quæſt.* 6. *Angelus V. for. Specul. de Iud. delinq.* §. 8. *& patet in iure C. ubi de crimine agi oporteat. l.* 1. *& Auth. eod. tit. qua in prouincia eod tit. cap. romana.* §. *contrahentes de foro competenti in* 6. *& in lib.* 2. *eod tit. cap. cum contingat, & cap postulaſti.* Ordinarius enim iudicat de ijs delictis, quæ in ſua iuriſdictione committuntur, cum ad illum ſpectet delicta prohibere, & ſuam ditionem à malis hominibus immunem reddere, quę eſt ratio citati, *cap cum contingat.* Iudex loci poteſt procedere contra hoſpites delinquẽtes

Quæſtio ſecunda, Quibus pœnis coercendi ſint hoſpites delinquentes:

Reſpondeo, Apud Regulares hæc quæſtio locum non habet, quia Religionis ijſdem vbique legibus gubernatur, niſi fuerit tam ampla Religio, vt eſt Franciſcana, quæ in duas veluti vaſtiſſimas Religiones diffuſa, Ciſmontanam, & Vltramontanam, nonnihil in aliquibus conſtitutionibus variant, cæterum ſi frater Minor in aliena Prouincia delinquat, puniri debet per ſtatuta generalia Religionis.

Dixi inter Regulares, quia inter Sæculares, cum prò quali-

bet prouincia, & Ciuitate ſint ſpecialia ſtatuta, dubium eſt, an delinquens puniri debeat per ſtatuta originis, ſeu domicilij an vero delicti, &c.

Per ſtatuta loci punitur delinquens.

Reſponſio generalis eſt, puniendum eſſe per ſtatuta loci in quo deliquit, quia idem eſt ſortiri forum, & ſubeſſe ſtatutis, hæc enim correlatiua ſunt, tanquam media, & finis. Vanum namque eſſet, ſi quis puniri deberet ab hoc iudice, niſi haberet firmas vires, & leges illum puniendi. *Innocentius, Antonius de Butiro in Rubrica de conſuetud. Calderinus in diſputat. ſtatut. Archidiac. in capit. quo iure diſtin.* 8. *Cardin. in Clemen.* 2. *§. denique. de re iudic. & Barboſa Axiom.* 101. probat iſtas duas maximas, forum ſortiri, & ſtatutis, ac conſuetudinibus ligari, paria ſunt. *Clarus quæſt.* 85. *§. Tertius caſus eſt*, qui dicit hanc opinionem eſſe communem, & à toto mundo ſeruari, & ideo in ſtatuto dicitur *per determinatas pœnas* ſcilicet in ſtatutis generalibus, & iſtis deficientibus, in prouincialibus.

Quæſtio tertia, ſi eiectus ab ordine, aut liberatus à triremibus delinquant in aliqua Prouincia, An ab illius Miniſtro puniri poſſint.

Reſpondeo negatiuè, per ſtatutum, & *ſi ab ordine expulſi, aut ad triremes damnati non fuerint, ad propriam Prouinciam cautè remittantur*. Ratio eſt, quia expulſi ſubſunt ordinario loci, & remiges à religione non recipiuntur, vt dictum eſt ſupra, ergo per religionem puniri non poſſunt, quia in illos iuriſdictionem non habet.

Quæſtio Quarta, An puniti in aliena Prouincia, remiſſi ad ſuas, per ſuos Prouinciales puniri poſſint, aut debeant.

Reſpondeo primo, pro Religione Minorum adeſt hoc ſtatutum. *Remittantur cum ſententia contra eos lata, quam ordinarius ipſorum diligenter exequi tenentur, puniendus à Generali, ſi neglexerit*. ergo in punitos nulla remanet Prouinciali authoritas, illos amplius puniendi.

Quoad autem alios de iure communi, eſt celebris quæſtio, an contra delinquentem in alieno territorio poſſit procedere Ordinarius, quod applicatum regularibus eſſet quærere, an ſi ſubditus Romanæ Prouinciæ delinquat in Prouincia Mediolanenſi, poſſit Romanus Prouincialis procedere contra illum, vel acceptando accuſationem, vel inquirendo ex officio antequam ſibi conſtet, Mediolanenſem Miniſtrum proceſſiſſe, vel cumulatiuè,

Digitized by Google

latiuè, antequam compareat punitus cum ſententia lata, etiã ſi ſciat ceptum eſſe iudicium Mediolani, an poſſit Romæ formari proceſſus;

Reſpondeo ſecundo, poteſt Prouincialis Ordinarius ſi ad illum deportetur delictum ſubditi abſentis, non ſolum per accuſationem, ſed etiam ex officio procedere contra illum formãdo proceſſum. Primam partem ab omnibus firmari docet *Clarus dicta quæſt. 39. Verſ. ſortitur etiam*, nemine diſcrepatione, per *Afflictum, Salicetum, Grammaticum*. Ratio eſt, quia vſque ad hunc terminum non ſunt ligatæ manus Iudici Ordinario per præuentionem Iudicis loci commiſſi delicti, & ſic legitimè procedit contra ſuum ſubditum delinquentem, nec mirum eſt, aliquem delinquere in aliena Prouincia, & ibi non puniri. Vnde rationabiliter facit Ordinarios, ſi accuſationem recipiat, teſtes examinet, reum abſentem citet, & non comparentem tanquam contumacem condemnet, quia vt *Abbas in cap finali de for. competenti* citatus à *Claro* aſſirmat; ſubditus delinquens, vbicunque reperiatur, remanet ſubditus Iudicis ſuæ profeſſionis, quæ apud Religioſos facit originem, ſicuti domicilium facit collocatio Generalis in quolibet Conuentu, puta ſi deſtinatur ſtudio, Prædicationi, Lecturæ, exilio, & in his caſibus non poſſet citari per Ordinarium, quia authoritas generalis eximit illum à ſua iuriſdictione; & ſubijcit illi Superiori in cuius domicilio reperitur, non, vt vagabundus peregrinus, vel gito vagus, ſed vt per obedientiam deſtinatus. Habemus enim in religione duplex genus hoſpitum, primum eſt eorum, qui negociorum cauſa ambulant, & hi non fiunt de corpore, & familia illorum Conuentuum, in quibus hoſpitari, aut negotiari contingit. Secundum eſt eorum, qui longiorem moram trahunt in alienis Prouincijs, collocati ibidem de familia per Superiorem generalem, & iſti paripaſſu incedunt cum fratribus originarijs conuentuum, & Prouinciarum, vnde in electione diſcretorum votum habent ſicuti, & cęteri, & præcedentiam, quod non habent hoſpites primi generis. Neque enim eſt reperire apud nos vagabundos ſtricti iuris, ideſt eos, qui certum domicilium non habent, vt *Clarus d. quæſt. 39. vtr. Sed hic quæro*, affirmat, quia certum domicilium apud regulares, non dat electio, & voluntas, niſi ſit Apoſtata, ſed profeſſio, & obedientia, quare poterit quis, obtenta licentia peregrinari ad Montem Garganum, exacta peregrinatione reuerſurus, &

Iudex Ordinarius procedere contra abſentẽ ſubditum.

ſi interim delinquat, poteſt corripi à Prouinciali loci commiſſi delicti, & à ſuo, met, quando ſcilicet accuſetur, ſi autem reperiatur in aliena Prouincia ſtudiorum, vel lecturę cauſa, iudico non poſſe citari; quia ſuæ iuriſdictionis non eſt, & nec accuſari ordinariè, niſi in caſu quo iudex domicilij, & delicti illum non puniret, & ſic pro bono publico expectaretur illius regreſſus.

An autem poſſet contra huiuſcemodi delinquentes procedi ex officio, ſuppoſito, quod non appareat, quod in aliquo loco pro eodem delicto procedatur, in affirmatiuam tanquam communiorem inclinat *Clar. d. quæſt. 9. verſu contrariam autem ſententiam*. licet oppoſitam communem etiam eſſe affirmet, in quam inclinandum eſſe in religione cenſeo, ex ratione, quam affert; quia ſecus daretur occaſio delinquendi, & ſi enim non fuit facta iniuria Iudici originis, aut domicilij, facta tamen fuit Prouinciæ, & Conuentui, quæ tales aluit, & educauit religioſos, qui etiam in alienis Prouincijs delinquant, & magnum eſſet iniquitatis refugium, ſi delictum alibi patratum ſciretur in ſua Prouincia non eſſe corrigendum. Vnde concludit *ver. ſtatim igitur*: contra eundem delinquentem poſſe eodem tempore procedere Iudicem delicti, originis, & domicilij, apud nos ceſſat domicilium, quia Superiores locales non procedunt in cauſis criminalibus, ſed prouinciales, qui ſunt Iudices omnium Conuentuum ſuarum Prouinciarum, & poſſet dari caſus, vt filius Romanæ Prouinciæ deſtinatus ſtudio Mediolani, delinquat in Conuentu Papiæ, & hac ratione iſte haberet tres iudices, Romanum originis, Mediolanenſem domicilij, & Papienſem delicti, qui omnes poſſent procedere inquirendo ex officio, niſi monitus Generalis, cui cauſę reuiſionem committat, poſtquam autem appareat punitum fuiſſe in vno loco, ceſſant aliæ inquiſitiones, ne bis puniri pro eodem delicto contingat.

Iudex originis, & delicti poſſunt contra vnū, & eundem procedere.

Quæſtio Quinta, An Prouincialis originis teneatur ſtare, cuicunque ſententiæ latæ à Prouinciali delicti.

Reſpondeo ſi fuerit lata ſecundùm ſtatuta generalia, omnino tenetur, ſin minus, nequaquam, quia ſtatutum ait, *Per determinatas pænas*: ideſt latas ſecundum ſtatuta; & practicam criminalem, ergo ſi ille mitius puniret, ſine expreſſione cauſæ ordinarius poſſet defectum ſupplere.

Dices, ergo Ordinarius haberet iuriſdictionem ſuper Iudice delicti, quia examinaret illius ſententiam, quod facere non poſſet, niſi cognitis cauſæ meritis, & tamen par in parem

non

non habet imperium.

Reſpondeo, circa hoſpites puniendos non eſt locus præuentioni, quia licet ſint ſub vno generali, & ſub iiſdem legibus, & poſſent ſi vellent, remittere inquiſitos ſuis ordinarijs, illoſque iuuare per captas informationes (non enim prohibentur hoc facere, & commiſſio illis facta per ſtatutum, eſt poteſtatiua, non coactiua, attamen cum ſtatutum conſtituat Iudicem delicti tanquam competentem, & nullum ſit inter Prouinciales imperium in alterutrum, non poteſt, qui prior incæpit procedere, alteri inhibere, ne vlterius progrediatur. *Clar. dicta quæſt. 39. § ſtatim igitur.*

An in puniẽdis hoſpitibus ſit locus preuentioni

Dum autem objicitur ex reuiſione ſententiæ, maioritas iuriſdictionis, dico, id non deduci, quia ex noſtra praxi criminali, *Tit ſententia* debet cauſa in ſententia regiſtrari per extenſum, ſicut etiam cauetur *capit. 12 ſtatut gener.* §. 4. vbi de archiuijs igitur, poteſt igitur ordinarius ex ſententia cognoſcere delictum, & pœnam, & videre an ſit lata ſecundum ſtatuta. atque adeo corrigere, & augere illam, prout iuſtitia ſuaſerit, nulla proceſſus reuiſione adhibita, ſi autem punitus contra ſententiam reclamet, id fieri non poterit, niſi apud Generalem, qui poteſt appellationem recipere, & cauſam, cui voluerit, examinandam committere.

CA-

CAPITVLVM XXVI.

De Pœnis malè à Sententijs Appellantium.

APpellatio innocentiæ preſidium, ſi non rectè practicetur, poteſt innocentiam ſimul, & iuſtitiam peruertere, ac confundere, ideo occaſione ſtatutorum Religionis in hac parte latorum, ſequentes difficultates examinabimus.

Quæſtio prima, quid ſit appellatio, & quotuplex, quo iure inducta, & an regularibus ſit licita, & permiſſa, & quando.

Appellatio quid.

Reſpondeo primo, appellatio eſt à minori ad maiorem prouocatio *cap. omnis oppreſſus. cap. ſi quis veſtrum. cap. ad Romanam. cap. omnes Epiſcopi, cap liceat. x ap. ſi quis putauerit. capit. placuit. 2, quæſt 6 lib. 2. tit. de appellat. & in 6. eodem Triden. ſeſſion. 13. cap. 1. de refor. & alibi.* & omnis modus, per quem ad Iudicis auxilium prouocatur, dicitur appellatio. *Barboſa in l ſi minoris in 2. col. ff. de admitt. tutela*, & eſt defenſio, & præſidium innocentię, de iure naturæ inducta. *Alex. conſil. 113. volum. 5.* vt releuet à grauamine, non vt defendat in malitia *c. ſugeſtum cap. ad noſtram. de appell.* nec debet eſſe præſidium iniquitatis *Specul. de appellat. §. in quibus à verſ. 2.*

Quotuplex.

Reſpondeo ſecundo, appellatio eſt duplex. Iudicialis, quæ à lata ſententia, & extraiudicialis, quæ à futuro grauamine, vel etiam à preſenti, propriè enim appellatio fit in iudicio, & prouocatio, fit extra iudicium. *Innoc. in cap. cum ſit Ver. prouocationes. de appellat. Bartol. in l ſi expreſſim. Verſ. circa primum, & in l creditor. ff eodem Pelin. in cap. cum inter. in 11. colum. de exception.* & habetur, *in cap. ſit Romana, & cap. conſtitutus. eod.*

Quo iure inducta.

Reſpondeo tertio, appellatio inducta eſt iure naturę, diuino poſitiuo, Canonico, & Ciuili. Naturæ, quia cum appellatio ſit defenſio, & innocentiæ preſidium, & hæc à natura indita ſint, quia cuique inditum eſt, ſe rationabiliter defendere, etiã appellatio eſt de iure naturæ. Diuino *Exodi 18. Toſtat. ibidem quæſt. 11.* Poſitiuo Canonico, vt ſuperioribus citationibus, Ciuili, vt videre eſt in *Nouella 23. 75. & 93. lib. 17. C. tit. 62. de* *appel-*

Digitized by Google

appellat. & conſultationibus, & lib. 49. tit. 1. & 5. ff. de appell. recipiendis, & alibi.

Reſpondeo quarto, Regulares appellare verè, & rigoroſè poſſunt, non quidem à lege, aut à pœna legis, & à Superiorum mandatis, & correctionibus regularibus, ſed à ſententijs, & declarationibus ſtatutorum, ac ab exceſſibus, quos Prelati in corrigendo committunt, & ſecundum hanc concluſionem declarandę ſunt Apoſtolicę. & conciliares conſtitutiones *Bonifacij 8. Ad argumentum. Trident. ſeſſ. 25 cap. 4 de regul.* ſi quando appellare regularibus prohibent. *Sanchez lib. 4. decal. cap 8. nu. 109. Couar. practic. cap. 4 num. 9. Rodriq. tom. 1. quaſt. 29. art. 1. Nauar conſ. 4, de appell. & alibi. Quaranta V. Archiep. authoritat. author. 18. numer. 20. Azor par. 1. lib. 12. capit. 11. queſt. 8. Syrrus in Claui regia lib. 12. cap. 17. Fagundes in 5. pracepta. precep. 2. lib. 8. capit. 5.* & eſt clarus ſenſus *capit. ad noſtram de appell.* in quo Alexander 3. mandat Abbati S. Petri, vt ſi *quandolibet aliquis ſubditorum ad remedium appellationis conuolauerit, non id eo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in regula continetur, & inſtitutionem ordinis corrigas, & caſtiges*, conſonat *Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 1. de refor. §. cum igitur.* vbi *Statuit; & decernit in cauſis Viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis non appelletur*, et declarat omnem appellationem friuolam. Niſi cauſa viſitationis iudiciario ordine, et formato proceſſu tractetur. *Stephanus Gratiarus Marchia deciſ. 188. num. 4. Ceuall de cognitione per viam viol p. 2. queſt. 123. num. 14. & 15. Piaſecius in praxi Epiſc p. 2. cap. 3. num. 61. Narbona lib. 59 gloſ. 1. num. 122. Mendoz de Caſtro in praxi Luſit. lib. 2. cap. 3. num. 34. Hinc in noſtra practica criminali tit. de appellat. fol. 4. § octauo.* vetatur appellatio à correctionibus regularibus, niſi, vbi modus notab.lit r excederetur. Quod autem extra hos caſus concedatur appellatio, eſt etiam clarus textus *in cap. de priore de appell* in quo idem Alex. præcipit, vt *ad Sedem Apoſtolicam venire compellatur*, Canonicus quidam, qui à ſuo Priore appellauerat, vbi etiam in textu, qui ob breuitatem non eſt deſcriptus à compilatore Canonum, expreſsè habetur prima pars huius concluſionis, et tanto magis illis conceditur appellare in criminalibus à ſententia definitiua, vel ab interlocutoria, quæ per diffinitiuam reparari non poſſit, vt idem *Tridentinum in fine citati capituli* affirmat. Natura enim appellationis talis eſt, vt optimo iure regula-

Vt cauti poſſunt regulares

gularibus applicari poſſit, quia defendere ſuam innocentiam licet etiam regularibus, qui naturę legibus minimè renunciarunt, niſi in expreſſis in ſuis votis, & regulis. Hinc in ordine Franciſcano tale ſtatutum habemus *cap. 7. §. 6. num. 1. Cum appellatio ſit ab inferiore ad ſuperiorem iudicem prouocatio, vbi appellationi locus ſit, illã admittendã decernimus. Ne autẽ malitia ſit patrociniũ, ſtatuimus, vt in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, aut inhabilitatis, & criminalibus, ante definitiuã ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine à Prouinciali non appelletur, niſi grauamen, &c.* quæ ſunt expreſſa verba *S. Concilij Tridentini* ſupra citati, & in noſtra *praxi criminali Tit. Canones circa recurſum, & appellationem fol. 4. ver. octauo de correctionibus*, cum adnotatis in margine.

Regulares à quibus appellare poſſint.

Conſtat igitur regulares appellare poſſe ab interlocutorijs ſententijs, ideſt ab ijs, quæ feruntur à principio Cauſę vſque ad diffinitiuam excluſiuè, cuiuſmodi ſunt decreta carcerationis, torturæ, arctationis, de concedendo, aut negando Procuratore, Aduocato, copia actorum cum nominibus teſtium, de declarando teſtẽ inualidũ, de infamia, & cæteris huiuſmodi. dummodo non inferant damnum irreparabile per diffinitiuam, quæ numeraui in mea Practica §. *Vndecimo verſu octauo cum appellatur* nimirum carcerationem indebitam, decretũ torturæ, excommunicationem, etiam comminatam, ſuſpenſionem, & interdictum, prout declarauit *S. Cong. Concilij an.* 1600 3. *octobris. & Regularium, quam ex Aloyſio riccio, Proſpero de Auguſtino. Quaranta, Piaſecio, Hier. Roderico,* & *Moderno refert Barboſa in collect. ad Trident. d. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *n.* 13. & fuſius *ſeſſ.* 24. *cap* 20. vbi quindecim caſus numerat, quibus ab interlocutoria appellari poteſt, vt à ſententia ſuper minoritate, Ab admiſſione, vel negatione articulorum, Quando iudex ſe competentem, vel incompetentem pronunciat, Ab admiſſione, vel reiectione teſtium, aut probationum, Ab abſolutione inſtantiæ, A ſolutione expenſarum, A delatione iuramenti, facta parti per iudicem, A breuitate temporis indulti ad probandum, vel defendendum, Ab excluſione ab aliquo officio, A legitimatione perſonarum, puta procuratoris, filij &c. A negatione copię actorum, vel inſtrumentorum communium, Et cum taciti, & expreſſi idem ſit iudicium, cenſetur quis appellare, etiam ſi verbis conceptis id non faciat, ſed per actus tacitè appellationem declarantes, vt eſſet iter ad ſuperiorem

Damnum irreparabile

Appellatur etiam ſine verbis, & ſcriptis.

riorem attripere *cap. ſugeſtum eſt auribus noſtris, & cap. dilecti filij de appellat.* in quo dicitur *plus ſit facto appellare quam verbo.* vel nuncium ad ſuperiorem mittere: *cap. ad hæc ſicuti aſſeritis eod.* Numerare inter tacitas appellationes eum, qui ſub protectione ſedis Apoſtolicæ fuerit, ex *cap. ad audientiam eod.* non eſt ad rem, quia cum regulares ſint exempti, immediatè ſubſunt Sedi Apoſtolicæ & certum eſt nullum eſſe proceſſum, & ſententiam, quæ in exemptos ferrentur, ex defectu iuriſdictionis. allegare autem hanc protectionem in regulari aduerſus ſuum prælatum eſt impertinens, quia Sedes Apoſtolica (niſi expreſſo priuilegio id caueat) non eximit ſubditum à ſuo Prælato, cui ſubiectus eſt ex voto obedientiæ *cap. relatum ne clerici, vel Monachi capit. integritas 32. quæſt. 1. capit. geſta d. 74. cum gloſ Turrecrem.* & alij communiter argum *cap cum ad monaſterium de ſtat. mon.* Niſi ad illum appelletur, vt dicemus infra *quæſt. 3.* & eſt *cap. ad audientiam de appell.*

Quæſtio ſecunda, Quis ſit appellationis effectus.

Reſpondeo, duplicem diſtinguunt ſcribentes, ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, ſi tamen appellatio legitima fuerit; itaut ſuſpēdat pronunciatum, vt nullum effectum pariat, & deuoluit cognitionem cauſæ ad iudicē, ad quem *c. dilectis filijs de appell. gl. ueſter ver. appellatio num. 1. cum alijs* vnde in noſtra Praxi criminali *tit. canones circa recurſum, & Appellat.* §. 3. *fol* 3. diſponitur. *Admiſſa appellatione cauſa tota ex integro cum effectu ſuſpenſiuo, & deuolutiuo ad Superiorem Iudicem deferatur.* & eſt in iure expreſſum *c. decreto* & ſequenti 2. *quæſt. 6.* vnde communiter dicitur, quòd appellatio, vel extinguit, vel ſuſpendit ſententiam, vt eſt videre *Tom. 2. comm. opin. tit. 21. de appellat. n.* 7. & 11. multis citatis, & *num.* 53. non tamen in quocunque caſu iſte duplex generatur effectus, quia aliquando ſolum deuoluit cauſam, ſed non ſuſpendit effectum. cuiuſmodi eſt in excōmunicatione iam lata in *cap. is qui § final. de ſent. excommunic. in 6. Gloſſ. in cap cupientes §. quod ſi per viginti de elect in 6. c. paſtoralis de appell. § verum.* et retulimus in citata noſtra Practica crimin. ijs verbis *Excepta ſententia lata excommunicationis, quam appellatio non ſuſpendit. cap. ad hæc de appell.* et ratio eſt, quia excommunicatio trahit ſecum effectum ſuum, qui cùm ſit iam productus ſuſpendi non poteſt, et hoc eſt peculiare in hac cenſura, aliæ enim ſententiæ exequutionem requirunt, vt ſuſpenſio ab officio, priuatio ſuffragiorum, &c. et ideo cū effectus

Appellationis effectus.

nondum

nondum ſit ſecutus, ſuſpendi poteſt, itaut executioni non mandetur, ac ſi iam mandatus ſit, fruſtra appellatio interponitur. Sicuti ſi quis à morte iam illata appellaret, ſtultus, *cap. paſtoralis de appell.* niſi ſententia eſſet comminatoria, vel ad tempus determinatum prolata, vt ſi intra menſem non ſolueris, excommunico te, quia tunc effectus adhuc pendet, *c. præterea 2 de appellat.* eſtque regula legalis apud *Damaſ. regul.* 73. Appellationem non valere in his, quæ dilationem non capiunt, ſuſpendit igitur effectum, quando eſt ſuſpendibilis, & ligat manus iudici, vt vltra progredi non poſſit, adimendo illi iuriſdictionē in caſu appellationis, vt ex allegatis *per Michaelem Graſſum tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. de appell. num.* 40. de cōmuni ſententia habetur. Quando iudici, à quo facta fuerit inhibitio per iudicem, ad quem, ſecus non, quia nō apparente, quod legitimè talis inhibitio interpoſita fuerit, & cum cauſæ cognitione, non tenetur de iure deſiſtere à proſecutione ſententię interlocutoriæ, & ſic declarandum eſt axioma legale. Appellatione pendente nihil eſt innouandum, *l. appellatione* C. *de appell. & d. l.* 1. C. *nihil innouari.* ſic etiam à mandato de reſidendo in viſitatione edito, non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, ſed ad effectum deuolutiuum tantum, reſolutū refert *Armendarius in addit. ad recap. legum. Nauar. lib. 1. tit 6* Item à Viſitatione facienda in Eccleſia Cathedrali, & perſonarum ipſius, & pariformiter à Viſitatione facienda in Prouincia, & Conuentibus, ac Fratribus, *Aldanus in Compendio canon. reſol lib. 1. tit. 4. num.* 8 *in vna oriolen. 27. Martij* 1632. ſic etiam à retardatione celebrandæ Synodi, ac Capituli Prouincialis, ſeu Congregationis nulla appellatione reſiſtere potente. Vt idem deciſum refert, ſunt enim iſtę appellationes friuolæ, & iniquę, Item in cauſis viſitationis, & correctionis morum, appellatio non producit effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuū tantum *Barboſ.* in ſuperiori quæſtion, citatus. cum adſit clarus textus in *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de reform. nec in his, vbi de viſitatione, aut morum Correctione agitur exemptio, aut nulla inhibitio, appellatio, ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, executionem eorum, quæ ab his, mandata, decreta aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.* Quo loco *Barboſ.* in verb. *Appellatio* ait, ſermonem eſſe de ſuſpenſiua, non de deuolutiua, & multos citat, videturque clarum in litera, vbi *executionem* impediri vult non deuolutionē, itaq; quan-

Appellatione pendēte nihil innouandum.

quãdo ſubiungit *ſuſpendatur* sẽſus eſt, de executione non deuolutione, quæ omnia accipiẽda ſunt ex ſuperius adnotatis, niſi procedat iudicialiter, & formato proceſſu, quia in hoc caſu exitur à foro paterno ad iudiciariũ & ſeruãdæ ſunt leges appellationis. Itẽ appellari nõ poteſt ab examine ſeu relatione examinatorum quoad eccleſias prouidendas. *Trid. ſeſſ. 24. cap.* 18. ibi *nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio interpoſita impediat, aut ſuſpendat*. & de appellatione ſuſpenſiua, non verò deuolutiua intelligi notat ex *Campanili, Salgado*; *Garcia*, *Maſſobrio, Barboſa ad locum citatum*. Quæ doctrina extendi ad nos poſſet, vbi de iubilatione, vel approbatione lectorum, & Concionatorum ageretur; licet tales caſus nunquam practicari vidi poſset tamen dari, ob malitiam, vel ignorantiam examinatorum.

Appellatione legitima interpoſita non procediter vlterius.

Ceterum quoad ſenſum, & ſtilum religionis, dico, *Interpoſita appellatione, & adhuc lite pendente, iudex ſub pœna nullitatis Actuum, & priuationis officij non debet procedere in Cauſa* vt dicitur in citata *practica criminali Tit. de appellatione §. Tertio* & ſic omnis appellatio, quæ friuola non ſit, *cap. cũ parati de appell.* producit effectum ſuſpenſiuum. & ſi ſemel fuerit admiſsa, etiam deuoluti cum vt *ibidem* dicitur. etiam ſi illam admiſerit cum clauſula *ſi, & in quantum*, & hoc non tantum vbi certa ſit cauſa appellationis, ſed etiam in caſu dubio, & communem dicit *Bellacomba apud citatas communes opin iur. num.* 39. cum ibi allegatis, cui conſonat ſtatutum noſtræ *Practicæ loco cit. § ſeptimo.* dicens. *Dubia appellationis exiſtente ſententia. in Rei fauorem iudex inclinare tenetur.* ex principio illo in iure, noto rei cauſam fauorabiliorem eſſe. Alias puniendus eſt, *l. quoniam C. de appell.* & cognitio appellationis admittendæ ſpectat ad iudicem, ad quem, non à quo, *Bart. in l. 1 ff. Nihil nouari pend. appell.* ſecus enim nulla valeret appellatio, cum quilibet iudex appellationem abhorreat, & *Innocentius in cap. paſtoralis officio deleg.* tenet appellationi ſemper deferendum eſſe vbicunque iudex in iure, vel in facto meritò poteſt dubitare, & hanc opinionem communem eſſe, teſtatur. *Collecta in cap. vt debitas. de appell.* & licet ordinariè iudex à quo poſſit procedere, etiam interpoſita appellatione ab interlocutoria, niſi fuerit ſibi inhibitum, iſtud tamen non habet locum in illis ſententijs, quæ per diffinitiuam reparari non poſſunt, vt torturæ, carcerationis, & excommunicationis,

Secus puniri debet.

nis, &c. *Baldus in l.generaliter.§ ſed iuramento C.de iureiur.*

Attentare.

Ideo ſtante hac virtute appellationis, ſi iudex à quo, appellationi, legitimè interpoſitæ, non deferat, ſed ea ſpreta ad vlteriora procedat, dicitur attentare, & ante omnia reuocanda ſunt, quæ poſt appellationem fecit, & declarari nulla, per iudicem ad quem, quod probatur per regulam vtriuſque iuris quod pendente appellatione nihil eſt innouandum: *cap. bonæ memoriæ, & cap. an ſit, de appellat. Decius conſul.208. Herculanus in tract. de attentatis cap.30. Lancellottus in tract. de attentatis, & innouatis. 2.par. c.12 Io.And. Geminianus, Francus. & alij. in cap. non ſolum. de appell. in 6. tex. in cap. cum teneamur, & cap ſollicitudinem eod. cum Præpoſito. & Decio.* ſunt enim nulla huiuſmodi attentata, *d. cap. non ſolum*. Quod ampliatur ad innouata poſt ſententiam, & ante appellationem intra tempus conceſſum ad appellandum d. c. Non ſolum, & ibi Franc. & eſt cōmunis omniū, præcipuè Author. ſupra citatorū, quia tempus illud appellationi debetur, & cum hac opinione inter regulares omnino tenendum eſt, etiamſi *Afflictus in decis. 98. & 352.* & cum practica Regij Conſilij Neapolitani contrariū ſenſerit. Nos autē, quia non attendimus manifeſtiſſimas calumnias poſtulantium reuocationem attentatorum, non ſequimur pragmaticas, ſed ſacrorum Canonum, & imperialium legum dictamen, atque innocentium indemnitatibus vigilamus, ſeruamuſque noſtræ *practicæ criminalis citatæ §. Tertio appellatione* aphoriſmum, quæ talis eſt: *Appellatione interpoſita, & adhuc pendente, iudex ſub pœna nullitatis actuum & priuationis officij non debet procedere in cauſa* itaq; vniuerſaliſſimus, & primus appellationis effectus eſt ſuſpendere iudicis authoritatē, vt attentet contra iuſtitiā, ſi vlterius progrediatur.

Pendente appellatione nihil eſt innouandū.

Quoniam autem iudicium de legitimatione appellationis pendet ex actorum lectura, meritò in ſtatutis ordinis *d. cap. 7. §. 6. & num. 7.* decernitur: *Iure appellans, coram Iudice ad quem appellauit acta primæ inſtantiæ producat, quibus non viſis, ad abſolutionem, aut cauſæ cognitionem ſub pœna nullitatis iudex non procedat*, quod in Practica in criminali citatū §. *ſexto*. relatum fuit, eliciturq; ex Clem. *Appellationi. de appellationibus* ibi *Nec proceſſus primi iudicis ex nouis, aut de nouo probandis iuſtificari poteſt, vel etiam impugnari, ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo*, & ratio eſt euidens, quia iudex appellationis, inhibere nō poteſt ſub pœna nullitatis, niſi

prius

prius de iuſtitia appellationis cognouerit. *Speculat. tit. de appellat. §. de officio. ver. ſed quaeritur. tex. in cap. Roma. §. ſi vero, & §. ſi autem eod. in 6. Felin. in cap. dilectus 2. de reſcrip.* Nec appellationi deferre, niſi euidenter ſibi conſtet, eſſe admittendã *Io. Andr. in cap. ad Romanum. 2. quaeſt. 6.* hoc autem fieri non poteſt, niſi inſpectis actis.

Eſt igitur ſeruandum in praxi, vt interpoſita appellatione (quae interponi debet intra decem dies à latae ſententiae cognitione habita, & ſi intra hoc tempus non appellat, amplius appellare non poteſt) iudex à quo, ab vlteriori proceſſu deſiſtat, actorum primae inſtantiae coram ipſo factorum, copiam ad iudicem ad quem, ſigillo munitam per appellantem ipſum, intra ſpacium 30. dierum, conceſſis Apoſtolis mittat, & mandata ipſius expectet, vt in citata praxi criminali. *§. ſexto.* decernitur, ſpatium vnius menſis ſumitur ex iure *l. iudicibus. C. de appellat* & currit non à die latae ſententiae, vt textus citatae legis videtur innuere, ſed à die appellationis interpoſitae, vt tenuit *Hoſtienſis in cap. 1. de appell. in 6.* cum cautela tamen, niſi reus latae ſententiae notitiam habuerit, & non appellauerit, quia tunc à ſententia, & non ab appellatione numerandum eſt, ignorantia autem praeſumitur, quando ad ſententiam citatus non fuerit, & in hanc conformitatem diſponit noſtra Practica *Criminalis citata. § Quinto. appellatio interpoſita poſt decem dies à ſententia, nulla eſt, numerari tamen debent dies ab habita cognitione ſententiae*: & tandem habet *ſex menſes, quibus appellans ſua iura deducere poteſt, ijs autem expletis, cenſetur appellationis iuri ceſſiſſe, niſi infirmitate, &c. vel ſimili aliquo impedimento ſe detentum fuiſſe demonſtret, quominus appellationem*, proſequi valuerit, vt in eadem *Practica fol. 5.* diſponitur, ſcio diſpoſitionem legum de anno, & biennio dato ad proſequendas appellationes *Auth. ei qui appellat. C. de tempor. appell. & Clem. ſicut de appell. cap. cum ſit Roman. cap. ex ratione eod.* quo tranſacto non eſt amplius appellandi locus, tamen tempus interponendae appellationis apud Minores ad ſex menſes coarctatum reperitur, cui tanquam ſtatuto, moderante ius commune ſtandum eſt, nec deſideratur ratio, quia cauſae criminales, & forenſes quanto citius finiendę ſunt, & cum ex eadem Practica, vltra ſex menſes proceſſus protelari non poſſint, conſequens eſt, vt etiam appellanti ſemeſtre tantũ concedatur.

Praxis in appellatione ſeruanda

An autem debeat iudex à quo ex officio offerre copiam acto-

rum, & apoſtolos (verbum græcum ab *apo* quod eſt *de* & *ſtolũ miſſio*, vt *gloſ. in cap. cordi. quod eſt. 1. de appell. in 6. in l. vna ff. de literis dimiſſorijs*, & importat obedientiales literas teſtificãtes appellationem iam factam) An vero expectare, petitionẽ appellantis.

Iudex requiſitus dare tenetur copiã actorum nõ vltro.

Reſpondeo, non tenetur vltro dare, ſed requiſitus expreſſus textus in *dicto 1. cap. cordi nobis de appell. in 6. poſt hoc* (inquit) *appellatori ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum, & negotij qualitatem, tempore proſecutionis indulto, ſi voluerit appellatus, & petierit. principales perſonæ per ſe, vel per procuratores &c.* & *cap. vt ſuper appellatione eodem in 6.* clarius *Quod ille à quo appellatur apoſtolos appellanti tribuat requiſitus* & infra *cap. ab eo* expreſsè decernitur, cenſeri renunciaſſe appellationi, ſi intra 30. dies apoſtolos non petit. & ſic interpretandũ eſt ſtatutum citatum noſtræ Practicæ § *ſexto* diſponens. *Teneatur iudex à quo, ad iudicem ad quem appellatum eſt, per ipſum reum copiam proceſſus ſigillatã, & gratis conceſſam, intra triginta dies, cum literis obedientialibus deſtinare.* Teneatur (inquam) poſtquam *iudex, ſuper hoc cum debita inſtantia, loco, & tempore congruo requiſitus fuerit*, vt in *dicto cap. ab eo* ſancit Bonifacius octauus. Cum enim poſſit appellans ſuo iuri renunciare, & appellationẽ deſerere *cap. conſtitutus de appell.* (quod fit, dum apoſtolos non petit, cum aliquid admittit, vt in recuſatum iudicem conſentiat, cum acta tranſmitti non inſtat, cum de appellationis proſecutione non curat) non cogitur inuitus ex officio recuſati iudicis ſuam appellationem proſequi. quaſi cogatur adire iudicem, ad quem appellauit. quod omnino falſum eſt *cap. licet de ſent. excomm. in 6. Ægidius deciſ. 207. Ancar. conſ. 345. Alex. conſ. 59. lib. 4.* & alibi eſt què communis. & notandum, eſt etiam in ſupracitato ſtatuto verbum *gratis conceſſam*, quia ſupponit petitionem, cum non concedatur niſi petatur.

Deſerere appellationẽ.

Si quæras, An ex conceſſione apoſtolorum poſſit quis adire Generalem, vel ſedem Apoſtolicam, ac Romam petere, non obſtantibus prohibitione, & pęnis de non petendo vrbem ſine ſpeciali licentia.

Appellans poteſt Romam petere virtute Apoſtolorũ conceſſorũ.

Reſpondeo Affirmatiuè, quia conceſſo fine conceduntur media neceſſaria ad illius conſecutionem, vt multis probat *Barboſ. Axiomate 156. num. 3.* vt lagatis auibus cenſetur conceſſum etiam Auearium, ſine quo aues contineri non poſſunt. Cum ergo

ergo Sacri Canones, & ſtatuta concedant appellanti, vt ſe, cum ſcripturis præſentet coram iudice appellationis, & multoties coram Sanctiſſ. ſine dubio conceſſum videtur poſſe ad ſuperiores accedere, in quocunq. loco fuerint. ſecus eſſet fruſtratoria appellatio. Quod autem ſit vetitum regularibus Romam adire ſine ſpeciali mandato, id intelligendum eſt, extra Caſus neceſſarios, & à lege indultos. in prohibitionibus enim generalibus huiuſmodi, non veniunt ſpecialia iure conceſſa. Vide dicta à nobis in *Coment. ad ſtatuta cap. 3. ſtat. 22. fol. 353.*

Quæſtio tertia Quis ſit appellationis ordo.

Reſpondeo, Vide Commentaria mox citata, & *cap. 17. huius operis*, in quo de recurſu ad ſæcularia tribunalia egimus.

Si queras poſſe regularem impune recurrere ad S. Congregationem, & ſummum pontificem ſine medio.

Reſpondeo de iure, ex communi ſententia ad ſummum Pōtificem recurri poteſt omiſſo medio *cap. ad Romanam 2. quæſt. 6.* Doctores in *cap. dilecti de appell.* vt teſtatur *Couar. in practic. cap. 4. num. 9.* regulariter tamen talis appellatio permiſſa non eſt, quinimò nobis ab ipſa ſancta ſede inhibita, dum Greg. 13. ſuo breui prohibuit appellari ad Papam, niſi gradatim, vt in dicto *cap. 17.* diximus. Regulariter enim appellare ad Principem immediate non conceditur *l. Imperatores ff. de appell. & cap. dilecti filij prior eod.* ſi quis tamen ad talem vocem prorumperet *Appello ad ſedem Apoſtolicam.* concedendi eſſent apoſtoli reuerentialis, quorum exemplum habet noſtra *Practica crimin. fol. 108.* Ad ſacram autem Congregationem non ita facile hoc concederem, idquè ad defendendum eiuſdem S. Congregat. decretum, ſuper hac re editum, ſicuti nec ad Generalem omiſſo Prouinciali, in caſu quo grauatus à Guardiano ad Generalem immediatè appellaret. eſſet enim reijcienda talis appellatio. quia eſt contra Apoſtolicas, & ſeraphicas conſtitutiones quibus ipſemet Generalis ſubeſt.

Ad Papam ſine medio recurritur.

Quæſtio quarta Quæ ſint friuolæ appellationes?

Reſpondeo, eas numerauimus in dicta *Practica Crim. S. Vndecimo* quas hic fuſius examinamus. primo eſt A' delicto notorio, & pro tali declarato, niſi appelletur à declaratione *cap. cum ſit Romana cap. peruenit cap. conſuluit. de appell.* & ratio eſt, quia appellatio conceditur ad tuendam innocentiã, quæ in notorio non patitur iniuriam. *Nau. lib 5. conſ. 20. tit. 5. de ſent. excom. cap. cum ſpeciali § porrò de appell.*

Appellationes friuolę, quæ nam ſint A' notorio.

A' confeſſione. Secunda A propria confeſſione, quia confeſſio in iure facit notorium *cap. Romana de appell. in 6.* hoc autem intelligitur, niſi alleget iuſtam cauſam, puta, quia ex errore, vel tormentis, confeſſus eſt, vel quia ſuam Confeſſionem declarare intendit, vel aliquid aliud rationabile *l. creditor. ff. de appell.* ſine autem expreſſione cauſæ, non eſt audiendus *Archid. in dicto cap. Romana de appell. 6. l. 2. C. quorum appell. non recipi. Carer. pract. crim. 1. parte caſu 3. Cong. regul. apud Bertum Lucenſem in praxi tit. 27. de appell. cap. 3.*

A' contumacia. Tertia, A contumacia, vel in non reſpondendo iudici, vel non comparendo, cum fuerit citatus, quia tunc condemnatur, vt contumax, & audiri non debet, niſi prius purgauerit contumaciã *cap. cum parati §. nos vero l. ex conſenſu §. fin. ff. de appellat. l. & poſt edictum § fin. vbi Ballus, & Caſtro ff. de iudic. Gratus conſ. 100. num 1. lib. 1.* quæ concluſio procedit, ſiue fuerit contumax ad comparendum, & agitandum proceſſum, ſiue ad ſententiam audiendam *Grat. dicto Conſ. 100. num. 10.*

A' ſententia acceptata. Quarta, à ſententia iam acceptata, & ab eo ſubſcripta, vel à procuratore eius nomine, *cap. directè nobis de appellat.* quia iam ſuo iuri renunciauit.

Vltra tres vices. Quinta ab eadem ſententia, ſi ter prius appellauerat, quia conceſſum eſt ter appellare, non vltra, *cap. ſua nobis de appell. l. vnic. C. ne liceat in vna, & eadem cauſa. Marſil. in l. extra territorium. de iuriſdict. & in l. vnic.* C. *do rap. Virg.* Intelligitur autem ab vno, eodemque iudice, quia ſi plures eſſent ſubordinati iudices, poſſet ad ſingulos prouocare.

Sine expreſſione cauſæ. Sexta ſi appellans nullam iuſt. cauſã appellationis adducat. quod intelligitur ab interlocutoria non à diffinitiua, quia concors Doctorum ſententia eſt, quod in appellatione à definitiua non requiritur cauſæ expreſſio, ſed ſufficit, quod appellans generaliter dicat ſe eſſe grauatum, ita probat textus *in l. 2. C. de appell. & tenet gloſ. & Doct. in cap. cum in Eccleſia eod.* ſecus in appellatione ab interlocutoria, quia expreſse, & ſpecialiter nominandæ ſunt cauſæ grauaminis, alias non valet: texto expreſſus in *cap. vt debitus, ibi coram eodem iudice cauſa probabili appellationis expoſita. de appell.* quam opinionem, vt communem affirmat *Robertus Maranta in ſpeculo par. 6. rub. de appell. num. 147. Geminia. in cap. cordi nobis de appell. in 6. Abb. & dd. in cap. cum in Eccleſia de appell. Socinus conſ. 45. volu. 1.*

Baldus

Baldus in l. minoribus C. de his quibus ,vt indig. & probat *textus in Clem. appellanti, & ibi dd. de appell. Ferrarienſis pract. for. appell. ab interlocutoria verb. cauſis & rationibus* Nec approbo ſententiam eorum , qui apud *comm. opin. iuris dicto lib. 7. de appell. num.* 29. affirmant , ſufficere , quod alleget grauamina prout in actis , ſiue , per relationem adacta , nullum grauamen in particulari exprimendo , ſed dico tenendum eſse cum ſupradictis , & *Imola , Io. Andrea , & Angelo, Baldo , Præpoſito , & Rota* ibidem citatis , quod nimirum allegandæ ſint cauſę in ſpeciali , quia ſi id primum ſufficeret , cuilibet daretur anſa reuoluendi proceſsum , & ad examen reducendi . cum ſufficiat grauato ſuum grauamen adducere , & non in incertum pugnare.

Septima à ſententia arbitri , quia appellare à iudicibus, quos partes communi conſenſu elegerunt , non licet *cap. à iudicibus 2. quæſtion. 6. licet Iaffredus deciſion. 467. & Alex. in l. nemo poteſt numer. 21. ff. de legibus* dicant id intelligi de arbitris libere , non ex neceſſitate electis , quia ab his appellari poterit. quinimò iure canonico à quibuſcumque arbitris datur appellatio , dum ingens læſio appareat . *Rebuff. in comm. in conſt. regul. in rubrica de arbitris art.* 1. *gloſ.* 10. *num.* 6. & 45. & eſt textus in *cap. cum olim de arbitris* & ſi apponatur pęna , ſufficit quod appellans ab arbitramento pænam ſoluat *cap. per tuas eod.* lege *Bertacchin in repert. V. appellatio ab arbitro fuſiſſimè* De his igitur appellationibus ſi interponantur, non eſt curãdũ, ſed illis reiectis , debet iudex ad vlteriora procedere , appoſito decreto, quod appellationi non defertur , tanquam friuolæ. Quinimò debet eſse cautus appellans , vt à tali reiectione appellet , alioquin reiectio , & ſententia tranſirent in rem iudicatam , vt ſcribit *Zabbarella in Clem.* 1. *Ver. ex hac gloſ. de dolo , & contumacia* quia in iudicem conſenſiſse videretur.

A' ſententia arbitri.

Si autem quæras Interpoſita appellatione , dicat iudex, admitto appellationem *ſi , & in quantum , ſeu quatenus de iure tenetur , aliter non* . an talis modus loquendi admittat appellationem ?

Reſpondeo admiſsam eſse in caſu , quo admitti debeat , & non aliter *Romanus conſ.* 501 . qui putat referendam eſse ad iuris depoſitionem , vt ſi admittenda erat , vtique admiſsa habeatur , alias minimè *Pelin. in cap cum contingat colum. penult. de off. deleg.* & *Bart. in l. ambitioſa colum. penult. ff. de decr. ab ord. faciend. Bald. in l. edita C. de edendo* & eſt cautela Iudicũ,

Vis clauſulę ſi & in quantum.

ne in pœnas incidant. Verum tamen eſt, quod admiſſa appellatione cum hac cautela, Iudex vlterius procedere non poteſt, quia iuriſdictionem à ſe abdicare cenſetur, adeo vt proceſſus coram ipſo factus ſit nullus, vt de communi teſtatur *Roman. d. conſ.501.col.2.*

Quæſtio quinta, Quibus pœnis plectendi ſunt Iudices appellationem non admittentes, vel poſt appellationem procedentes in cauſis, & Rei malè appellantes.

Iudex recuſans appellationem qualiter puniri debeat.

Reſpondeo primo, quoad Seraphicum Ordinem, ex ſupracitata practica *fol.3. eſt pœna nullitatis actuum, & priuatio officij*, Siquidem Iudex non admittens legitimam appellationem, in iure punitur, *cap. de priore de appellat. Iaſon. in Auth. ad hac num.3 de Iudic.* & in Canonico quidem, ſi cauſa ſit criminalis, iudex deponitur, ſi vero ciuilis, arbitrariè. Iure autem ciuili, ſi criminalis, arbitrariè, ſi ciuilis, in 30. libris auri, *l. quoniam. C. de appell. Roman. conſ.501. Boerius. queſt.153. num.4. & 5.* & rationi quidem conſonat, vt in eo puniatur in quo deliquit.

Sed hic eſt difficultas, an Iudex à quo audiendus ſit ſuper reuocatione ſuæ ſententiæ.

Iudex à quo an audiẽdus

Reſpondeo, Si agatur ad pœnam imponendam, non eſt procedendum eo inaudito, ſi ſecus agatur de ſola reuocatione ſententiæ. *Gloſ. in cap. ſi ſacro. de ſent. excomm.* communiter approbata ab omnibus Canoniſtis, quam, vt communem ſequuntur, *Felin. ibid. Boer. deciſ.259. Viuius. opin.414. & Gloſ. eod. in cap. cum ſpeciali §. porrò de appell. Clar. queſt. 94. Decius in d. cap. cum ſpeciali num.27.* Quinimo citari debet, & audiri ad tuendum ſuum honorem, & oſtendendum ſe benè proceſſiſſe, *l. fin. C. de offic. Vicarij*, & habetur in *l.1. ff. ne vis fiat ei.* ſatis enim refert benè, aut malè audire de integritate, aut ſcientia.

Altera difficultas, à quo puniri debeat Iudex non admittẽs appellationem, vel malè appellantes.

Iudex non admittens appellationem à quo puniri debeat.

Reſpondeo, à Iudice ad quem, quia appellatio deuoluit cauſam non tantum ex acceſſorio, ſed etiam principalem ad Iudicem appellationis, *Franc. in cap. ex ratione. de appell. Felin. in cap. ex parte 2. colum.6. de reſcript.* hinc ſtatutum noſtrum cap.7. §.6 num.5. *ſi reus fuerit repertus indebitè iudicatus, vel grauatus, puniatur, iudex à quo appellatum fuit, ſi verò rectè iudicatus inueniatur, duplicetur ei pœna*, vtiquè à Iudice Appella-

pellationis, ad quem *acta primæ inſtantiæ producenda ſunt, quibus non viſis ad abſolutionem, & cauſæ cognitionem, ſub pœna nullitatis iudex non procedat*; vt dicitur ibid. num. 7. Poteſt enim Iudex ad quem, quando appellatum eſt ab interlocutoria ante diffinitiuam, pronunciare, Malè interlocutum, & benè appellatum, & de cauſa principali cognoſcere, ſicut poteſt ipſe Ordinarius, etiam ſi Iudex ſit delegatus ad cauſam appellationis, *cap. vt debitus. de appell. Innoc. in d. cap. cum Panbor. Butrio, et Hoſtienſi.* quam opinionem dicunt veriorem, pro qua eſt *Gloſ. in cap. fin. §. finali. 2. quaſt. 6.* & colligitur ex *cap.* Ray*mundus. de teſta.* & non ſolum iudicandum eſt de articulo appellationis, & cauſa principali, ſed attentata ſunt reuocanda per iudicem, ad quem, ſecundum *Io. Andr. Genun. num. 4. Franc. num. 2.* & alios communiter in *cap. non ſolum de appell. in 6. Robertum Lancellottum in tract.* de *attentatis 3. par. cap. 27. de Iudice per quem attentata reuocanda ſint num. 34. cum ſequentibus.* Idque poteſt facere iudex ex officio ſuo ſine petitione partis: R*ota deciſ. 4. alias. 13. ſi Iudex vt lite pendente in nouis. Lancellottus cit. cap. 31. num.* 112. *Creſcent. deciſ.* 180. Itaquê ſi actor appellat à ſententia abſolutoria, iudex appellationis non ſolum pronũnciabit malè iudicatum, & benè appellatum, ſed etiam condemnabit reum actorem, ſi de iure veniat condemnandus; vt *in cap. cum cauſam. de re iudic. & not. Bar. in l. cum apud ff. de ſud. ſol.* & ſic limitatur *textus cap. fin. 2. quaſt.* 6. & condemnare in expenſis factis, & poſt, & ante ſententiã, ac appellationem in Cauſa principali: *Innoc. in cap. ſæpè contingit. de appell.* & ratio eſt quia iudex ad quem ſuccêdit iudici à quo, ergo ſicut iſte poterat addere, vel detrahere, ita, & ille vt in *dicto cap Raynutius.* eo modo poterit condemnare in omnibus expenſis. *Abb. in d. cap. ſæpè contingit. de appell.* & licet appellationis iudex ſiuè infirmet, ſiuè confirmet, vti non debeat verbo abſoluendi, vel condemnandi; vt aiunt *Turzanus opin. 24 & Viuius lib. 2. opin. 30.* tamen vti debet verbis equiualentibus declarando ſententiam nullam, & reum benè, vel malè appellaſſe, ex quo liquido inferet iudicem, vel reum deliquiſſe, quod etiam declarare poterit expreſsè adnotando, incidiſſe in pœnas ſtatutarias, &c.

Delegatus in cauſa appellationis poteſt videre de principali.

2 Reſpondeo ſecundo, malè appellans ab interlocutoria, ſubeſt iudicio primi iudicis, & ei pœna, quæ in definitiua inflicta fuerat, duplicatur, ſic *in practica fol. 4. ſi verò rectè iudicatum reperia-*

Malè appellautis pœnę.

periatur, & pœna iniuncta duplicetur, & elicitur ex *ſtatuto cit. num.5.* & iure quidem, quia licet in iure canonico temere appellans non puniatur, de iure tamen ciuili punitur, vt videre eſt in *Repertorio Berthac. verbo appellans, initio, & infra.* & ratio eſt, quia offendit iudicem, & ex *Bartolo in l. tutores, qui. §. Tutor. ff. de adminiſtr. tutorum.* eſt in lata culpa, non in leui, niſi doceat de motiuo probabili ad appellandum, tunc enim à duplicatione pœnæ appellantem eximerem, ea ratione, qua quis alium accuſat, & non probat. excuſatur à pœna talionis, ſi ſemiplenè, vel ex fama probat, ità etiam appareat habuiſſe probabilem cauſam, qua grauatum ſe teneat, & ad ſuam innocentiam tuendam appellet, veniret, ſi non ex toto, ſaltem ex quanto, excuſandus, maximè ſi iudex inter opiniones probabiles eam eliget, quæ magis reum offenderet, cum dubia ſint in meliorem partem interpretanda, & reo potius, quam actori fauendum.

Dixi ab interlocutoria, quia à diffinitiua non eſt cur ad indicem cauſa reuertatur, niſi ad executionem ſententiæ, quam ſi appellationis Iudex non infirmat, certum eſt, illius executionem ad ordinarium iudicem pertinere.

Si incidenter quæras, quem ſenſum habeat ſtatutum *practicæ Criminalis tit. de appellatione, & recurſu fol.3. § ſecundo recuſans.* in quo de recuſatione iudicis ordinarij agitur, cuius recuſationis cauſæ, ſi dubię fuerint, apud arbitros examinari mãdantur; & ratio dubitandi eſt, diſcrimen inter has appellationes, quia talis ſolemnitas in alijs appellationibus non requiritur, vt ſupra viſum eſt.

Reſpondeo; Multas, grauieſque difficultates, ac totam ferè appellationis materiam ſectio illa nanciſcitur, quam breuiter, per paraphraſim examinamus, textui noſtræ Practicæ nos remittentes.

Ordinarius difficilius recuſatur, quã delegatus.

Recuſans Iudicem Ordinarium, difficilius enim eſt recuſare ordinarium, quam delegatum; quia in Ordinario, cum ex iure habeat facultatem, non apparet ratio euidens diffidentiæ, ideo cautius proceditur in iudice ordinario, quam in delegato, & ideo facilius recuſatur delegatus, quam ordinarius, cæterum aliud eſt appellare à ſententia, aliud eſt recuſare iudicem, illud in appellatione per expreſſionẽ cauſarum, Probabitur iſtud ex allegatione ſuſpicionum diffidentiæ.

Coram ipſo adducere debet legitimam cauſam ſiue ſcripto ſiue

voce

voce, in cap. ſecundo requiris. §. *tertio poſtulat. cap. cum ſpeciali. de appell.* Nam à diffinitiua, ſi appellatio incontinenti interponatur ſine ſcripto fieri poteſt, ab interlocutoria voce etiam admittitur. *Marant. de ordine Iudic. p. 6. num.* 256. (dicitur autem incontinenti fieri ſi Iudex pro tribunali ſedens, nondum ſe ad actus extraneos diuertit, etiam ſi totum diem in foro pro tribunali ſederit, vt de Communi *idem Author* teſtatur) & eſt textus expreſſus in *cap. cordi nobis. de appell. in 6.* & hanc eſſe communem Canoniſtarum, & Legiſtarum opinionem, firmat *Decius in cap. vt debitus. de appell. Paulus de Caſtro conſ.* 270. *volum.* 2. *Rom. conſ.* 41. *Baldus in l. Patris, & Filij de vulg. & pupil. Ferrarienſis in pract. form. appell. ab interloc.* & de interlocutoria probat text. in *l.* 1. *&* 2. *ff. de appell. & in l. litigatoribus, & ibi Gloſa, Baldus, & omnes C. eod.* — Incontinenti, quid ſit.

1 *Si reus publicè, aut coram teſtibus proteſtatur, & ad ſuperiorem petat recurſum.* Quia appellatio non tantum coram iudice, ſed etiam coram teſtibus interponi poteſt, quando præſentia iudicis timeatur, coram ſcilicet honeſtis viris, vel viro, aut Notario. *Prapoſit. in cap. ſi iuſtus metus, num.* 8. *de appell.* & communem dicit in hoc cum proteſtatione de abſentia, aut alio impedimento Iudicis, *cap. finali, & ibi ſcribentes communiter de appell.* etiam ſi fiat coram ſimplici Sacerdote, vt refert *Antonius Bard. tract. de tempor. vti, & contin. cap.* 3. *num.* 2. An autem fieri poſſit coram laicis noſtri ordinis, affirmo, quia ſeculares ſunt, & honeſtæ perſonæ, maximè ſi ſacerdotis copia in promptu non ſit. — Appellatio coram teſtibus quando valida.

Si dubia, electis vtrinque arbitris de appellationis validitate decernatur. ita in puncto iuris citati canones *ſecundo requiris, & cum ſpeciali,* nam ſi eſt legitima admittenda eſt, ſi friuola, reijcienda, ſi dubia, examinanda per duos arbitros electos de communi conſenſu Iudicis, & appellantis, qui ſi non concordant, addendus eſt tertius, de communi pariter conſenſu. — Arbitri quādo in appellatione eligendi.

Quæ omnia ſeruari debent in recuſatione Iudici delegati, eadem enim eſt vtriuſque ratio, & quidem appellatio, & recurſus idem ſunt, quia appellatio eſt omnis modus per quem Iudicis auxilium prouocatur *Bartol in l. ſi minoris in* 2. *colum. in ver. ſed iſta oppoſitio. ff. de admitt. Tutela.* vnde ſtatutum tollens appellationem, non tollit nullitatem, eſt enim appellatio (vt dictum eſt) innocentiæ præſidium. & ſpecies defenſionis, inducta de iure naturæ. *Alex. conſ.* 114. *vol.* 5, & appellatio, & recuſatio — Appellatio, & recuſatio.

ſatio eq.iparentur, vt notatur in *Rubrica de appell Lapus, Al. leg. 1. Speculator de recuſat. 6. 1. Felin. in cap. 1 de iudic.* & paria ſunt, appellare, & recuſare ſententiam. *Iodoch. Dambouderius in enchir. parium, & c. V. appellare,* & conſtat ex *cap ſuper eo de appell.* Recurrere autẽ ad ſuperiorẽ, eſt ab aliquo grauamine, propter quod recuſatur iudex ordinarius.

Non ſeruato ordine male appellatur.

Reſpondeo tertio, Malè appellat, qui appellandi, & recuſandi ordinem non ſeruat, adeſt ſtatutum, *qui hunc recurſus ordinem temerè violauerit, omne ſuffragiorum iure triennio careat, & bimeſtri carceri mancipetur, cap. 7. §. 6. num.* 10. ordo autem recurſus non tantum eſt in iam recenſitis, vt non appelletur friuole, ſine cauſa, ante ſententiam, &c. ſed ſi appellat ad aliquem Superiorem omiſſo medio, contra Bullam Gregor. XIII. *à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali, ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Romanum Pontificem. ibid. num.* 2. Itaque cum prædictum ſtatutum ponatur in fine omnium aliorum de appellatione diſponentium, non tantum refertur ad hanc gradationem, ſed ad omnia alia ſuperius diſpoſita, iuxta doctrinam communem, Quod clauſula

Clauſula generalis refertur ad omnia ſuperiora

generalis ſequens refertur ad rem, & cauſam prius ſpecificatam, *l. ſi de certa re. C. de tranſaction. l. legatorum. §. 1 ff de legibus. 2. & ibi Bartolus.* Verba enim generalia indefinitè prolata reſtringuntur. & recipiunt interpretationem à verbis ſpecialibus, *l quoties, et ibi Baldus C familia herciſcunda*, quod procedit vbi talia verba reſtringi poſſunt, ſalua ratione recti ſermonis. *Iaſon in d. l. ſi certa re.* Cum igitur in pœna illegitimæ appellationis veniat non ſolum, vt ita dicam, Materia, ſed, & gradatio Iudicum ad quos appellatur, ſine dubio ſequitur, vt non obſeruans ordinem appellationis, præſcriptum, non ſolum ſuccũbat iudicio iudicis à quo, & ei pœna duplicetur, ſed etiam veniat priuandus iure ſuffragiorum, & ad bimeſtrem carcerem condemnandus.

Queſtio ſexta, Quæ ſint appellationum formulæ, & quid de appellatione à ſubdelegato.

Formulæ appellationis.

Reſpondeo, breuiter Viſitatores appellandi formulæ ſunt. *Appello.* vel *Appello à ſententia*, vel *Appello ad Iudicem competentem.* qui intelligitur eſſe immediatior *gloſ. in l. cum proponas. C. de bonis author. iudicis poſſidendis*, vel *Appello ad Iudicem*, nimirum competentem, vel *Appello ad quemlibet iudicem*, vel *ſubmitto me protectioni talis iudicis*, vel *Peto reuocari grauamen*

uamen, alias appello, vel *Reclamo*, aut *Proclamo*, vel *Appello, quia me grauaſti*, etiamſi non dicat, in quo, & valet tantummodo in appellatione à diffinitiua, in qua non eſt opus aſſignare cauſas: vel *Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello*, vel *Appello, niſi reuoco grauamen*. Poteſt enim appellatio interponi per quæcunque verba, dummodo apta ſint. *Grat conſ.* 100. *lege lib. 7. tom. 2. commun. opp. iuris folio mihi* 308. *& Bertacchi prima p. V. Appellatio num.* 16.

Et non tantum appellatur ob illata grauamina, ſed etiã, vt nõ probatum probetur, & non allegatum allegetur, etiamſi, attentis actitatis, vel ſententia non ſit iniuſta, *Gloſ. in l creditor. §. iuſſus. ff de appell. Bartol in l. 1. eod. Felin. in Rub. de appell. & in cap. ſignificauerunt. de except. & ibi Panhor.* Appellari poteſt à nõ probata cauſa.

Si autem à delegato appelletur, ad delegantem interponi debet: ſi à ſubdelegato, diſtinguendum eſt, vel eſt ſubdelegatus ad totam cauſam, & tunc de iure Canonico, & Ciuili appellatur ad primum delegantem, vt probat *tex. in cap. ſuper quæſtionum. §. Porrò de offic. delegati.* Vel ad partem cauſæ, puta, quia partem ſibi reſeruauit, tunc appellatur ad ſubdelegantem proximum, ita *Abb Decius, & DD.* communiter in *cap. dilecti de Appell.* Itaque ſi Commiſſario deſtinatus ad vniuerſitatem Cauſarum legat omnes cauſas, vt facere poteſt, ſi ſit delegatus à Generali, quem diximus eſſe Principem in Religione. *Comment. ad ſtat. cap* 1. *ſtat. 6 fol* 20. tunc ad Generalem deferri debet appellatio, ſi ſubdelegat vnam cauſam, tunc appellatio fieri debet ad ipſum Commiſſarium, atque hæc de appellationis materia. Appellatio à delegato, vel ſubdelegato.

CAPITVLVM XXVII.

De Pœnis infamium.

Infamium pęnæ.

AD hanc materiam deſcendimus occaſione infraſcripti ſtatuti cap. 7. §. 5. num. 69. *Qui notabili infamia laborauerit ob delicta, de quibus apud Prælatos conuictus fuerit, ad omnia ordinis officia, vltra pænas, ſibi ob delicta inflictas, perpetuò inhabilitatus exiſtat. Cui pænæ ſubiaceant, quicunq. infamia laborant* ad cuius declarationem.

Dico Primo, Infamia duplex eſt, iuris, & facti, vide totam hanc materiam à nobis fusè examinatam in *Comment ad ſtatuta cap. 2. ſtat. 1. §. 10. fol. 69.*

Infamia diuiſio.

Dico Secundo, ſub hoc ſtatuto vtriuſque generis infames cõprehenduntur. Scilicet illi, qui facto notorio, vel publico, & qui per ſententiam declarati fuerunt, debita contraxiſse. Secundum probatur, quia in ſtatuto dicitur *apud Prælatos conuictus fuerit*, quæ eſt infamia iuris, licet enim *Bald* & alij in *l. 1. num. 5. ff. de his quinot. infam. & Inſtit. de furt. initio* tenuerint, non irrogari infamiam, quando agitur per viam exceptionis, tamen etiam per hanc viam irrogari infamiam facti, non ſolum quandò delictum probatur, & conuincitur per congruos teſtes, ſed etiam quando probatur per famam, & per vnum ſaltem teſtem, in actis producta, habemus ex *cap. ſuper his de accuſat. cap. ſuper eo de elect. vbi Abb. colum. 2. cum ſuo Additionatore* licet (inquam) hæc doctrina probet, debitorum contractorem eſſe infamem imfamia facti, attamen ex probatione legitima concluditur infamia iuris. Et cum contrahere debita apud fratres Minores ſit actus proprietatis, & furtum, deducitur, talem debitis onuſtum, & conuictum eſſe infamem infamia iuris, ex generali principio, quod furtum, & fraus ſint delicta infamantia *Petr. de Ancar. conſ. 230. apud Marſi ium in practica §. aggredior. num. 111.* qui citat ad hoc *Io. in cap. ſi quis de præſcrip. in 6. & Gloſ. in cap. ſi diligenti de for. compet & notata in Clemen. religioſi de ſent. excom.* Quod ſcilicet ad contrahendam infamiam iuris non ſufficit probatio criminis, vel confeſſio Rei, ſed requiritur ſententia iudicis: & vniuerſaliter penæ, etiam latæ ipſo iure, aut facto, non contrahũtur, niſi poſt ſententiam. Et cum infamia ſit pœna grauis, non

Infamia iuris, vt contrahatur.

debet

debet inuri per ſolas probationes, niſi ſequatur ſententia declaratoria delicti vt communis legiſtarum opinio affirmat, in *l. cum ancillis C. de inceſtis nupt.* in qua dicitur, quod in Pœnis requiritur ſententia iudicis, adeo quod incurrens pœnam, nõ punitur, niſi iudicis præcedat ſententia. quam nos ſupra, vbi de pęnis, multis tutati ſumus. Vnde declarandum eſt ſtatutum quod conuictum eſſe apud prælatos, importet ſententiam cõdemnatoriam, non quidem infamię, ſed criminis, quia crimẽ infamia ſequitur, vt vmbra Corpus *Gloſ. & Bald. in l. Imperator ff. de Poſtulat. Theſaurus de pœnis p.p cap. 33. Aduert. 5. ex Sanchez, Molina, Filliucc. Iaſone, Burſatto, Archid. Io. Andr. & Garzia, alijſque* rem in vtrãquè partem per totum Capitulum multis verſat. Poſt ſententiam.

Quod autem aſſeruimus, certius & communius eſt, niſi delictum ſit notorium, & publicum, quo caſu ſolemnitas ſupple tur ſententiæ, quæ non requiritur, niſi ad ingerendam delicti notitiam populo *Caſtro lib. 2. de leg. pœnali cap. vltimo Couar. variar. 3. cap. 3. num. 2. Henriq. lib. 14. cap. 5. Tabiena V. infamia num. 2. Sanchez lib. 6. cap. 3 Garz. de benef. p. 7. cap. 8. num. 9. apud Theſaurum ſupra* Itaque probato hoc notorio, ſentio contrahi infamiam iuris ſine ſententia. Notorium ſupplet ſententiam.

Dico tertio, Ad hoc vt ſit ſtatuti reus, neceſſe eſt, vt copulatiuè debita contraxerit, de ijs apud prælatos conuintus fuerit, & notabili infamia laboret, quorum ſi vnum deficiat, non eſt locus ſtatuto. Quia ſtatutum copulatiuè habet *Qui notabili infamia laborauerit ob debita, de quibus apud prælatos conuictus fuerit.* ergo ſi verba ſtatuti rigoroſè non verificantur, illius diſpoſitio non procedet ex notis principijs, quod ſtatuti verba verificanda ſint. Hinc ſtatutum diſponens de furto, non habet locum in damno dato, & puniens inuentum cum armis, non habet locum in viſo portare arma. & loquens de vera perſona, & in caſu vero, non habet locum in repræſentata, & ficto: Et quod bannitus incentum poſſit occidi, non habet locum in bannito in quinquaginta, & alijs ſimilibus, quæ ex communi opinione adducit *Bonacoſſa in p. p opin. crimin. Ver. ſtatutũ* quia in odioſis non fit cumulatio, & non diſceditur à verbis legis. & mens ſtatuti eſt, comprehendere debitorem famoſum & notorium, qui ſit religioni dedecori, & ſecularibus ſcandalo. Nam quatenus debitorum contractio proprietatem importat, puniri debet per pœnas proprietariorum. Suppono enim ex di- Statutum rigoroſè interpretandũ eſt.

ex diſputatis ad *cap.* 4. *&* 6. *ſtatutorum*, eſſe proprietatis crimen, debita contrahere, quia ſpondet, quod non habet, & ius arrogat ſibi indebitum. ſi igitur alio ſtatuto punitur contractio debitorum, ſignum eſt, quod non ſola proprietas impetitur, ſed cum relatione ad ſæculares, & ad ſcandalum.

Notabiliter quid importet.

Hinc primo, qui notabiliter male non audierit, puniri non poteſt Erit autem talis, qui apud Conuentum, vel viciniam, aut maiorem illius partem ſcitur debita contraxiſse: *Notabiliter* enim hic denotat conſpicuitatem, & excellentiam in delicto, quia *Nota*, vnde *Notabiliter* infamiam, ignominiam, & probrum ſignificat *l.* 1. *&* 2 *ff. de liber. & poſth.* Vnde ſi apud paucos conſtaret, non poſſet puniri per ſtatutum. ſufficit male audire apud fratres, etiam ſi ſæculares non callentes regulam non ſcandalizarentur de transgreſſione regulæ, ſed quia debita contraxit, non exiſtimarent illum proprietarium, aut furẽ, ſed tantum debitorem. non crederent ſceleratum, quia debita contraxit, ſed illum fortaſſe exiſtimabunt decoctorem, vel liberioris vitæ.

Fur famoſus quis dicatur.

Hinc ſecundo, non compræhẽditur ſub ſtatuto, qui vnum debitum paruum fecerit, ſed ſi multa, vel vnum ingens, cum ergo dicat ſtatutum *debita*, ad plura relationem habet, ex quó habeatur apud creditores, vt notabilis debitor. cuiuſmodi non habetur, qui vnum exiguum faciat, paritate ducta à furto, & fure, nam dicitur fur famoſus, vel qui tria furta fecerit, vel qui vnum ingens. *Clar. §. furtum V quæro an. & Verſ. quæro etiam* ſic poteſt dici debita feciſse, qui vnum notabile, & ingens fecerit. quantum autem eſse debeat, boni iudicis arbitrio relinquitur. Ratio conſiderationis eſt, quia vnum paruum debitum non infamat, nec ſcandalizat.

Hinc tertio, ſi conuictus non ſit, non eſt per has pœnas emendandus, conuinci autem poterit, vel per viam accuſationis, vel denunciationis, vel inquiſitionis, quoquo enim modo, quo iudici ad procedendum via aperitur, ſumus in caſu, & præcipuè notatur via inquiſitionis ex officio, quia de infamia agitur, quæ vicem accuſationis ſubit, & iudici ad procedendum viam aperit, hoc dixerim contra ſæcularium iudicum morem, qui per inquiſitionem non procedunt, ſed per accuſationem, regulares autem, vt plurimum per viſitationes Generales inquirunt.

Dico quarto, vt ſupra tetigi, non puniri per hoc ſtatutum proprie-

proprietatem, furtum, negotiationem, vel pecuniarum erogationem ad turpia, vel donationes, ſed præciſam debitorum creationem, do ſtatutum, *vltra pœnas ſibi ob debita inflictas, perpetuò, &c.* ergo amandantur ad alia ſtatuta delicta, quæ in debitorum contractione relucent. Sed Religio tantum intendit tradere debitorum formationem.

Dico quinto, pœnas in debitorum fabricatores, eſſe perpetuam inhabilitatem ad officia ordinis, & iure quidem, quia eſt contra paupertatem, & ſcandalum addit. Non poſſe autem per ordinem habilitari, patet ex perpetuitate, & ex dictis à nobis in Capitulo de pœnis, & in Commentarijs ad ſtatuta *cap. 12. ſtat. 12.*

Dico ſexto, perpetuò inhabiles ad officia ordinis ſunt, *quicunque infamia laborant*. intelligitur autem de infamia iuris, non facti. quia hæc aboletur facto contrario, ſi ſpatium trium ſaltem annorum intercedat. nulla iudicis ſententia interpoſita. *Suar. de cenſur. diſput. 48. ſect. 1. Auila par. 7. diſput. 4. dubio 7. Garzias par. 7. cap. 8.* Intelligitur ergo de infamia iuris, quæ contrahitur ex notorietate ſententiæ ob delictum famoſum dolo commiſſum *cap. infames 3. quæſt. 3. l. 1 ff. de his qui not. infam* puta furtum, rapinam, expilationem hæreditatis, iniurias, ſepulchri violationem, cum alijs delictis publicis, vt ſunt adulterium, fornicatio, blaſphemia, & alia id generis, & ex genere pœnæ, vt damnatio ad triremes, in exilium, ad carcerem, priuatio officij, depoſitio, degradatio, pœnitentia ſolemnis, & publica ob crimen famoſum, vt ex multis probat Theſaurus ſupra. Infames ſūt perpetuo

Ex hoc deducitur, infamem eſſe irregularem, vt nec ſuſceptos ordines exercere, nec alios ſuſcipere poſſit, nec beneficia, aut officia obtinere valeat, *Nau. Maiolus, Suarez, Sanchez, Garzias, & alij apud Theſaurum dicto cap. 22. parte prima* Vide diſputata à nobis in *Capitulo de priuatione officiorum ordinis*. Infamis eſt irregularis.

CA-

CAPITVLVM XXVIII.

De Pœnis Excommunicationis, & Cenſurarum.

DIſputabimus in hoc Capitulo, de excommunicatione, & cenſuris.

Primo, qui ſint Iudices Ordinarij in Religione ad illas fulminandas.

Secundo, qui excommunicationem ferre poſſint pro rebus deperditis.

Tertio, an conceſſum ſit ſubditis contra tales ſententias reclamare.

Quarto, cui conceſſum ſit imponere excommunicationem per modum ordinationis, aut ſtatuti, & qua de cauſa, ac ſub qua forma, hæc autem tantum tangimus, quia illa ſola in ſtatutis diſponuntur, ne cogamur ampliſſimam cenſurarum materiam vſurpare.

Quæſtio prima, Qui poſſint in ordine fulminare excommunicationes.

Excommunicationem qui fulminare poſſint.

Reſpondeo, ex ſtatuto d. cap 7. §. 5. num. 25. *Excommunicationis pœnam, qua inobedientes à communione fidelium, & Sacramentorum participatione priuantur, Miniſter, & commiſſarius Generales, Prouinciales, & delegatj ab ipſis, Cuſtodes etiam, & Guardiani, tanquam veri prælati in ſuos ſubditos fulminare poſſint, & contrarium aſſerentes tanquam perturbatores grauiter puniantur ad arbitrium ſuperiorum.* concluſio eſt com-

Prælati.

munis, ex noſtris *Rodriq. tom. 2. q. 35. art. 8. concluſ. 3. Hieron. Rodriq. reſolut. 62. num. 1.* apud quem *Syluester, Sotus, Couar. Angelica V, excomm. 1. num. 3.* & fundatur in iure, quia iſti Prælati ſunt, & exceptis Guardianis, de quibus infra, habent au-

Epiſcopi.

thoritatem quaſi Epiſcopalem, & in plerisque maiorem, ob priuilegia, liberaliter regularibus à Sancta Matre Eccleſia indulta. *Gloſ. in Clem. 1. V. proprij. de reb Eccleſ. non alien.* Nauarr. *conſ. 13 de priuileg.* Epiſcopi autem habent authoritatem excommunicandi *cap. corripiantur 24. quaeſt. 3 cap viſis. 16. quaeſt 2. Gloſ. in cap nemo Epiſcopus 2 quaeſt. 1 & in cap. cum incunctis de electione*. Quinimò excommunicare poſſunt ſuos ſubditos

omnes

omnes prælati,*cap.cum ab Eccleſiarum. de off. ordin.* qui habent adminiſtrationem cum iuriſdictione coniunctam. *cap.1.de elect. cap.legimus.d.93.vt aduertit Angelus ſupra citatus,* & poſt alios *Peirius tom.2.quæſt.3.cap.4.* vbi multis concluſionem probat. certe ſi prælati regulares excommunicare non poſſent, eſſet inutilis iuriſdictio, cum careret vi coercitiua, & omnino inermis, diſciplinæ regularis gladio deſtituta. Quod autem etiam Guardiani, & Superiores locales ſimilem authoritatem habeant in ſuis conuentibus, deducitur ex eodem principio, quia ſunt veri Prælati, & adminiſtrationi coniunctam habent iuriſdictionem, cum vi coercitiua, aſſimilanturquè Parochis, qui poſſunt excommunicare, licet non cum ſolemnitatibus, quibus poſſunt Epiſcopi, puta cum duodecim Sacerdotibus circumſtantibus, &c. vt adnotauit *Angelus loc.cit.* adeſt priuilegium *Leonis 7* apud *compendium priuil.V.excommunicatio §. 7. de quo Villalob.in manuali cap.12.num.10.Portell.V.excommunicatio. num.1.Corneio in 3.p.tract. 5.diſput.2.dub.2.* quod Prælati regulares poſſint ferre cenſuras etiam ſine ſcripto, vt melius infra, ergo multò magis cum ſcripto, vt inter iſtos numerantur etiam prælati regulares locales argum.*cap.ne pro dilatione. de pœnitent. & remiſſ.* in quo conceditur facultas eligendi ſibi confeſſarium, non tantum Epiſcopis, ſed etiam minoribus prælatis exempli, inter quos ſunt prælati locales. *Dian.par.6.tract.8 reſolut.15.* contra *Reginal. tom.1 lib.1.cap.4.ſect.2.num.36.* qui ad ſolos generales canonem reſtringit. Sed iniuria, quia lex vniuerſaliter loquens, vniuerſaliter eſt intelligenda, & certum eſt prælatos locales eſſe ordinarios ſuorum ſubditorum. atque adeo habere authoritatem illimitatam, niſi aliunde limitata reperiatur. *Suar.tom.4. de relig.lib.10.cap.5.num.3.*

Etiam ſine ſcripto.

Quæſtio ſecunda, Qui prælati poſſint fulminare excommunicationem pro rebus perditis.

Prò rebus perditis Generales, & Prouinciales excommunicare debent.

Reſpondeo, ex ſtatuto loco citato num.26. *Pro perditis autem, vel ſubtractis rebus, Generales, vel Prouinciales tantum, qui Epiſcopalem quaſi facultatem habent, excommunicationis ſententiam ferre poſſint.* Doctrina Conc. Trident. ſeſſ.25 de refor.cap.3. *excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem reuelationis (vt aiunt) aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur.* Rationemque addit *Concilium*, quia cum

z ſit

ſit neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, debet ſobrie, & cum magna circumſpectione exerceri, & ideo non eſt committenda paſſim cuilibet prælato, ſed maioribus. Verum militaret ratio contra ſuperiores locales, quia cum omnis excommunicatio ſit talis, & non tantum, quæ fulminatur ob res perditas, ſequeretur, locales prælatos illam fulminare non poſſe, eo vel maxime, cum omnis excommunicatio ſit ſalutaris ad continendos in officio populos. Attamen ratio eſt appoſita, quia quæ fertur pro rebus perditis, & ad finem reuelationes, ſolemnior eſſe ſolet, & maiori grauitate, & circumſpectione exercenda, cuiuſmodi non ſunt aliæ pro moribus, & culpis, & ideo ne vileſcat, ad maiores prælatos reſeruatur, & ſic quoad Prælatos locales priuatiuè tenuerunt *Rodriq. tom.2.quaeſt.59.art.4.Barboſ.allegat.96.num.13.& ad hoc cap.Trident.num* 10. *Miranda tom.2.quaeſt.35.art 12.Hier.Roder.reſolut.62.num.*4. & conſequenter neque Vicarios Foraneos id poſſe, aſſerunt, *Lazzarius ſect.25.num.9.Riccius in praxi deciſ.235.fine.Gallett. in Margarita caſuum conſcientiæ V. litteræ. Barboſ.in concilium num* 7. Quin imo neque id poſſe Vicarium Generalem Epiſcopi, ex ſola commiſſione generali, ſcribunt *Vgolinus, Narbona, Campanilis, Marcellus Vulpe, Theophilus Raymundus* quos refert idem *Barb.num.*5. licet *Frecbil.Rodrig.Sbrozium, Zerolam, Suarez, Sayrum, Auilam, Stephanum Gratian.Graffium Sanchez, Franciſcum Leone Baptiſtam Coſta, Riccium, Garziam, Io. Machado, Io. Sancium* in contrarium citet, eo quod in illis verbis, *præterquam ab Epiſcopo* non intendit concilium excludere Vicarium Generalem Epiſcopi, ſed illos, qui nullius Diœceſis ſunt, Epiſcopo inferiores, qui ſoliti erant tales excōmunicationes ferre ante Concilium.

Non Guardiani.

Non Vicarij foranei.

Non Vicarij Generales.

Verum poſita reſponſio videtur excludi per verba concilij adducta ad confirmationem ſtatuti, quia ſi id conceditur ſolis Epiſcopis, non remanet locus Generalibus, & Prouincialibus, quia vbi lex requirit perſonam veram, non ſufficit perſona ficta, & in hunc ſenſum interpretati ſunt Concilium, & deciſum eſſe referunt, *Vgolinus. Garzias, Campanilis, Vulpe, Raynaudus, Machado, Sancius citati à Barboſa num.*9. dicentes nō poſſe Prælatos exemptos, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos talia monitoria expedire, ſed recurrendum eſſe ad ipſam Sedem Apoſtolicam, quia iſti non ſunt Epiſcopi, ſed non conuellitur, quia illi exempti excluduntur, qui regulares non ſunt,

Perſona vera, & ficta.

ſunt, non autem illi, quibus eſt conceſſa authoritas quaſi Epiſcopalis, cuiuſmodi ſunt prælati religioſorum, vt patet in multis alijs, Confeſſionibus abſolutionibus, diſpenſationibus, ordinationibus, punitionibus, quæ ab Epiſcopis ad regulares transferuntur.

Sed eſt prima difficultas, Diſponente Concilio, non tantum pro rebus perditis, ſed etiam *ad finem reuelationis* poſſe relaxari monitria, an poſſimus etiam pro his reuelationibus, & non ſolum pro ſubtractis rebus excommunicationem in Religione ferre.

Reſpondeo affirmatiuè, quia licet in ſtatuto hoc expreſsè cautum non ſit, attamen cum ſit æqua vtriuſquè ratio, ſi communicatur vnum, communicari debet & alterum, facit enim ad perfectam regularis regiminis rationem, vt reſideat in prelatis maioribus facultas indagandi veritatem per viam monitorij, & cenſurarum, & ad clariorem intelligentiam diſtinguo inter reuelationes in genere, & reuelationes pro rebus deperditis, quia poteſt Prælatus excommunicatione vti pro indaganda veritate, etiam extra res ſubtractas, puta ſi commiſſum ſit delictum, & authores ignorantur, poteſt prælatus præcipere, vt ſcientes reuelent malefactores, ſub pena excommunicationis. Item ſi neſciatur aliqua poſſeſſio, ius, ſeu, factum prouinciæ, finium, conuentuum, &c. poteſt ſimiliter ſuper his rebus monitoria expedire; quatenus ſcientes veritatem reuelent, & in terminis citatum Concilium concedit excommunicatione vti in cauſis iudicialibus, criminalibus, & ciuilibus, ſed cum hac reſtrictione, vt id ſolum liceat, quando alia probatio deficiat, vt (inquit) *quandocunque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipſis* (iudicibus Eccleſiaſticis) *fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quam definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto*, quando igitur fieri non poterit, dabitur locus monitorio, & ſic tenuerunt *Neuiſanus in ſilua nuptiali lib. 3. V. Monitoria num. 48. Nauar in cap. inter verba. corell. 66. 11, queſt. 3. Lazzarius ſect. 1. queſt. 15. num. 3. Marcus Antonin. variar. reſolut. lib. 1 reſolut. vlt. caſu 75. Marc. Anton. Genuenſis in pract. Archiep. Neapolit cap. 1. num. 4, Vgolin. cap. 45. §. 3. Campanil. diuerſorum iur. canon. rub. 11. cap. 15. nu. 89. & 119. Sayrus deciſ 4. de cenſur. Riccius in deciſ 219. Cur. Neapol par. 1.* qui ait poſſe impetrari monitoria contra teſtes pro ſcienda veritate, pendente cauſa coram iudice ſeculari, & maximè quan

Et ad finem reuelationis

do teſtes ignorantur, & ſic monitoria hæc vim habeat inquiſitionis generalis, in qua ſicuti ſuperior regularis procedit per impoſitionem præcepti formalis Sanctæ Obedientiæ, ita etiam poteſt præcipere in aliquo caſu ſub comminatione cenſuræ, vt ſcientes, authorem libelli famoſi, fracturæ arcæ, &c. reuelare teneantur.

Monitoria ad partis inſtantiam expedienda.

Nam licet in cauſa ſpeciali, in qua proceditur per viam accuſationis, non debeant expediri iſta monitoria, niſi ad inſtantiam partis, vel alterius intereſſe habentis, vt obſeruat *Genuenſis in practica d.cap.1.num.12.Riccius reſolut.271.Vgol. cap.45.Lazarius ſect.1 quæſt.9.& ſect.4 quæſt.1.* Non tamen videtur ademptum iudici procedere poſſe ex officio, quando alia via non ſuppetat, quia ſi poſſit veritas haberi per teſtes, & congruas probationes legitimas, nullo modo ad cenſuras recurrendum eſt.

Quod ſi quæras, an expedita monitoria contra formam hãc ſint nulla.

Reſpondeo negatiuè, quia Concilium non imponit formam ſed inſtructionem, & nullum verbum inuenitur, quo irritentur aliter facta. *Campan.cap.15.num.90. Marc. Antonin. caſu 75. Barboſ.alleg.96.num.39.Garzia addit.ad tract.de benef. capit.5. num.*585. eſſet tamen reprehendendus iudex à monitorio incipiens, quia inſtructionem Concilij non obſeruat, cum ſcire debeat excommunicationem eſſe remedium ſubſidiarium, & applicandum, vbi, alius modus realis, & perſonalis, ac iuridicus non appareat, maximè cum non deſint, qui Concilium tradere formam affirment, qua non ſeruata acta nulla forent. *Franciſcus Leo in Theſauro for.eccleſ.p.3.cap.38.num.22.* Guttierez *canonic.lib.1.cap.12.num.39.Sayrus de cenſur.lib.1.cap.9. num.33.Lazarius tract.de monitor.ſect.4.quæſt.8.num.7.*

Secunda difficultas: Quanta debeat eſſe materia, vt monitoria pro reuelatione deperditorum expediri poſſint.

Vulgare quid.

Reſpondeo, ex Canonico citato, *& tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaque diligenter, & magna maturitate per Epiſcopum examinata. Vulgare* in iure multas acceptiones habet primo enim ſignificat vſitatum, commune, ordinarium *l.1.ff.de praſcr.verbor.l.46.ff.de hered. inſtitutione.* ſecundo quod rei pretioſæ opponitur, *l pretio ff.de ſupellect.l.vt vulgaria tentoria ff.de ſeruit.ruſt.præd.* Tertio, quod ex leui cauſa conſurgit, vt amicitia, ex leui cognitione. *Paulus in l.latæ culpæ.*

culpa ff. de verb. ſignif. Quarto vulgaris perſona, quæ honeſtæ contraponitur. *Vlpian in l. legitimos de legit. tut.* quos modos, & alios congerit *Bart. in l. 1. ff. de vulga, & pupill. ſubſtit.* lege *Nibriſſenſem*, *Io. Caluinum*, & alios lexiconiſtas in hoc verbo. In materia autem, de qua tractamus, idem eſt, ac non conſiderabilis, exigua, parui valoris, & quæ non mereatur ſolemnia monitoria, ac ſolemnem excommunicationis fulminationem, & quidem certum eſt primo non ſufficere materiam, quæ faciat peccatum mortale in furto, vel in alia materia, quæ indagatur, vt eſſet valor vnius iulij, vel caroleni, aut duorum, aut quinque, prout variè ſentiunt ſcribentes, vel etiam vnius aurei, ſed maiorem. *Non debent concedi* (inquit *Rodriq. in ſumma p. p. cap. 88. num. 6. ex Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2.*) *monitoria generales pro paruis rebus, vt pro gallina, cane, aut alio paruo damno, quod relinquitur arbitrio prudentis iudicis*, verū canis poteſt eſſe magni valoris, vt ſunt venatici, & qui fœminis in delicijs eſſe ſolēt, quales ſunt, qui ex Bononia adducūtur, & quo paruiores in mole corporis, eò ſolent carius emi; audiui aliquos emptos quinquagintà, & ſexaginta aureis. certum igitur ſecundo eſſe debet, negotium arbitrarium eſſe, vt innuit Concilium citatum, quod remittit Epiſcopo negotij examen, putarem ſummam quinque, aut ſex aureorum in Religione ſufficere ad expediendas has monitorias literas. Dixi in Religione, quia profitetur ſummam paupertatem, & quia caſus faciliter eſſe poſſet in furto libri, ſcriptorum codicum, in concionatore lectore, &c. Crederem pro minori etiam quantitate excommunicationem fulminari poſſe, habita conſideratione incommodi damni, decoris, quæ aduenirent actuali concionatori, vel lectori, ſi furto conciones, vel lectiones auferrentur, & ſicuti in paruitate materiæ non ſolet eſſe peccatum mortale furti, quod tamen eſſet, ſi dominus ex defectu rei ſuæ pateretur damnum notabile, vt in operarijs, quibus inſtrumenta artis tollerentur, vt omnes dicunt, ex ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, ita ſi quis prædicaturo in ſequentem diem, furaretur concionem iam paratam, inferret damnum notabile, non ordinario pretio extimabile, & in hoc caſu licet materia eſſet nimis vulgaris, attamen, quia emergens eſt nimis præiudiciale, dico poſſe ſuperiorem præcipere ſub pœna excommunicationis, vt reſtituatur ſcriptum, &c. & ſic Cō-

Materia ob quam ferri poſſit excōmunicatio.

cilium penſatè diſponit, quando ipſe pro re, loco perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit.

Tertia difficultas. Qualia debeant eſſe monitoria ad finem reuelationis, & excommunicationis.

Monitoria quando expediri debent.

Reſpondeo, non poſſunt, nec debent expediri, quando alia via appareat ad reperiendam veritatem, ita cit. Concilium. *Quandocunque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij fieri poterit, abſtineant ſe, tam in procedendo, quam in definiendo à cenſuris Eccleſiaſticis*, cum enim cenſura ſit remedium ſubſidiarium, vbi delictum per teſtes probari poſſit, non debet adhiberi, *Rodriq. cit. num.* 5. qui citat *Guttierez in qq. Canon, cap.* 100. *Mauiſan. in ſiluanup lib.* 3. *in V. Monitoria nu.* 48. *Nauar. in d. cap. inter verba. coroll.* 66. *Lazar. Marc. Anton. Genuen. Marc. Anton. Vgolin. Campanil. Sayr. & Ricc. citat. à Barboſa in Concil. num.* 18. *& infra*.

Non poſſunt, nec debẽt expediri, niſi cauſa diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat (inquit *Concilium*) qua ratione ſuperior tenetur examinare cauſam, vt non coniiciat ſe periculo errandi, & ludibrio exponendi cenſuram. Si de facto res ablata fuerit, ſi magni momenti exiſtat, ſi per aliam viam inueniri non poſſit, nec moueri, niſi ad partis inſtantiam, vt citati authores affirmant apud *Barboſ. num.* 16. quod intelligo, quando agatur de re particularis fratris vſui accommodata, quia ſi agatur de re communitatis, vt de rebus, quæ in Eccleſia, in Sacriſtia, in Bibliotheca, in dormitorio, in ſcola aſſeruantur, quarum defectum, vel omnes vident, vel ipſe ſuperior aduertit, poterit procedere ex officio. Sic etiam ſi offenſus frater aliquem apud ſuperiorem deportat, & teſtes nolunt veritatem deponere: vel ſi appareat commiſſum eſſe delictum, teſtes autem non appareant, poteſt prælatus per ſuas monitorias literas præcipere reuelationem authoris complicum, teſtium, vt de communi teſtatur *Rodriq. citatus num.* 3. *apud quem Abb in cap. ad noſtra* 2. *de iur. iur. Cord. lib.* 1. *qq q.* 43. *&* 64. *Nauar. in Manuali cap.* 18. *& cap.* 17. *num.* 137. & auth. ſupra citati apud *Barboſ. num.* 18. Qui admonent fieri hoc poſſe non tantum in iudicio regulari, ſed etiam ſi cauſa ageretur coram iudice ſæculari, & pars, ſeu iudex, imploraret auxilium ab Eccleſiaſtico, ſeu regulari, quia ſicuti ſæculare adiuuat Eccleſiaſticum præben-

bendo ſuum bracchium, ita Eccleſiaſticum debet adiuuare ſæculare expediendo literas monitorias, quæ tamen ſuffragari non debent in pœnam ſanguinis, aut ſupplicij, nec continere crimen, vel infamiam alicuius.

Expediri debent ſcripto, & per tres vices, aut duas, vt inquit Concilium, vel vnum, quæ vicem trium habeat. *Angelus V. excommunicatio 2. num. 12. & 13. Gloſ. in cap. ſtatuimus de ſent. excommun in 6. cap ſacro eod. cap. Medicinalis. de ſen. ex in 6. Graſſius in addit. ad deciſ cap. 1. à num. 3.* qui citat *cap. omnes decimæ 16. quæſt. 7. cap. præsbyterorum 17. quæſt. 4. cap. indignæ. 12. quæſt. 1. cap. accuſatio. 2. quæſt. 7. cap. petimus. 11 quæſt. 1.* Equidem ſi non adeſt contumacia, non incurritur excommunicatio, & ſi quis non monetur, non redditur contumax. Hoc autem intelligitur de peccatis præteriti, non de futuris, quia ſi iſta ſub cenſura prohibentur, ipſa prohibitio monet, nec requiritur aliud ad contrahendam cenſuram, niſi actualis trāſgreſſio præcepti. Scripto autem mandare monitiones, & excommunicationem ligat quidem reliquos omnes, non tamen regulares de neceſſitate, quia cum iſti quotidie mandent ſub pœnis, & cenſuris peragenda, & vetanda ſuis ſubditis, non arctantur hac lege, & poſſunt procedere, etiam ſine ſcripto, quidquid dicat *Syluester V. excommunicatio. 1. num. 14 Lapus apud Geminianum in d. cap cum medicinalis: de ſent. excomm in 6.* vbi, *& Io Andrea, & Gloſ. V. temerarius*, vt refert *Angelus cit. num. 13.* qui aduertit valere quando periculum eſſet in mora, & dum ſcribitur, replicatur monitorium, cauſa dilabitur, vel delictum committitur, prout idem *Graſſius ſupra num. 6.* optimè probat in ſequentibus, attamen abſolutè dicendum eſt, regulares abſolutos eſſe ab hac iuris communis obſeruantia, per priuilegium *Leonis X.* quod refert idem *Rodriq. cum in bullarium. cum tom. 2 quæſt. regul quæſt. 59. art. 2. & 3. & eius compilator. Hier Roder. reſolut 62. num. 2. apud quem* Nauarr. *Couar Portel Gabriel Panbor Miranda. Toletus lib. 1. cap. 9. nu. 6. Gennen. cap 24. num. 5.* quidquid dicat *Theſaurus de pœn. V. cenſura cap. 2. fine*, qui cenſent ſuperiores regulares poſſe excōmunicationes ab homine, & per modum præcepti, ferre ſine ſcripto, non tamen per modum ſtatuti, reſpectu prouinciæ, vel Conuentus, quia tunc inciderent in ſuſpenſionem ab officia ex cap. 1. de ſent. excomm. in 6. & eſt expreſsè cautum in ſtatutis, quæ declaramus num. 26.

Monitoriæ ſcribi debét & quoties publicari.

An id arctet etiam regulares.

Quæſtio tertia, An conceſſum ſit aliquando ſubditis contra tales ſententias reclamare.

Reſpondeo primo, ex ſtatuto num. 27. *Non liceat tamen ſubditis excommunicationem à prælatis inferioribus latam contemnere, aut non formidare, quia non ad ſubditos, ſed ad prælatos hæc cognitio pertinet*. pro cuius declaratione ſuppono, prælatos inferiores Generalibus, & Prouincialibus eſse non ſolum Guardianos, eorumque Vicarios, ſed commiſsarios & Vicarios prouinciales, vt taceam de Commiſſarijs & Vicarijs Generalibus, qui cum ſint deſtinati ad vniuerſitatem cauſarum, & ſint ordinarij, vel totius religionis, vel alterius familiæ, ſine dubio poſſunt fulminare cēſuras, ſicut ipſimet generales, poſſet igitur eſſe difficultas, an Commiſsarius viſitator deſtinatus ad omnes cauſas a generali in aliqua prouincia vel à prouinciali ad cauſas aliquas, ſeu ad viſitationem aliquorum Conuentuum poſſint fulminare excommunicationes pro rebus perditis, aut pro reperienda aliqua veritate. & dico Commiſsarios delegatos à prouincialibus id non poſse, quia iſti quaſi epiſcopalem iuriſdictionem non habent, & ſic in diſpoſitione Cōcilij Tridentini & ſtatuti iam allegati non veniunt. niſi eis id ſpecialiter delegatum ſit, cuiuſmodi de Vicarijs foraneis, & generalibus dictum eſt ſupra *quæſt.* 2. Delegatos autem à generalibus ſuper totam prouinciam, & ad cauſarum vniuerſitatem fulminare poſſe tales cenſuras, abſolute tenendum eſt, quia ſi hoc præſtare poſſunt prouinciales, multo magis commiſſarij, qui ſunt ſuperiores prouincialium & debent omnes cauſas examinare, & ſeruato iuris ordine, determinare. Nec poteſt adduci ſimilitudo à Vicarijs generalibus epiſcoporum ad Commiſsarios Viſitatores prouinciarum, quia illi in ſpiritualibus ſolum ſufficiuntur. iſti etiam in omnimoda iuriſdictione, & ſunt ordinarij prouinciarum, vt diximus *in Comment cap.* 8. *ſtat.* 54: Itaque ſtantibus his, quæ in controuerſia videntur, vel etiam ſi agatur de ipſis Guardianis, ſi inferiores hi, excommunicationem fulminarent, non ſpectat ad ſubditos diſcutere cauſas, & non parere, ſed ad prælatos maiores. Et hic eſt ſenſus ſtatuti.

An commiſſarij fulminare poſsint excommunicationes, pro rebus amiſsis.

Reſpondeo ſecundo, ex communi doctrina, excommunicationem aliquando eſse iuſtam, & validam, cum ſcilicet fulminatur ex cauſa, & ſecundum iura: & hanc eſse obligatoriam, & timendam, aliquando eſse iniuſtam, & inualidam, & tūc non

Excommunicatio iuſta. vel iniuſta eſt timēda.

non obligat, neque timeri debet, & eius generis quindecim exempla affert *Siluester V. excommunicatio 2. num 1.* puta quando fertur à non habente iuriſdictionem, vel à iudice excommunicato, vel interdicto, vel excommunicatur contra tenorem priuilegij, vel à delegato contra delegantis intentionem, vel poſt appellationem legitimam, vel ſi continet errorẽ intolerabilem contra legem diuinam, naturalem, vel humanam, & alia, quæ videri poſſunt apud eundem cum ſuis iuribus, & authoribus, & in his caſibus excommunicatio non eſt timenda neque quoad Deum, neque quoad homines, dummodo notoriè conſtet de iniuſtitia, & nullitate. ſecus antequam conſtet, ad vitandum ſcandalum, debet ſe vt excommunicatum gerere, quoad vſque per ſapientum teſtimonium conſtet de cauſa, & ſit ſedatum ſcandalum. Aliquando autem eſt iniuſta, vel quia prætenditur lata ex cauſa iniuſta, vel non ſufficiente, quam tamen iudex tenet iuſtam vel quia licet habeat iuſtam cauſam, fertur tamen ex praua iudicis voluntate, vel odio, aut vindicta, vel quia licet ſit animus bonus, & cauſa ſufficiens non eſt tamen iuris ordo ſeruatus, vt quia non præceſſerunt monitiones, vel non eſt lata coram perſonis idoneis, vnde ſicut ad bonam ſententiã requiritur cauſa iuſta, animus, ſeu finis probus & ordo iuris, ita ex horum defectu redditur iniuſta. & hæc ſeruanda, & timenda eſt, iuxta famoſum axioma canonum ex *c. 1. 11. quæſt. 3. ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timẽda*. & ſic ſumus in ſenſu ſtatuti, quod non liceat ſubditis contemnere excommunicationem latam à prælatis inferioribus. quia, etiam ſi eſſet iniuſta, non ſpectat ad ſubditos de hac iniuſtitia apud ſeipſos diſputare, ſed apud maiores, qui poſſunt eã declarare iniuſtam, & abolere.

Cum hoc tamen ſtat, quod ſi Guardianus fulminaret ſententiam pro rebus perditis, non ſolum iniuſte procederet, ſed etiam nulliter, quia in hac parte non eſt iudex competens, vt patuit ex Sacro Concilio & ex ſtatuto, & ſic defectus authoritatis facit ſententiam omnino nullam vt dictum eſt. & habetur in *cap. ſententia 11. quæſt. 3. & cap ad noſtram de Conſuet.* & quando ſtatutum aliter loqui videtur, non de hac excommunicatione, ſed de reliquis alijs declarandum eſt, niſi in ipſo contradictionem admittamus, quod nullo modo dicendum eſt.

Reſpondeo tertio, licet ſubditis reclamare apud ſuperiores maio-

maiores contra fulminatores talium excommunicationum, quando ex aſſignatis capitibus defectus aliquos patiantur. præcipue conqueri poſſunt, quando ſine diſcretione, & maturitate fulminantur excommunicationes, contra ſenſum vniuerſalis Eccleſiæ, & cenſurarum contemptum. Vnde grauiſsimè Concilium Trid. citatum, experientiam docere ait, ſi temerè *aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam ſalutem*. & Sanctus Auguſtinus *ho. de pænit.* relat. in *cap. multi* 1. *quaſt.* 2. ait *Non temerè aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos à communione, vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius*. & Io. Papa ſcribens Iſaac Syracuſano Epiſcopo *cap. Viſis* 16. *quæſt.* 2. vocat excommunicationem fœlicem mucronem. *& fœlici mucrone Epiſcopi ſacerdotum piacula reſecentur*. quia non temerè adagendus eſt gladius iſte in ſubditorum viſcera, ſed paterne, medicinaliter, & appenſatè, & vt idem Auguſtinus in *lib. de correp. & grat. cap.* 5. *relatus in cap. corripiantur* 24. *quæſt.* 3. ait *correptionibus de charitate venientibus*. Vt videant prælati aliquot, qui ſingulo quoque verbo, tanquam Apocalapſici, gladium excommunicationis ex vtraque parte acutum exerunt, & ad quælibet minima intentant. digni vt hac authoritate priuentur, quouſque ſapiant eſſe ad bella doctiſſimi, ac gladium in manibus tenere ad ſalomonici tabernaculi cuſtodiam, non ad timorem, ac euerſionem.

Excommunicatis non temerè eſt ferenda.

Quæſtio quarta, Quibus conceſsum ſit imponere excommunicationem per modũ ſtatuti, & qua de Cauſa, & ſub qua forma?

Reſpondeo primo, per ſtatutum loc. cit. num. 28. *Præcipitur etiam vt nullus noſtri Ordinis prælatus per modum ordinationis vel ſtatuti excommunicationem imponat, niſi in ſcriptis. aliter lata, vi præſentis ſtatuti nulla declaratur*. In quo ſupponitur excommunicationem imponi poſſe per modum præcepti, quod reſpicit aliquem particularem, & per modum ordinationis, quæ reſpicit communitatem primo, & per ſe. vt ſupra diximus *quæſt.* 2. *diffic.* 3. *ex cap.* 1. *de ſent. excom. in* 6. & docent *Menoch. de arbitr. caſu* 541. *num.* 6. *Genuenſis in practica cap.* 24. *num.* 4. *Coninch. diſp.* 13. *num.* 85. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia cum moneri debeat tota Cõmunitas, & ad longum tempus, moraliter fieri, ſine ſcripto, non poteſt obliuioni enim traderetur. ſcriptura autem monet omnes. & contra legem ſcriptam & publicatam ignorantia allegari

Excomm. per modum ſtatuti ſcripto ferenda.

legari non poteſt *cap. ignorantia de regul. iur. in 6.* præcepta deinde particularia, cum ſingulares vt ſingulares concernat, facilius memoriç mandantur, & obſeruari poſſunt.

Verum enim verò, cum ſtatutum, & ordinatio fieri poſſit pro tota religione, pro tota prouincia, pro toto aliquo Conuentu difficultas eſſe poteſt, cui competat reſpectiue ſtatutariam excommunicationem imponere, & quia hoc pendet ex natura legis, & ſtatuti, ne huc trahamus alibi diſputata in *Comment. ad ſtat. cap. 12. quæſt. 2.* certum eſt non poſſe ſtatuere pro tota religione niſi capitulum generale, pro tota prouincia niſi Capitulum prouinciale, & pro toto conuentu, niſi prouincialis & Viſitatores, non autem Guardianos, qui ſolum facere poſsunt aliqua præcepta, ſuo tempore duratura. Et quidem Generales, ac prouinciales per ſe ſoli poſsunt præcipere ſub excommunicatione pro toto ordine, & prouincia, nonnulla quæ tantum durabunt, quantum ipſi in officio perſiſtent, quod apud Minores ad diſcriminis claritatem, appellari ſolent, non ſtatutum, ſed ordinatio. in qua currit diſpoſitio ſtatuti, vt non liget cenſura, niſi ſcripto mandata, quis quis ille ſit ſuperior qui præcipiat per modum ordinationis, prout in praxi ſemper obſeruatum vidi.

Hic poſset examinari altera difficultas, an credendum ſit, Generali, vel Prouinciali, qui ſcripto teſtentur in capitulis ſancitas eſſe excommunicationes contra hæc, aut illa delicta, & ſubditi ſint excommunicati in caſu contrauentionis ex ſola atteſtatione literarum encyclicarum, etiam ſi non conſtet legitimè toti prouinciç ſancita fuiſſe talia ſtatuta.

Reſpondeo, ſcrupuloſa materia, quæ primi capitis fidem impetit, vt poſteris fidem adſtruat quia tamen Romæ apud S. Eminentiſſimorum & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium Congregationem Regularium negotijs præpoſitam an. 1645. variè tentata, & agitata fuit, apud quam coacti fuimus pro iuribus religionis adſiſtere, abs re non erit incidenter, & non tantum addicti ſubiecto excommunicationis attingere, Proponam difficultates, eo tempore apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum D. D. Farneſium eiuſdem S. Congregationis à ſecretis expoſitas, quibus nouiſſima ſtatutorum Ciſmontanorum compilatio impetebatur, anno nimirum 1639. & 1642. ordinata in Capitulo, & Congregatione generalibus Romanis, tam Patres obſeruantiæ, quam reformationis concernens.

Primum

Primum enim ea obſeruanda non eſſe contendebant, eo quod per Sedem Apoſtolicam confirmata non erant.

Secundo, quia pro ſtatutis obſeruantiæ in confirmatione quadam in forma communi dicebatur, *Vt poſtquam ſtatuta generalia dicti ordinis in vnum volumen compilata, & typis edita, & reuiſa, & approbata per Sedem Apoſtolicam fuerint, nulla alia ebinde in futurum ſtatuta, ſeu conſtitutiones in familia ciſmontana fieri ſeu condi poſſint, ſed prædicta generalia ſtatuta, poſtquam, vt præfertur, reuiſa, & approbata per dictam ſedem fuerint in poſterum obſeruari debeant. Ita Vrban. VIII. in conſtit. edit an.* 1642. 10. *Decembris, quæ incipit Religioſos viros* ergo cum reuiſa, & confirmata non fuerint, obſeruanda non erant.

Tertio, pro ſtatutis reformatorum in conſtit. eiuſdem Vrb. *alia: pro congregatione*. edita eod an. 1642. 22. Decembris dicitur. *Cum ſicut dilectus filius Commiſſarius generalis eorūdem fratrum reformatorum nobis nuper exponi fecerit Statuta generalia omnium, & ſingularum Prouinciarum Reformatarum Ciſmontanæ Familiæ dicti ordinis à nobis approbata, & confirmata, typis mandari debeant &c.* non apparet autem quando, & vbi confirmata, & approbata fuerint à Sede Apoſtolica, & cui veritati nitatur expoſitio Commiſſarij Generalis, quod hæc ſtatuta confirmata fuerint à Papa, cum talis confirmatio non appareat, & non eſt aſſertiua Papæ, ſed Commiſſarij Generalis.

Quarto eſt, quod hæc ſtatuta in Capitulo generali vim legis habeant, vnde conſtat hæc, quæ in vnum volumen congeſta circumferuntur fuiſſe per Patres vocales legitimè Ordinata? An ex tabula capituli generalis, ſed in illa non vocales, ſed tantum diffinitores generales deſcripti reperiuntur, qui ſtatuta, etiam cum ipſo Generali condere non poſſunt. Nulla adeſt ſubſcriptio patrum Capitularium, nullum monumentum, quoad exquiſita ſint vota, pro conditione talium ſtatutorum, Nullum decretum quod tales actiones capitulares fieri mandentur: vnde igitur oriri poterit legitimorum ſtatutorum fides? Ex impreſſis libris? ſed impreſſio ab vno mandari poteſt, qui dicat abrogata eſſe vetera ſtatuta, ſancita noua, vel ordinata, vt in talem formam redigantur, an tali dicenti credendum ſit? & cum difficultatum acies vndique mentem obſideat, relinquit religionem ſub dubio, ſi credere teneatur, & mandata ſeruare.

Fatcor

Fateor difficultatem magna ex parte eſſe manu palpabilem, & non paruum ſcrupulum ſubditorũ mentibus injicere propterea, vt ab incertis certa ſecernamus.

Statuta Minorum confirmatione non indiget

Ad primum reſpondeo, nulla opus eſſe confirmatione Apoſtolica ad hoc, vt religio ſtatuta condere poſſit, quæ in conſciẽtia ſubditos ligent. quia de iure communi, & municipali quęlibet religio, & reſpublica habet vim legislatiuam *cap. cum acceſſiſſent de Conſt. Vaſquez.* 1. 2. *diſp.* 153. *cap.* 1. *S. Tho. ibid. quæſt.* 9. *art.* 1. *Sanchez. lib.* 6. *in decal. cap.* 2. *num.* 17. *Suar. lib.* 4. *de legib. cap.* 5. *Bonac. eod. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *part* 3. *Portel. v. ſtatutum initio Rodriq. tom.* 1. *quæſt.* 68. *art.* 1. *Castro de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 1. *Sotus de iuſt. lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. & eſt communis omnium à lege naturali, & diuina dependens, quia cum communitas regere debeat ſubditos, in iſtis ſupponitur obedientia, & in illa vis directiua, & coercitiua. *Ad Hebr.* 13. *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis ad Rom.* 13 *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. & per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* & de hoc nulla eſt difficultas; quare criminari ſtatuta Ordinis ex eo quod à Sede Apoſtolica confirmata non fuerint, eſt negare hoc vniuerſaliſſimum principium, lumine naturæ notum.

Cõfirmatio in forma cõmuni non arctat, ſicuti in forma ſpecifica.

Ad ſecundum dico cum communi apud *Portellum v. ſtatutum num.* 11. *Mirandam tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 8. *Suarez lib.* 6. *de legib. cap.* 29. *num.* 14. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 68. *art.* 5. & 6. confirmationem Apoſtolicam, ſi eſt in forma communi, eſſe quid acceſſorium, & fauorabilem, non coactiuum, & poſſe reuocari in Capitulis ſtatuta, etiam ſi confirmata per Sedem Apoſtolicã, ſecus retorqueretur in odiũ quod ex gratia impetratum exiſtit, contra Regulam Canonicam *in 6. de regul. iuris.* ſecus ſi fuerint condita de mandato Pontificis, quia tunc non vt ſtatuta Ordinis, ſed vt præcepta Apoſtolica ſeruanda ſunt. in quem ſenſum accipiendum eſt, quod dicitur ab ijſdem Authoribus, præcipuè à *Hieron. Rodrig. reſolut.* 90. *num.* 35. quod confirmata ex certa ſcientia mutari non poſſint à Capitulis, ſed tantum declarari, quia ſi ex ſerie locutionis appareat. Papam voluiſſe vt talia Statuta, tanquam ſua auctoritate edita obſeruentur, certum eſt, immutari non poſſe inconſulta Sede Apoſtolica: ſi verò Confirmatio ex certa ſcientia manauerit ad inſtantiam Religionis, (prout ferè ſemper prodire ſolet) tunc dico eodem modo diſcurren-

ſcurrendum eſt de hac, ſicuti de illa, quia vtraque eſt acceſſoria, & non principalis; nam ſtatuta prius conduntur à Religione, & poſtea confirmantur, niſi caueatur reuocari non poſſe inconſulta Sede Apoſtolica, quia in eo caſu ligantur manus Capitularium. & cum Religio habeat ius renunciandi priuilegijs quibuſcumque ſibi conceſſis, prout videre eſt apud dictum *Hieron. Roder. reſol.* 126. *num* 26. apud quem *Leo X. & Gregor. XIII. ac alij*, & nulli dubium eſt confirmationem in forma ſpecifica eſſe priuilegium (ſecus eſſet odium, & præceptum) ſequitur poſſe Capitula huic confirmationi renunciare. Sed immediate rem aggredientes, manauit illa Confirmatio Vrbana, ita confuſa, & mutila, ex expoſitione Decreti cuiuſdam Congregat. Gener. *ann.* 1642. quod tale eſt. 2. *quod impreſſis Statutis Generalibus iam compilatis, & à Patribus deputatis reuidendis, & approbãdis, nullæ aliæ deinceps Conſtitutiones Generales fierent in hac Ciſmontana Familia, ſed illa ſemper obſeruentur.* Et ſenſus Religionis eſt, modum imponere Superioribus, qui antiquis Cõſtitutionibus extruſis nouas condere ſatagunt, & in quolibet Capitulo Generali nouis ſtudent, vt iam neſciatur quibus parendũ ſit, & cui Statutorum collectioni inhærendum, cùm nil ſtabile, nil certum vltra triennium, vel ſexennium in toto Ordine reperiatur. non aduertentes Religionem in ſuo ſplendore conſeruari non ex cuſione nouarum, ſed ex obſeruantia antiquarum legũ, Voluit igitur ſuo malo remedium adhibere, impetrando à Sede Apoſtolica confirmationem coactiuuam, ſed in vanum laborauit, quia loco approbationis, & reuiſionis à deputatis Patribus faciendarum poni fecerunt. *donec à Sede Apoſtolica reuiſa, & approbata fuerint.* iure quidem, ne robur ignoratis ſtatutis adijceret. Sed ad quid iſta inutilis confirmatio, ſi non curarunt eadem ipſa ſtatuta reuideri, & approbari? vt quid ædere librũ Statutorum cum hac mutila confirmatione? cæterum quod attinet ad obſeruantiam, & vim obligandi in hiſce ſtatutis illa eadem eſt, quæ in omnibus alijs, nulla accepta læſione ab inutili confirmatione, quia hæc ſolùm adiecta fuit, ad abſtruendam oſtium, ne alia in poſterum conderentur Statuta, non verò ad tollendum ſtatutis robur, quod à lege communi accipiunt, quis enim hoc ſapiens dicat? Præterquam quod collectio ſtatutorũ facta an. 1642. nihil habet noui, vltra antiquiora, & antiquiſſima ſtatuta Ordinis Salmaticenſia, Barcinonenſia, Valliſoletana.

& alia

& alia toties à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica confirmata, vt videre eſt in ſtatutis *Papalibus Iulij II. & Salmaticenſibus Iulij III. Aquilanis Pauli IV.* anni 1559. *Vallifoletanis eiuſdem Pij IV.* ann. 1565. *Romanis Pij V.* ann. 1571. & ann 1600. *Clem. VIII* & an. 1625 *Vrb. VIII. Toletanis eiuſd. Vrb VIII* an. 1633. *& Romanis eiuſdem Vrbani* an. 1639. & nullum alium finem habuit illa compilatio, niſi, vt quæ in Valliſoletanis an. 1593. falerarũ verborum apparatu, ac exordiorum pompa impedita, videbantur, reſecatis verbis, clariora, & breuiora ſubditis traderentur; ijs tantum adiectis, quæ in ſubſequentibus Capitulis Generalibus diſſipata, & in Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Sacrarum Congregationum decretis ordinata, & vaga videbantur, vt ſub vnum aſpectum haberent, quæ obſeruare tenentur. Do Decretum Capituli Generalis Romani *an. 1639. Vt Statutorum varietas, & multiplicatio tollatur, ac in ſacris ritibus, & in adminiſtranda iuſtitia æqualis in omnibus prouincijs forma ſeruetur, ſtatuit Capitulum Generale, vt ſtatuta Ciſmontanæ Familiæ, per eiuſdem Patres reuiſa reformentur: & ad normam Apoſtolicarum Conſtitutionum ſtrictius reducantur. adanturque Cæremoniale, & Praxis criminalis, quibus ſtandum eſſe, Superioribus omnibus, & ſubditis reſpectiuè præcipitur.* Ad cuius executionem prætacta collectio ſtatutorum. Praxis criminalis & Cærimoniale emanarunt. qui progreſſus legitur in litteris Reuerendiſſimi Patris Ioannis Merinero, ijſdem Statutis præfixis. Quis igitur iure dubitabit de valore talium Statutorum? ſub qua firmiore indagine militabunt Statuta, ſi hæc infirma cenſentur?

Ad tertium circa Statuta Reformatorum nulla ſuboriri potuit dubitatio, cum ipſemet Vrbanus VIII. teſtetur, *à nobis approbata, & confirmata.* Sed non appaiet à quibus reuiſa fuerint? Parum valida oppoſitio. an hoc conſtare debeat? an deſunt ſummo Pontifici viri pietate, & eruditione eminentes, qui potuerunt iſta Statuta examinare, & referre? Hoc vnum ſcio, manſiſſe in intimo cubiculo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Barberini Protectoris Ordinis Vigilantiſſimi vltra ſex menſes, eaque feriò lecta ab eodem, & in aliquibus emẽdari præcepta, præcipuè vbi de pœnis, & Monialium cura diſponebatur, quæ ipſe Eminentiſſimus voluit, vt reformati ex Statutis Generalibus venarentur. prout de facto executioni mandatum fuit, vt videant cuncti, quanta paterna charitate Statuta Reformatorũ quomodo approbata.

Sera-

Seraphicum Ordinem amplectatur, qui inter immenſas, ac grauiſſimas totius Chriſtiani Orbis curas, tantū tēporis ſomno, ac quieti ſuffocatus fuerit, vt ad exiguas pauperum Reformatorum Conſtitutiones, vigilias conuerterit. An ne non potuit Summo Pontifici ſuo Auunculo talium Conſtitutionum merita referre? ſi vrgens *A nobis approbata, & confirmata* ſupponit rem alias factam; non enim dicit *approbamus, & confirmamus* de præſenti, ſed loquitur de præterito. cum ergo nulla bulla, vel monumentum talis confirmationis, & approbationis exiſtat, non videntur confirmata ſtatuta Reformatorum, & eſt doctrina *Baldi in addit ſpecul de inſtruend. & Panorm. in cap. inter dilectos de fid. inſtrum. & Decij in Rubrica de confirm. vtili, vel inutili*, quod confirmatio non valet, niſi appareat originalis conceſſio, quæ confirmatur, & quod ſemper præſupponit eſſe illud, quod confirmatur.

Reſpondeo verum quidem eſſe, verbum confirmationis apparere in ſupplicatione iſta, attamen, idem Pontifex expreſsè deinde confirmat, dicens *Præfata conceſſiones, & indulta, apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus* & eſt confirmatio in forma ſpecifica, quia non reijciendo ſupplicationem, in qua aſſeritur, ſtatuta fuiſſe à ſede Apoſtolica *approbata, & confirmata.* confirmat deinde omnia expreſsè. Neque expreſſio decretorum factorum in Congregatione generali, vt de eligendis Guardianis de præcedentia, de tranſitu obſeruantium ad reformationem, infert regulam, exceptionis quia confirmatio aliquorum ſtatutorum, eſt reprobatio aliorum *Bartol. poſt Dinum in l. legata inutiliter ff. de leg.* 1. ſicuti confirmatio aliorum ſtatutorum reſultat ex reprobatione vnius tantum de pluribus, vt ibidem *Bartol.* Non valet (inquam) quia Pontifex exprimit illa, quæ inter ſtatuta antea non fuerant, & ſtatui non poterant, niſi expreſsè confirmata fuiſſent, vt eſt, tribuere votum deciſiuum Pręſidenti in paritate votorum; quod repugnat iuri communi. Concedere pręcedentiam, quam idem Vrbanus prius abrogauerat, alia autē ſtatuta confirmat, in verbo illo *Præfata* quod ad ſtatuta refertur de quibus in proœmio, & ſupplicatione mentionem fecerat. Et hæc dictio importat repetitionem eorum, quę dicta ſunt ſuperius *Barboſ. dict. 276. num. 1. & infra.*

[Margin: Cōfirmatio aliquorum eſt reprobatio aliorum]

[Margin: Præfata.]

Ad Quartum (in quo ſitum eſt totius huiuſce diſputationis robur) & de quo in Romana curia diligentius inquiſitum fuit dico

dico cum communi, & ex alibi diſputatis *Commen. ad ſtat. c. 12.* Neque Generalem, neque diffinitorium generale, neque ambo ſimul habere facultatem in ordine Minorico condendi ſtatuta, ſed totam vim legiſlatiuam in diſcretorio, ſeu Capitulo generali conſtitutam eſſe, quod complectitur Patres vocales, diffinitores, & Generalem, qui non poſſunt, niſi coniunctim facere ſtatuta. & hæc in confeſſo eſt. *Rodriq tom. 1. q. 10. art. 1.* Vnde deducitur, Quod licet in tabula capituli gñlis, dicatur, *Gñlis cum Diffinitorio ſtatuit. Diffinitorium generale decernit, vnanimi conſenſu Diffinitorij generalis fuit decretum, Generale diffinitorium determinat &c.* Ijs tamen decretis religio obedire non tenetur, quia authoritatem ſtatuendi nõ habet, niſi *qua communi conſilio, & conſenſu pro bono religionis neceſſaria viſa fuerit* patribus diſcretorij, ideſt vocalibus omnibus, vel eorum maiori parti, vt decretum eſt in *Valleſoletanis an.* 1593. relatis in hæc, quæ commentamur *cap.* 8. §. 25. *num.* 4. habet enim Diffinitorium generale determinatam, & limitatam facultatem, quæ legiſlatiua multò inferior reperitur, vt videre eſt in eodem *cap.* 8. §. 24. *num.* 11. *ex Neapolitanis, & Valliſoletanis* & iure quidem, quia tota religio, quæ per vocales, non per diffinitores repræſentatur, habet vim ſibi leges ferendi. & quod conſiderabilius eſt, Poteſt Generalis pręcepta religioni toti imponere, ſuo tempore duratura. diffinitorium autem generale non poteſt, quia ſuperioritatem non habet. Cum verò dicitur *capitulum generale mandat, ſtatuit, decernit*, tunc parere debet, quia in eo ſita eſt facultas ſtatutoria.

Statuẽdi poteſtas inquo reſiſtat.

Diffinitorij generalis authoritas.

Sed An ſufficiat ad obligandum, quod in tabula Capituli generalis reperiatur expreſſum: hæc eſt princeps difficultas, quia, (obiiciebant in Curia Romana) potuit vnus Generalis facere hanc tabellam, & nomen Capituli generalis obtendere, etiam ſi non fuerit de illo ſtatuto in generali capitulo tractatum. & aliquot adducebantur exempla, quæ fidem ſcriptis detrahere videbantur. Reſponſum tamen fuit per ſequentes propoſitiones.

De Gñli bene præſumẽdum.

De ſummo religionis Præſule nefas eſt, tam inepte, & impie ſentire. ſed detur ſuſpicionis occaſio.

Tabula Capituli non ſolet à vocalibus ſubſignari.

Tabellæ capitulorum generalium nõ ſolent ab omnibus vocalibus ſubſignari, & hoc probatur per continuatam ſeriem multorum, & omnium capitulorum generaliũ, quę ſubſcriptę

reperiuntur à ſolis patribus Diffinitorij generalis. Et hæc cõſuetudo facit legem, & de illa dubitare non debemus.

Si conſtaret per aliquos vocales, quod digeſta in tabella capituli generalis, non fuerint concluſa in diſcretorio, illa non ſolum non eſsent recipienda, vt ſtatuta, ſed eſſet falſitatis arguendus, & puniendus, qui tabulam deſcribi mandauit. quia religionem decipit, & inualidis legibus aggrauat, & deturpat. Quia tamen non ſufficit teſtimonium negatiuum, niſi ſit arctatum loco, & tempori, Vocales, qui deponerent, talia ſtatuta non fuiſſe propoſita, & concluſa in Capitulo Generali, interrogandi eſſent, An ſingulis diebus, dum cogebatur diſcretorium, ipſi aderant. quia potuit concludi, ipſis abſentibus: Neque ad duos, vel tres examen remittendum eſſet, ſed ad multos, decem, vel quindecim probos & religionis zelo plenos. Interim præſumptio eſſet ex parte Prælatorum, quoaduſque contrarium probaretur.

Maxima autem, & omni exceptione maior probatio pro, & contra eſt, monumentorum Capituli productio, quia ſi in actis Capituli ſubſcriptis à Vocalibus omnibus, vel à Præſide Diſcretorij cum ſuis actuarijs, & aſſiſtentibus, non reperitur adnotatum, quod tali die coacto Diſcretorio fuit propoſitum tale, aut tale ſtatutum, & per maiorem partem cõcluſum, vel excluſum, ſine vlla hæſitatione eliceretur validitas, & inualiditas illius.

Patet igitur (vt carbaſa contrahamus) ſtatuta excommunicationem imponentia fieri poſſe à Capitulo Generali, vel Prouinciali, ex cauſa, totam religionem, vel prouinciam concernente, ſub forma authentica, ſcriptis mandata, & ſufficienter promulgata.

CA-

CAPITVLVM XXIX.

De Pœnis in eos, qui gratias ſubdolè impetrant.

CVm non minus Ordinem perturbent gratiæ, & priuilegia, quæ per fictas cauſas impetrantur, quam honeſtent, ac fulciant, quæ legitimè obtinentur, placuit, pœnas examinare, in eos latas, qui deceptis per fictas expoſitiones Superioribus, vel pœnarum remiſsionem obtinent, vel præiudicialia priuilegia procurant. eæ autem in ſequenti ſtatuto comprehenſæ reperiũtur. *Quia* (inquit) *interdum accidit, vt per fictas cauſas nonnulli gratias extorqueant, propter quas pœna illa inflicta minuantur, aut remittantur, ſtatuimus, vt Prouincialis de ſubreptione gratiæ, quam ſuper abſolutione alicuius delicti, de quo ipſe inquirere inceperat aut remiſſione pœnæ, ad quam reus condemnatus fuerat, falſis precibus impetrauit, per ſeipſum ſummariè recognoſcat, & ipſam, gratiam per falſam narrationem obtentam ſuſpendat, quouſque ſuperiore admonito, ab eo fuerit prouiſum*. ita habetur in *cap.* 7. § 5. *num.* 79. qui eſt vltimus. Ad cuius ſtatuti explicationem, quæritur Primo. Quæ ſint cauſæ fictę & falſę preces. Secũdo ſi poſſit Prouincialis gratias obtẽtas ſuſpendere non tantum in ordine ad pœnas, & delicta, ſed etiam quaſcumquè, quas videat per ſubreptionem impetratas. Tertio An Generalis poſſit impedire inquiſitiones inceptas, vel incipiendas à Prouinciali, illiuſque ordinariam iuriſdictionem impedire. Quarto An ſuperiores maiores poſſint quamcũque pænam ſuis ſubditis remittere. Quinto An examen obtentæ gratiæ teneatur Prouincialis facere per ſe ſolum, an etiam cum Diffinitorio. Sexto quid ſit ſummariè procedere. Quid faciendum, caſu quo admonitus ſuperior de inualiditate gratiæ conceſſæ perſiſtat, etiam ſi preces veritate non nitantur, ſit igitur. *Subdolè gratias impetrantes, vt puniantur.*

Quæſtio prima, Quæ ſint cauſæ fictæ, & falſæ preces, quibus cognoſcantur gratiæ ſubreptitiæ.

Reſpondeo notum in iure eſt gratias vitiari per obreptionem, & ſubreptionem. porrò *obrepere*, eſt fallere & incautum, dictis falſis, & mendaciis circumuenire, vt videre eſt *apud Caluinũ in* *Obreptio.*

lexico verbo obrepere.qui iura, & authores citat. Vnde *obreptio* eſt reticentia, qua alicuius ignorantia circumuenitur, eſtque formale mendacium fraudulentum. & *obreptitia* gratia dicitur, quæ impetratur per taciturnitatem veri, quod, ſi fuiſſet expreſſum, vel gratia non concederetur abſolutè, vel cum difficultate, vt adnotarunt *Briſſonius*, *& Prateius*, *Bellamera deciſ.* 698. *Sanchez opus.lib.* 2.*cap.*2.*dubio* 6. *num.* 13. *& lib.* 8.*diſp.* 21.*num.* 32.*Garzias de benef.par.* 6.*cap.* 2.*num.* 200. *Maſcardus de probationibus concl.* 846. *num.* 2. *Layman. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22.*num.* 18. *Couar.* 1. *reſolut. cap.* 20. *num.* 5.

Surreptio. *ſurrepire* autem idem in re ſignificat, & ſolum in eo differt: vt obreptio ſit veri taciturnitas, & ſurreptio falſi expoſitio. Vnde ſpeculator, & Prateius dicunt *obripimus cum tacendo aliquid impetramus, quod exprimere neceſſe erat, expreſſumque Principem à conceſſione abalienaſſet. ſurripimus, verò, cum à Principe per falſam rei narrationem aliquid extorquemus, puta reſcriptũ, priuilegium, beneficium, feudum &c.* Hinc, quia deceptio hæc tollit voluntarium abſolute, quia ſi concedens ſciuiſſet, non conceſſiſſet; gratia impetrata per obreptionem, vel ſubreptionem eſt nulla ex defectu voluntatis.

Narratiuæ variatio duplex. eſſentialis & accidentalis. Poteſt autem variari narratiua, vel in eſſentialibus, vel in accidentalibus, primo modo ſemper adeſt nullitas impetrationis, Secundo modo minime. Quia non omnia accidentia variãt rẽ notabiliter, & concedentis intentionem vitiant. exempla primi accipe ex *Layman dicto lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 18.

Eſſentialis exempla. ſi impetratur ſecundum beneficium tacita impetratione primi, (etſi modici) eſt ſubreptitiũ *c.cũ adeo c.penul. de reſcrip.c.ſi motu proprio eod.in* 6. ſi obtinetur legitimatio filij, non expoſita circumſtantiá, quòd filius poteſt legitimari ſine dedecore parentis, eſt ſubreptitium *Authent. quibus modis naturales effic legitimi* Diſpenſatio matrimonij intra gradum prohibitum, non facta mentione copulæ inceſtuoſæ, eſt ſubreptitia. ſicut etiam ſi taceretur contractio, vel conſummatio matrimonij facta ante impetrationem diſpẽſationis ſicuti ſi petatur diſpenſatio prius ſuper conſanguinitate, & poſtea ſuper affinitate, quia Pontifex difficilius diſpenſaſſet ſuper vtraque, quam ſuper alterutra vt multis probat num. 19. etiam ſi non deſint in contrarium opinantes. Si illegitimus diſpenſatus ad ordines & beneficia hoc tacito, petat diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum ſubreptionem committit, *cap.* 2. *de filijs presbyter. in* 6. niſi di-

ſpen-

ſpenſatus abſolutè fuiſſet ſuper illegitimatione, & non cum relatione ad ordines & beneficia, quia tunc poſſet ſe gerere, vt alij legitimi ex *Couar. Molina* contra *Sylueſtrum*. Si legitimandus ad ſucceſſionem bonorum paternorum non explicat alios filios legitimos adeſſe, quibus præiudicium infertur. Si occidēs vxorem, & diſpenſatus ſuper impedimento criminis, occidat ſecundam, & tacita prima, impetrat ſecundam diſpenſationem, ſubreptitium eſt *arg. l. 3. C. de Epiſcopali audientia. Vt remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa non habeant*. Si impetrat diſpenſationem ſuper voto caſtitatis ad effectum contrahendi, tacito voto religionis, ſubreptitium eſt, ex *Suar. Sanchez. Garzia*. In omnibus enim iſtis caſibus taciturnitas tangit eſſentialia quæ mouere poſſunt, & debent voluntatem diſpenſantis ad concedendum, vel negandum diſpenſationes, & ideo taciturnitas ipſorum illas vitiat. Secus dicendum eſt, quando, quæ tacentur mere accidentaliter ſe habent cum impetratis, quod originaliter eſt omne illud, quod voluntarium non tollit. cuiuſmodi in contractibus, Si dolus non tribuit cauſam contrahendi, non inualidat contractum, quia etiam ſi contrahens illum ſciret, adhuc contraheret. hac ratione impetrans beneficium, & diſſimulans crimina, legitimè poſſidet, etiam ſi Epiſcopus non contuliſſet, ſi ſciuiſſet, quia crimina ſunt extrinſeca collationi beneficij. Si irregularis ex defectu natalium, impetrat diſpenſationem ſuper homicidio commiſſo, tacita priore, non vitiatur diſpenſatio. Si habens votum Caſtitatis obtinet diſpenſationem ſuper impedimentum affinitatis illo tacito, valet diſpenſatio. Si petat diſpenſationem ſuper homicidio, tacendo, quod occiderit clericum, cum hæc ſit extrinſeca irregularitati, non vitiatur. Si diſpenſatus ſuper votum continentię ſolemni ad contrahendum, petat ducere conſanguineam nulla facta mentione de priore diſpenſatione, valet gratia, quia non habet cum illa connexionem. Et vniuerſaliter ſi diſpenſationes ſint ſuper diuerſis, quæ inter ſe repugnantiam non habeant, prioris taciturnitas non nocet, vt idem *Layman* ex diuerſis colligit *loc. cit. num.* 21.

Accidentalis exempla

Et vt immediatius ad rem noſtram accedamus, illæ preces falſæ vitiant gratiam, quæ ſunt cauſa finalis Principi, illam cōcedendi, quia finis mouet, & eo non exiſtente non eſt motus, & exiſtente adeſt. ſic ſubſiſtente veritate narratorum princeps conceſſit, non ſubſiſtente non conceſſiſſet. Ita *Suarez, Sanchez,*

Cauſa finalis falſa vitiat gratiam.

chez, *Couar.* citati à dicto *Layman num.* 22. verum non placet quod ſubiungit. Si falſitas ſit ſola cauſa impulſiua, non finalis, gratia ſubſiſteret, eo quod impulſio non mouet abſolutè, ſed facilitat, & Princeps difficilius conceſſiſſet, conceſſiſſet tamen. Non placet (inquam) quia ex ſupradictis, ſubreptio, & obreptio committitur, cum tacetur id, quod ſcitum, vel gratiam impediſſet, vel difficilius concedi feciſſet. ergo iſta cauſa impulſiua reddit gratiam ſurreptitiam. Præcipuè ſi ob talem ſcientiam princeps conceſſiſſet gratiam, ſed cum adiunctis conditionibus, vt *idem num.* 24. concludit, & inualiditatem confitetur. Quod ad regularia inſtituta applicando, fictæ, & falſæ cauſæ eſſe poſſunt.

Prima, ſi condemnatus ad triremes exponat infirmitatem, & debilitatem, quæ veræ non ſint, ſic de carcere, ieiunijs, diſciplinis.

Secunda, priuatus iure ſuffragiorum exponat pro bono cõmuni eſſe, vt eo gaudeat, quod tamen non ſit.

Tertia, ſi ſuſpenſus ab exercitio ordinum, alleget ſcandalũ, ſi non celebret, cum poſſit in partes ablegari, in quibus cognitus non ſit.

Quarta, ſi in exilium miſſus ab aliquo Conuentu, exponat ſæculares deſiderare ipſius præſentiam, prædicationem, Confeſſionem.

Quinta, ſi ſe innocentem de aliquo delicto, & vexari à Prouinciali per initam contra ipſum inquiſitionem, ob odium, partialitates, &c. dicat, & Generalis præcipiat abſtineri, & non moleſtari verificandæ ſunt cauſæ motiuæ talis præcepti.

Sexta, ſi apoſtatauerit, & ad obtinendam pœnarum remiſſionem exponat, id feciſſe ad effugiendam ſuperioris ſæuitiam, periculi imminentiam, parentum inopiam, capitis emotionem, &c. ex quibus Prælatus ad commiſerationem motus, illum liberet.

Septima, ſi punitus ob percuſſiones, & vulnerum inflictionem fateatur id feciſſe prouocatum, & iniurijs laceſſitum.

Octaua, ſi de carnis lapſu ſententiatus, culpam minuat, quia non ex conſuetudine, non malitia, ſed caſu, ex occaſione, ſollicitatus cecidit.

Nona, ſi de proprietate, comminiſcatur neceſſitatem victus, & tegumenti, vel medicamentorum, vel librorum.

Decima, ſi de contumacia, & inobedientia, quia à prælato pro-

prouocatus, quia timebat, quia alius crimen conſuluit.

In his, vel ſimilibus gratijs, ſi omnia rigorosè non fuerint verificata, & veritati innixa non appareant, tunc dicentur impetratæ falsò, & fictè.

Sic etiam de alijs gratijs extra delicta, ſi quis impetraſſet à Generali lineis vti, equo vehi, choro abeſſe, vitam particularem in cibis, veſtibus, alijſque ducere ob infirmitatem, debilitatem, &c. verificanda eſſent expoſita, & quidem rigorosè, quia gratiæ iſtæ diſciplinam, ordinariam iuriſdictionem vulnerant, & ſunt odioſæ communitati, & iuri communi religionis, licet priuilegiatis gratioſa, & fauorabilia *cap. porro. cap. ſanè de priuileg. Innoc. & Abb. in cap. quod dilectio. de conſanguin. & aſſin.* Nauar. *cap. 12. nu. 79. Sylu. V. priuilegium. quæſt. 3. Sanchez lib. 8. de matr. diſput. 1. num. 1.* & nihil reperitur religioni perniciosius, quam gratiæ, diſpenſationes, & priuilegia particularibus conceſſa, non intuitu cauſæ publicæ, cuiuſmodi ſunt lectorum, concionatorum, diffinitorum ſed priuatæ vtilitatis, illa enim, quam pleniſſimè interpretari oportet. *l. 3. ff. de conſtit. principum*, hæc quam rigorosè, vt citati immediatè doctores affirmant.

Quæſtio ſecunda, An prouincialis poſſit ſuſpendere gratias à ſubditis obtentas, non tantum intuitu delictorum, ſed etiam in alijs materijs, quæ priuilegia propriè appellantur.

Reſpondeo primo, rigore huius ſtatuti non poteſt, quia hic ſolum agitur de gratijs impetratis, *propter quas pœna inflicta minuuntur, & ſuper abſolutione alicuius delicti.*

Reſpondeo ſecundo, ex iure communi poteſt, *cap. ex parte in fine. cap. ſi quando. cap. ex inſinuatione. de reſcriptis. cap. ex parte tua. de offic. Iud. ordin.* quia ordinarius videre debet de gratijs, quæ conceduntur ſubditis contra ius commune, vel conſtitutiones religionis, non enim eis vti poterit ſubditus inſcijs, vel ſpretis ordinarijs, quorum intereſt obſeruatio legum. *d. cap. ex parte tua. de offic. ordin. cap. irrefragabili cap. conquerente eod. & clarius in cap. ſi canonici. cap. ordinarij eod. in 6.* & cognitio approbationis gratiæ ad illum iudicem ſpectat, in cuius territorio reus delinquit. *l. 1. & auth. qui in prouincia C. vbi de crimine agi oportet*, niſi à principe alij commiſſa fuerit. *Ant. Sola n. in conſtitut. Sabaudiæ in decreto gratiam. gloſ. 1. num. 21. fol. 195.* & quod iudex inferior poſſit de nullitate gratiæ conceſſæ à Principe cognoſcere, quando requiratur, tenent communiter dd. in

Gratiæ ſuſpendi poſſunt ab ordinario.

C. cum veniſſent de iudic. præcipuè *Felin. num.* 1. *Decius num.* 5. *& Ferr. Garzias conſ.* 125. *inter crimin. Zilecti. volum.* 1. *num.* 17. & in particularibus conceſſionibus nobis factis per Sedem Apoſtolicam, nam Sixtus Quartus conceſſit Generali Ordinis Minorum, poſſe ſuſpendere gratias Apoſtolicas conceſſas fratribus, quibus illi abuterentur, & deſuper Romanum Pontificem monere *In Compen priuil. V. Priuilegia Fratrum.* §. 9. *Innoc. Octauus*, conceſſit Ordini Prædicatorum in Hiſpania, poſſe interpretari priuilegia, & gratias conceſſas per Sedem Apoſtolicam. *Ibid.* §. 3. & Alex. VI. Minoribus conceſſit, non valere gratias, & facultates per ipſum conceſſas, niſi Generalium, vel Prouincialium expreſſus conſenſus accederet. *Ibid.* §. 14. Clemens Octauus conceſſit Minimis, quod poſſint examinare quaſcunque abſolutiones, & rehabilitationes, tam à Generalibus, quam ab alijs quibuſcunque Ordinis Fratribus, & tam à S. Pœnitentiaria, ac alijs congregationibus, & à Sede Apoſtolica impetratas, ac breuia, eaque reuidere, ac ſub cenſuris, & pœnis cogere ipſos impetrantes ad illa oſtendenda, & exhibenda, apud *Peyrinum ad conſtit.* 3. *Clem. VIII. ann* 1600. 5. *Decembris*. Quod priuilegium per communicationem alijs etiam conceſſum apparet. Si tamen priuilegium appellari poteſt, quod eſt iuris communis declaratio. Refert etiam idem *Peyrinus* breue conceſſum à Iulio Secundo Thomæ de de Vio Caietano Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, quo indulgetur, poſſe declarare ad ſerenitatem conſcientiarum ſubditorum priuilegia, indulta, gratias, exemptiones, ordini conceſſa, & concedenda, & in conſtitutionibus inſerta, & quod ſubditi non gaudeant Confeſſionalibus, vel indulgentiæ literis, etiam per ſedem Apoſtolicam emiſſis, & emittendis, niſi accedente conſenſu generalis. *Ad conſtit.* 13. *Iulij* 2. ſuper qua adnotat. *num.* 2. poteſtatem hanc declarandi non eſſe doctrinalem, ſed authoritatiuam, quia doctrinalis, declaratio conceditur de iure communi cuilibet doctori. vt autem priuilegium aliquid operetur, & inutile non ſit *cap. ſi Papa de priuil.* 6. *cap. in his de priuil. cap.* 1. *de reſcript. Sylu. V. Priuil. quæſt.* 3. *Nau. cap.* 12. *num.* 79. interpretandum eſt etiam de declaratione authoritatiua, quando res dubia fuerit. *Rodriq. tom.* 1. *quæſt.* 11, *artic.* 5. *& tom.* 2. *quæſt.* 64. *articul.* 2. *Hieronym. Rodriq. reſolut.* 62. *num.* 26.

Superiores, qui gratias à Pontifice conceſſas ſuſpendere poſſunt.

Priuilegiũ aliquid operari debet.

Aduerto autem poſſe Superiores examinare conceſſiones factas

ctas toti ordini, aut prouinciæ, illaſque ſuſpendere, & renunciare in Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus, non autē poſſe tollere factas particulari fratri, & illum cogere ad renuntiandum, & diſparitas eſt, quia Capitulum Generale repræſentat totam religionem, & ſic iuri ſuo renuntiare poteſt, cum priuilegium non conferatur inuito *de regul. iur. in 6.* & nulli facit præiudicium, at in tollendo priuilegio particulari, fit iniuria tertio, qui inuitus cogi ad renunciandum non poteſt, nec præſumitur, quod intentio concedentis ſit, vt conceſſum priuilegium ab inferioribus tollatur in tertij præiudicium, ſicuti nec præſumitur, quod Princeps tollat ius adquiſitum tertio, niſi illud exprimat. *cap. licet in corrig. de off ordin. cap. ſuarum. de autb & vſu pallij. Panbor. in cap. certificari. de ſepultur. Suar. lib. 8. de legibus cap. 27. num. 7.* Priuilegium inuito adhimi non poteſt.

Si dicas. Religio poteſt in totam ſeipſam, ergo in ſingulos, qui in toto continentur. argumento ducto de exceſſu maiori, & regula, ſi de quo magis, ergo, & de quo minus, ergo ſi poteſt tollere priuilegia toti ordini, poterit ſingulis, & hac ratione. Si quis per Sedem Apoſtolicam priuilegiatus eſſet contra præcepta regulæ, vel conſtitutiones ordinis poſſet religio impedire talium priuilegiorum executionem.

Reſpondeo, negando conſequentiam, quia non tenetur vniformiter maioritas, & minoritas, tum quia conceſſio facta fuit à Principe, qui concedendo voluit, vt nullus ſibi inferior poſſit ſuam voluntatem impedire, alias eſſet fruſtratoria diſpoſitio, tum etiam, quia interpretatio facienda eſt priuatiue, quoad religionē, tū deniquè quia in totū religio renuntiat in quantum ſuū eſt priuilegiū, vt ſuum, & vt ſibi conceſſum. particulares autem continentur in toto quatenus totū eſt, & quatenus habent eandem rationem cum toto, & cum ſingulis, non in ſpecialibus quibuſdam conditionibus, in quibus contra totum ſingularizantur, ſic ex logicis indiuidua continentur in ſpecie ſecundū rationem vniuerſalem, quatenus, homo, rationalis, riſibilis, at non quatenus doctus, Sanctus, Prælatus, poteſt igitur in vniuoca, non in diſparata, ex quibus illatio non fit, ex hac ratione poteſt tollere, quæ ſunt communitati conceſſa, non quæ ſingularibus. ſic in facti contingentia in *Cap. Generali Romano ann. 1625.* omnia priuilegia abrogata fuere, quæ per leges, & ordinis ſtatuta, confirmata per Sedem Apoſtolicam, conceſſa non fuerant, iuxta conſtitutionem *Greg. XV. & Breue Vrbani VIII.* Priuilegia Minorum perſonalia abrogata.

VIII. Sacroſanctum Apoſtolatus, & in cap. item *Romano an.* 1639. *Tit. de priuilegijs, & priuilegiatis* non ſolum abrogata fuere priuilegia perſonalia conceſſa fratribus per Religionis Superiores, & Protectores, ac per Sedem Apoſtolicam, ſed etiam prohibitum fuit, ne in poſterum concederentur, per ſtatutum ordinis, & per breue *Vrbani VIII. Inter cæteras* 23. *Iulij ann.* 1639. cum hac tamen aduertentia, quod illa tantum reuocantur, quæ perſonalia ſunt, ideſt particularibus, vt particularibus conceſſa, non quæ fuerint conceſſa intuitu officij, vel laboris, & determinato perſonarum generi, vt lectoribus iubilatis, Generalibus, Prouincialibus emeritis, Concionatoribus clariſſimis, hæc enim perſonalia non ſunt, ſed communitatis, cuiuſmodi in iure priuilegiantur piæ cauſę, Clerici, Mulieres, milites pupilli. Item quæ conceſſa ſunt ex *gratia*, quę in indignos, & ambitioſos cadere potuit, & poteſt non ex meritis, puta lecturæ, prędicationis, officij, inter quę adnumerati ſunt confeſſarij, & Prędicatores Imperatoris, & Regum, qui conſpicui virtute inter cæteros præſumuntur, merita autē adiudicanda non ſunt, ex cuiuſque Superioris affectu, ſed ex illorum applicatione per ſtatuta, vt qui tot annos legerit, vel prædicauerit, gaudeant hoc, aut illo priuilegio. Vnde ſunt priuilegia Communitatis, non perſonarum. Quæſitum tamen fuit, an aliorum Principum Confeſſarij, & concionatores priuilegiari poſſent, vt Sabaudiæ, Magni Etruriæ, Archiducum, & Rerum publicarum Venetiarum, Genuæ, & quidem cum Sabaudiæ, Venetiarum, ac Genuæ Duces Regali titulo fulgeant, nulli dubium eſt, poſſe eorum confeſſarios, Prædicatoreſque priuilegiari, non tantum dum actu confeſſionibus excipiendis, vel prædicationibus vacant, ſed etiam exactis his muneribus, puta, quia mortuus eſt Rex, & Regalis Princeps, vel quia poſtmodum alijs officijs applicati fuere, nam priuilegium indeterminatè conceſſum cenſetur eſse perpetuum, niſi aliud ex mente concedentis conſtet, quia propoſitio indefinita æquipôllet vniuerſali, vt optimè *Suar. lib. 8 de leg. cap. 26. num.* 2. & Principis priuilegium latè eſt interpretandum, præcipuè cum ius tertij non lædat. De Confeſſario Magni Ducis Etruriæ ſpecialiter dubitatum fuit, & in immediatè ſecuto Capitulo illius Prouinciæ diſcuſſum, an aliquo priuilegio cohoneſtari potuiſſet, ſed quia opponebatur clara diſpoſitio apoſtolica, res in dubio relicta fuit, ſed de hoc infra. Item tolluntur, & impe-

Confeſſarij Prædicatores Principum, an priuilegiati.

diuntur

duntur priuilegia, quæ ſunt *contra, & præter regularia inſtituta, & apoſtolicas conſtitutiones* vt breue diſponit, ergo relinquuntur illa, quæ ſecundum ſtatuta fuerint, ex noto axiomate *exceptio firmat regulam in Contrarium*. præterquam quod, Priuilegiati ſecundum ſtatuta, non ſunt priuilegiati perſonaliter, ſed realiter. Hæc autem priuilegia erant, quod aliquis declarabatur Pater prouinciæ, vel ordinis ex gratia Generalis, cõcedebatur ſocius tanquam ſi fuiſſet Prouincialis, decorabatur titulo lectoris iubilati, vel Concionatoris Clariſsimi, & generalis, abſque eo quod talibus officijs functus eſſet. Vnde circa lectores iubilatos ſpecialis Vrbana conſtitutio manauit, eò quod inani ſpecie dedecus religioni inurebatur Exquo & hoc deducitur, non poſſe Generalem declarare lectorem, & concionatorem generalem eum, qui non legiſſet, aut concionatus non fuiſſet, quia hoc eſt priuilegium perſonale contra ſtatuta *cap.* 5. §. 4. *&* 5.

Si tandem quæras an Capitula prouincialia, & generalia poſſint poſt hanc conſtitutionem concedere priuilegium alicui, & caſus eſſe poterit, vt ad componendam pacem, alicui Patri benemerito, qui conſpicuum officium conſequi non potuit, concedatur titulus patris ordinis vel prouinciæ, aut quid ſimile.

Reſpondeo, affirmatiuè. quia in citata conſtitutione Vrbana diſponitur, *cum introductus fuerit abuſus, vt paſſim à Superioribus patres priuilegiati efficiantur, ex quo magnum relaxationi oſtiũ aperitur*. & infra *Motu proprio &c. omnia, & quæcũque priuilegia perſonalia quomodocũque nũcupata à quibuſvis dicti ordinis fratribus, cuiuſcũque dignitatis, qualitatis & conditionis exiſtãt* (exceptis cõfeſſarijs Imperatoris, & Regũ) *quocũquè titulo prætextu, cauſa occaſione &c. à quibuslibet huiuſmodi ordinis ſuperioribus hactenus quoquomodo contra, & præter regularia ordinis prædicti inſtituta, & apoſtolicas conſtitutiones conceſſa harum ſerie perpetuò abrogamus, reuocamus, annullamus, caſſamus, & abolemus &c.* totus igitur apoſtolicæ abrogationis rigor priuilegia illa impetit, quæ fuerunt à Superioribus, protectoribus, conceſſa, vel concedentur. nomine autem ſuperiorum non veniunt capitula generalia; vel prouincialia. patet euidenter per antiquiſſimum, & per manus omnium ſæculorum ordinis traductum ſtatutum, relatum in hæc, quæ commentamur *cap.* 8. *§.* 1 *num.* 1. *officiales* (inquit) *ordinis ſunt Miniſter, Vicarius, Commiſſarius, Diffinitores, & Pro-*

& Procurator generales. *Miniſtri, Vicarij*. *Commiſſarij*, *Cuſtodes*, *Diffinitores & Viſitatores Prouinciales*, *Guardiani*, *Præſides*, *Vicarij*, *Commiſſarij*. ij autem ſunt Superiores ordinis ſiue habeant iuriſdictionem cum adminiſtratione coniunctam ſiuè non, licet enim officiales illi appellentur, qui ſub alio iuriſdictionem exercent, quaſi alterius officium habeant, & etiam illi qui merum officium ſine iuriſdictione faciunt, vt videre eſt apud *Barboſam appell.* 175. attamē ſenſu religionis, officialis ille eſt, qui rebus gerendis præeſt, ſiue vt prælati ordinarij, ſiue, vt illorum aſſeſſores, ac delegati, cum ergo diſpoſitio odioſa reſtringat authoritatem ordinis, diſpoſitio concernens ſuperiores, non includit capitula generalia, aut prouincialia, quæ ſub nomine ſuperioris non veniunt. Nam etiam ſi totam religionem repræſentant, ſuperioris tamen titulo non gaudent. & & accedit ratio, quia eius eſt priuilegia concedere, cuius eſt legem condere, nam priuilegium aliud non eſt, niſi priuata lex *Antonin.* 1. *par. tit.* 19. *cap.* 1. *poſt initium Sylu. V. priuilegiū quæſt.* 2. *Angelus eod. quæſt.* 3. *Tabien. quæſt.* 2 *Roſella quæſt.* 2. *Armilla num.* 3. *Suarez. lib.* 8. *de legibus cap.* 8. *Canoniſta in cap. olim* 2. *de priuil.* cum igitur capitula Generalia, & Prouincialia facultatem habeāt condendi leges generales, poſſunt cōcedere, & condere legem peculiarem, quæ eſt priuilegium, Quam rationem non viderunt, qui de Magni Ducis Etruriæ cōfeſſario in ſuo prouinciali capitulo diſputarunt, etiam ſi tunc tēporis ad nos conſultationem tranſmiſerint.

Priuilegiū priuata lex.

Quæſtio Tertia, An Generalis poſſit inquiſitiones cęptas, vel incipiendas à Prouinciali, eiuſque authoritatem circa hoc impedire.

Reſpondeo, vt quæſtionis ſenſus percipiatur, dicente ſtatuto *ſuper abſolutione delicti, de quo Prouincialis inquirere cæperat*. ambigitur, an cępta inquiſitione de aliquo delicto contra ſubditum, poſſit Generalis præcipere, vt prouincialis ab inquiſitione deſiſtat, & reum prætenſum ab vlteriori inquiſitione iudicij abſoluat, & ſuper caſu perpetuum ſilentium imponat, vel causā ad ſe aduocet, &

Generalis non poteſt impedire iuriſdictionem prouincialis.

Dico primo, non poſſe Generalē ſine cauſa hoc facere, quia iuriſdictio prouincialis eſt ordinaria, & in hac parte non limitata per ius commune, & ſtatuta ordinis, ergo non eſt violanda, & reſtringenda ſine cauſa. quinimo eſſe de iure diuino probat *Rodriq. tom.* 1. *quæſt.* 17. *ar.* 5. *&* 6. *Victoria de pot. Eccl. quæſt.* 2.

*quæſt.2.num.*28.*Sot in 4.diſt.27.quæſt.*1.*art.*4. & nos ſatis loculenter de authoritate Generalis egimus in comment. ad ſtatuta *cap* 12.*ſtat.*12 *à fol.*912. præcipuè *fol.*923.§.*octauo, & decimo quinto*, ex quibus replico authoritatem Conc. Trid. ſeſſ. 13.cap.1. de refor. circa finem, vbi de non admittendis appellationibus interlocutorijs agens diſponit. *Nec Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi huiuſmoditanquam friuola deferre teneantur, ſed ea, & quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine, etiam immemorabili contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere.* ſuper quo referunt deciſum *Zerola in praxi Epiſcop.V appellatio, & Hieron.* Roder.*reſol.*10.*num.*28 *&* 29.*Quaran. V. Archiep. auth.* 18. *Ver. primum quaro. apud Barboſ. ad cit. loc. Concilij num.*28.*&* 29. *Archiepiſcopum* non debere ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram ſuffraganeo, cui inhibere non poteſt, nec ſuffraganeũ inhibitioni deferre tenetur. & idem *Barboſa* ex multis, quos citat, refert per extenſum decreta S. Congreg. Epiſcoporum à *num.* 13.& ſpecialiter *num.* 17. circa appellationes, & præuentiones cauſarum, quod tale eſt. *Nedum cauſarum, qua coram inferioribus iudicibus pendent, ante diffinitiuam ſententiam, vel uim diffinitiuæ habentem, de grauamine illato Superiores cognoſcere valeant, licet citra præiudicium curſus cauſarum ſe id facere conteſtentur. Nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſimpliciter mandare, vt ipſis copia proceſſus tranſmittatur, etiam expenſis appellantis*, & quia poſſet hic textus ad ſolas appellationes applicari, refero alium ex *ſeſſ.*24.*cap.*20.*de refor.* initio *Cauſæ* (inquit) *omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiale ſint, in prima inſtantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omninò, ſaltem intra biennium, à die mota litis, terminentur, aliaquin poſt id ſpatium, liberum ſit partibus iudices Superiores, alias competentes adire.* Nomine autem cauſarum veniunt ciuiles, criminales, matrimoniales, beneficiales, vt dicunt *Franciſ Monald. conſ* 96. *D. Felicianus de* Vega *ad cap. venerabilis* 20. *num* 16. *de iudic* Appellatione ordinariorũ locorũ veniunt etiam Maiores prælati exempti *Rodrig. tom.* 1. *quæſt.* 36. *art.* 4. *Rota deciſ.* 100. *apud Farin. p.* 4 *praxis criminalis Pariſius de reſignat benef lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 19. etiamſi hoc decretum ad regulares non pertinere, nec quoad primam inſtantiam ipſorum aliquid noui inducere, deci-

Archiepiſcopus nõ ſe ingerat in primis inſtãtijs ſuffraganeorum.

Cauſæ.

Ordinarij.

deciſum referunt apud *Barboſ hoc loco num. 9. Aldrete*, *Nauarius AloyſiusRiccius*, *Nauar. Sayrus*, *Marcus Antonius*. *Cauall. Sanchez.* ſed quidquid ſit de extenſione in proprijs terminis horum decretorum ad rem præſentem, ſufficit argumétum, quod ex ipſis deducitur. Nam ſi hoc valet, & tenendum eſt in caſu appellationis, & ligat Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qua ratione exire poterunt regulares, dum ſine cauſa procedunt à tam graui diſpoſitione? Si enim ex omnium ſcribentium opinione, Generales, & Prouinciales habent authoritatem quaſi epiſcopalem, cur in re tam iuſta non arctabuntur in ijs, quæ ad rectæ iuſtitiæ complementum de Epiſcopis diſpoſitum reperitur? eò vel maximè cum non reperiatur conſtitutio regularis, quæ Generalibus hanc facultatem iudicij peruerſiuam, tribuat, ſed eam iure diuino, & humano in ædificationem, non in deſtructionem habeant. & certum eſt deſtrui diſciplinam & foueri vitia, dum ſine cauſa impeditur ordinaria iuriſdictio prouincialis, abſoluitur reus, & apud ſubditos prælatura contemptibilis redditur.

Cum cauſa poteſt Generalis impedire.

Dixi *ſine cauſa* non tantum appellationis legitimæ, cui ſtandum eſſe iura decernunt, ſed etiam recurſus, vel refugij ad maiorem Prælatum, puta ſi Prouincialis inimicus, vel infeſtus contra ſubditum procedere vellet, vel procederet, & iam informationes capere incœpiſſet, & timeretur de iniqua receptione indiciorum. ad quorum euacuationem multum poſtea eſſet laborandum, interim fratris fama grauaretur, tunc dico poſſe Generalem inhibere Prouinciali vlteriorem proceſſum, & ad ſe cauſam aduocare, & in hunc ſenſum ſcripſit *Miranda tom. 2. quæſt. 7 art. 6. in fine* poſſe Generalem eximere ab obedientia Prouincialis ſubditum aliquem, occupando illum in aliquo officio, *aut ſi fuerit in aliquo delicto præoccupatus cauſa ipſius ad generalem remittatur, quod, & quandoque obſeruatur in praxi.*

Incognita cauſa inquiſitum non poteſt abſoluere.

Dico ſecundo, non poteſt Generalis abſoluere inquiſitum, eumque innocentem declarare, incognita cauſa, quia repugnat rationi condemnare, & abſoluere ſine cognitione cauſæ. quinimo *Paulus de Caſtro conſil. 348. circa medium volum. 1.* ait non valere ſententiam abſolutoriam, quam proferret iudex ex abrupto, receptis tantum teſtibus pro informatione curiæ, & *Parif. in tractatu de Sindicatu. Verb. §. iuxta prædicta*, quam refert, & ſequitur *Ioann. Antonius de nigris ſuper*

cap.

c. Regni capit. 40. ait nõ valere abſolutionẽ, quã faceret officialis in fine officij, vt gratificetur parti, vel cancellare inquiſit onẽ proceſſus, quia hoc eſt in præiudicium reipublicæ, & in offenſum ſucceſsoris. Abſolutio enim ſupponit ligatum, quem ex gratia ſoluere licet ex plenitudine poteſtatis poſſit Generalis, ſine tamen cognitione cauſæ, eſset cæco ductu procedere, & non vti authoritate in ædificationem. Si tamen aliquam cauſam rationabilem prætenderet, vel quietis publicæ, vel antecedentium lapſi meritorum, vel vitandi ſcandali, aut quid ſimile, tunc valeret abſolutio, & ſilentij impoſitio. Hinc ſequitur.

Quæſtio quarta, An Generales poſſint condonare omnem pœnam latam contra ſuos ſubditos, eoſque aggratiare.

Reſpondeo, poſsunt omnem, vbi per ſtatuta illis prohibitũ non fuerit, concluſio probatur ex generali principio, quod docet *Clar quæſt.* 59. Poſse ſupremum Principem pœnas delictorum delinquentibus remittere, & indulgere, & de communi atteſtatur *Paris. lib.* 4 *conſ* 1. *num.* 1. corporales, pecuniariaſque, etiam ſi in rem iudicatam tranſierint, & quod fortius eſt, competere hoc ex conſuetudine etiam Baronibus Regni Neapolitani, maximè cum id conceſsum fuerit illis in inueſtitura feudorum, per *Iacobum de Beluiſio, Baldum Boſſium,* quos citat S. *& dixi*, modo cum probauerimus in *Comment. ad ſtatuta cap.* 1. *ſtat.* 6 *fol* 20. Generalem habere ſummam authoritatem in ordine, & eſse in illo Principem, deducitur, poſse remittere quaſcunque pœnas impoſitas per iudices ſecundum ſtatuta, vel arbitrariè, & manifeſtè traditur in ſtatutis, quæ commentamur, nam in citato *cap.* 7. § 5. *num. vltimo*, vbi de examine obtentarum gratiarum agitur, hæc concluſio ſupponitur, dum ſuſpendi poſse concedit, gratias obrentas, in quibus pœnę remittuntur, & delicta condonantur, ſi per fictas cauſas impetratę fuerint, ergo ſi verè impetrari contigerit, indubium verti non poterunt, & *num.* 77. dicitur *Nullus inferior pœnas à ſuperioribus impoſitas alterare, vel minuere valeat*, & *num.* 78. *pœnas vero ab inferioribus impoſitas. ſuperiores non remittant, niſi cauſa publicæ vtilitatis, aut alia rationabili, & tunc matura conſideratione adhibita, cauſiſque cognitis, & maturè diſcuſſis*, quo nil clarius, & ſequi videtur naturam diſpenſationis, quę ſuas cauſas, & maturitatem ſupponit, vt diximus in citat. *Comment. cap* 2 *ſtat.* 14. *fol.* 130. *& cap.* 12. *ſtat.* 12. *fol.* 917.

Quando cõdonare pœnam poſſit ſuperior.

917. vbi irritantur diſpenſationes factę, non ſeruatis conditionibus ibidem expreſſis, ſecundum quam nullę erunt gratię factę à Generalibus de remiſſione pœnarum, & delictorum, niſi appareat factum cauſa publicę vtilitatis, vel alia rationabili, & cognitis eiuſdem meritis, in quo inoffenſo pede currit doctrina ſubreptionis, & obreptionis ſuperius tradita.

Si quęras. An poſſit Generalis remittere pœnas inaudita parte, non facta remiſſione iniuriarum, &c.

Quando inaudita, & repugnante parte offenſa.

Reſpondeo affirmatiuè, ex eodem *Claro Ver. Adde quod pro bono*, qui de communi, & de nullo diſcrepante, ex *Decio*, *Petro Bello*, *Menchiaca*, teſtatur, quę doctrina magis currere debet inter religioſos, qui iniurias remittere ſolent, & debent etiam irrequiſiti, & ius nullum habent, niſi ſuę defenſionis, & vitandi periculi, nec audiui in facti contingentia vnquam accidiſse, vt in his gratijs partis remiſſio, vel pacis donatio requiſita fuerit, cum regularium bona omnia in Prelatum reducantur, etiamſi inficias non ierim, non debere generales faciles eſſe ad iſtas remiſſiones, vbi pars offenſa fuerit, & ad condonationem fraternam requiſita non extiterit, quia bonum pacis eſſe non poterit, ſi nocens habilitetur, & in facie offenſi tanquam innocens ſpatietur, non enim debent patres ad iracundiam filios ſuos prouocare, nec ſubditorum patientiam laceſſere, ne læſa in furorem conuertatur, qualis eſſet illa, quæ concederetur vulneranti, iam relegato, ſi remitteretur, ad conuiuendum cum vulnerato, & ad morandum in Conuentu, vbi ſcandalum dediſſet, quia tunc pax exulat, & bonum publicum diſcedit, & practica vniuerſalis, de qua ſcribit idem *Clarus ver. Adde quod num*.4. docet non fieri, & non acceptari ab ijs, quibus incumbit gratiarum approbatio, & examen, vti ſunt Senatus, Conſilium, Parlamentum, niſi adſit remiſſio partis, & citat *Grammaticum voto* 35.*num*.8. & *conſil. Crim*. 34. & Principem peccare mortaliter aliter procedentem, licet teneat gratia facta repugnante parte, ſi illud in literis expreſsè caueatur, ſin autem minimè, quia non eſt preſumendum velle principem iuribus particularium preiudicare. *Ruinus conſ*. 60.*lib*.5. & Doctores allegati *ad Clar* ſuſiſſimè per *Baiardum*, inter quos eſt *Farin.quæſt*.6. qui atteſtatur de Communi conſuetudine Italiæ, & cit. *S.Thomam*.2.2. *quæſt*. 63. *artic*. 4. qui ait eſſe contra ius diuinum ſi fiat gratia non habita pace offenſi neque hoc poſſe Imperatorem, Regem, aut Ducem. *Princeps* (in-

(inquit) S. Thomas ſupra in corpore, *qui habet plenariam poteſtatem in republica, ſi ille qui paſſus eſt iniuriam, velit eam remittere, poterit reum licitè abſoluere, ſi hoc publicæ vtilitati viderit non eſſe nocumentum,* & ad firmandam principem concluſionem citat *Deuter.*13.*&* 19.de morte inferenda Idolis ſeruientibus, & homicidis ſine remiſſione. Vnde de iure diuino eſt punitio reorum, & in tantum relaxari poteſt in quantum publicæ vtilitati conferat, quod eſt bonum maius, ex quibus ſentio, ſi Generalis remittat pœnam inflictam, & de motiuo publicę vtilitatis non faciat mentionem, non debere Prouincialem gratiam exequi, quia ex taciturnitate principalis motiui, cenſetur ſubreptitia. Item ſi in aliquo Conuentu reperiatur offenſus, qui ſuę iniurię non ceſſit, & ad illum Conuentum remittatur offendens, poſſe Prouincialem ſuſpendere gratiam. Item ſi remittat aliquem, qui ſcandalum commiſerit in aliqua Ciuitate, moraturum in Conuentu eiuſdem, poſſe non exequi gratiam, quia non eſt pro bono publico, & communis ſententia eſt, quod quando reus obtinet gratiam delicti ſine pace, debet exulare à loco delicti ad euitanda ſcandala. Hinc *Deut.*19. conceditur confugium ad vnam Ciuitatum aſſignatarum in caſu homicidij caſualis, & adducitur ratio. *Ne forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis dolore ſtimulatus perſequatur, & apprehendat eum, &c.*

Qui autem ſint caſus, in quibus Generalis non poſſit ſubditos à Pœnis releuare, iam diximus in ſuperioribus Capitulis, vbi de pœnis ad particularia delicta applicatis tractauimus, quos non recenſeo, ne longiorem moram traham.

Quęſtio quinta, An examen gratiæ obtentę debeat facere Prouincialis ſolus, an cum diffinitorio.

Reſpondeo, cum diffinitorio, quia cum executio gratię interſit toti prouinciæ, cauſę ipſius examinandę ſunt in diffinitorio, quod repræſentat Prouinciam, licet enim in ſtatutis generalibus *cap* 8.*ſ.*33. non diſponatur Diffinitores vocandos eſſe ad omnia negotia Prouincię, ſed ſolum ſpecificentur electiones Guardianorum, & Officialium in Capitulis, & Congregationibus, depoſitiones Guardianorum, & Confeſſariorum Monialium, ſententiæ, & condemnationes in cauſis criminalibus, tamen de ęquitate, & praxi accerſendum diffinitorium pro cōſilio ſaltem, vt in re, quæ ſummam authoritatem concernit, & diſpenſationem in legibus religionis non erretur, quod ex

Examinari debet gratia cum diffinitorio.

§.34.num.1. eiuſdem cap.8. ſtatutorum generalium probari poteſt. Diſponitur enim, vt in Capitulo poſt electiones Prouincialis, & diffinitorum, ſtatis horis conuocetur diſcretorium *in quo ſpectantia ad prouinciam pertractentur*, nec determinantur inconſulto diffinitorio, & etiam ſi diſpoſitio hæc concernat tempus capitulare, attamen patet mens religionis, quod ſpectantia ad Prouinciam, per Diffinitorium examinentur. Quoad autem reformatos expreſſè patet in conſtitutione Vrbana. *Iniunctinobis an.*1639.12.Maij. erectionis prouinciarum reformatarum, in qua dicitur *Ipſi reformati ad peculiaria Generalis mādata, quæ diffinitorum Prouinciæ iudicio dictorum reformatorū Reformationi*, in originali à me viſo, qui in Capitulo Generali eius temporis aderam, non *reformationi*, ſed *commodo* legebatur) *& obſeruantiæ non fuerint congruentia, minimè teneantur*, & certè reformationi & obſeruantiæ non congruit pœnarum remiſſio, vnde adulta crimina pullulant, & in Religionis perniciem redeunt, itaque non ambigo, gratiam factam reformatis in abſolutione criminum examinandam eſſe à diffinitorio, & reijciendam, ſi bono publico expedire non fuerit à diffinitorio iudicatum. Nec ambigi poterit, ex verbis, *peculiaria generalis mandata*, quaſi gratiæ mandata non ſint, quia

Mandatum. *mandatum* non ſemper importat *coactionem*, vt pluribus notat *Barboſ.dict.*106.*num.*1. ſed aliquando *commiſſionem*, aliquādo delegationem, *vt idem num.*2.3. & procurationem, vt idē *Axiomate* 144.*per totum*. vnde, & diſpenſationes, & gratias ſignificare poſſunt, quia in ipſis mandatur non moleſtari reum. Quo ſtante, ampliatur diſpoſitio ſtatutis in reformatis, vt non ſolum tales gratię ſuſpendi poſſint, ſed omnino reijci, quando fuerint reformationi incongruę. Hęc dixerim de ſtylo, & praxi non de literali diſpoſitione, quæ in ſtatutis non reperitur.

Si autem opponas ſtatuti verba, *Per ſeipſum recognoſcat*, & cum allegatis per *Barboſ.dict.*177.*num.* 2. dicas dictionem

Ipſe. *ipſum*, non extendi ad perſonas expreſſas, & reſtringere ad perſonalitatem notatam prouincialis, non autem ad diffinitorium.

Reſpondeo, ſenſum ſtatuti eſſe non vt excludat diffinitoriū, ſed delegationem, ita vt Prouincialis non poſſit alteri delegare cognitionem huius cauſę, ſed per ſeipſum illam examinare, ſed non per ſeipſum ſolum, ſed adiunctis collegis, quia omnis diſpoſitio capit interpretationem à ſolito, *Innoc in cap. olim*

in

in print. de verb. ſignif. Quinimo ex vi verborum, neque excluditur delegatio; argumento textus *in Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* vbi de facultate conceſſa Epiſcopis à caſibus, & irregularitatibus occultis abſoluendi, diſponens, inquit, *Per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum abſoluere, &c.* & tamen ***Nauar. Sanchez, Azorius, Fagundez, Duardus, Layman, Marchinus***, citati à ***Barboſ. hoc loco num. 45.*** tenent poſſe Epiſcopum delegare, & intelligunt decretum, quod Vicarius Generalis non habeat hanc facultatem ex generali mandato, niſi ei ſpecialiter committatur, non autem, vt velit negare Epiſcopo poteſtatem ſpecialiter delegandi, & ſic interpretatio verbi per *ſeipſum* non excludit alios. Si quis autem velit, hic electam fuiſſe perſonę induſtriam, vt in dicto decreto, concilij fatentur *Alterius de cenſur. tom. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. cap. 3. concluſ. 4. Suar. de cenſur. tom. 5. diſput. 41. ſect. 2. num. 8. Guttier. canon. lib. 1. cap 13 num. 29.* non videtur excluſum diffinitorium, ob negotij grauitatem.

Diſpoſitio capit interpretationē a ſolito.

Epiſcopus poteſt delegare diſpenſationes a delictis occultis.

Quæſtio ſexta, quid ſit ſummariè procedere, ex eo quod dicat ſtatutum per ſeipſum ſummariè recognoſcat.

Reſpondeo, & dico primo, per hanc clauſulam non tollitur ſubſtantiale iudicij, & proceſſus, vt eſt examen teſtium, citatio partis delatio iuramenti, defenſiones, &c. *cap. dilecti 1. de iudic.* vbi *Abb.* declarat, quid ſibi velint formulę illę *Procedas ſine iuris ſolemnitate, prout velis, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, & planè ad hoc in *Clem ſæpè in V. ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ibi Gloſ. Ludouic. Rom. conſ. 419.* & Doctores quos citat *Barb. clauſ. 176. à n. 19. ad fin. & dict. 393.*

Summarius proceſſus non tollit eſſentialia.

Reſpondeo, & dico ſecundo, ſummariam cognitionem tollere ſolemnitates, dilationes, & accidentalia iudicij, vt citati authores affirmant, & idē importat *de plano*, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, & elicitur ex ipſo ſenſu grammaticali. Quia ſumma, & ſummarium breuitatem dicit, vt notatur *in l. ſumma de ſtat. hom. Gloſ. inſtit. de iure perſon. init. V. ſumma, Bartol. in extrauag. ad reprimendum V. ſummariè Doct. & Cardin. in Clem. ſæpè. de verb. ſignif. Bartol. in l. Iudices. C. de iud.* De *plano* autem opponitur *pro tribunali. Vlpian. l. 3. §. 6. ff. de bonor. poſſeſſ. & l. 2. ff. quis ordo in bon.* quia tribunal maieſtatem dicit, & pro tribunali ius dicere ſolemnitatem redolet, de plano autem, vel domi, vel breuiter, vel in via, prout expoſtulabantur iudices, ſignificat, vt multis probat *Io. Caluinus*

Sed ſolemnitates.

De plano

in lexico Iuridico verb. de plano. quaſi in plano, & æquato loco oppoſitum tribunali, quod ſubleuatum eſt, & attollitur, Ad cuius alluſionem de plano procedere dicitur iudex, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedit, ſi non in conſiſtorio, vel in eo loco, vnde ius dicere conſueuit reſpondet, vel ſi aliqualiter inſtructus, ac ſine iuris ſolemnitate, aliquid facit, ſtatuit, atque decernit. In quem ſenſum ſcripſit *Bart. in extrau. ad reprimendum cit. & in l. ne quidquam de off. proconſ. & Clem. ſæpe de verb. ſignific.* & habetur in *l. de ſubmerſis C. de naufrag. lib.* 10. Ideſt ſine cauſæ cognitione, ſine libello, & ſine ſolemnitatibus, & ordine, ac tela iudiciaria, ſiue termino peremptorio, ſine obſeruantia diei feriatæ, ſine litis conteſtatione, et ſine omnibus illis, quæ introducta ſunt per ius ciuile, ita vt tantum ſeruari debeant, quę ſunt de iure ciuili, naturali, et diuino. *Tuſcus pract. concluſ. tom.* 1. *lit. C concluſ.* 366. *num.* 4. et alij apud *Barboſ. loc. cit. num.* 11. *& per totum Clauſ.* 176.

Sine ſtrepitũ & figura iudicij.

Reſpondeo, & dico tertio ſummariam cognitionem gratiæ factæ à Generali in ſtatuto citato, importare, quod Prouincialis non teneatur citare intereſſe habentes, terminum præfigere aggratiato, vt ſua iura deducat, & incumbentia probet, proceſſum formare, & alia huiuſmodi facere, ſed ſolum videre, conuocatis Patribus, ſine ſcripturis, & proceſſibus, an vera ſint expoſita, et ſi quid obſtet non dare exequutionem, ſed Generalem monere de ſubreptione, ad ſummum adnotari poterit à Secretario Prouinciæ præſentatio gratiæ, examen ſummarium, obſtãtia, ſuſpenſio, & Superioris monitio.

Reſpondeo, & dico quartò, iuxta ſuperiorem doctrinam explicanda eſt noſtra *Practica criminalis. tit. quam formam iuris, &c.* dum dicitur *excludi debet à noſtris iudicijs modus ordinarius procedendi, & ille ſolus admitti, qui ſummarius dicitur, in quo de plano ſola rei veritate inſpecta rimulis omnibus, & apicibus; ſeu ſolemnitatibus iuris poſtpoſitis, proceditur*, & recenſentur ſolemnitates, & eſſentialia iuris. eſtq. ordinatio Apoſtolica *Bonifacij VIII. ad augmentum* & habetur in *c. qualiter, & quando* 2. *de accuſat. & in cit. Clem. ſæpe de verb ſignific.* & tradunt *Zaccharias Bouerius in directorio fori iudic. part* 1. *cap.* 7. *Clar. quæſt.* 85. *§. non ſit. Compend. priuil. v. appellatio*.

Quæſtio ſeptima. Quid faciendum ſit, caſu quo monitus Superior de ſubreptione præcipiat, factam gratiam exequutioni mandari.

Reſpon-

Reſpondeo, ſi abſolutio, ſeu diſpenſatio facta continéatur intra ſpheram authoritatis Superioris, & iuri, & æquitati non repugnet, debet Prouincialis obedire, & gratiam indultam executioni mãdare. Sin autẽ minimè & Ratio eſt quia effectus à ſua Cauſa procedere debet, qua nõ Exiſtẽte, neque effectus exiſtere poteſt. & cũ id poſſimus, quod de iure poſſumus. Vt dicitur ex famoſo Axiomate, pro infecto habetur, quod fit cõtra ius, & indebite *Panor. in c. veniẽs n. 1. de præsbyt. nõ baptizato. Iaſ. in l. quoties ff. qui ſatisdare cogant*. & in iure parificãtur nullum nihil, & inutile, vt notatur *in cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſ. ad quod facit textus in l. 1. ff. quod cuiuſq. uniuerſi nomi, cap. notificaſti 33. quæſt.* 5. Vnde male fieri, & nihil fieri idem important, vt multis probat *Iodocus Bombouderius in Enchiridio parium, aut ſimilium iuriſ. ver. fieri malè, & fieri indebitè*. Si ergo Generalis remitteret pęnas, quas ex præſcripto legum non poſſet, Prouincialis non teneretur obedire. Male fieri, & non fieri, idem ſunt.

Ex cuius doctrinæ oppoſito deducitur concluſio contraria, quod extra caſum manifeſtæ prohibitionis, etiam ſi res dubia ſit, habilitatem, vel pænas remittente Generali Prouincialis poſt nunciationem ſubreptionis, debet præceptum Superioris executionì mandate. & Ratio eſt, quia per nouam voluntatem Superioris ſanatur ſubreptio, & vitium ſupplicationis, etiam ſi de ſupplando hoc defectu Generalis non ſe declaret. quia tũc Prælatus ſupremus cenſetur diſponere de plenitudine poteſtatis ſecundum *Baldum in proem. decretorum* contra quem non eſt diſputare, nec contradicere *Marſilius in repetit. l. de vnoquoque ff. de re. iudic. Alex. conſil* 111. *vol.* 6. *Decius conſ.* 262. & alibi. dixi *etiam ſi non declaret*. de hoc defectu, & non deroget iuri municipali in contrarium, quia quando Princeps facit actũ, qui valere non poteſt, niſi de plenitudine poteſtatis, tunc valet talis actus etiam de hac clauſula non expreſſo, quia alias actus non ſubſiſteret, et cenſendum eſt, actum magis valere, quam perire. vt ſingulariter dicit *Paulus de Caſtro in conſ.* 274. *& in l. ex imperfecto ff. de teſtam.* quem refert, et ſequitur *Alexand. in l.* 2. *C. de teſtam. milit. & Felin. in c.* 1. *de conſtit. init. & in cap. cum inter R. priorem de except. & in cap. in cauſis* 2. *colum. de re iudic Dom. de ſancto gemin conſ.* 17. *Decius conſ.* 140. *&* 77. *Marſilius*, qui alios refert *in ſingulari* 84. *& in d. l. de vnoquoque ff. de re iudic. qui in Practica* §. *quæritur modo in fine*, tenet derogari priuilegijs per actum Principis ſiue apponat, ſiue

De plenitudine poteſtatis.

Actus cenſetur magis valere, quã perire.

non apponat clauſulam, de plenitudine poteſtatis, vt ſcilicet actus magis valeat, quàm pereat. Replicante igitur Generali, quod non obſtante reflexione ſubreptionis, facta à Prouinciali, gratia, vel remiſſio valeat, et executioni mandetur, mandanda eſt. Accedit alia maxima legalis, quod in dubio, tenendum eſt pro authoritate ſuperioris, et præſumitur pro Principe, et habet præſumptionem iuris pro ſe. *Abb. in cap. cum olim de re iudic. vbi, in cap. in cauſis Cynus in l. reſcripta C. ſi contra ius veluti pub.* et præſumitur pro iudice, et pro ſententia *l.* 1. *C. de off. iudicis Baldus in l. iubemus* C. *de ſacroſ. Eccleſ.* et vniuerſaliter præſumitur pro Prælatis. *in ſpecul. de reſcripto præſentat. §.* 4. et omnia præſumuntur licere, cum prohibita non reperiantur in *d. ſpecul. de probat §.* 1.

In dubio pro Superiore eſt tenendum.

Sed oritur difficultas, an gratia facta ab vno Generali, de qua dubitatur, an ſit æquitati, & iuri conformis, & ſuper quã interceſſit interpellatio & querela prouincialis, poſſit examinari, & reuocari à ſucceſſore, vel à Superiore.

Gratiæ non ſpirant.

Reſpondeo primò, gratiæ non ſpirant morte concedentis, & priuilegium Principis decet eſſe manſurum *de regul. iur. in 6.* prout latè deduxi in *comment. ad ſtat. cap. 7. ſtat* 5. *fol.* 520 *& cap. 2. ſtat* 14. *fol.* 128.

Reſpondeo ſecundò, reuocari non debent, nec iuſtè poſſunt ſine cauſa, vt ibidem probatum eſt.

Sed reuocari poſſunt.

Reſpondeo tertiò, reuocari poſſunt, ſi ſpecialiter de illis diſponat ſucceſſor, vt patet de quotidianis reuocationibus priuilegiorum, & gratiarum, quæ à Summis Pontificibus fiunt, niſi in rem indicatam, & in actum irretractabilem tranſiiſſent. puta ſi remiſiſſet ſuſpenſionem ab ordine, & eius vigore ordinatus fuiſſet, vel ab officio, & illud exercuiſſet, nam ſi non ens non eſt potentia, & non entis nullus eſt actus.

Examinari à ſucceſſore.

Reſpondeo quartò, poteſt licitè ſucceſſor examinare priuilegium, & gratiam ab anteceſſore conceſſam, ſi de illis dubitatio oriatur, & ſi in dubium tempore conceſſionis reuocata fuiſſent. Tum quia examinare priuilegia ad Principem ſpectat *cap. cum veniſſent de iudic. cap. inter alia de ſent. excomm. l. ſi imperialis maieſtas l. leges ſacratiſſimæ C. de legibus*. *Tum quia* non potuit Prædeceſſor ligare manus ſucceſſori, quia par in parẽ nõ habet imperiũ, vt dicitur. Nec vitare põt generalis examẽ taliũ gratiarũ, ſi de ſubreptione, vel inualiditate notẽtur, cũ ex officio teneatur ſubditorũ paci, & iuſtitiæ cõſulere, & ſic aliquãdo

in-

in facti contingẽtia practicatum vidi,& quidem iuxta ſtatutum citatum ex cap. 7. §.5. num. 78. in quo diſponitur, pœnas ab inferioribus impoſitas ſuperiores non remittant, niſi cauſa publicæ vtilitatis, aut alia rationabili, & tunc matura conſideratione adhibita, cauſiſquè cognitis, & mature diſcuſsis. Non quod gratia, vt gratia in examen trahatur, ſed vt male impetrata, ex quo capite inbibit rationem iuſtitiæ, quæ vnicuique tribuit, quod ſuum eſt. & tunc non tangeretur authoritas concedentis, quia hac ratione ſucceſſor in anteceſſorem imperium non haberet, ſed defectus impetrantis, quia non præſumitur voluiſſe Principem concedere repugnantia legibus, niſi de illis ſpecialiter mentionem feciſſet, vt eſt noti, & cõmuniſſimi iuris.

CAPITVLVM XXX.

De Pœnis, quibus plectendi ſunt Patres qualificati, ſi eos delinquere contigerit.

HAbet ordo Seraphicus tale ſtatutum. *Patres ordinis, aut qui Miniſtri Prouinciales fuere, vel eorum priuilegijs gaudentes à Superioribus prouincialibus & Commiſſarijs, officio priuari, vel ad notabilem aliquam punitionem, aut confuſionem ſubeundam cogi non poſſint, niſi de conſilio, & conſenſu maioris partis Patrum prouinciæ.* ita in toties citato cap.7 §. 5, num.30. Ad cuius explicationem ſequentes quæſtiones examinandæ ſunt. Prima, qui ſint Patres ordinis, & gaudentes priuilegijs Prouincialium. Secunda, quibus inhibeatur contra tales patres procedere. Tertia, Quid nomine notabilis punitionis, & confuſionis veniat. Quarta, An aliter procedentes puniri debeant, & acta ſubſiſtant, ſit igitur.

Patres ordinis delinquentesquo modo puniendi.

Quæſtio prima, qui ſint Patres Ordinis, & gaudentes priuilegijs Prouincialium.

Reſpondeo primo, tota quæſtio hæc merè Franciſcana, & ſtatutaria eſt, quippe quæ ex ſtatutis dependet. Vnde ſciendũ eſt, in Franciſcano Sodalitio, Patres alios eſſe Ordinis, alios eſſe Prouinciarum, & illos, vel totius, vt Generales Miniſtri, ac

Patrum diſtinctio in Franciſcano Ordine.

Vicarij, vel unius familiæ, vt Commiſſarij Generales Ciſmontani, vel Vltramontani: iſtos autem, vel eſſe actuales, vel habituales, nimirum dum actu exercent officia, vel ijs functi ſunt, Prouinciales Miniſtri, Cuſtodes, & Diffinitores, dum actu munia exercent actuales dicuntur, exactis officijs, ſoli Miniſtri remanent habituales, nam Cuſtodes, & Diffinitores, talem appellationem non habent niſi ſecundum quid, vt dicemus de quibus nos in *Comment. ad ſtat. cap. 1. ſtat. 4. §. 11. diximus, & cap. 8. ſtat. 36. fol. 446.* ibi de grauiore, hic de antiquiore patre ſermonem habentes, hinc in ſtatutis generalibus cap. 8. §. 17. num. 1. & 2. de Miniſtro Generali. *Miniſter Generalis officio functus remanet Pater, Diffinitor, & diſcretus perpetuus totius ordinis*, & §. 20. num. 6. de Vicario Generalis *Vicarius, qui ſaltem per biennium vniuerſum ordinem moderatus fuerit inter veros, & legitimos vtriuſque familiæ patres perpetuos computetur*, & §. 22. num. 8. de Commiſſario, *Commiſſarius Generalis officio functus pater perpetuus ſuæ familiæ deſinitor, & diſcretus ſit*, & §. 39. decernitur præcedentia, & ſocius Prouinciali emerito, & § 40. num 4. De Vicarijs. *Vicarij prouinciales, qui per biennium completum in officio ſteterunt patrum prouinciæ priuilegium, & præcedentiam habeant*, & §. 25. num 18. De Diffinitoribus Generalibus. *Definitores Generales, & Patres ordinis quicunque in ſuis Prouincijs ſemper habeant eadem priuilegia, quæ habent ij, qui officio Miniſteriatus functi ſunt*. & de Cuſtodibus §. 9 num. 7. *Cuſtodes exactis officijs inter patres ſuæ Prouinciæ numerentur*. De Diffinitoribus prouinciarum habetur in ſtatutis Toletanis ann. 1633: *Diffinitores prouinciarum, & reformationum diſcreti, etiam habituales, ſicuti, & actuales præcedant Vicarios Conuentuum*, quo loco honor defertur diffinitoribus habitualibus, & in ſtatutis generalibus citatis §. 33. num 1. de ſubrogatione diffinitorum prouincialium ſancitur, *& ſi nullus fuerit pater, ſubrogatur Guardianus principalioris Conuentus*. nimirum ſi nullus fuerit, qui Miniſtri, Cuſtodis, vel Diffinitoris officio functus ſit, vt in praxi ſeruatur, ex quo Diffinitores habituales patres prouinciæ etiam appellantur. Sunt itaque Patres totius ordinis Miniſter, & Vicarius Generales. Alterius familiæ Commiſſarius iuxta Bullam Vnionis electus. Prouinciarum Miniſter Vicarius, Cuſtos, Diffinitores, Procurator, & Commiſſarius Curiæ, & Diffinitores Generales ſunt Patres ſuæ Prouinciæ.

Miniſtro Generalis officio functus.

Vicarius.

Commiſſarius,

Prouincialis

Vicarius Prouinciæ,

Diffinitor Generalis,

Cuſtos, Diffinitor Prouinciæ lis.

Procurator, & Commiſſ Curiæ.

ciæ, qui etiam communiter Patres ordinis vocantur, prout ſtatutum fuerat in gener. capit. Romano.an.1587. *Partes ordini habeant ſemper illam & priuilegia, quæ habent ij, qui fuere Miniſtri in Prouincijs ſuis Patres illi, qui ſunt, & erunt per triennium Secretarij Reuerend. Patr. Miniſtri Generalis computentur inter patres ſuarum prouinciarum, & ſocium habere poſſint*. licet in ſtatutis Barcinonenſibus, quibus Vltramontana familia regitur *cap. 7. §.5. in fine* determinetur, ſequitur. *Diſcreti verò, & Patres ordinis iſtius familiæ pro tempore dumtaxat exiſtentes, cenſendi ſint Procurator Ordinis, Commiſſarius Curiæ Romanæ, & Diffinitores in Comitijs generalibus electi, qui poſtea, etſi patres ſuarum prouinciarum exiſtant, non tamen ordinis, neque familiæ Patres ſunt nuncupandi*, & de Procuratore Generali reformatorum diſponitur in Conſtitutione Vrbani VIII. *Iniuncti nobis*, edita ann. 1644. 12. Maij, vt finito ſuo officio remaneat pater ordinis perpetuus, cum omnibus priuilegijs, exemptionibus, & præcedentijs, quæ conceduntur Procuratori Generali fratrũ de obſeruantia, & Commiſſario Curiæ eiuſdem ordinis. — Secretarij. / Procurator reformatorum.

Reſpondeo ſecundo, Priuilegijs patrum prouinciæ gaudent primo Guardiani Ieruſalem officio functi, ſtat.gen. cap.12. §.1. num.20. *Guardianus Terræ ſanctæ ad propria reuerſus omnibus priuilegijs, & prærogatiuis gaudeat, quibus gaudent, qui fuerunt Miniſtri Prouinciales in ſua Prouincia. Quod & iam de eo, qui per triennium integrum* Præſidentis officium ibidem abſolutè exercuerit, venit intelligendum. Secundo, *Commiſſarij Terræ Sanctæ, qui per octennium continuum officium exercuerunt, gaudeant priuilegijs definitorum prouincialium, qui verò per duodecim annos continuos, priuilegijs patrum prouinciæ, quoad præcedentiam, & paternitatem*. Tertio Lectores iubilati, cap.5, §.vlt.num.vlt. *qui verò ſecundum ſuperiores regulas* (bullæ nimirum Vrban. VIII. *cum ſicut accepimus*) *docuiſſe conſtiterit, eorumq; priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis in omnibus, & per omnia gaudeat, quibus illi gaudent qui Miniſteriatus officio functi ſunt*. Quarto Secretarij Miniſtri, aut Vicarij, vel Commiſſarij Generalis in *gen. capit. Toletano an. 1606. Tit. de voto, & præcd. patrum.* ibi reſtituitur ſtatutum Neapolitanum abrogatum per Clementem VIII quo cõceditur votum, ac præcedentia patribus ordinis, & prouinciarum, inter quos recenſentur *Secretarij Reuerendiſſ. Generalium, & Commiſ-* — Patres Prouinciæ ſunt. / Guardianus terræ ſanctæ / Commiſs. terræ ſanctæ / Lectores Iubilati / Secretarij Generales

Commiſſariorum generalium iuxta bullam vnionis electorum per continuum triennium in Capite: vt ſciamus hos numerari inter patres ſuarum prouinciarum. quod prius decretum fuerat in generali Capitulo Romano *an.* 1586. tandem

Magiſtri Nouitiorum.

Magiſtri Nouitiorum *cap.* 2. §. 5. *num.* 6. *Qui Magiſterium Nouitiorũ continuo ſexennio geſſerit definitorum prouincialium priuilegijs gaudeat.*

Pater honoris titulus.

Reſpondeo Tertio, magnam diuerſitatem eſſe inter recenſitos Patres, conuenireque in conceptu quodam vniuerſali, paternitatis, Pater enim dignitatis, et honoris nomen eſt. *Lucas de penna in l. pater.* C. *de legationibus lib* 10. *tit.* 63. ſecundum *Papianum* vnde et *Patres* dicti fuere, quos plebs ſibi creauit, vt ipſi plebem excederent. *Nibriſſ. in vocabulario vtriuſque iuris* et

Cõſcriptus.

Conſcripti, qui ad centum, quos Romulus primum elegerat, adiuncti fuere, et tabulis aureis adnotati. *Ibid.* ad cuius ſimilitudinem patres appellantur in religione, quos ipſa religio ad ſui gubernium deſtinat, et sic, quia diffinitores, Cuſtodes, et alij aliquando rebus gerendis prælati fuere, optimo iure patres vocantur licet inficias non erim ſancte procedere aliquas prouincias ordinis diſcalceatorum, ablegata ſecundum Euangelium appellatione patris vocare ſuos prælatos fratres, et hiſpanico idiomate, *hermanos*. qui mos à primæua naſcentis religionis simplicitate non diſcordat: nullibi enim in regula nomen patris, ſæpius nomen Fratris legitur. cuiuſmodi in multis epiſtolis, quos S. P. N. Franciſcus ad quamplurimos dedit,

An in primæua religione patres ſint appellati.

Fratris nomen, ſemper vſurpauit, exceptis duabus, aut tribus, quas ad Fratrem Eliam ſcripsit. *frater Leo. frater Franciſcus tuus ſalutem, & pacem Reuerendis, & multum diligendis Fratribus vniuerſis Generali Miniſtro & cap. Dilectis in Chriſto fratribus Miniſtris Prouincialibus ordinis Minorum. Chariſſimo meo Fratri Antonio Frater Frãciſcus ſalutem Reuerendo in Chriſto P. Fratri Eliæ totius ordinis vicario Rem. in Chriſto Patri N. totius ordinis generali miniſtro.* quod aduertendum eſt pro reuerentia, quam erga totius ordinis caput gerere debemus, cum erga membra ſatis ſit Fraternitatis charitatem, et æqualitatem oſtendere. Porrò inter iſtos patres pro exceſſu meritorum datur exceſsus recognitionis, et reuerentiæ.

Patres ordinis, quę priuilegia obtineant,

Qui toti ordini, vel eius medietati præfuerunt cum titulo patrum ordinis habent votum electiuum, decisiuum, et conſultiuum in omnibus capitulis, congregationibus, & negocijs ordinis,

& pro-

& prouinciarum, vbi adeſſe contigerit; Qui vni prouinciæ tãquam Miniſtri, Vicarij, & eorundem priuilegiis participantes habent tantum præcedentiam in prouincia, & ſocium (ſermo eſt de obſeruantibus, quia inter reformatos & ſi acceſſerit prælatio in inceſſu, & conſeſſu, eaque tumultuaria, & pro libito generalium incerta. quippe qui apud ſedem apoſtolicam egerunt, vel remitti, vel dimitti, ſocius tamen emeritis patribus prouinciarum non datur) non tamen votum, aut quippiam aliud, prout per ſtatuta Neapolitana *an.* 1590. *cap.* 32. conceſſum fuerat, & per Clementem octauum abrogatum, deinde per Paulum V. reſtitutum, tandem per Gregorium XV. & Vrbanum VIII. ablatum, ſed in Prouincijs Vltramontanis quoad duos tantum patres iterum conceſsum per eundem Vrbanum VIII. in conſtit. *onerosa paſtoralis* 23. *Iulij* 1639. eo titulo, vt negocia prouinciæ ab ijs patribus tractarentur, qui rerum gerendarum periti eſſent, vt appareat quos plauſibiles ſinus ſibi pandat ambitio. Scio duos Vltramontanæ familiæ Patres, (quos honoris cauſa non nomino, alias de mea in ipſos obſeruantia optimè meritos,) qui in ſuis prouincijs digniores erãt, & quibus tale ius ſuffragandi perpetuò accedebat, fuiſſe abſolutos motores huius reſtitutionis pro ipſorum familia, defunctos tamen antequam acquiſito iure fruerentur, alterum Romæ, alterum in Hiſpania, ſed curis, ac animi afflictionibus confectos, & magnatum indignationi expoſitos. Noſtra autem hec Ciſmõtana familia reſtitit introductioni talium patrum, ſuâ quiete, libertate, & ſimplicitate contenta, nam experientia docuit, magna ex parte libertatem exulare, vbi aliquis fuerit, qui prouinciæ perpetuò dominetur. experti loquimur, qui capitulo generali Romano illius *anni* 1639. in quo negotium propoſitũ, examinatum, excluſum pro Ciſmõtanis, concluſum pro Vltramontanis fuit, aderamus. Alij tandem qui Cuſtodes, vel diffinitores prouinciales extiterunt, patres quidem remanent, ſed ſine voto, ſine ſocio, & apud reformatos, ſine præcedentia. eo tantum iure gaudentes, vt quando aliquem in defectu diffinitoris defuncti, vel officio cedentis ſubrogari oporteat, & deſint Prouinciales emeriti, alijve patres ordinis, aut prouinciæ, ipſi veluti ab inteſtato ſuccedant, ſicuti deficientibus omnibus patribus, ſuccedit Guardianus principalioris Conuentus.

Ambitionis ingenium.

Reſpondeo quarto, nomine patrum in hoc ſtatuto non venire Cuſtodes, & diffinitores emeritos, ſed tantum Procuratores, & Com-

Qui Patres iudicari nõ poſſint niſi &c.

& Commiſſarios Curiæ Romanæ, Diffinitores generales, Miniſtros Prouinciales, Lectores, iubilatos, Guardianos Ieruſalem, Secretarios Generalium, Commiſſarios Terræ Sanctæ per duodecim annos. iſti enim prouincialium priuilegijs fruuntur. & ſtatutam eſt clarum. ex quo excludo etiam eos qui miniſtri, Vicarij, aut Commiſſarij generales per electionem extiterunt, nõ quod via ordinaria cõtra ipſos procedendum ſit, ſed quia ex exceſſu dignitatis, patrum prouinciæ iudicio ſiſti non debent. ſed Generalis, & Diffinitorum generalium. & ratio eſt, quia cum fiat Patres totius ordinis, vel totius familiæ ęquum non eſt, arctari iudicio prouinciæ & liquet ex ipſo ſtatuto, quod comprehendit illos tantum, qui vel prouinciales fuerint, vel prouincialis priuilegijs gaudeant. cuiusmodi ſunt Diffinitores generales, qui nominantur hoc loco *Patres ordinis* patres enim totius ordinis non gaudent priuilegij Prouincialium ſolumodo, ſed ſupra illa extenduntur cum pleno iure ſuffragij: Quare ſi procedendum eſſet contra aliquem iſtorum, omnino conſulendus eſſet P. Generalis, & illius expectandus aſſenſus, & mandatum. Cõgruit ratio quia ſicuti Generales actuales, quando delinquerẽt, expectatur Capitulum generale, & non vocantur in iudicium, niſi exacto officio, & in ipſo generali Capitulo, vt diſponitur *cap. 8. Statut.* §. 11. *num.* 3. 4. 5. ita ſi (quod abſit) delinquerent, ad Generalem reducendum eſſet negotium; ne filij Patrẽ iudicent, & contemptibilis ſupræmi capitis maieſtas reddatur. argum. *cap. cum ex illo. de tranſ. epiſc. ibi Maiores eccleſiæ cauſas ad Apoſtolicam Sedem perferendas vbi Abb. num* 3. ad cuius proportionem, cum maiores cauſæ in ordine eſſe non poſſint, niſi, quæ patres totius ordinis concernunt, debent ad ſupremum religionis Principem deferri. & ſicut probatio meritorũ in rempublicam, vel Principem ſolet remittere, vel minuere pœnam *Gloſ. in* §. *plane V. ob meritorum Inſtit. de iur. nat. gẽt. & Ciuili. Grammat. conſ.* 29. *num.* 40. quos citat, & approbat *Clar. quæſt.* 60. *num.* 27. apud quem *Baiardus*, qui refert *Tiraquellum*, *Plac. Ancaranum.* ita debet ſaltem referre cauſas generalium emeritorum ad Generalem ordinis, cum exacti regiminis ratio multa in religionẽ merita ſupponantur facit etiã diſpoſitio *cap. qualiter & quando* 2. *de accuſationibus* vbi magna cautela procedendum eſſe præcipitur, qua do inquiſitiones accuſationeſque ad capitis diminutionem intenduntur, ne (inquit) *concuſſis columnis, corruat ædificium*. columnæ autem ordinis

Generalis in ſolo Capitulo iudicatur.

Merita pœnas minuũt,

Contra prælatos maturius proceditur.

Ordinis, ſunt eius patres, & diſcreti perpetui, non tantum habitu prælati, verum etiam actu, quia habent ius ſuffragandi, conſulendi, decidendi, eligendi, iudicandi, & omnibus negotijs ordinis aſſiſtendi, & licet ſubditos non habeant (vt habent, qui actu gubernant) ſunt tamen conſiliarij. Aſſeſſores, & Senatores ordinis, & omnium prouinciarum, ita vt in toto ordine, non niſi vnum Superiorem habeant nempe Generalem Miniſtrum, vt diſponitur *cap.9.§ 42.num.2.* & ſancitum fuit in *Cap.Gen.Romano ann.1639. Tit. de patribus perpetuis ordinis.* nimirum ſi adeſſent eorum Guardianus, Prouincialis, Commiſſarius, & Generalis, Patres Ordinis ſoli generali ſubeſſe tenerentur, & licet in eius abſentia ſubſint vni prælato, quicunque ille ſit, attamen de natura exacti officij, ſoli Miniſtro Generali ſubduntur. Vnde indecorum, & indignum eſſet, ſi à Prouinciali. & Diffinitorio, aut patribus prouinciæ iudicarentur, qui omnes ſint inferiores patribus ordinis. Caſus iſte praxi regulari non poteſt, quia nunquam tale quid accidit, & tanquam de caſu inſolentiſſimo diſpoſitum in ordine non reperitur. Vt autem materia hæc planius digeratur, aliquæ difficultates ex dictis emergentes, examinandæ ſunt.

Generalis emeritus vnum ſuperiorem habet.

Prima eſt, an ſub nomine Patrum ordinis, vel Prouinciæ veniant Commiſſarij Generales, qui non eliguntur iuxta bullam Leoninam, & ſtatuta ordinis, ſed inſtituuntur à ſolo Generali, vel etiam aliquando ex conſilio Diffinitorum, vt ſunt Vicarij, quos Generalis relinquit in hac, aut altera familia, quando vltra montes diſcedit, vel ad longinquas partes in ſua familia ambulat, & illi, quos mittit ad regendas prouincias ſuperioris, & inferioris Germaniæ, aut noui orbis, quos Commiſſarios Generales nominat, & qui in Curia Regis noſtri Catholici reſidet, ac Commiſſarius Generalis Indiarum appellatur.

Reſpondeo primo, Commiſſarius Generalis Indiarum in prædicta Curia reſidēs eſt verè pater ſuæ Prouinciæ, ita in ſtatutis *Barcinonenſibus c.7. de electionibus §.4. ver. Diſcreti ergo* vbi dicitur. *Commiſſarius Generalis Indiarum in Curia Regia reſidens, Officiales Curiæ, Diffinitores Generales, dum actu ſua munera exercent in ſua quiſque prouincia, ſunt diſcreti, & patres Prouinciarum,* inter quos numerantur etiam *qui per triennium laudabiliter functi ſunt officio Commiſſarij in toto Regno Peruano, vel tota noua Hiſpania, vel etiam in Orientali India, dummodo in ſuis prouincijs antea diffinitores, vel lectores iubilati*

Commiſſarius Indiarū eſt pater ſuę Prouinciæ

lati fuerint, *ſecus verò nullo priuilegio gaudeant ob eorum munerum functionem*, & traditur etiam in ſtat. *cap. generalis Romaniæ an.* 1587. *Tit. pro Indiſ.* ex conſtit. Sixti V. *cum ad regendos.* Neque dubium facere debent verba illa, *dum actu ſua munera exercent*, quia hoc referendum eſt ad votum, & ſuffragium, non ad paternitatem habitualem, quia dum actu munera exercent, habent votum, non verò exactis officijs, per contrapoſitionem ad Patres totius ordinis, qui ſemper ſunt actuales quoad ius ſuffragandi.

Commiſſarij alij non ſunt patres prouinciæ.

Reſpondeo ſecundo, Commiſſarij Germaniæ, Poloniæ, Galliæ, item qui inſtituuntur à Generalibus ad gubernandum in eorum abſentia, patres ordinis, & prouinciæ non ſunt exactis officijs. Probatur primo, quia id per ſtatuta cautum non reperitur, & non eſt concedendum ius nouum, quod religio non concedit, & eſſet priuilegium perſonale, contra vniuerſalem abrogationem factam, & expreſſam prohibitionem, per conſtitutionem Vrbanam, nè in poſterum concedantur, *præter, & contra regularia inſtituta, &c. ann.* 1639. 3. *Iulij*. *Inter cæteras*. Probatur ſecundo, quia paternitatis titulus non aduenit ex generalis inſtitutione, ſed ex electione Capituli, vt patet ex *ſtat. general, cap* 8. §. 14. *num.* 9. vbi diſponitur de authoritate Generalis ad quem ſpectat *Congregationem generalem celebrare, vel differre, Commiſſarium generalem, aut in officio continuare, aut altero de conſilio diſcretorum ordinis ſubſtituere, ipſe tamen Commiſſarius generalis ſic inſtitutus non erit pater ordinis, nec prætextu dicti officij votum habebit in generali capitulo proximè ſequenti*, & §. 23. *num.* 2 de hoc eodem Commiſſario dicitur. *Qui ſit per generalem Miniſtrum inſtitutus ſuæ familiæ Pater, exacto officio, niſi aliunde illi competeret; cenſendus non erit*. cum ergo in eodem *cap.* 8. §. 14. *num.* 4. diſponitur, quod cum *ex familia, ex qua aſſumptus eſt ad alteram tranſire contigerit, Vicarium generalem, de aliquorum diſcretorum ordinis conſilio inſtituere, & inſtitutum in ea relinquere cum plenitudine poteſtatis, donec ipſe reuertatur*, & iſte Vicarius Generalis multo inferior ſit Commiſſario Generali, qui de neceſſitate inſtituendus eſt, ex *Leon X. Ite, & Vos*, & eſt Superior ordinarius etiam præſente generali in ea familia, vt ſtatutum eſt, *cap.* 8. §. 22. *num* 5. *&* 6. quod de Vicario dici non poteſt, quia eius officium ceſſat, ſtatim ac generalis in illa familia, cui Vicarium præfecerat, pedem intulerit, ſequitur multò

multò magis non remanere patrem illius familiæ Vicarium inſtitutum à generali, ſi non remanet Commiſſarius Generalis.

An autem remaneat ſuę prouinciæ pater, ſi non ſuę familię?

Dicendum eſt, non remanere, quia cum hoc ſtatuta non decernant concedendum non eſt, & ratio eſt, quia ſola delegatio Generalis ius paternitatis non tribuit, nam hac ratione eſſent Patres omnes, illi quos ad Viſitandas Prouincias deſtinat, & parum refert, quod ad ampliorem iuriſdictionem, aut ſtrictiorem deſtinetur, ad finem adquirendi Paternitatis prærogatiuam.

Ex quo patet, quam fundatè aliqui hoc ius ſibi arrogare voluerint, æquiuocantes in genere Vicariatus, quia enim Vicario generali electo poſt mortem generalis, ſi per biennium in officio perdurauerit, decernitur paternitas ordinis, putauerunt ſibi deberi eandem in ſua familia, ſi per tantumdem temporis in delegato Vicariatu perſtitiſſent. Cum tamen ſtatus religionis non pendeat à ſolo arbitrio generalis, qui poteſt, ſibi Vicarium deſtinare, quem maluerit, & libuerit.

Secunda ſi neceſſe ſit ad acquirenda priuilegia patrum ordinis, & Prouinciæ, quod intercedat aliquis lapſus temporis. v.g. cum certum ſit Vicarium Generalem, & Vicarium Prouincialem, non remanere patrem ordinis, & Prouinciæ, niſi per biennium ſaltem eo munere functus fuerit An idem dicendum ſit de Miniſtro Generali, vel Prouinciali, de Diffinitoribus Generalibus, vel Prouincialibus, de Procuratore, & Commiſſario Curiæ, de Guardiano Ieruſalem (cum de Præſidente conſtet, niſi completo triennio, non gaudere) an requiratur iſta circumſtantia temporis, ita vt ſi Miniſter Generalis, vel alij poſt annum renunciarent ſuis officijs, an Patres remanerent?

Reſpondeo affirmatiuè, idque probatur ex duobus notis principijs, primo, quia ſtatuta appellant iſtos patres ordinis, & Prouinciæ, nulla facta mentione temporis. Secundo, quia exceptio poſita in Vicarijs, Præſidentibus, Commiſſarijs terræ Sanctę, firmat regulam in contrarium, vt ſparſim, & pluries diximus, facit enim regulam in non exceptuatis, *Bald. in l.1. ff de regulis iuris. Panbor. in cap quoniam frequenter. Vt lite non conteſtata. Bart in l quæſitum.§ de fundo inſtructo.* & alij paſſim. Neque dici poteſt cum *gloſſ fin. in l 1 C. de condit. indeb. Abb. d. cap. quoniam frequenter. & in cap. omnes. de conſtit. & in cap. paſtoralis. de reſcriptis. Felin. in d. cap quoniam.* quod ex-

Qui non lapſum termini patres remaneant.

Exceptio facit regulam in non exceptis.

exceptio non excludit caſus ſimiles exceptuatis, quaſi vero, cũ ſint ſimiles Miniſtri ac Vicarij, Guardiani, ac Præſidentes, qui eãdem authoritatem ſinę vlla diminutione habent, debeant pari paſſu currere. & quidem opinio cõſtans eſt, Miniſtrum Prouincialẽ, non adquirere priuilegia patris Prouinciæ, niſi duos expleuerit annos, ſic etiam de Procuratore, & commiſſario curiæ. Non inquam opponi poteſt iſta doctrina, quia & ſi in iurisdictione æquiparentur, in electione tamen ſatis diſtant. vt ex ſe patet. nec ſine cauſa religio diſcrimen temporis poſuit in aliquibus, quod non poſuit in omnibus. & hoc doctrinaliter tenendum eſt, quouſque clarum religionis ſtatutum accedat.

Tertia Difficultas, An patres ex priuilegio, in hoc ſtatuto comprehendantur.

Patres ex priuilegio. Reſpondeo iam abrogati ſunt Patres iſti, qui ſine meritis prouincias, ordinemque grauabant. attamen poteſt aliquis ex priuilegio apoſtolico appellari Pater, vt nonnullos vidimus. de his dico ſtandum eſſe diſpoſitioni apoſtolicæ, quæ maximè ponderanda eſt, ne intuitu meritorum expeditum ſit priuilegium, ijs non exiſtentibus. cum hoc tamen ſtat, vt *patres prouinciæ, aut ordinis, qui ex electione ſunt facti, ſemper præcedere debeant illos, qui priuilegio ipſorum gaudent in* Gen. congreg. Rom. an. 1615.

Quæſtio ſecunda, Qui ſint illi Prælati, quibus inhibetur cõtra Patres ordinis, vel Prouinciæ procedere.

Reſpondeo, non tangit ſuperiores generales, Miniſtrum, Vicarium, Commiſſarium, ſiue per electionem, ſiue per inſtitutionem creati ſint, ſed ſolum Prouinciales, ſiue ij ſint Miniſtri, ſiuè Vicarij, ſiue Commiſſarij Viſitatores. Concluſio liquet ex verbis ſtatuti, quod de prouincialibus tantum loquitur.

Vicarij, & Commiſſarij in ordine Minorum. Sed difficultas eſt, quia aliquando accidit Generalem in ſuo diſceſſu, plures Vicarios generales inſtituere, non tantum vnũ pro obſeruantia, & alterum pro reformatione, ſed multos pro vna quaque parte, itaut aliquæ prouinciæ vni, aliæ alijs cõmittantur. & de facto Creatur vnus Commiſſarius pro Belgio, alter pro Superiori Germania. Tertius, pro reformatis, Quartus pro fratribus de familia, & Vltra montes ſunt plures Commiſſarij generales, in Indijs, in Luſitania vnus, in Gallia, paucis ab hinc annis alius. & Reuerendiſſimus P. Bernardinus de Senis reliquit plures Commiſſarios in Vltramontana familia, neque hoc repugnat, & facere id poteſt pro bono pacis. quæritur

modo

modo an iſti poſſunt procedere contra patres, non conuocatis alijs patribus? Generalitas enim officij ita poteſt ſe tenere quoad paucas, ſicuti quoad plures & omnes prouincias, & Cõmiſſarij generales, omnes ſupracitati appellãtur: quare nõ videtur remanere intra terminos ſuperiorũ prouincialiũ, quia Prouincialis appellatione non venit, niſi qui eſt ſuperior vnius prouinciæ 3. q. 3. §. *ſpatium cap. vltra tertiam de teſtib. vbi* Innoc. *l. prouinciales. Alciatus de verb. ſignif. Nibriſſenſis in vocabulario vtriuſque iur. verb. Prouincia*. qui autem multas gubernat, non prouincialis, ſed generalis appellari debet, & ſic conſurgit alia difficultas, an ſub hac formalitate militent, qui ad plures prouincias Viſitandas mittuntur, vt paſſim contingit. & in Gallia Viſitatorem Commiſſarium generalem vocitant.

Reſpondeo, venanda eſt reſolutio ex patentibus literis à Generali indultis. Si enim delegatum ſupra multas prouincias Commiſſarium generalem appellet, ſine dubio poterit procedere ſine congreſſu patrum. quia tunc non eſt ſuperior prouincialis cuiuſmodi ſunt omnes ſupra recenſiti, qui ad regendas plures prouincias miſſi, generales Commiſſarij titulo condecorantur. hoc tamen vſquequaque non extendo, vt compræhendam Viſitatores, etiam ſi ad plures prouincias demandatos, quia iſti ſuum officium vltra viſitationem non protrahunt, alij verò & viſitant, & per triennium, & vltra gubernant, & imbibunt qualitatem generaliũ. quare Viſitatores in Patres animaduertere non poſſunt, quia ſemper Prouinciales ſunt, nam completa viſitatione vnius prouinciæ, illius ſuperiores amplius non ſũt, niſi eſſent ſicuti Viſitatores Apoſtolici tempore Clem. 8. quibus plures prouinciæ reformatorum ſingulis obtigerant. & per aliquos annos illas gubernauerunt, erantque loco generalium. Vnde quando in ſtatuto dicitur, à *Superioribus prouincialibus & Commiſſarijs*, Tò *Commiſſarijs* non compræhendit Commiſſarios generales, ſed prouinciales, quia non eſſet accommodata diſtributio, ſi commiſſarij generales venirent, dum poſt Superiores prouinciales abſolute ponuntur, nec aſſignari poſſet ratio, cur additum ſit Tò *Prouinciales*, dum diſponitur de Superioribus, & non ſit appoſitum ad *Commiſſarios*, qui, & Prouinciales, & Generales eſſe poſſunt. Verum æquum eſt, etiam ipſos Generales vti debere diſpoſitione ſtatutaria in iudicandis cauſis patrum, vt eos à plebe diſcriminent, quia ordinarium tribunal pro ipſorum iudicio eſt congregatio patrum

prouinciæ, à qua diſpoſitione diſcedere in odioſis præcipue, rationi non congruit. niſi ex cauſa opus non ſit ordinem iſtum deſerere. & in praxi obſeruatur, vt quando procedendum ſit cõtra aliquem Prouincialem, ſiue patrem, ipſimet Generales patrum prouinciæ cogunt concilium, & cum ipſorum voto decernunt, nec apparet ratio cur aliter procedere debeant, quia, ſicuti in omnibus alijs negocijs vtuntur medijs ordinatis, puta diffinitorio, neſcio cur exire debeant à congreſſu patrum, ſi ſtatuta taliter diſponant.

Non ierim inficias, poſſe Generales ſuper hoc ſtatuto diſpẽſare ex rationabili motiuo, quando ſcilicet iuſtitia periclitaretur, & fomento partium delicta impunita remanerent, cuiuſmodi in ſimili, deferenda ſententia cum voto diffinitorij ſancitur in practica noſtra Criminali §. *ſententia fol. 40. niſi diffinitores ex vrgenti cauſa neceſſe fuerit excludere* quod ſi id Viſitatoribus conceditur, cur Generalibus negandum ſit? dixi *ex rationabili motiuo*. quia ſine cauſa ſuper ſtatuto diſpenſare non poteſt, & fieret iniuria Prouinciæ, Reo, & Patribus. & diſcurrendum eſt de hoc, ſicuti diſcurritur de authoritate generalis in materia diſpenſationum, quæ limitata eſt per *Capitulum gener. Rom. an. 1639.* vt alibi dictum fuit.

Pro complemento tandem huius quæſtionis, noto non impediri per hoc ſtatutum Superiores Prouinciales à capiendis informationibus, & formando proceſſu offenſiuo, ſine patribus, ſed tantum à ferenda ſententia, & ab inferendo aliquo actu, qui retractari non poſſit. inquit enim ſtatutum, *officio priuari, vel ad notabilem aliquam punitionem, aut confuſionem ſubeundam cogi non poſſint*. quæ verba ſupponunt cauſæ complementum, & ſententiam, non totum anteriorẽ proceſſum, quia ex communi vſu, Prælatus ſolus, vel ex officio inquirit, vel ad partis inſtantiam procedit, capiendo indicia, examinando teſtes, publicando proceſſum, concedendo defenſiones, quando autem ſententiare debet, conuocat aſſeſſores, & diffinitoriũ, & quidem ſi ad formandum proceſſum cogeretur, ſemper cũ voto aliorum procedere, numquam cauſæ complerentur, neque vitia punirentur. Ex qua doctrina, quæ eſt in praxi, & communiſſima, deducitur, poſſe prouincialem carcerare aliquem patrem, iuxta regulas practicæ criminalis *Titulo Carcer.* quando ſcilicet reus eſſet de fuga ſuſpectus, quia licet confuſio ſit, aliquem carcerari, ea tamen non infligitur per ſententiam. &

non ex-

non expedit petere conſilium, aut conſenſum de carcerando aliquo, quando periculum eſſet in mora, atque adeo iudex ſtultè procederet, quia carcerandum ad fugam inſtrueret. Tormentis autem ſubijcere, ac in rigoroſo examine conſtituere non poſſet, quia neque tormenta inferuntur ſine conſilio, et conſenſu diffinitorij. *Pract. noſtra Crimin. Titulo torturæ fol. 32 fine.*

Si petas, an poſſit Prouincialis pęnitētijs ſalutaribus in huiusmodi Patres animaduertere

Reſpōdeo poſſe, et non ſolum Prouinciales, ſed etiā Guardianos, iuxta ſtatutorum præſcriptum, nimirum ſi ad Chorum, et ad menſam non conuenirent, ſi ſilentium frangerent, ſi diſciplinam regularem floccifacerent, &c. in his enim omnibus, nec proceſſus inſtruitur, nec ſententia fulminatur. nec vnquam religio ſenſit, aut ſentit hoſce patres à diſciplina regulari immũnes reddere, vel eoſdem in publicis defectibus fouere. quinimo, cum patres ſint, debent alijs exemplo prælucere. & parum foret, ſtatuta pro minimis condidiſſe, ſi ab ijs Patres abſoluerentur · *omnibus noſtra familiæ Fratribus* (inquit ſtatutum generale cap. 12. §. 5. num. 1.) *cuiuſcunque conditionis exiſtant, mandamus, vt præſentia ſtatuta obſeruent*. nullus excipitur. accedunt decreta Clementis VIII. in quibus puniri mandantur, qui Choro, qui menſæ, qui communibus officijs, ac Vitæ non aſſiſtunt.

Quæſtio Tertia, Quid nomine notabilis punitionis, & confuſionis veniat.

Reſpondeo primo, non prohibetur Superioribus prouincialibus in Patres qualificatos animaduertere in nullo caſu, ſed tātum per notabilem punitionem, aut confuſionem · adiectio illa *Notabilem* concedit de ea, quæ notabilis non fuerit, ex poſita doctrina exceptionis, & cum ſit reſtrictio iuriſdictionis ordinariæ, in ea tantum parte valere debet, vbi expreſſe apponitur. Cum ergo authoritas prouincialis ſit ſumma, & ordinaria in Prouincia, à qua *nullus fratrum, nulla monialis, nullus Conuentus exempti ſint, ſed ei omnes obedire tenentur in ijs, quæ non ſint contra animam, & regulam* vt dicitur cap. 8. §. 38. num. 3. & reſtringatur per illud *notabilem*, ſequitur quod quando notabilis non fuerit Prouincialis ſuo iure vti poterit. & hoc à maiori probat finem *ſecundæ quæſtionis* de pænitentijs ſalutaribus, quia ſi poteſt iudicialiter procedere ad punitionem non notabilem, multò magis ad pęnitentias ſalutares, per regulam *ſi de*

quo magis, ergo, de quo minus. tota difficultas eſt, determinare quæ ſit punitio notabilis, vnde.

Notabilis. Reſpondeo ſecundo, nonnulla tetigimus ſupra *cap.* 28 *quæſt.* 2. *diffic.* 2. explicantes materiam non vulgarem, requiſitam pro fulminatione excommunicationis, nunc dico notabilem idem eſſe, ac notatum & infamem, *cap. ex parte A de teſtibus, & atteſtat. ibi quoſdam laicos infames, & notabiles.* vnde titulus legis de ijs, qui notātur infamia, quaſi notæ in vultu ſeruorum inuſtæ. quare iuxta hanc acceptionem non poteſt Prouincialis deſcendere ad ſententiam infamantem, vt eſſet de furto, de periurio, de fornicatione, & de omnibus alijs delictis infamiam irrogantibus. Sed non puto tenendam eſſe rigoroſe acceptionem *notabilis* vt ſolum currat vbi aſpergatur infamia, ſed etiam, ſi inferretur punitio, quæ apud religioſos notabilis, & conſpicua exiſtimaretur, etiam ſi non infamaret, cuiuſmodi eſſet ſi declararet aliquē patrem inhabilem ad officia, quia vitam communem non ſeruat. ſi ſuffragiorum iure priuaret. quia aliquē percuſſit. ſi munere lecturæ, vel cōcionis, aut cōfeſſarij deſtitueret, quia ignorās, ſtrepitoſus, nō exēplaris eſt, & alia huiuſmodi. hęc enim non sūt priuatio officiorū, nō ſunt delicta infamantia, tamen ſunt notabiles, ac celebres, conſpicuæquè punitiones.

In quem ſenſum accipienda eſt appellatio *confuſionis*, quæ idem importat, nimirum dedecus, opprobrium, vnde confundatur, ideſt rubore perfundatur, iuxta frequens eloquium S.

Confuſio. Scripturæ *confuſio faciei meæ cooperuit me. confundantur illi, & non confundar ego. Non confundas me ab expectatione mea*, quibus locis ruborem, & erubeſcentiam ſignificari certum eſt. apud legiſtas autem confuſio miſtionem denotat, vt multis probant *Caluinus*, *Nibriſſenſis*; *Bertacchinus* in ſuis repertorijs, quæ ſignificatio quęſtioni noſtræ non congruit. ſed in priori acceptione perſiſtentes, dicimus idem eſſe confuſionem, ac infamiam, & notabilem animaduerſionem, ex qua deturpatus, & rubore ſuffuſus remaneat.

Non autem attendenda eſt extimatio patientis, qui fortaſſe confunderetur, ſi flagella diſciplinæ ſibi infligat, ſi culpam dicat, ſi in pane, & aqua ieiunet, & non falſo extimaret, quando ob delicta infamātia hæc pateretur. Sed opinio naſci debet ex ipſo delicto, ex genere pœnæ grauis, infamantis, & notabilis. quæ præcipuè pendere debet ex iudicio prudentis Prælati, qui in dubio

dubio inclinet in fauorem rei, quam rigoris. Quòd ſi reus punitus tanquam de non notabili delicto, ſe grauatum ſentiat, poterit latam ſententiam remedio appellationis reſcindere, ideo ſit.

Quæſtio Quarta, An Superiores procedentes contra Patres ordinis ſine conſilio patrum prouinciæ, nulliter procedant, & puniendi ſint.

Reſpondeo primo, nulliter procedere. Probo ex contextu Verborum ſtatuti, *cogi non poſſint* ad ſubeundas pœnas, niſi cum conſenſu patrum. Verbum enim *poſſum* cui præmittitur negatio, importat neceſſitatem, & actum contra geſtum omnino reddit nullum, priuatque omni potentia *Barboſ. dictiion.* 268 *num.* 3. *pleniſſimè*. Secundo, quia præſcribitur forma iudicij, & actus, qua non ſeruata, actus omnino eſt nullus, vt probaui in *Comment. ad ſtat. cap.* 2. *ſtat* 1. *fol.* 59. *& cap.* 5. *ſtat.* 12. *fol.* 454. & eſt communis opinio, quod autem ſit forma, patet ex verbo. *Niſi de conſilio*, & hæc dictio formam importat, *Barboſ. dict.* 217. *num.* 10. & quia ſub iiſdem verbis præſcribitur iudicium omnium cauſarum ordinis in iiſdem ſtatutis cap. 7. §. 5. num. 29. *Prouinciales, & Viſitatores, Guardianum priuare non poſſint ſine diffinitorij conſenſu*, & infra *Illo ſemper obſeruato, vt vbi de priuatione, vel condemnatione agendum ſit, non fiat, niſi de maioris partis patrum prouinciæ conſilio, & conſenſu*, & nullus dubitat, aliter factum eſſe ipſo iure nullum, ergo idem dicendum eſt de iudicio cauſarum, patres concernentiũ, quod numero ſequenti ſubnectitur, ſtatuitur enim tribunal competens, in quo tales cauſæ iudicari debeant, & ſuperiores aliter procedentes, nulliter agunt, ex defectu iuriſdictionis, quę impeditur per ſtatutum generale. Vnde non poteſt applicari huic caſui maxima illa, *Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur*, quia illa tantum valet, vbi adſit potentia faciendi, & actus non irritatur, Neque defectus Clauſulæ *ſi ſecus actum fuerit, irritum ſit, & inane*, quia hæc clauſula ſemper intelligitur appoſita, vbi ex mente legis actus irritatur, & vbi apponi conſueuit. *Felin. in cap. cum M. de conſtit. num* 6. *Mandoſ in regul.* 17. *Cancell. quæſt.* 2. *num.* 6. *Rebuff. in repetit. cap. nulla. de conceſſ. præben. colum.* 30.

Poſſum, neceſſitatem quã do importat

Niſi.

Clauſula, *ſi ſecus actum* quando ſuperintelligitur.

Reſpondeo ſecundo, Prouincialem contra ſtatutum hoc procedentem dignum pœna eſſe, tanquam ſtatuti tranſgreſſorem. omnis enim culpa emendationem requirit, maxime in foro Eccleſiaſtico, & regulari, vt in *Cap. de pœnis dictum fuit*. qua

autem

Digitized by Google

autem pœna plectendus ſit, arbitrio Iudicis Superioris, ad quē recurſus habebitur, reſeruatur. primo enim reſcindenda ſunt acta, tanquam attentata contra ſtatutum. Secundo, ſuſpendi etiam poterit ab officio, vel ſaltem quoad actus iudiciarios, vt in eo, in quo peccauit, puniatur. Tertio, cogendus eſt ad reſarciendum damna illata Patri offenſo, per irregularem modum procedendi.

Sed hæc dicta ſufficiant, quoad iſtas pœnales materias, quas vlterius extendere tempus, & occupationes non ſinunt, completa in Regio Monaſterio S. Claræ Neapolis, quo maius, & eminentius numeroſitate, atque nobilitate monialium, amplitudine, ac ſtructura verè Regia, & in toto Chriſtiano Orbe non reperitur, die 28. Maij ann. 1647.

Omnia pedibus S. Romanæ Catholicæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, eiuſque correctioni volens, libenſque ſubijcio.

F I N I S.

Digitized by Google

AD LECTOREM
MONITIO.

Quoniam in duas partes Opus diuidere neceſſitas inopinata coegit, monitus ſis, humaniſſime Lector, prioris partis folia ſimpliciter adnotata fuiſſe, quæ autem ad poſteriorem ſpectant, numeris additum fuiſſe 2. p. ne duos indices conficeremus. Quod ſi non ſtatim, quod quæris, occurrat, ne graueris idipſum in altera parte perquirere.

A

A Contrario ſenſu. 179.
A diuerſis non fit illatio. 2.p. 37. & 294

Abiuratio.

Quotuplex. 2.p. 297.
Abiuratio de leui, & de vehementi 2 p.298.
Abiuratio non inducit pœnas. 2. p. 299.

Abſentia.

Superioris vnde metienda. 399.

Acceptilatio.

Quæ dicatur in iure. 106.

Accuſatio, Accuſator.

Accuſatio, vbi inquiſitio locum non habet,eſſe non poteſt, 2.p.163.
Accuſatio incœpta non poteſt aboleri à Iudice. 442.
Accuſatione minor eſt inquiſitio, & hæc exceptio.424.
Accuſator non probans eſt calumniator, 438.
Accuſator non probans ex malitia teſtium etiam puniendus eſt. 439.
Accuſator qua via à pœna talionis excuſari poterit. 440.
Accuſans aliàs accuſatum quando euadat talionem.446.
Terminus ad accuſandum poteſt ſtatui à Iudice. 443.
Quibus caſibus accuſare teneantur Religioſi, ibid.
Vnde dignoſci poſſit aliquem aliàs accuſatum non fuiſſe. 446.
Accuſans cum vno teſte tenetur reſtituere famam. 2.p.320.
Accuſare an quis teneatur. ibid.

Actiones, Actus.

Qui in malam partem actiones interpretentur. 2.p.175.
Actus, cuius pœnitentia nos non capit, non eſt dicendus inuitus 250.
Actus legitimi, qui dicantur in iure. 105. & qui in ordine. 106.
Actu eſſe, & in via proxima idem ſunt. 152. ſicuti effectus, & conatus proximus. ibid.
Actus cenſetur magis valere, quàm perire. 2.p.289

Adulatio.

Quomodo ſubornet, & Simoniam inducat. 2 p.134.

Adulterium.

Quomodo probetur. 79.
Adulterij præſumptio quæ. 369.
Adulterij probatio clara quæ. ibid.

dd *Agen-*

INDEX

Agentes.
Et conſentientes pari pœna puniuntur. 80.
Album.
Et in Album inſerri quid ſit. 111.
Alchimia.
Vide infra, Artes.
Aleas.
Tenere eſt prohibitum. 2.p.280.
Alius, Aliàs.
Alias, quid importet. 154.
Alius in iure quid notet. 2.p. 12. & 172.
Per alium quid ſignificet. 2.p.12.
Ambitus, Ambitio.
Ambitus, vt Minoriſtis Conuentualibus interdictus. 2.p.130.
Ambitus pœna non punitur procurans literas, quæ in manus promotorum non venerunt. 2.p.140.
Ambitionis ingenium 2.p 395.
Anteceſſor.
Quis dicendus. 151.
Apoſtata Apoſtaſia.
Contra Apoſtatas proceſſus fabricari poteſt. 43.
Apoſtata non citatur. 29.
Niſi per monitorium generale. 30.
Apoſtatas capiendi generalis poteſtas. 409.
Apoſtatæ quando poſſint capi à ſubditis. 410.
Tempus præſcriptum excedere quādo conſtituat apoſtatas. 292
Sine ſocio ambulare quando faciat eſſe apoſtatam, 291.
Quæ diuerſio itineris apoſtatam faciat. ibid.
Apoſtaſia grauiſſima quando iudicanda ſit. 394.
Apoſtaſiæ grauioris, & grauiſſimæ pœnæ. 396.
Apoſtaſiæ leuiſſimum genus, 357.
Apoſtaſia non habitus dimiſſione, ſed in animo conſiſtit. 395.
Appellatio.
Excedi non poteſt vltra bienniū 42.
Appellatio quid & quotuplex, & quo iure inducta. 2.p.330.
Appellatione quomodo vti poſſint Regulares 2.p 331.
Appellationis effectus. 2.p.333.
Appellatione pendente nihil innouādum. 2.p.334.
Appellatione legitima interpoſita nō proceditur Vlterius. 2.p.335.
In appellatione praxis ſeruanda. 2. p. 337.
Appellatio quomodo, & quando dicatur deſeri 2.p.338.
Appellationes friuolæ, quænam ſint. 2.p.339. & 340.
Appellatio coram teſtibus quando Valida ſit. 2.p.345.
Appellationis formulæ. 2.p.346.
Appellatio à delegato, Vel ſubdelegato quomodo facienda. 2.p. 347.
Appellatur etiam ſine verbis, & ſcriptis 2.p.332.
Appellans poteſt Romam petere virtute Apoſtolorum conceſſorum. 2. p. 338.
Malè appellatur non ſeruato ordine 2.p. 346.
Male appellantis pœnæ. 2.p.342.
Appellari poteſt à non probata cauſa. 2.p.347.
Appellare ad Epiſcopus quando liceat. 2.p.231.
Appellari à Guardiano pōt. 2. p.234.

Arbitrium, Arbitrarius.
Arbitrio boni viri quid valeat, 70.
Quis bonus vir. 71.
Arbitrio tuo, diſcretioni tuæ,&c.cõmittimus, quantum extendantur 70. & 74.
Arbitrium Superioris quam vim habeat, 72.
Arbitrarius iudex quomodo procedere debeat. 70.
etiam cum Regularibus 71.
Arbitrium num extẽdi poſſit ad mortem, & ad triremes.2.p.99.
Arbitri in appellatione quando eligendi.2 p.345.
Archiuia.
Publica. 2,p: 262.
Archiepiſcopus.
Non ſe ingerere debet in primis inſtantijs ſuffraganeorum 2.p. 381.
Argumentum.
A contrario ſenſu quàm efficax.193 & 2.p.131.
Arma
Vnde dicta.2 p.84.
eorum genera. ibid.
Arma defenſiua, an poſſit in cella tenere religioſus. ibid.
Arma clericis vetita, ſpecialiter in Diœceſi Mediolanenſi. ibid. & 86.
Arma an monachi tenere poſſint. ib.
Arma deferre ad oſtentationem, an punibile in regularibus. ib. & 87.
An retinere in aliena domo. ib. 86.88
Arma Clericorum ſunt lacrymæ. 2. p 280.
Artes
Vetitas docere, exercere, diſcere. 140.
An in his paruitas materiæ excuſet ibid.
Vt in lectura librorum prohibitorum 141.
Paruitas materiæ, an excuſet in Alchimia. ibid. Vide Libri prohibiti.
Aſſeſſores.
Quare à noſtris iudicijs remoti.16.17.
Audire
Deum eſt de iure diuino, & naturali. 25.
Inauditus, non confeſſus. non conuictus ſententiari nõ poteſt.25.& 26.
Aut.
Quam vim habeat.2.p.12.
Autenticum.
Quid ſit. 407.

B

Bona
Bona,& vita parificantur.2.p.136.
Bonorum naufragantiũ quantũ ſurripi debeat, vt excommunicatio incurratur 2.p.144.
Brachium
Brachij ſæcularis impreſſio electionẽ vitiat,2.p.149. Et quid impreſſio. 2.p. 150. Abuſus laicæ poteſtatis. ibid.
Bulla
Relaxatiuæ paupertatis in ordine Minorum ſurreptitię. 343.
Bullæ Apoſtolicæ quid, & quot modis falſificentur. 2.p. 8.
Quot item aliæ literæ. ibid.

C

Calliditas.
QVid ſit. 447
Calumnia. Calumniator
Calumnia quid ſit, 419.
Calumnia in animo conſiſtit.441.

Calumniatores ſunt infames, & cur. 436.
Calumniator eſt, qui falſa crimina proponit, & qui vera non probat. 440.
Calumniari propriè quid importet. 420.

Canones.

Pœnitentiales in foro externo ſeruãdi ſunt. 383.

Carcer.

Pœna indebite carcerantium religioſos 174. Quando incarceratur 175.
A carceratione ad cuſtodiam non appellatur. 176.
Liberatus à carcere an ſit in integrũ reſtitutus. ib.
A quo reſtituendus. ib.
Carcerato quare detrahatur forma habitus. 177.
Carceratus cur non tondeatur. 179.
Carcerato quando confeſsio & communio concedi poſſint. 181. 183.
Miſericordia miniſtranda in ſolẽnioribus feſtis. 183.
Carcerati in perpetuum quoties cõmunicare poſſint. 185.
Et cum alijs colloqui.
Ieiunare debent in refectorio, & ſibi diſciplinam infligere. 186.
Carceratis quando rigores remitti poſſint. 187.
Carceres quales apud Minores. ib.
Carcer vnus antiquitus in Vrbe. 188.
Carceris vtiles moralitates. ib.
Carceres in locis præcipuis. 189.
Tuti, humani, lucidi. ib.
Carceratis exhibeatur humanitas. 190.
Carceres, & carcerantes inhumaniter perſtridi. ib.
Cum carceratis piorum Principum clementia. 191.
Qui in ſuos carceratos crudeles. 192.
Peccant mortaliter. 193.
Carcerato iniuſte fugere licet. Et quid ſi iuſte damnatus ad mortẽ. 193.
Quid ſi redire iurauerit. 194.
Quid ſi oſtium apertum repeririſſet. 197.
Carceris cuſtos à damnato ad mortem an occidi poſſit, vt fugiat. 197.
Carcerum effractores vt puniendi. ib. & quæ proprie ſit effractio. 198
Et aperitores. 199.
Carcerati fuga quando Prælato cõuentus imputari poſſit. 200.
Carcerum cuſtos in fuga doloſa, carcerati pœnas ſubeat. 201.
Fuga à carcere quid indicet. 196.
Carceris pœna. 132.
Carcer quid. ibid.
Carceratis an poſſint applicari vincula. ibid.
Carcerum cuſtos cur dictus Cõmentarienſis. 133.
Carcer quot modis accipiatur. ib.
Ad cuſtodiam, & ad pœnam. 134.
Ad arctationem. ibid.
Quibus caſibus infligatur. 136.
Carceratus indebite pœnas non cõtrahit. 164. 165.
Carcer debet eſſe formalis. 2. parte 249.
Carcer triplex eſt 2. parte 250.
Annus carceris debet eſſe continuus 2. p.

2. p. 251.
Carcerati perpetuò ordines exercere non poſſunt. 2. parte 314.
Carcerare quando & quomodo poſſit Guardianus. 166.
Quid ſi male iudicet de notorietate delicti. ibid.
Carcerari nō poteſt à Guardiano niſi notorie delinquens. 169.

Caſtitas.

Inuiolato corpore ſæpe fugit de moribus. 346.

Capitulum

Prouinciale quando non accipiatur pro diffinitorio. 415.

Cappella

Fratres Minores cappellanias habere non poſſunt. 344.
Nec cappellas concedere. 340.
Quando id poſſint, & qua ratione 341.

Cauſa.

Per menſem ante capitulum terminandæ cauſæ. 2. par. 159.
Poteſt cognoſci etiam poſt menſem 2 par. 160.
Cauſæ miſtæ. 61.
Criminales. ibid.
Ciuiles, & ſi inter regulares reperiātur. ibid.
Cauſæ publicæ, ſeu publica delicta. 62.
Qui cauſam damni, dat, damnum dediſſe videtur. 80.
Cauſa expulſionis an delegari poſſit 2. par. 258.
Cauſa incognita inquiſitum non poteſt abſoluere. 2. par. 382.
Cauſa finalis falſa viciat gratiam 2. par. 373.

Cibus

Circa cibos aurea D. Bernardi Sententia. 2. par. 213.

Citatio.

Parte non citata, acta nulla. 27.
Citatio excludi non poteſt. ibid.
Citatio fit in inquiſitione ſpeciali. ib.
Religioſus per quem citandus. ibid.
Citatio iudicium incipit. ibid.
Contra citationem Statutum fieri nō poteſt. ibid.
Citatur etiam præſens. 28.
Præſentia aliquando æquiualet citationi. ibid.
Non citatur abſens, qui defendi non poteſt. Notoriè delinquens, Apoſtata, Deprehenſus in flagranti. ib.
Reus quoties citandus. 29.
Sufficit ſemel in ſummario indicio. 30. etiam in alijs cauſis. ibid.
Quando reus ſe citari non permiſit, poteſt incitatus damnari. ibid.
In alieno territorio perſonaliter citari non poteſt. ibid
Epiſcopi ſede pulſi id poterunt per edictum. ibid.
Literæ miſsiuæ non ſunt citatio. 31.
Citatio perpetuat iuriſdictionē. 31.
Pars dicitur inaudita, & indefenſa, quando non citatur. 27.

Clarum.

In claris nō egemus coniecturis. 286. & 2. par. 268 & 270.

Clauis.

Minoritæ clauem cellæ deferre non licet 308.

Clericus.

Antiquitus flagellis ſubdebātur clerici delinquentes. 186 187.
Clericorum ius pingue, Fratrum nimis

mis

mis macrum. 51.
Clericus delinquens, & fugiens poteſt à laico comprehendi, & ſuo Superiori ſiſti. 306.
Idque ſtatim, & quantum temporis importet illud *ſtatim*. 361.
Clerici quando, & quo iure ſint exempti à poteſtate ſeculari 2. p. 219.
Clerici nomine non veniunt Mōnachi in odioſis. 374.
Clerici pœnam ſanguinis dare non poſſunt 2. par. 284.
Colligatio.
Contra Superiores, vel fratres; & in electionibus. 2. par. 155.
Communio.
Dari poteſt damnatis ad mortem. 183.
Communionis, & Confeſſionis frequentia. 184.
Veteres rarius cōmunicabant. 185.
Communitas.
Quæ dicatur. 2. par. 72.
Complices.
An liceat aperire complices in confeſſione. 455.
Commutare.
Quid ſit. 289.
Componere.
Quid ſit 2. par. 34.
Computus.
Vnde dictus. 328.
Minoritam dare computum, an ſit contra regulam. 329.
An Guardianus poſſit ad illū cogi. ib.
Dum redditur, aſſiſtentes attendere debent. 331.
Conatus.
Quando puniatur. 77.
Conceſſio.
Conceſſa fine conceduntur media, & conſequentia ad illum 338. & 2. par. 74.
Conferre.
Quid ſit. 2. par. 140.
Confidentia.
Beneficialis quomodo vetita. 2. par. 123. Pactionalis 2. par. 124.
Confeſſio Sacramentalis.
Onus Confeſſionis eſt ſigillum ſecreti. 2. par. 312.
Solus Sacerdos tenetur ad ſigillum confeſſionis. ibid.
Reuelare confeſſionem quando liceat 2. par. 313.
Pœnæ canonicæ in reuelantes Confeſſiones. ib. & 306.
Reuelare confeſſiones, quādo ſit caſus S. Officij. 2. p. 307.
Reuelationis malitia. ib.
Reuelationis indicia. 2. p. 308.
Confeſſarius vnde reuelaſſe conuincatur. ibid.
Reuelationis clara probatio. 2. p. 310.
Reuelans confeſſiones eſt infamis. 2. p. 315.
Confeſſarij, & prædicatores Principum an priuilegiati. 2. p. 278.
Confeſſio, Confeſſus.
Confeſſio de crimine infamante non infligit infamiam iuris. 422.
Confeſſus non habetur pro cōdemnato. ibid.
Confeſſus quomodo pro iudicato habeatur. 423.
Confirmatio.
In forma communi non arctat, ſicuti in forma ſpecifica. 2. p. 365.

Confir-

Confirmatio aliquorum eſt reprobatio aliorum. 2.p. 368.

Confuſio.

Quid importet. 2.p. 404.

Coniectura.

Contrariæ quid operentur. 2. p. 310.

Conſenſus, Conſentire.

Conſentire quot modis accidat. 256.

Diffinitorium poteſt dare ſuum conſenſum ad torquendum reum per litteras. 227.

Conſentit indirecte, qui tacet, & non impedit 200.

Conſenſus quando ſufficit. 215. quando requiritur. 216.

Ad torturam regularis. 2.p. 215.

Conſilium, Conſulere.

Conſilia euangelica an obligent regulares. 2.p. 61.

Conſilium petere an ſit malum. 2. p. 222.

Conſilij, & concilij acceptiones. 2.p. 223.

Petens conſilium vt puniendus. 2. p. 224.

Conſulens delictum qua pœna ſit puniendus. 83.

Conſulere quid ſit. 2.p. 140.

Elector conſulens per veras rationes, ſi cum hoc aliquid accipit, ſubornatur. ibid.

Conſulens aliquem reſpõdere in culpa, eſt puniendus. 2.p. 74

Conſpiratio.

Eſt contra iuſtitiam 2.p. 176.

Eſt bona, & mala, & vnde dicta. 2.p. 176.

Mala non ſine dolo. ibid

Conſpirationis auctor puniendus 2.p. 171.

An excuſet credulitas fatua. ibid.

Conſpirare ex odio, vt puniendum 2.p. 174.

Eius aliquot exempla. ibid.

Conſpiratores quam mali 2.p. 173.

Conſpiratio in ſæculares. 2. p 172.

Conſpiratio in Prouincialem à quo punienda. 2. p. 177.

Conſuetudo.

Contra regulam non valet. 318.

Conſuetudinis legitimæ vis. 319.

Conſuetudo contra præcepta Regulæ in obſeruantia Fratrum Minorum non eſt introducta 320.

Requiſita ad validam conſuetudinem. 321.

Temporis lapſus. 322.

Interruptio. ibid.

Maioris partis communitatis ibid.

Contra ius diuinum, nec contra vota eſſentialia valet. 324.

An contra præcepta. ibid. & 263.

Conſuetudo legitima eſt ſeruanda. 341.

Stat pro lege. 331.

Præſcriptam an Generalis poſſit tollere. 263

Contemptus.

Quando dicatur 2 p. 48.

Contemptus quando ſit peccatum mortale. 58.

Quando iniuriam ſonet. 2 p. 48.

Contemptus triplex. ibid.

Contemnere Sedem Apoſtolicam eſt illi non obedire. 435.

Contritio.

Mortuum dediſſe ſigna contritionis probat vnus teſtis. 272.

Contritare.

Quid importet. 289.

Con-

Contrarium.
Contrariorum eadē eſt diſciplina. 42.
Conuicium.
Quando fiat 2.p.72.
Conuictus.
Quando quis dicatur. 37.
Conuincitur per teſtes, ſcripturas, & inſtrumenta. 38.
Contradicere.
Quando ſumatur in bonam partē. 238
Contumax, Contumacia.
Contumacia, rebellio, inobedientia quomodo differant. 236.
Contumax habetur pro confeſſo. 35.
Contumax reputatur præſens. ib.
Contra contumacem omnia iura clamant. ib.
Contumax non poteſt comparere per procuratorem. ib.
Contumax in ordine poſt quantum tempus ſit audiendus. 40.
Contumaciam debet præcedere trina monitio. 243.
Inobedientia contumax quæ ſit, & quid pariat. 242.
Correctio.
Correctionis ordo, quo vtitur Eccleſia in clericis, 378.
Credere.
Non credendum Prælato aſſerenti. 2. par. 178.
Cui credendum in dubio. 2.p. 311.
Crimen.
Morte dignum in ſæculo, qua ratione puniatur in ordine, & quæ ſint eiuſmodi crimina. 157.
Cuculla.
Innocentiæ ſignum. 177.
Culpa.
Theologica, & phyſica. 55.
Lata culpa æquipollet dolo. 86.
Lata, Leuis, leuiſſima 2. p. 96.
Quomodo diſtinguatur ſecundum Canoniſtas. 86.
Latiſſima dolo æquiparatur, 2. p. 96.
Lata in cauſa mortis non æquiualet dolo. 2. par. 98.
Lata in officio quæ ſit. 208.
Triplicata in furto facit furem famoſum. 355.

D

Damnum.
Qui cauſam damni dat, &c. 80.
Debitum, Debitor.
Debita contrahere an liceat Minoritis. 297.
Debitis grauare conuentum. ibid.
Debita cum qua licentia contrahenda. 298.
Debitorum contractores quomodo puniendi. 299.
Debitores fratres ſunt infames. ib.
Debitor quis ſit 2. p. 73.
Decretum.
Dies ſtatutus pro legendis decretis quantum poſsit prorogari. 131.
Defenſiones.
Renunciare in cauſa mortis an ſit peccatum. 194.
Quando non dentur. 35.
Negantur in notorijs. 37.
Sunt de iure naturæ, & diuino. 25. 26 & 32.
Tolli non poſſunt per reſcripta, & ſtatuta. 32.
Iudex illas negans eſt iniquus. ibid.
Exceptione non obſtante intelligitur de friuola. ibid.
Offerendæ à Iudice. ibid.
Recuſari nō debēt in cauſa graui ib.

Alia-

Aliorum circa hoc cenſio. 33.
Malè defenſus, indefenſus. ibid.
Defendere quid ſit. ibid.
Iudex defenſioni inuidēs, coruns ib.
Dummodo habeat teſtes curia pro legitime citatis, &c. quid operetur. 34.
An hoc decretum acceptandum ſit. 35.

Degradatio.

Solemnis quæ. 177.
Degradationis effectus. 2. p. 292.

Delegatus.

An poſsit ſubdelegare. 291.

Delictum, Delinquens.

Delictum carcere dignum. 166.
Delictum minus cum maiore conſideratur. 360.
Delinquentem ſine legitima facultate capere, eſt delictum capitale. 362.
Quid ſi delinquens eſſet Superior, an capi poſſet. ibid.
Delicta quo ordine punienda. 3.
Delictum idem ſæpius inquiri non debet, & quomodo ſit intelligēdum. 92.
Delicta notorie quomodo ſententiētur. 253.
Delicta vt præſcribantur in ordine Minorum. 40. 41.
An hoc non obſtante, quis diſpenſari poſsit ad accuſandum. 41.
Delictum emendatum per correctionem denunciari non debet. 161.
Quando quis teneatur denunciare. 161.
Delicta incorrigibilia quæ. 245.
Delicta carnalia difficilis probationis ſunt. 369.
Delicta publica, & priuata quæ 371.
Delicta in religione præſcribuntur, 447.
Omnia delicta apud religioſos ſunt publica. 379.
Vnum delictum à pluribus puniri poteſt, 2. p. 231.

Denunciator.

Quando talionem pati debeat. 444.
Deriſio. 2. p. 48.
Deprehendere 2. p. 88.
Deprehenſus, & conuictus in quo differāt. 275.

Detrahere.

Quid ſit, & quid ſi fiat publice. 418.
Detrahere ſibi quando ſit peccatum mortale. 419.
Detrahitur ſcripto, vel facto. ibid.

Dies.

Pro naturali ſumitur. 388.
Dies termini non computatur in termino. 387.

Difficultatis:

Vis. 2. par. 196.

Diffinitores.

Sub mortali tenentur noſſe merita cauſarum. 10.
Sunt collegæ Superiorum. ibid.
Imperitos eligentes qui peccent 11.
Diffinire quid ſit. ibid.
Ignorantes renunciare tenentur 10
Quantā ſcientiā habere debeāt 12
Quantam obligationem in diſcutiēdis proceſsibus. ibid.
Non tenentur credere Prouinciali referenti. 13.
Quando ſubrogandi, etiam à delegato. 15.
Diffinitorum, & Iudicis onus in cauſis. 12.

Diffinitores an iuriſdictionem habeant, 111.
Diffinitorij generalis auctoritas 2. p. 369.
Diminutio.
Capitis eſt maxima pœna. 407.
Diœceſanus.
Quis 2. p. 264.
Diſcretus.
An ſit officium in Religione, aut Magiſter nouitiorum. 110.
Quis eorum maior. ibid.
Diſcretus duplex. ibid. & 114.
Diſpenſare, Diſpenſatio.
Qui poteſt diſpenſare in culpa, poteſt in pœna. 269.
Diſpenſatio induci poteſt ſuper præceptis 2. p. 202.
Diſpenſationem Minores obſeruantes non acceptauerunt. 2. p. 201.
Diſpēſandi facultas ampliſsima. 450.
Diſpenſandi facultas in quo ſit reſtricta & in quo dilatata. 449.
Diſpoſitio.
Capit interpretationem à ſolito. 2. par. 192.
Diſſimilitudinis.
Effectus 2. p. 197.
Diſtantia.
Inter prouincias quomodo metienda ſit. 403.
Diuerſa.
A diuerſis non fit illatio 2. p. 37.
Diuiſio.
Non eſt procuranda ob reformationem 2. p. 192.
Diuiſionis ordinis Franciſcani origo. 2. p. 190.
Diuiſio ſub ſpecie reformationis punibilis. 2. p. 205.
Diuiſio nō poteſt procurari ſine peccato mortali, quando obſeruantia cum ipſa ſtare poteſt. 2. p. 193.
Dolus.
Quid, & quotuplex. 83.
Bonus, & malus, & eius ſpecies. 87.
Quomodo probetur. 2. p. 99.
Non præſumitur, niſi probetur. 201.
Paruus non punitur. ibid.
Quando præſumatur, & quomodo probetur 2. p. 237.
Dominium.
Rerum Minoritarū eſt Eccleſiæ. 228.
Domus.
Diſciplinæ. 136.
Suſpectæ. 347.
An per vnum ingreſſum conſurgat ſuſpicio. 349.
Dona, Donatio.
Donare eſt alienare. 342.
Dona accipere, ne dignus eligatur, eſt ſimonia. 2. p. 147.
E
Eccleſia.
Non iudicat de occultis, nec per ſe, nec per accidens. 51.
Electio.
Quid 156. 2. p. & 116.
Ante electionem præcedit tractatus 2. p. 156.
Electionem ſuperioris iuſſus annullat 2 p 151.
Eligi per fauores ſecularium eſt ſimonia. 2. p. 150.
Electorum omnium intereſt opponere indigno. 2. p. 146.
Vana diſtinctio de indigno, & non digno. 2. p. 146.
Electio canonica poteſt in vno conſiſtere. ibid.

Electio

Electio caſſata vitio perſonæ non replicatur, ſicuti vitio electionis 424.

Eleemoſyna.

Guardiani fraudantes eleemoſynas ſunt excommunicati. 331.

Quanta debeat eſſe fraus. 143. 332.

An ſi modica, & ſæpius. 333.

Hæc fraus in Prælato plus punienda. 143.

Emenda.

Qualis. 2. p. 178.

Emendatio.

Signa emendationis quæ ſint. 415.

Emptio.

Et venditio an cõmitti poſſit à Syndico Apoſtolico fratribus Minoribus. 291.

Emptum per nummos datos fratribus, an non ſit ſub dominio dantis. 290.

Emere, & vendere fratribus interdictum. 288. 289.

Enorme, Enormitas.

Enormitas delicti in quo conſiſtat. 170. Grauitas ex quo venãda. ib.

Propter enormitatem delicti licitum eſt iura transgredi. ibid.

Delicta leuia quæ. ibid.

Grauia. 171.

Enorme idem eſt, ac atrox. ibid.

Modica delicta, ſi replicentur, fiunt grauia, & enormia. ibid.

Et ſi fuerit vnum magnũ. 172. quod æquiualet tribus. & in religione ſi fuerit rerum ſacrarum. ibid.

Latro famoſus ex tribus factis conſurgit. 173.

Etiamſi alias punita, vel condonata, quia punitur conſuetudo. 174.

Epicheia.

Eius vis. 403.

Epiſcopus.

Cum aſſeſſoribus iudicat. 8.

Epiſcopi in quibus caſibus poſſint procedere contra Regulares 2. p. 227.

Epiſcopus poteſt delegare diſpenſationes à delictis occultis. 2. par. 387.

Epiſtola.

Epiſtolam ſecretam an ſubditus Superiori dare teneatur. 208.

Epiſtolã aperire quando liceat. 209.

Equitare.

Quando punibile in Minoritã. 139.

Eſſe, Ens.

Non eſſe, & eſſe indebitè: non facere & facere illegitime. Non eſſe cauſam, & eſſe cauſam friuolam, idem ſunt. Eſſe, & non apparere, eſt non eſſe. 164. 356.

Nõ entis nullæ ſunt qualitates. 225.

Excipere, Exceptio.

Exceptio firmat regulam in contrarium 41. 49 431. & 2. p. 268.

Exceptio abſentiæ acceptanda. 36.

Exceptiones ſunt de iure naturæ. 5.

Exceptio participat naturam accuſationis. 425.

An poſſit excipi ex infamia contra iudices. 427.

Quando poſſit ſubditus excipere in Prælatum malè viuentem. 429.

Excommunicatio.

Vitiat electionem 2. p. 164.

Quid ſi vnus proteſtatione admittatur excommunicatus. ibid.

Lata in rebellantes non poteſt à Generali abſolui. 2. p. 268.

Pro re parua furata non fertur. 332.
Et quæ erit res parua, & vulgaris. ibid.
Non fertur, niſi ob peccatum mortale, & contumaciam 2. p. 263.
Si quis ſuadente, &c. non incurritur ſine dolo. 175.
Eſt pœna; & medicina. 45.
Lata in rebelles, ab ordine abſolui non poteſt. 254.
Cadit in potentem liberare clericũ, ne verberetur, & non facit. 256.
Excommunicatio non temerè ferenda 2. p. 352.
Excommunicatio per modum ſtatuti ſcripto ferenda. ib.
Materia, ob quam ferri poſſit excõmunicatio 2. p. 357.
Excommunicatio iuſta, vel iniuſta eſt timenda 2. p. 360.
Excommunicare qui poſſint. 2. p. 352.
Excommunicare poſſunt Generales, & Prouinciales pro rebus amiſsis, etiam ad finem reuelationis earũ 2. p. 353.

Exemptio.

Variæ circa exemptionem ſententiæ 218.
Exemptio abrogari quando poſſit. ibid.
Exemptio vbi tradatur. 2. p. 227.

Exhortari.

Plus eſt, quàm conſulere. 83.

Exceptio.

Facit regulam in non exceptis. 2. p. 399.

Exilium.

Perpetuum ſub pœnæ capitalis nomine venit. 373.

F

Fabrica.

In fabricandis conuentibus in ordine Minorum quæ ratio ſit habenda. 150.
Guardianus quantum erogare in fabricis poterit. 151.

Facetiæ.

Et ſcurrilitates vitandæ. 2. p. 71.

Factum.

Contra formam eſt nullum. 2. p. 294.
Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. ibid.

Falſum, Falſitas, Falſificatio.

Falſum, & falſitas quid, & quotuplex 2. p. 1.
Falſus teſtis quis ibid.
Non iuratus, an falſus puniri poſſit. 2. p. 2. 3.
Falſi crimen eſt publicum. 2. p. 3.
Falſum deponens ad defenſam. 2. p. 7
Falſi crimen exceptuatum 2. p. 8.
Falſificatio ſigilli quot modis fiat. 2. par. 9.
Vnius verbi mutatio quando falſitatem faciat. 2. p. 10.
Falſarius eſt, qui vtitur literis, aut ſigillis falſis, etiam ab alio acceptis 2. p. 10.
Falſarij pœnæ. 2. p. 12.
Falſificationem conſulere, an pœna ordinaria punibile. ibid.
Falſificare manum Prælati ſæcularis. 2. par. 13.
Falſificationis ſigilli Generalis quis iudex 2. p. 14.
Falſarij literarũ Apoſtolicarum quomodo puniantur 2. p. 15.
Falſarius non eſt, qui literas aperit. 2. par. 16.

Falſa-

Falſarij pœna à quò remitti poſſit. 2. par. 21.

Fama.

Subditi æſtimanda à Prælato. 24. Fama quid ſit. 418.

Fautores.

Qui 2. p. 237.

Filius.

Inobediens lapidabatur. 56.

Filij qui dicantur naturales. 412.

Forma.

Iudicij circa incorrigibiles. 2. p. 257.

Fornicatio.

Non eſt delictum capitale. 2. p. 285.

S. Franciſcus.

Quid facere voluerit Bononiæ circa erectum conuentum. 2. p. 265.

Fornicarius.

Quando perpetuò inhabilis. 354.

Forus

Sortimur forum ratione delicti. 204.

Fragilitas.

Minuit culpam. 58.

Fuga.

Rei quando imputetur Guardiano. 200.

Suſpectus de fuga. 159.

An liberandus ſub fideiuſſione. ib.

Fuga è carcere eſt confeſſio delicti. 39.

Inducit plenam probationem. ib. & 196.

Iniuſtè carcerato an liceat fugere. 193. V. Carcer.

Fuga iuſta habet vicem appellationis 389.

Fugere non dicitur, qui confugit ad Superiorem. 388.

Fur.

Nō tenetur ſe prodere in excommunicationē.

Fur famoſus quando dicatur. 358. & 2. p. 350.

Generalis.

In generali conceſſione non veniunt ſpecialia. 343.

Generales vnitatē affectāt. 2. p. 197.

Generalis quando diſpenſare nō poſſit. 382.

Generalis an poſſit delegare cauſas eiectionis. 2. p. 257.

Generalis non poteſt impedire iuriſdictionem Prouincialis. 2. p. 380.

Generalis emeritus vnum Superiorē habet. 2. p. 397.

Generalis in ſolo Capitulo iudicatur 2. p. 396.

De Generali bene præſumendum. 2. p. 369.

Gratia.

Gratiæ ſubreptitiæ quæ, & quando tales ſint. 2. p. 210.

Gratia examinari debet cum diffinitorio 2. p. 385.

Gratiæ ſuſpendi poſſunt ab Ordinario 2. p. 375.

Gratiæ non ſpirant, ſed reuocari poſſunt 2. par. 390.

Gratias ſubreptitias impetrantes puniendi ſunt. 2. p. 211.

Gratias ſubdolè impetrantes vt puniantur. 2. p. 371.

Grauatus.

Iudex grauatus in fama ſuſpendi poteſt. 163.

Guardianus.

Sine cauſa priuari non poteſt. 6.

Nec ſine proceſſu, & conſenſu diffinitorij. 8.

In

In quo loco ſalutares pœnitẽtias imponere poteſt. 245.
Facere aliquem Guardianum, vt is poſtea ſuffragetur ad voluntatem promouentis, eſt ſimonia, & ſubornatio. 165.

H.

Habere, Poſſidere,

HAbere, habita, tenere, & poſſidere quid ſignificent. 2. par. 73.

Habitus, Veſtis,

Habitus forma in cappucio & chorda conſiſtit. 178.
Habitus, & veſtis ſignum letitiæ, ſicuti ſpoliatio meſtitiæ. ibid.
Religioſi habitũ deponentes, & abſcondentes ſunt excommunicati. 179.

Homicidium.

Occidentes, vel mutilantes in bello. 2. p. 93.
Homicidium duplex. 2. p. 94.
Caſuale. 2. p. 95.
Doloſum quotuplex. 2. p. 97.
Caſuale non eſt punibile. 2. p. 96.
Homicida ad triremes inter regulares damnandus. 2. p. 98.

Hoſpites.

Delinquentes puniuntur à Superiore delicti 204.
Fugientes poſt cœptum iudicium, an ſint remittendi ad iudicem delicti. 205.
A quibus à reſeruatis abſoluendi. ib.
uniuntur per ſtatuta loci in quo peccant. 206.
Condemnatos punire debet Superior eorum iuxta ſententiam. ibid.
Inter duas prouincias delinquẽtibus datur locus praue actioni. 207. & 2. p. 329.

Honor.

Honoris deſiderium nobis innatum 2. p. 131.

Hortus.

Hortos ſuperfluos habere, Minoritis vetitum, & proprietarium; item & vineas. 318. 327.

I.

Ieiunium.

QVale adhiberi debeat carcerato eijciendo. 2. p. 251.

Immunitas.

Eccleſiaſtica an præſcribi poſſit. 2. p. 241.
Immediate. 153.

Imperium

Merum, & miſtum quid. 2. p. 252.
Importunum. 2. p. 129.

Impoſſibile.

An obligat. 370. 406. & 2. p. 45.
Impoſſibile dicitur quod nimis difficile. 2. p. 196.
Improperium. 2. p. 129.

Incontinenti.

Quid ſit. 2. p. 345.

Incorrigibilis.

Quis dicendus 355. 394. & 2. p. 245.
Incorrigibilis per decretum Vrbani VIII. eijciendus. 2. p. 248.
Incorrigibilis ex ſtatutis. 2. p. 249.
Incorrigibilitas de facto an ſufficiat ad aliquem declarandum incorrigibilem. 2. p. 247.
An incorrigibilis elapſo anno carcerationis ſit excarcerãdus. 2. p. 252.

Incorporatio.

Incorporationis in aliena prouincia leges. 410.

Incor-

Incorporare poteſt ſolum Prouincialis. 413.
Poteſtas Generalis in incorporatione. ibid.

Inductio.

Quando fit in electione. 2. p. 155.

Infamia, Infamis.

Infamatus non poteſt eligi. 2. p. 165.
Infamis an communicare poſſit. 182. quando, & qualis. ibid.
Infamia, & ignominia, quid & quotuplex. 417. & 426.
Infamia, & nota idem ſunt. 427.
Infamia irrogatur per ſententiam. ib.
Infamia eſt lepra. 427.
Infamiæ macula per quos extergi poſſit. 429.
Infamiæ pœnæ non debet extendi 436.
Infamia facti quomodo deleatur 448.
Infamia iuris vt purgetur. ibid.
Infamare quid, & quàm graue delictum ſit. 418.
Infamantium pœnæ. 417.
Infamat, qui peccatum ſecretum publicat, & non probat. 451.
Non infamat reuelare defectus naturales. 453.
Infamat, qui dicit aliquem ortum ex maculato ſeminè. ibid.
Infamare cõmunitatem grauius eſt, quàm particularem. ibid.
Infamat, qui refert audita, etiamſi ipſe non credat ea vera eſſe. 456.
Infamatores mortuorum. 452.
Infamans ſeipſum puniendus 460.
Infamia triremium an diſpenſabilis ſit 2. p. 295.
Infamiæ diuiſio. 2. p. 348.
Infamia iuris vt contrahatur. ibid.
Infamium pœnæ. ibid.
Infames ſunt perpetuò inhabiles ad officia. 2. p. 351.
Infamis eſt irregularis. ibid.
Infamare ordinem eſt contra ius naturæ. 2. p. 317.
Infamis, ſi eligatur Superior, vbi infamia eſt occulta, quid faciet. 450.
Infamans quando abſolui poſſit ante reſtitutionem. 458.
Infamis redditur quis, ſi condemnetur ob delictum infamans. 421.
Infamis non redditur quis ob ſolum notorium facti. nec ex confeſſione; nec de crimine infamante. 422.
Infamatus de graui delicto nõ adhuc probato, ſuſpendendus ab officio. 431.
Infamia iuris non præſcribitur tempore. 450.

Inferior.

Quando cognoſcere poſſit. 2. p. 179.

Ignorantia.

Allegata eſt probanda. 248.
A pœnis liberat. 249.
An probetur per iuramentum. 250.
Craſſa an excuſet. 142.
Quando dolo comparetur. 10.
An excuſet diffinitores in ferendis ſententijs. 232.
Quando præſumitur. 247.

Iniuria.

Iniuriarum actio quomodo præſcribatur. 2. p. 75.
Quotuplex iniuria. 2. p. 56.
Septẽ in iniuria conſideranda. 2. p. 57.
Iniurians grauius plus eſt puniendus. 2. p. 56.

Iniu-

Iniurioſi regulares ſecularibus. 2. p. 52.
Iniurioſis verbis an Prælatis vti fas ſit. 2. p. 69.
Iniuria atrox, & leuis vnde iudicanda. 2. p. 54.
Iniuriæ an omnes eiusdem ſpeciei. 2. p. 54.
Iniuriæ plures vno impetu illatæ an pœnas multiplicent. 2. p. 57.
Iniuriare ad defenſam an liceat. 2. p. 59. 61.
Iniuriæ mutua compenſatione tollũtur. 2. p. 59.
Iniuriarum actio non eſt publica. 2. p. 52.
Iniuria, *Alſindicato tivoglio*. 2. p. 61. 62.
Iniurians Vicarium conuentus, aut Tertiarium. 2. p. 50. 51.
Iniuria facta capiti intelligitur facta corpori. 2, p. 286.

Innocens.

Præferendus accuſanti. 457.
Innocentes quando puniri poſſint. 2.

Inobedientia, Inobediens.

Inobedientia vt à rebellione differat. 236.
Quid addat ſupra rebellionem, & cõtumaciam. 237.
Facta Generali per diſcretos examinari non debet. 244.
Inobedientium pœnæ. 242.

Inſurgere.

In Prælatum quando dicendum. 2. p. 172.

Inſtrumentum.

Quando dicatur publicum. 339.

Intra.

Quid notet. 394.

Irridere.

Peccatum eſt pœna dignum. 2. p. 62.
Etiamſi verum dicat. 2. p. 63.

Iudex.

Sit clemens. 68.
Iudex ordinarius. 69.
Iudex legibus cautior non ſit. 71.
In cauſa propria, nullus. 13.
Allegatus ſuſpectus, deſinit eſſe Iudex. 14.
Cauſæ ſuſpicionis. ibid.
Iudici, ſua manu acta ſcribenti, nõ creditur. 16.
Iudices regulares præſumuntur ſecularibus meliores. 17.
Iudex eſt animata iuſtitia. 26.
Iudex puniendus, qui negligit inquirere delicta. 380.
Iudex ex abrupto procedere non poteſt. 381.
Iudex non eſt, qui mandati limites excedit. 434.
Iudex non poteſt accuſationem inceptam abolere. 442.
Iudex poteſt ſtatuere terminum ad accuſandum. 443.
Iudici quod crimen opponi poſſit. 428.
Quãdo Iudici, vel officiali reſiſti poſſit. 2. p. 215.
Iudex requiſitus dare tenetur copiã actorum, non vitrò. 2. p. 338.
Iudex recuſans appellationem qualiter, & à quo puniri debeat. 2. p. 342.
Iudex à quo an audiendus. ibid.
Iudex loci poteſt procedere contra hoſpites delinquentes. 2. p. 325.
Iudex ordinarius procedere poteſt cõtra abſentem ſubditũ. 2. p. 327.

Iudex

Iudex originis, & delicti poſſunt contra vnum, & eundem procedere. 2. p. 328.
Contra Iudices an poſsit excipi ex infamia. 427.

Iudicium.

Expulſionis an fieri debeat in cõgregatione. 2. p. 259.
Iudicij forma circa incorrigibiles. 2. p. 257.
In iudicijs ſeruentur eſſentialia, & quæ. 4.

Iuramentum.

Teſtem adſtringit. 2. p. 2.
Non iuratus teſtis an probet. ibid.
Iuramentum non eſt de eſſentia teſtimonij. 2. p. 263.

Ius, Iurisdictio.

Ius poſitiuum quando obliget, aut non 2. p. 136.
Denunciatum, non redit. 223.
Iuris ſolemnitates an regulares ſeruare teneantur. 5.
Ius clericorum pingue. ibid.
Ius Pontificium. 2. p. 219.
Ius naturæ præceptiuum, & permiſſiuum. 2. p. 233.
Iurisdictio quæ, & quotuplex. 111.

L.

Laicus.

Laici deſcriptio. 2. p. 227.
Laici incapaces ſunt iurisdictionis ſpiritualis. 2. p. 226.
Laicus eiectus è religione quo habitu incedet. 2. p. 265.
Illum percutiens an excommunicatus. ibid.

Legatus.

A latere in exemptos iurisdictionem habet. 2. p. 242.
Legatus natus nequaquam ibid.

Legatum.

A Guardianis renunciandum, ſub qua pœna. 338.
Legatum perpetuum an tollat mendicitatem. 145.
Quid ſit. 146.
Procurans ſibi, aut ordini, delinquit 147. 149. 333. 334. 335.
A procuratore fratre nõ exigendum 338.
Eleemoſynaliter exigi poteſt. 148. 335. 336.
Exigere quid ſit. ibid.
Syndici circa hoc docendi. 149.
Haberi ne poſsit nomine Eccleſiæ Romanæ. 336.
Moneri ne Iudices, aut hæredes. 337.

Legitimè.

Conſtare. 356.
Fieri. 22.

Leno.

Magis puniendus, quàm adulter. 80.

Leuia.

De leuibus peccatis etiam curandũ eſt. 2. p. 207.

Lex.

Legum correctio vitanda. 258.
Leges humanę an obligent in conſcientia ad pœnam. 47.
Legis qualitates. 49.
Acerbitas, & inhumanitas legi repugnant. ibid.
Super hoc Suarez examinatur. 50.
Lex obligat in cõſcientia poſt declarationem. 54.
Pœnalis ad culpam non obligat. ib.
Merè pœnales vnde conijciantur 59. 60.

Leges Minoricæ omnes ferè pœnales. 60.
Vna per aliam declaratur. 259.
Vltima primam declarat. ibid.
Pro concordia legũ alternatiua vertitur in copulatiuam. 260.
Lege clara non eſt recurrendum ad rationes. 133.
Leges poſteriores per priores declarantur. 378.
Verba legis 12. Tabularum declarantur. 420.

Libertas.

Faciendi regulari debet à legibus. 74.

Libri.

E bibliothecis extrahi non poſſunt. 310. 311.
Bibliothecæ quæ ſint. 311.
Inuentaria librorum facienda. 312.
Et quid ſi non ſit in vſu. 313.
An extractio quinternorum afficiat. 313.
An Superior extrahens incidat in pœnas. 314.
Libros prohibitos vt Confeſſarius tenere poſſit. 286.
Et quando pro retentione culpandus. 287.
Libros vetitos retinere quid ſit, & quando pro hoc puniri poſſit. 142.
Decretum rigoroſum contra tenentes libros vetitos. 2. p. 303.

Libido.

Varia, ſæua. 345.
Suſpectus domos ingredi. 345.
Sacrilegi in Moniales. ibid.
Innominabile patrantes. ibid.
Morbo Gallico infecti. 346.
Libidinis ſpecies. 352.
An æqualiter punienda. 354.
Libidinis rei à quibus adiudicandi triremibus. 355.
Libido in clericis quomodo puniatur ibid.

Licentia.

Quando actu obtinenda. 298.
Quando illam concedere Iudex teneatur. 2. p. 73.
Licentia ad reſpondendum Prælato, non ſufficit præſumpta. 2. p. 73.
Poteſt tamen peti. 74.
An ſubditus è conuentu egredi poſſit cum licentia tacita. 386.

Literæ.

Prælatorum quam fidem faciant. 38.
Literas deſtruere, retinere, impedire. 2. p. 16. 17.
Quando puniendum. 2. p. 18.
Literas ad Prælatos, vel à Prælatis aperire. 2. p. 19.
Literas ſecretariorum. 2. p. 20.
Vel aperitionem differre. ibid.
Complices pro falſis literis ſcribendis 175.

Locus

Locum ſibi procurare ſubditus religioſus quando poſſit. 2. p. 214.

Locutio.

Fieri debet iuxta morem patriæ. 2. p. 71.

Ludere, Ludi.

Ludentium fratrum pœnæ. 2. p. 275.
De Ludis quid ſtatuat Ius ciuile & quid Ius Canonicum. ibid.
Quinam ludi ſint vetiti. 2. p. 276.
Ludi fortunæ. 2. p. 277.
Notabile dictum de aleatoribus. ib.
Ludere eſt peccatum. ib.
Ludentium pœnæ. ib.

Lude-

Ludere regularibus quãdo permiſsũ. 2. p. 278.

Luſor quis 2. p. 279.

Paucitas materiæ excuſat in ludo, niſi fiat ex conſuetudine: 2. p. 280.

M.

Machinatio. 2. p. 102.

Magiſter.

Nouitiorum an diſcreto maior in ordine. 114.

Malitia. 2. p. 174.

Malitioſè quid ſonet. 447.

Malum.

Omne, an puniri expediat. 2. par. 142.

Mali ſpecies fugienda. 283.

Malum minus permittitur ad vitandum maius. 317 & 2. p. 212.

Malè fieri, & non fieri idem eſt. 2. p. 389.

Mandans, Mandatum.

Mandans tenetur pœna ordinaria. 79.

Ad mandantem pœna extenditur. ibid.

Mandans facit interpretatiuè. 80.

Mandans magis puniendus. 81.

Mandatum plus obligat, quàm conſilium. ibid.

Mandans homicidium, ſi non influit, non eſt irregularis. ib.

Mandatum tacitum, & expreſſum. 82.

Ratihabitio mandato comparatur. ibid.

Mandans ſi reuocat mandatum, non tenetur, ſecus de conſiliante. 84.

Manifeſtum:

Et notorium, & occultum, quid notent. 168.

Maximè, 2. p. 173.

Menſa.

Prælato in menſa reſpondere. 151.

An liceat modeſtè, & ſe defendendo 155.

An ſi in ſecunda menſa. 156.

An ſi petita, & non obtenta licentia. 157.

Merita.

Honoranda. 2. p. 131.

Merita pœnas minuunt. 2. p. 396.

Metus.

Quando excuſet. 2. p. 136.

Quando iuſtus. ib.

Vnde concipiatur. ib.

Cadens in virum conſtantem. 2. par. 137.

Moleſtari.

Quid importet. 2. p. 302.

Mollities.

Et fornicatio ſimplex, per leges ciuiles non puniuntur, quid inter religioſos. 352.

Modus.

Procedendi in criminalibus non eſt arbitrarius. 3.

Qualis in ordine Minorum. 6.

Monitoria.

Ad partis inſtantiam expedienda. 2. p. 356.

Quando expediri debeant. 2. p. 358.

Scribi debent. & quoties publicanda ſint. 2. p. 359.

Mulier.

Mulieres intra clauſuram introducentes, an ſint excommunicati. 359.

N.

Narratiua.

VAriatio duplex, eſſentialis, & accidentalis. 2. p. 372.

Natiuum.

Quid ſit. 411.

Neceſſitas.

Eſt quodlibet iuſtum impedimentum immò eſt vtilitas. 391.
Neceſſitas publica quæ. 403.
Neceſſitas grauis, & leuis quæ. 404.
Quæ neceſſitates concedant mittere fratres extra limites, &c. 403.

Negligentia.

Quando eſt dolus. 200. 201.
Negligens quis dicendus. 408.

Nefandum.

Nefandi criminis pœnæ. 371.
Nefandum crimen appellatur etiam innominabile. ibid.
Nefandum ſcelus morte mulctatur per leges ciuiles. 372.
Quomodo mulctetur de iure Canonico. ib.
Quomodo puniatur de iure municipali. 373.
Contra nefandos quid Pius V. diſpoſuerit. 374.
Nefandum crimen exercẽtes, idque tantum cum maſculis, non autem cum fœminis puniendi. 376.
Nefando crimine ſemel peccans poteſt mitti ad triremes. 2. p. 286.
Nefandos tradere brachio ſæculari Religioſi non tenentur. 376.

Niſi.

Eſt dictio, quæ omnibus præcedentibus contradicit. 413.

Nobilitas.

Verior virtutis, quàm ſanguinis. 94.
In religione. & mercatura non perditur. ibid.
Vnde manet. 95.
Per ſcientiam augetur, & diuitias ſouetur. 95.
Nobilitati an deferendum in pœnis. 96.
Quanti fiat in religione. 99.
Aggrauat delicta. ibid.
Maximè libidinum. ibid.

Non.

Prohibens quan lo puniendus. 85.

Notarius.

Habet vim duorum teſtium. 16.
Ei quanta fides adhibenda. ibid.
Notario affirmanti potius creditur, quàm teſti neganti. 17.
Notarius infamis non ſit. 428.

Notabiliter.

Quid importet. 2. p. 350.

Notorium.

Quid. 37.
Notoriè delinquenti non dantur defenſiones. ibid.
In notorijs iuris ordo non ſeruatur. ibid.
Iuris, & facti. 181.
Notoria probatio. 356.

Nullus 9.

Nulla ſunt facta contra legem. 2. p. 179.

O.

Obedientia.

IN dubio obedire tenemur Prælatis. 307.
Obedientiæ votum quo extenditur. 19.
Non obedire quando liceat. 240.

Obreptio.

Quid ſit. 2. p. 371.

Obſe-

Obſecratio. 2. p. 129.

Obſtans.

Quando reſtituere teneatur. 150.

Occidere.

Occidens ad defenſionem non eſt irregularis. 2. p. 94.

Occiſurum præuenire an liceat. 2. p. 95.

Occultum.

Per ſe, & per accidens. 50.

Odium, Odioſum.

Odium quid ſit. 2. p. 198.

Odioſum quid 180.

Odioſum ſtrictè interpretandum. 100.

Officialis.

Delinquens quando ſuſpendatur ab officio. 2. p. 160.

Officiales conuentus qui ſint. 2. p. 13.

Omninò. 2. p. 100.

Opinio.

Communis poteſt eſſe falſa. 292.

Probabilis amplecti poteſt à Iudice. 259.

Opponere.

Quando ſumatur contra Superiorẽ. 238.

Ordinarium.

Ordinarius Iudex. *69.*

Ordinaria pœna. ib.

Extraordinaria quæ ſit. *68.*

Ordinarij in exemptos iuriſdictionẽ non habent. 2. p. 225.

Ordinarius quando procedat, vt delegatus. 2 p. 258.

Ordinarius quis. 2. p. 264.

Ordinarius non poteſt examinare ſententiam expulſionis. ib.

Ordinarius difficilius recuſatur, quã delegatus. 2. p. 344.

Ordinatus.

Vi an teneatur ad continentiam. 2. p. 319.

Ordo.

Correctionis quo vtitur Eccleſia ſin Clericis. 378.

P.

Pars.

QVando eſt inaudita. 27.

Pater.

Naturæ, & reuerentiæ titulus. 114. 115.

Patres Ordinis variè qualificati. 115

Patres grauiſſimi in Ordine. 224.

Patres Ordinis delinquẽtes quomodo puniendi. 2. p. 391.

Patrum diſtinctio in Ordine Franciſcano. ib. & 392.

Patres Prouinciæ quinã ſint. 2. p. 393

Pater honoris titulus. 2. p. 394.

Patres ex Priuilegio. 2. p. 400.

Patres conſcripti. ib

Patres Ordinis quæ Priuilegia obtineant. ib.

Patria.

Quæ tribuant Patriam. 411.

Peccatum, Peccans.

Peccata venialia an ſint materia correctionis: & quando ad mortale trahantur. 1.

Peccata plura an mereantur plures pœnas. 327.

Peccata mortalia propriè puniuntur. 2.

Non omnia peccata ſunt ex contẽptu. 43 .

Peccans cõtra tria ſtatuta vna actione an tribus pœnis ſit plectẽdus. 359.

Pec-

Peccatorum radices. 87.
Peccatur aliquando ſine dolo 88.
Per.
Quid ſignificet. 387.
Pernoctare.
Quid, & quæ cauſæ pernoctationem iuſtificent. 390
Pecunia, Denarij.
Pecunia in manu Syndici ſeruanda, & à quibus. 279.
Pecuniæ quæ ſtus in Eccleſijs Minorum interdictus. 301.
Merces pecuniaria Minoribus interdicta. 303.
Merces humiliter acceptanda, & ad quem, & per quem deferri poſſit. 303.
Pecuniam dare, ne in electione impediaris, eſt ſimonia. 2. p. 145.
Pecuniarias eleemoſynas fratres minores petere, quando valeant. 145. 296.
Perpetuum. 2. p. 267.
Perfidia.
Eſt defectio à Religione. 174.
Pluralis.
Numerus in duobus ſeruatur. 382.
Percutere.
Quid. 2 p. 83.
Aliquando accipitur pro occidere. 2. p. 90.
Percutientium Fratrum pœnæ. 2. p. 89.
Religioſi percutientes ſeculares. 2. p. 91.
Percuſſio leuis, grauis, mediocris. 2. p. 79.
Atrox, leuis, leuiſſima. 2. p. 80.
Animus ad grauiter percutiendum. 2. p. 81.
In fugam vertens Clericum, an percuſſor. ib.
Percutere manu. 2. p. 82.
Se percutientes ad inuicem. ib.
Ad percutiendum manum leuare. 2. p. 77.
Conatus ad percutiendum. 2 p. 78.
Pulſare, & verberare. ib.
Imagines, & Reliquias Sanctorum percutere. 2 p. 79.
Pœna.
Sine culpa infligi non poteſt. 20. 25.
Nec ante culpam probatam. 186.
Habet relationem ad ius ordinariũ, & altum. 22.
Lata in facientes, quando trahatur in fautores. 254.
Maior minorem abſorbet. 2. p. 17.
Pœna quid. 44. 72.
Capitalis ab Eccleſiaſticis non imponenda. 44.
Et quæ iſta. ibid.
Quotuplex. 45.
Carceris, exilij, triremium, expulſionis. ibid.
Pœnæ, exceptis cenſuris, non ſunt canonicæ, neq. ſpiritnales. 45. 46.
In ordine Minorum quando contrahantur. 53.
Conſtitutiones in ordine Minorum ſunt comminatoriæ in pœnis. ib.
Sicuti Prædicatorum, & Ieſuitarum. 55. nec ad culpam obligant. ibid.
Pœna quando retrotrahatur. 53.
Pœna temporalis, & perpetua. 65.
Quæ tales in ordine Franciſcano. ib.
Quæ vno actu abſoluitur eſt perpetua. ibid.
Indefinita eſt decennalis. 68.
Cuius intereſt illam declarare. ibid.

Ordi-

Ordinaria, & extraordinaria ibid.
Arbitraria. 69 70.
Pœnam alterare poteſt, qui poteſt, de illa cognoſcere. 71.
Quæ pœna imponenda in alternatiua diſpoſitione. 71.
Et ad cuius electionem. ibid.
Et ſi ad nullius arbitrium. 72.
In pœnis non fit extenſio. 74.
Quomodo illud intelligendum. 77.
Pœna cur ſit æterna poſt mortem. 91.
Pœnis diuerſis ſtatutis, quibus ſtandũ 93.
Pœnale ſtatutum non extenditur. 77.
Pœna non datur, niſi ob delictum iam patratum. ibid.
Quando ad mandantes, & conſulẽtes extendatur. 79.
An pœna ſuſpenſionis ab officio poſſit eſſe perpetua. 65.
Quæ pœnas minuant. 97.
Suſpenſio, & priuatio vt differant. 66.
Pœna impoſita delicto digno pœna perpetua, eſt perpetua. ibid.
In dubio æſtimanda eſt temporalis. 67
Pœnalis interpretatio eſt mollienda. 67.
Pœna incipit ſtatim poſt commiſſum delictum. 119.
Pœna ſumma, mediocris, leuis. 2. p. 90.
Pœna homicidij. 2. p. 93.
Pœna ſtatuti, non iuris attendenda. 89. 294.
Pœna reſpicit effectum, & non affectum. 2. p. 261.
Pœna ſit delicto conformis. 155.
Pœna fratrum ludentium. 2. p. 275.
Pœnæ reuelantiũ confeſſiones à quibus remitti poſſint. 2. p. 315.

Pœnitentiæ.

Salutares, quæ ſint. 1.
Quales pœnitentiæ ieiunio adiugẽdæ in incorrigibilibus. 2. p. 251.
Quæ pœnitentia à Canonibus antiquis imponebatur presbytero fornicario. 383. & 2 p. 252.

Poſſeſſio.

Et vſus aliquando nomine dominij veniunt. 344.

Poſt.

Quid importet. 382.

Præcepta.

Sunt diſpenſabilia. 2 p. 200.
Præcepta, & vota obſeruanda. 2. p. 202.
Præcepta Regulæ an præſcribi poſſint. 2. p. 200.
Præcepta Eccleſiæ non obligant cũ tanto incommodo. 451.
Ex Præceptis elucet paupertas Minorica. 2 p. 201.

Præfatio.

Prœmium, & Rubrica quid valeãt. 2. p. 270.

Prælati.

Non tenentur reuocare adiudicatos triremibus. 2. p. 292.
Nec tenentur recipere remigem redeuntem 2. p. 293.
Contra Prælatos maturius proceditur. 2. p. 206.

Præſcriptio.

In delictis quando detur. 2. p. 323.

Præſumptio.

Præſumptiones damnant extraordinariè. 370.
Præſumptiones vehementes, & proximæ ad pœnam ordinariam damnant. ibid.

Præ-

Præſumptionibus vt plurimum probantur delicta carnalia. 369.
Præſumere ſupponit ſcientiam, & excluditur per omnem ignorantiam. 246.

Prætextus.

Quid. 2. p. 301.

Præuaricari.

Quando eſt peccatum mortale. 443.

Præuentio.

Præuentioni locus quando erit. 2. p. 230.
Præuentionis effectus. 2 p. 231.

Preces.

Superiorum iuſtum timorem incutiunt. 2. p. 151.

Priuatio, priuatus.

Qui ſit priuatus iure ſuffragiorum, an poſſit eſſe Commiſſarius, aut Viſitator. 116.
In quibus caſibus priuationes in Ordine Minorum infligantur. 121.
Et in iure communi. 128.
Sunt centum nonaginta octo. 131.
Priuatio vocis actuum, officiorum. 101. 103.
Priuatio, & negatio, in quo differat. 102.
An iſtæ priuationes in ſacris Canonibus reperiantur. 104.

Priuilegia.

Sibi conceſſa religio interpretari poteſt. 25.
Priuilegijs realibus an Generalis renunciare poſſit. 253.
Priuilegium aliquid operari debet 2. p. 376.
Priuilegium inuito ordini non poteſt. 2. p. 377.
Priuilegium eſt priuata lex. 2. p. 380.

Probatio.

Euidentiſſima quæ ſit. 38.
Probatio qualis eſſe debeat in delictis. 2. p. 320. 377.

Proceſſus, Procedere.

Proceſſus quantum temporis in Ordine Minorum conſeruandi ſint. 42.
Proceſſus ſummarius non tollit eſſentialia, ſed ſolemnitates. 2. p. 387.
Procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicij quid ſit. 5.
Patrum conuentualium Franciſcanorum modus procedendi. 77.

Procurator.

In criminalibus quando admittatur. 36.

Promotor.

Promotori fiſcali quando fides ſit habenda. 381.

Promotus.

Fictè ſuo Ordinario ſiſtendus. 2. p. 433.
Malè promotus ſuſpenditur. 2. par. 434.

Proœmium

Proœmij vires. 2. p. 233.
Proœmium dat cauſam finalem. 2. p. 302.

Proprietas Proprietarius.

Proprietarius quis. 274.
Proprietatis caſus. a fol. 284 ad 328.
An ſit proprietas Minoritæ deferenti denarios. 289.
Proprietariorum pœna an creſcat ex quantitate proprietatis. 278.
Proprietarius quomodo ſepeliendus. 276.
An cum tota pecunia defodiẽdus in ſterquilinio. 273.

An

An exhumandus cum ſcandalo. ib.
Proprietarius fictus an etiam ſepeliendus 274.
Vt proprietarius puniẽdus eſt Guardianus, qui alibi quam apud Syndicum deponit denarios. 292.
Proprietariorum pœnæ. 271.
Primi proprietarij. ib.
Proprietas vera, & ficta. 280.
Quæ punitur 281. 282. 283.
Proprietarius eſt cõfuſibiliter expellendus. 312.
Superflua habere Minoritis eſt proprietas. 315.

Protector.

Protectoris auctoritas. 2. p. 216.

Proteſtatio.

Præmittenda in cauſa ſanguinis. 376
Proteſtatio quid, vbi tollatur, & quomodo fiat. 2. p. 323.

Prouincialis.

Habet auctoritatem quaſi Epiſcopalem, imò, & maiorem. 2. p. 15.
Prouincialis ſine diffinitorio non poteſt ad cauſas procedere 8.
Prælati minorum ſunt ſerui. 2. p. 69.
Qui ſint. 2. p. 50.
Prælato non reſpondendum in culpa. 2. p. 60.
Prouocare. Sumitur pro appellare, & irritare. 2. p. 47.
Prouocatio grauis, & leuis. 2. p. 53.

Prout.

Vobis videbitur, placuerit, &c. 74.
Prudentia. Quid. 227.
Publicatio. Ad obſeruantiam legis dirigitur. 2. p. 268.

Punire, Punitus.

Puniendus grauiùs, qui grauiùs delinquit. 2. p. 91.
Punitus ſemel completè, non eſt amplius puniendus. 90.
Punitus ab vno, an poſſit puniri ab altero. 92.
Punitus ab vno Prouinciali, an poſſit releuari ab alio. 92. 93.
Punitio notabilis, quæ. 2. p. 404.

Q.

Qualitas.

Quid ſit apud Legiſtas. 414.

Quonis modo.

Quid importet. 333.

R.

Ratio.

Eſt cauſæ redditio. 5.
Eſt anima legis. 341. 400.
Vbi lex, non eſt quærenda. 2. 8.
Ratio reſtringit generale dictum. 2. p. 234.
Vbi omnimoda ratio concurrit, omnis caſus comprehenditur. 400.

Ratihibitio.

In delictis. 2. p. 217.

Rebellio.

Rebellare quid, & in quos ſit. 239.
Rebellionis quinque actus. 241.
Rebellare occultè. ib.
Rebellio tẽtata an ſit punibilis 251.
An omnis actus Rebellionis ſit puniendus 252.
Rebellionis in Commiſſarios miſſos à Generali pœnæ 246.
Rebellio omnis an æqualiter punibilis 262.
Rebellare in Vicarium Conuentus, & aliquem Patrem grauem. 265.
Rebellare à Commiſſarijs ad cauſas ſpeciales. 270.
Excommunicationem latam in rebelles, nec Generalis, nec Ordo poteſt tollere. 2. p. 268.
Pœnæ rebellium contrahuntur poſt

ſſ 3 decla-

declarationem . 251.
Rebellis quibuscaſibus liberatur.249
An requirat ſentētiam rebellio.252.
Suadentes rebellionem , quas pœnas incurrant.255.
Non impedientes . ib.
Quid ſi id faciant ex negligētia.256.
Rectè , Ritè . 2. p.262.
Rectores.
Difficilè ſaluantur . 2. p.206.
Recurrere, Recurſus.
Recurſus ad Papam immediatè licitus. 2.p.235.
Recurſus ad Tribunalia ſæcularia Regularibus prohibitus. 2.p.221.
Recurſus legitimę cauſæ.389.
Recurrentium ad S.Officium Priuilegia . 2.p.301.
Recurrētes quādo puniri poſſint.ib.
Recurſus inutilis , & vagus ad Sedē Apoſtolicam prohibitus.2.p.236.
Recurſus licèt ſine effectu inducit cenſuras. 2.p.238.
De recurſu ad Monarcham.2.p 240.
Pœnæ recurrentium ad Tribunalia ſæcularia . 2.p.208. & 239.
Reccurrens per alium etiam puniēdus. 2.p.238.
Recurrere ſine medio ad Protectorē an liceat . 2.p.235.
Redditus.
Habere Franciſcanum , eſt contra Regulam . 336.
Reformare, Reformatio.
Reformare quid. 2. p.192. & 267.
Quando extendantur . ibid.
Reformare qui teneantur ſub mortali . 2.p.199.
Reformatio non concernit ſingulos , vt ſingulos . 2. p. 204.
Reformationis futuræ caſus. 2. p. 205.
Vigilantia Eccleſiæ circa reformationem . 2. p. 194.
An Religioſi teneantur acceptare reformationem . 2. p. 203.
Circa reformationem Prælatorum diligentia . 2. p. 206.
Reformati in quo peccent. 2. p. 198.
Reformati quomodo poſſint fratres extra limites ſtatos mittere . 404.
Reformati non poſſunt regi per ſtatuta Obſeruantium . 405.
Reformati in odioſis non veniunt nomine obſeruantium . 2. p. 313.
Regula.
S. Franciſci à Deo tradita : 326.
Quando cœperit relaxari . 2. p. 193.
Regulares.
Quo iure ſint exempti . 2. p. 221.
Regulares cur exempti à ſecularibus. 2 . p. 222.
Regularis quando poſſit aliquē apud Epiſcopum accuſare . 2. p. 229.
Regularis poteſt in aliquibus caſibus ad Epiſcopum ſpectantibus procedere. 2 . p. 221.
Regulares à quibus appellare poſsint 2.p. 332.
Regulares poſsunt mādare monitiones , & excommunicationem ſine ſcripto . 2. p. 359.
Relatiua.
Relatiuorum eadem eſt natura . 76.
Religioſi.
Non debent eſse laicis peioris conditionis in iudicijs . 6.
Religioſi quibus caſibus accuſare teneantur. 443.
Remanſio.
Remanſionem procurans in conuētu contra Prælati placitum grauiter peccat 2. p. 213. 217.

Doce-

Docere ſeculares modum, quo procurent remanſionem, vel remotionem fratris, quando ſit punibile. 2. p. 216.
Remedium.
A Deo non eſt quærendum, vbi humanum ſuppetit. 251.
Remittere.
Peccat Princeps remittendo pœnam ſine Remiſsione partis. 2. p. 177.
Remiges.
Inhabiles ad officia. 2. p. 296.
Non tenentur ad obſeruantias regulares. ibid.
Replicare.
Summo Pontifici præcipienti, quando liceat. 306.
Reſcriptum.
Sine mandato impetratum, quando valeat. 2. p. 209.
Reſiſtere.
Commiſſarijs miſſis à Prouinciali nō inducit cenſuram. 2. p. 234.
Reſpondere.
Prælato in Capitulo cu'pant. 2 p. 72.
Qui hoc conſuleret. 2. p. 74.
Reſpublica.
Reipublicæ intereſt reos puniri. 73.
Reſtitutio.
In integrum nō datur vltra quadriennium. 42.
Reſtitutio famæ quouſque differri poſſit. 457.
Reuelare.
Verum crimen, ſed occultum eſt infamare. 2 p. 137.
Reuelans corā duobus alterius peccatum, grauiter peccat. 454.
Reuelans peccatum correptum, an puniendus. 456.
Reuelantium defectus Religionis pœna. 2. p. 316.
Reuelanda ſunt delicta in viſitatione, 2. p. 321.
Reus 24.
S.
Sacerdos.
Malus, quam peſſimus. 100.
Sacrilegium.
Quotuplex. 364.
Cum moniali. 364.
Monialis eſt ſponſa Dei. 365.
Quam atrox ſcelus hoc ibid.
Etiam attentatum. 367.
Sacrilegium quid. ibid.
Sacrilegium innominabile. 368.
Sacrilegium ex mollitie. 368.
Sæpe. Quot vices importet. 2. p. 246.
Saltem. Eſt particula, quæ excludit numerum. 413.
Scandalum. Actiuum, & paſſiuū. 139.
Multa omittuntur ad vitanda ſcandala. 426.
Scienter Idem eſt ac appenſate. 440.
Scriptura Quā fidē faciat in iudic. 38
Scriptura receptionis pecuniarum, quando fieri poſſit à Franciſcanis. 295. 296.
Secretum. In examine teſtium, quàm neceſſarium. 17.
Non reuelandum. 308.
Etiamſi præcipiatur ſub obedientia, & cenſura. 308. 309.
Etiamſi ſub iuramento. 309.
Secularia. Negotia. 2. p. 226.
Seditioſi. Odibiles. 175.
Eorum pœnæ. 175.
Sententia. Requiri ut in ōni iudicio. 23
Quando dicatur iuſta. ibid.
Sententia electionis notificanda Epiſcopo. 2. p. 264.
Sententiæ vnde petendæ. 2. p. 200.
Sepultura. Eccleſiaſtica quibus negetur. 272.

Proprietarij, & in peccato mortui, vt ſepeliendi. 277.
Sepeliens indignum qua pœna plectẽdus. 279.
Simonia. Eſt ſacrilegium omni iure prohibitũ. 2. p. 112.
Indiſpenſabilis. ibid. Quotuplex. ib.
Mentalis. 2. p. 113.
Conuentionalis. 2. p. 114.
Vendere ſacramenta, & materiam proximam. ibid.
Sacramentalia, conſecrata, ſepulturas, reliquias. 2. p. 115.
Vſum ſacrarũ veſtium, actus ordinum proceſſiones, recitationes horarũ, ingreſſum religionis. 2. p. 116.
Prædicationem, Spiritualis iuriſdictionis actus, officia Cameræ, laborem coniunctum cũ adminiſtratione Sacramentorum. 2 p. 118.
Simonia in beneficijs. ibid.
R. ſeruare, vendere, emere penſiones ſpirituales. 2. p. 119.
Permutare beneficia. Et quid in hac materia poſſit Papa. 2. p. 120.
Præſtimonia, hoſpitalia, ſacriſtiæ, ſtipendium Miſsæ. 2. p. 121.
Simoniæ pretium. ib. Quotuplex. ib.
Imponere onus celebrandi. 2. p. 122.
Spirituale in ſua latitudine, quidnã materia Simoniæ, doctrina, conſilium. 2. p. 107.
Exhortatio, boni omiſſio, commutare ſpiritualia inter ſe. ib.
Accipere pretium pro celebratione, prædicatione, abſolutione, delatione Euchariſtiæ, domo, gratitudine, renunciatione beneficij. 2. p. 109.
Frequentia Sacramentorum, ſuſtẽtatio Miniſtrorum. 2. p. 110.
Pro extorquendo Baptiſmo. 2. p. 111.
Ne infameris. 2. p. 112.
An ſit ſimonia conferre officium, ne infameris. 2. p. 115.
Simonia quid. 2. p. 114.
Paruitas materiæ an excuſet. ib.
Pretium ſimoniæ quod, & quotuplex 2. p. 116.
Simonia eſt dare votum, vt fias Superior. 2. p. 114.
Simonia eſt, dare pro capienda poſſeſſione beneficij. 2. p. 152.
Simonia eſt dare præmium pro confirmatione. 2. p. 149.
Suffragij negationem procurare quando ſit ſimonia. 2. p. 153.
Scientes ſimoniacos reuelare tenẽtur. 2. p. 167.
Mediatores ſimoniæ ſunt excommunicati. 2. p. 167.
Pœnæ ſimoniæ realis. 2. p. 125.
Simoniaci in Ordinibus. 2. p. 125.
Simoniaci actus quãdo validi. 2. p. 126
Electio Simoniaca eſt declaranda per ſententiam. 2. p 126.
Vendentes Sacramẽta, cui debẽt reſtituere pretiũ, ſicuti pro ordinibus & ingreſſu Religionis. 2. p. 127.
Simonia à quo diſpenſabilis. 2. p. 127.
Simonia conſuetudine nõ firmatur. 2. p. 128.
Munus à lingua. 2. p. 134.
Negare ſuffragium pro re temporali eſt ſimonia. 2. p. 144.
Eligere Guardianum, vt poſtea ſuffragetur. 2. p. 143. 165.
Sortilegia. Quæ prohibita ſint. 2. p. 305
Solicitare. In confeſſionibus. 152.

Spiritualia.

Merè exempta ſunt de iure diuino à poteſtatẽ ſæculari. 2. p. 219.

Statuendi.

Pote-

Poteſtas in quo conſiſtat. 2. p. 369.
Statuta. Secundum ius cõmune interpretanda ſunt. 2.p.249.
Statuta pœnalia ſtrictiſſimè interpretanda ſunt. 394.
Statuta contra ius commune, quando valeant. 2. p. 294.
Statuta poſſunt aggrauare pęnas legis. 2.p.301.
Per Statuta loci punitur delinquens 2.p.326.
Statuta Minorum confirmatione Apoſtolica non indigent. 2.p.365.
Statuta Reformatorum quomodo approbata. 2.p.367.
Statutum pœnale non extenditur de caſu in caſum. 77.
Fundatur in obedientia. 56.
Obligat ad culpam ex vi materiæ, vel contemptus. 58.
Statuta Minorica omnia ſunt pœnalia. 60.
Sunt ſtricti iuris. 166.
Statuta ordinis cõcordãda. 258.
Statuti verba declaranda. 249.355.
Proprie intelligenda. 283.
Loquens in caſu vero, non extenditur ad futurum. 282.
Confirmatum à Papa, an à ſtatuentibus reuocari poſſit. 269.
Verborũ ius in Statutis quando obligat ad culpam. 57.
Statim.
In qua ſignificatione accipiatur. 408
Stylus. Curiæ non facit ius. 436.
Subornare.
Subornatio aliquando bona. 140.
Non ſubornat, qui licitè rogat. 139.
Subornare ad bonum finem in electione, licet. 130.
Subornare vt eligatur dignus, an malum. 147.
Subornant minæ. 137.
Subornator quis. 128.
Subornator quomodo puniendus. ib.
A Capitulo extrudendus. 158.
Etiamſi non eligatur, eſt puniendus. 141.142.
Condonans delictum, vt eligat, ſubornat. 152.
Solus conatus in ſubornatione non ſufficit 141.
Subornatorem quilibet accuſare poteſt. 157.
Sufficiũt in hoc delicto coniecturę. ib
Teſtes ſingulares an ſufficiant. ib.
Sufficit attentaſſe. 158.
Pecuniã Electori corrupto an liceat offerre, ne eligat, vel, &c. 148.
Subornatores excommunicati. 168
Priuati, & perpetuò inhabiles. 169.
Surreptio. Et obreptio in quo differant. 2.p. 372.
Superior. An teneatur ſecretò peccantem inquirere. 380.
Superior nõ poteſt præcipere omnia, quæ ſubditus implere tenetur. 444
Superiores talionem non inferentes peccant. 445.
Superiori Ordinario reuerentia deferenda eſt. 398.
In dubio pro Superiore eſt tenendũ, 2.p.390.
Quando condonare pœnam poſſit Superior. 2.p.383.
Superiores qui gratias à Pontifice cõceſſas ſuſpẽdere poſſint. 2.p.376.
Superſtitio. Quid ſit, & omnis prohibita eſt. 2. p.305.
Suſpendere, Suſpenſio. Suſpẽdi quãdo poſſit Prelatus per ſolam Inquiſitionem generalem. 18.19.
Suſpenſio quotuplex. 20.

Ve

Vt cenſura ſine mortali culpa non contrahitur. ib.
Quando eius violatio facit irregularem 21.
Vt pœna quotuplex. 21.
Abſolutè prolata, de qua intelligatur. 22.
Suſpenſio ab officio quantum durare poſſit. 25.
An ſuſpendi poſſit in notorijs per ſolam Inquiſitionem. 24.
Perpetua eſt priuatio. 25.
Non poteſt protrahi vltra tres menſes 25.
Grauatus in fama ſuſpẽdi poteſt. 163
Suſpicio, Suſpectum.
Suſpectum conſortium, quando puniendum. 346.
Suſpectus tutor, curator, procurator. 348.
Cauſæ ſuſpicionis. 14.
Suſpicionem ingreſſus in domum ſuſpectam an ſolus ſocius probare poſſit. 149.
Per ſolam ſuſpicionem nõ probatur delictum. ib.
Suſpicio vehementiſſima, quando probet. 350. Vnde oriatur. ib.
Non infert pœnam ordinariam. ib.
Suſpicio ingreſſus nõ infert ſuſpicionem delicti. 351.
Syndicus. Minores de obſeruãtia an puniri mereantur, dum Syndico Martiniano vtuntur. 293.
Huius facultas. 342.

T.

Tabula.

Capituli nõ ſolet à vocalibus ſubſignari. 2. p. 369.
Tacitum. Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium 77. & 2. p. 271.
Tacitũ, & expreſſum æquiparãtu. 385
Tacitum, & expreſſum idem operatur. 2. p. 323.
Tacentes puniri debent, quando ex officio loqui tenentur. 2. p. 318.
Tacentium, & reſeruantium delicta in viſitatione pœnæ. 2. p. 321.
Talio. Talionis pœna non incurritur in Inquiſitione. 444.
Talionis pœna apud ſeculares non eſt in vſu. 445.
Talionem niſi inferant Superiores, peccant. ibid.
Tempus. Moditum quid. 392.
Temeritas. Quando excuſat. 2. p. 235
Temeritas facilitatis veniam continet. 441.
Tergiuerſatio.
Corruptionem pretij ſupponit. 442.
Terminus.
Dies termini non computatur in termino. 387.
Tertiarij. Sunt religioſi. 2. p. 5.
Teſtes. An repetendi. 35.
Conteſtes. 37.
Integri. 38.
An præualeãt ſcripturis 38. & 2. p. 137
Si non iurant, & mentiantur, an vt falſi puniri poſsint. 2. p. 2.
Falſi vnde dicantur. ibid.
Ad interrogata reſpondeant. 2. p. 4.
Torquentes ſenſum, falſi. 2. p. 5.
Eos ſubornans ad falſitatem, puniendus. 2. p. 6.
Falſum ad defenſam deponẽtes plectendi. 2. p. 7.
Teſtium munus eſt publicum. 428.
Theſauri. Inueſtigatio quando ſit caſus S. Officij. 2. p. 205.
Timor. Vitiat electionem. 138.
Reuerentialis quando vitiat. 139.
Timor cadens in conſtantem virum quan-

quando excuſet. 2. p. 318.

Tonſura.

Quid ſignificet. 180.
Tonſuræ vſus,& portẽta apud Ethnicos. ibid.
Capillos alere, mœroris ſignum, & quando lætitiæ. 181.

Tortura, Tormentum. Tortura, tormentum, quæſtio idem ſunt. 135.
Tortor religioſus. ibid.
Torturæ modus Prælato arbitrarius. ibid.
Tortura quid,& quotuplex. 207. 208
Talorum,funis,ſibilorum,ignis. 209.
Tortura quã vetus,& vniuerſalis. 210
Torqueri poſſunt Clerici. ib.
Etiam per laicos, & quando. 211.
Quid in Ordine Minorum. ib.
Qui Clerici torqueri poſſunt, & quo iure. 211. 212.
Excuſantia à tortura debilitas. 212.
Senectus. 213.
Qualificata paternitas. 213.
Qui ſint grauiſſimi patres exempti. 214. ob quæ delicta torquendi. 215. Requiritur expreſſus conſenſus Generalis. 215. Niſi adeſſet. 216.
Ad torquendos inhabiles requiritur conſenſus Generalis. 216. An ad omnes torquendos per quodlibet genus torturæ 216.
Torturã præcedet cauſæ probatio. 217
Tortura remedium ſubſidiariũ. ibid.
Tortura grauis pœna. ibid.
Ob quas cauſas inſligenda. 218.
In defenſo non detur. ibid.
Si Iudicis arbitrio remittitur, excludenda. 219.
A torturæ decreto an poſſit appellari. ib.
Non inſligenda, niſi conſtet de corpore delicti. ibid.
An in cauſa ciuili, & vbi ſuperaret grauitatem pœnæ. ib.
Pro quibus delictis Eccleſiaſticis adhibenda. 220.
Leuius torquẽdi leuius peccãtes. 221
Præcedant defenſiones. 222.
Adſit conſenſus diffinitorij. 224.
Secus non valebit ad probandũ. 225
In decreto torturæ ſubrogandi ſunt diffinitores abſentes. 226.
Poteſt inferri, etiam non inſtante parte. 227.
Conuictus non torquetur. 228.
Quæ indicia ſint neceſſaria ad torquendum. 228.
Suſtinens in tortura liberandus. 228. 234.
Inferatur à perito, niſi velit Iudex culpari. 228. 229.
Quoties replicari poſſit. 230.
Detur cum aſſiſtentia Medici. 229.
Qui torqueri non debeant. 230.
Torturæ ſæuiſſimæ genus. 231.
Retorqueri poteſt tortus nouis ſuperuenientibus indicijs. ib.
Torquentis indebitè pœnæ. 232.
An ignorantia excuſet. ibid.
An totum diffinitorium veniret puniendum. 234.

Tribunalia.

Epiſcoporum ſunt ſæcularia. 2. p. 226

Tridui. Significatio. 388.

Triremes.

Infamant, ſi ob delictum infamans, irrogentur. 435.
Ad triremes poteſt damnari, expellendus. 2. p. 287.
Triremium pœna quam antiqua. 2. p. 282.

Trire-

INDEX.

Triremiſ pœna quibus caſibus Regularibus infligenda. 2. p. 283.
Quibus caſibus Franciſcani ad triremes damnandi. 2.p.284.
Damnatus ad triremes an ad Religionem reuocari poſſit. 2. p.290.
Ad triremes damnare particularibus nõ expedit,ſed Religioni.2.p.291
Forma ſeruanda in condemnatione ad triremes. ib.
Pœna triremium infamat. 2. p 295.

V.

VEl. 141 2.p.280.

Venenum.

Bonum, & malum. 2. p. 100.
Non poteſt puniri, niſi de malo conſtet. ibid.
Quæ pœna ſit lata in veneni propinatores. 2.p.101.
Attentatio veneni an punibilis ib.
Abortus per venenum. 2.p.103.

Vendere.

Opera Fratrum Minorum, quando liceat. 305.

Verba.

Verificanda ſunt in caſu vero, non ficto in materia odioſa. 431.

Vexatio.

Iniuſta an redimi poſſit. 2. p.144.
Etiam iniuſta iniuſtè intentata. ib.

Vicarius.

In abſentia Guardiani debet illius mandata ſeruare. 108.
Vicarius quotuplex. ib.
Vicarſatus Monialium an ſit Officiũ. 109.
Vicario rebellare. 2 p.261.

Vindicta.

Poteſt cũ caritate coniungi.2.p.176.

Viſitare, Viſitator.

*V*iſitare cellulas Fratrum, quomodo obligentur Prælati. 316.328.
Viſitatores quibus collegis vti teneantur. 13.
Viſitationibus paternis non creditur. 17.
Viſitatorum ordinationes ſeruandæ, & ſub quibus pœnis. 2.p 262.263.
Quando earum inobſeruantia non ſit punibilis. 2. p.262.
Quid ſi Viſitator obligare non intendat. 2. p.265.
Offic j Viſitatoris finis. 2. p.266.
An ſoli Prouinciales teneantur. ibid.
An etiam Guardiani. 2. p.267.
Si Viſitator ſciat, non ſeruatum iri ſuas ordinationes. 2. p. 266.
Ordinationes leuis momenti non obligant. 2. p.263. 264.
Graues maximè. 2 p.264.

Vltra.

Eſt dictio implicatiua. 393.

Vnio.

Et amor SS. Dominici, & Franciſci. 2.p.181.

Vocales.

Quomodo in capitulo puniri poſſint. 2. p.161.

Vox, Suffragium.

Voce actiua, & paſſiua priuatus an poſſit eſſe Vicarius Conuentus. 107.
Vrbanitas. 47.

Vulgare.

Quid. 2. p. 35[illegible].

Vulnerans.

Lethaliter homicida eſt. 2. p.94.

Z.

Zambellus.

Examinatur circa priuationẽ Guardianorum ſine cauſa. 3. Et circa fugam carcerati. 203.

Totius Operis Finis.

1968